*Donatio inter virum, & vxorem, quæ morte mariti confirmatur ſecuta traditione ſuum effectum operatur ſi in ea appoſita comperiatur clauſula conſtituti, conſ. 51. num. 25*

*Donatio inter virum, & vxorem eſt prohibita, quia contra bonos mores, etiam ſi ſit firmata iuramento, conſ. 70. num. 4. & 13. ſed contra ſecundum communem, num. 19. & 32. vbi eſt magis communis.*

*Donatio inter coniuges quæ morte confirmatur, ſi non inſinuatur in totum, vitiatur; conſ. 70. num. 6*

*Donatio librorum emptorum per patrem facta filio, qui in vita patris compleuit ſtudium, & inſignia doctoratus, adeptus eſt, vel fuit licentiatus, valet, conſil. 11. num. 17. & 24. Quod etiam procedit, ſi libri empti non fuiſſent, nec traditi filio, ſed tradita pecunia pro libris emendis, ibid. num. 18*

*Donatio facta per patrem filio, quæ à principio fuit nulla ſe morte confirmata ei non computatur in legitimam, niſi à patre fuerit dictum, conſ. 11. nu. 29. ſed contra ſecundum communem, vt ibi. nu. 31*

*Donatio filio facta inter viuos morte confirmata, attentata fictione iuris dicitur ſeparari eo tempore quo facta fuit, conſ. 11. num. 36. Quod declara; vt ibi, num. 37. & 40*

*Donatio facta à patre fillio in poteſtate, & quæ eius morte confirmatur, ſumit robur, vt ex nunc, non autem prout ex tunc, conſ. 11. num. 38*

*Donatio inter patrem, & filium quæ habet tacitam conditionem ſi filius ſuperuiuat patri non ſoluitur ſi in ea adeſt iuramentum, conſ. 51. num. 24*

*Donatio facta inter patrem, & filium exiſtentem in poteſtate, non valet, conſil. 90. num. 14*

*Donatio cauſa mortis poteſt reuocari, conſ. 61. nu. 1*

*Donatio cauſa mortis ita reuocatur per donationem voluntariam, ſicut legatum, ſecundum magis communem per alienationem voluntariam, conſil. 62. num. 1*

*Donatio in qua fit mentio mortis dicitur cauſa mortis, & eo magis vbi effectus rei correſpondet ipſi donationi, conſ. 61. nu. 5*

*Donatio dicitur cauſa mortis, ſi donans in principali diſpoſitione bis fecerit mentionem de morte, conſil. 61. num. 14. quod declara, vt ibi, num. 50. & 51*

*Donatio cauſa mortis propriè dicitur, quando quis donat, vt magis ſe habere velit, quàm donatarium, & magis donatarium quàm hæredem donantis, conſil. 61. num. 20*

*Donatio cauſa mortis facta pro ſe, & hæredibus dicitur cauſa mortis, conſil. 61. nu. 21. contra ſecundum communem, nu. 37. & 63*

*Donatio propter merita in qua fit mentio mortis dicitur cauſa mortis, conſil. 61. nu. 22. ſed contra, vt ibi; nu. 41*

*Donatio cauſa mortis dicitur, ſi in ea facta ſit mentio mortis, quamuis donans ſibi reſeruauerit vſumfructum per cuius reſeruationem fit traditio rei donatæ, conſ. 61. nu. 23 ſed contra, nu. 42*

*Donatio in qua fit mentio mortis dicitur cauſa mortis, & ſic donans promiſerit illam gratam habere, & illi non contrauenire, conſ. 61. nu. 24 Quod amplia procedere etiam ſi in dicta promiſſione interueniſſet inſtrumentum; vt ibi, nu. 25. ſed contra ſecundum communem, vt ibi, num. 44*

*Donatio in qua fit mentio mortis licet dicatur cauſa mortis, tamen à tali coniectura de facili receditur, vt donatio inter viuos interpretetur, conſil. 61. num. 28*

*Donatio facta coniunctis in qua ſit mentio mortis, dicitur cauſa mortis, conſil. 61. num. 26. ſed contra, num. 40*

*Donatio cauſa mortis, & donatio inter viuos ſunt incompatibiles, conſil. 61. num. 32*

*Donatio magis inter viuos iudicatur, quàm cauſa mortis, quando in donatione fit mentio mortis, & eſt dubium de animo donantis, & ſic de facto, vel dubium de iure, vt quia hinc inde allegari poteſt, conſil. 61. num. 29*

*Donatio inter viuos irreuocabilis eſt, etiam quòd fiat in teſtamento; conſil. 61 num. 3*

*Donatio inter viuos eſſe dicitur, ſi expreſsè ita ea dicatur, conſ. 61. nu. 6*

*Donatio ſimplex inter uiuos, ſicut reuocatur per ſuperuenientiam filiorum, ita etiam ſi in ea apponatur iuramentum, conſ. 70. num. 11*

*Donatio inter uiuos tranſmittitur ad heredes, ſecus eſt in donatione cauſa mortis, conſ. 61. num. 38*

*Donatio dicitur inter uiuo, ſi donans proprietatem uſumfructum ſibi reſeruauit in uita, quamuis executio eius reſpectu uſuſfructus fuerit collata poſt mortem donantis, & in ea facta fuerit mentio mortis in uerbis executiuis, conſil. 61. num. 13*

*Donatio facta pro te & filijs iudicatur inter uiuos; quamuis in ea mentio mortis facta fuerit, conſil. 61. num. 40*

*Donatio domanialium facta per regem priuatis perſonis per quam multum minorentur reditus regni, etiam ſi eſſet iuramento firmata, non ualet, conſil. 1. num. 109*

*Donatio facta per regem de bonis priuatorum ratione publicæ utilitatis præiudicat dominis ſoluto tamen pretio, conſ. 61. num. 23*

*Donatio remuneratoria poteſt fieri per tutorem, conſil. 18. num. 61. declara, ut ibi, num. 66*

*Donatio remuneratoria non eſt propiè donatio, ſed quædam permutatio conſil. 76. num. 17*

*Donatio propter nuptias ſi alienetur alteri cum renunciatione iuris hypothecæ facta per uxorem cum iuramento ualet, conſ. 70. nu. 21*

*Donatio remuneratoria propter ingratitudinem non reuocatur, conſil. 76. numero 15*

*Donatio facta abſenti requirit ratificationem, antequam per donantem alteri fiat donatio, conſ. 4. num. 27*

*Donatio facta per doctorem concubinæ, ſicut non ualet, ita nec ea quæ fit concubinæ per licentiarum; conſ. 11. num. 20*

*Donatio iurata quatenus ualere poſſit ſine inſinuatione id locum habere poteſt, quando eſſet renunciatum legibus requirentibus inſinuationem, aliàs ſecus, conſ. 70. nu. 18. ſed contra ut ibi, nu. 37*

*Donatio quæ reuocatur, ſi donator ſuſceperit filios ex legitimo matrimonio, locum etiam habet, ſi filij fuerint legitimati per ſubſequens matrimonium, conſil. 100. num. 9*

*Donationes plures ſimul iunctæ inofficioſæ reuocantur, quæ ſingulæ per ſe inofficioſæ non ſunt, conſ. 1. nu. 123*

*Cætera require infra in litera R. in uer. renunciatio.*

*Donatori pinguius eſt ſuccurrendum; quàm ei qui uerum debitorem ſoluere compellit, conſ. 37. num. 20*

*Dos eſt proprium patrimonium uiduæ; conſ. 86. nu. 37*

*Dos data in bonis ſtabilibus æſtimatis, tunc facit emptionem; quando pretium correſpondet ualori rei, conſ. 92. nu. 4. quod intellige, ut ibi, nu. 18*

*Dotis cauſa ſemper, & ubique fauorabilis eſt, conſ. 21. num. 27*

*Doti ſuccedenti loco legitimæ renuntiatum non cenſetur per generalem liberationem, conſ. 81. num 30*

*Duæ partes ex tribus uectigalium publicorum, & redituum prædiorum ciuitatum, quæ in fiſcum deferunt, fiſco ipſi præſtari debent, tertia uerò pars remanere ciuitati, in ſuorum decurionum incolarumve libera poteſtate, pro mœnijs, & operibus publicis conſtruendis, & reparandis, quod tamen ex cupiditate fiſci malè ſeruatur, conſ. 84. nu. 14. & 17*

*Duo poſſunt eſſe domini in ſolidum eiuſdem rei, conſ. 44. nu. 11*

*Duobus dominis quis ſeruire non poteſt, conſ. 44. nu. 12*

*Dux in præiudicium ſucceſſoris non poteſt uendere datium, quod inter regalia enumeratur, conſ. 1. nu. 99*

*Dux pro habenda pace ſui territorij poteſt auferre caſtrum uaſallo ſuo, & alteri concedere, conſ. 69. nu. 11*

*Duces, Comites, & Marchiones habentes perpetuam dignitatem tranſitoriam ad hæredes, immunitatem concedere poſſunt, conſ. 76. num. 1*

*Duces, & alij principes perpetuò inueſtiti poſſunt in eorum territorijs ſecundum communem, quæ Imperator in uniuerſo orbe, conſ. 76. num. 3*

*Duces, & Comites habentes dominium perpetuum temporale in eorum dominio loco principis habentur, in eo omnia poſſunt, quæ Imperator in uniuerſo; conſ. 91. nu. 17*

*Poſſuntq; committere cauſas appellatione remota, ut ibi, nu. 18*

E

*EA quæ imputantur in legitimam ueniunt etiam in collatione bonorum, conſ. 11. nu. 30. quod declara, ut ibi, nu. 33. & 35*

*Eccleſia licet non ſit diſtricta iudicis ſecularis, tamen eſt de territorio in quo eſt ſituata, conſ. 24. nu. 7*

*Eccleſia exempta remanet in diœceſi in qua eſt ſita, conſ. 24. num. 8*

*Eccleſia quæ non poteſt alienare ſine ſolennitate, de qua in cap. ſine exceptione, 12. q. 2. & in auctẽ. hoc ius porrectum, C. de Sacroſanct. Eccleſ. non poteſt facere contractum alienationis ſine dicta ſolennitate, etiam ſi conditio ſua efficeretur melior, conſ. 54. nu. 43. & 46*

*Effectus potius quàm nudum nomen attendi debet, conſ. 72. nu. 14*

*Effectum nullum producit quod nullum eſt, conſ. 73. nu. 32*

*Electio ſine forma ſcrutinij fieri poteſt, quando in Eccleſia collegiata non ſunt, niſi duo, conſ. 43. nu. 37*

*Electio inualida etiam ſuperioris approbatione non confirmatur, conſil. 71. numero 13*

*Electio ſepultura probatur per teſtes ſingulares, conſ. 82. nu. 84*

*Electus in tutorem, uel curatorem qui tenetur præciſè ſatiſdare, non admittitur ad tutelam, uel curam, mediante cautione iuratoria, conſil. 43. num. 20. quod declara, ut ibi, num. 47*

*Eligendum eſt quod minus iniquitatis non habet, quoties ſine captione nihil*

hil inueſtigari poteſt,conſil.95.num.35

Eligendus in epiſcopum etſi natus eſſe debeat de legitimo matrimonio, tamen ſufficit quòd ſit legitimatus per ſubſequens matrimonium; conſil.100.num.8

Emendari ſi debet alicui de villa damnum per commune villæ ex forma ſtatuti, & imponatur collecta pro tali emendatione, ipſe idem cui damnum eſt datum,debet contribuere cum cæteris,conſ.69 nu.35

Emens pro mille reditum ſcutorum quinque pro centenario annuatim, non dicitur vſuram committere ,ſi in regione contractus prædictus frequentabatur,conſ.96.nu.29

Emergentiæ de nouo,nouo indigent auxilio,conſ.1.nu.160

Emphyteuſis præſcripta realis,vel perſonalis eſſe præſumitur qualis proponitur,conſ.66 nu.50

Emphyteuſis eccleſiaſtica conceſſa pro omnibus hæredibus tranſit ad extraneos hæredes,conſ.79 nu.35

Emphyteuſis eccleſiaſtica ita tranſit ad deſcendentes fœminas,ſicut ad maſculos,conſ.93 nu.8

Emphyteuſis accepta pro ſe, & filijs extenditur nedum ad maſculos, ſed etiam ad fœminas,conſil.93.num.1.& num.9.& 17.ſecundum communem,& num.30

Emphyteuſis accepta pro ſe, & liberis; comprehendit, & fœminas; conſil.93.num.6.& 23

Emphyteuſis acquiſita pro ſe, & filijs non comprehendit nepotes, conſil.93.num.20

Emphyteuſis accepta pro ſe, & liberis porrigitur ad nepotes, conſil. 96. numero 24

Emphyteuſim habens vſque ad tempus mortis duraturam, ſi eam alteri leget;legatario ſecundum communem nihil debetur,conſ 71.nu.19

Emphyteuſim recipiens pro ſe,& cui concedere voluerit,poteſt rem emphyteuticam irrequiſito domino alienare,conſ.79.nu.26

Emphyteuta eccleſiæ non tenetur ſoluere aliquam collectam communis, ne duplicia onera ſuſtineat, cum bona emphyteutica eccleſiæ ſint perpetuæ ſolutioni canonis obligata,conſ.1.nu.22

Emphyteuta priuatis alienans partem rei emphyteuticæ ſi ſine conſenſu domini cadit à dicta parte alienata,& non à tota re, conſ.17.nu.1.& 9. ſed contra ſecundum communem,num.11.18.& 21

Emphyteuta plurium dominorum ſi alienat rem emphyteuticam de voluntate vnius, vel duorum condominorum ſecundum communem tantũ cadit à parte illa cuius conſenſus domini non fuit requiſitus,coſ.17.nu.5

Emphyteuta non ſoluens integram penſionem domino ſecundum communem cadit à tota re conſ.17.nu.14

Emphyteuta ſi deceſſit pluribus relictis hæredibus, quorum alter ſoluit canonem, alter vero ceſſauit per triennium, tota res perditur ſecundum communem,& ſic omnes cadunt,conſ.17.nu.16

Emphyteuta priuati, vel eccleſiæ qui iurauit ſoluere ſingulo anno canonem, & non ſoluit, ſecundum communem cadit à re emphyteutica lapſo anno,conſ.25 num.23

Emphyteuta non poteſt arbores fructiferas,incidere, & ſi incidit, priuatur iure ſuo,& expelli poteſt,conſ. 9.nu.14.quod declara, vt ibi,num.20. Quod amplia procedere etiam ſi mala verſatio facta fuiſſet in vna ex pluribus rebus datis in emphyteuſim,vt ibi,nu.15

Emphyteuta qui male verſatur in re emphyteutica,melioramenta in ea facta compenſare non poteſt cum deterioratione rei, vt caducitas euitetur,conſ.49.nu.16

Emphyteuta non tenetur de leuiſſima culpa,conſ.49.nu.22.

Emphyteuta alienans rem emphyteuticam inconſulto domino, & eo nolante cadit à iure ſuo,conſ 51.nu 1.Quod intellige quando peruenit ad actum traditionis,ibi.nu.2. Contra nu.17. quia per ſimplicem venditionem prima tamen communis,vt ibi,num.21

Emphyteuta per alienationem rei emphyteuticæ factam inconſulto domino non priuatur iure ſuo,etiam ſi res tradita fuerit emptori per conſtitutum,quia requiritur actualis apprehenſio poſſeſſionis, conſ.51. num.12. & 14.ſed contra,nu.22.& 26.vbi eſt magis communis & num.37

Emphyteuta vendens rem emphyteuticam,non transfert dominium in emptorem, donec fuerit per dominum inueſtitus, conſil. 51. num. 16. ſed contra,num.34

Emphyteuta alienans rem cum conſtituto ſaluo conſenſu domini priuatur re emphyteutica,conſ.51.nu.28

Item ſi ſaluo conſenſu domini,& non aliter,ibi.num.29

Vel non aliter,nec alio modo,communis eſt in contrarium, vt num.30. & 36.vbi declaratur,d.conſ.51

Emphyteuta ſeruitutem conſtituere poteſt in re emphyteutica, conſil. 59. num.10.& 13

Empta per filium nomine proprio, & de pecunia paterna efficiuntur propria acquirentis, licet pecunia patri reſtituenda veniat, vel fratribus pro rata conſ.99.num.21

Emptio facta per patrem palam de proprietate aduentitij peculij valet,conſil.83.num.13

Emptor cui poſſeſſio rei tradita eſt,licet fructus non perceperit, ſi pretium venditori non obtulerit vſuras æquitatis ratione ei præſtare cogitur, conſil 14.nu.2 ſed contra ſecundum communem,vt ibi,num.3

Emptor promittens quandocunque retrouendere cum ſcit ſe obligatum, dicitur eſſe in mala fide ſi non retrouendit,conſ.21.nu 18

Emptor qui eſt in mala fide non poteſt præſcribere pactum de retrouendendo,conſ.21.num.21

Emptor qui non ſoluit in termino partem pretij promiſſi, cum iuramento redditur indignus omni commodo contractus,& omni proprietate carere debet,quam ex illo contractu conſecutus fuerat,conſ.31.nu.3

Emptor fundi pro mille, cui fuit facta obligatio de euictione ad duplum per uenditorem, ſi ſoluat nouem centum,& reliqua promiſit cum iuramento ſoluere in certo termino,ſi non ſoluit,liberat uenditorem ab euictione, & ab eo non poteſt repetere nouemcentum ſoluta, immo cogi poteſt ad ſoluendum ſcuta centum reſtantia,conſ.31 nu.4

Emptor qui ex pacto tenetur ad retrouenditionem,ſi rem emptam alteri locat, & durante locatione redimatur, tenetur redimens ſtare locationi factæ per emptorem,conſ.49. num.3

Ens uide infra in litera N in uerb. Non entis.

Epiſcopus ſi mandat alicui laico,ut clericum torqueat, uel uerberet, hoc facere non poteſt, ſed tantum capere ex epiſcopi mandato, & eum ipſi remittere,conſ.12.nu.50

Epiſcopus eo ipſo quod eſt ſuſpectus cenſetur,& ſuſpectus eius officialis,conſil.16.num.8

Epiſcopus, uel prælatus non poteſt facere magnam donationem etiam monaſterio de rebus mobilibus,conſ.28.nu.70

Epiſcopus qui tenet locum hæredis, tenetur facere inuentarium coram iudice;conſ.73.nu.38

Epiſcopus pendente iudicio exemptionis ſubditi habentis iuris reſiſtentiam contra ſe, poteſt in eundem iuriſdictione uti, donec de ea plenè probauerit,conſ.89.num.13

Error paruus in principio maximus eſt in fine,conſ.94.nu.31

Euentus ſperari non debet,cuius effectus eſt nullus,conſ.13.nu.8

Exactio pedagij quæ fit ab hominibus uniuerſitatis, poteſt per principem reuocari,conſ.66.nu.2

Exceptio innititur æquitati,conſ.35.nu.54

Exceptio declinatoria debet opponi ante litem conteſtatam, conſ.57.nu.10

Exceptio ſi opponatur coram iudice ſeculari, quod cauſa eſt uſuraria, fit remiſſio ad epiſcopum,conſ.96.nu.46

Exceſſum ſecretum ſcientes inquiſitorum;debent illos corrigere,& ſi probare poſſint prælatis nunciare debent;conſ.88.num.13

Excipiens ſuam tenetur probare exceptionem, quia in ea, ut actor conſideratur,conſ.67.num.28

Excipiens itatenetur probare exceptionem ſuam, ſicut actor ſuam probationem conſ.100 nu.25

Excommunicatus citatus ſimpliciter,& nominatiuè poteſt ſe defendere,& dicitur reus neceſſarius, ſecus ſi citetur, ſi ſua putauerit intereſſe; conſil.29.num.12

Excuſare nullus ſe poteſt à neceſſitatibus imminentibus tempore guerræ, conſ.76.nu.8.quod intellige ut ibi,nu.25 & 26.& conſ.82.nu.50

Excuſare nullus ſe poteſt à præſtatione reuerentiæ,conſ.18.num.5

Excuſare licet quis non poſſit prætextu dignitatis, ſiue religionis, ut nauis ſua ad exercitium non uadat, tamen ſi talis nauis pro Republica capta per hoſtes incenſa, uel abrepta fuerit, uel naufragio perierit, periculum erit Reipubl conſ.69.num.19

Excuſatus à munere propter abſentiam Reipubl. ceſſante abſentia perdit immunitatem,conſ.52.nu.44

Excuſſio bonorum quando fit in bonis debitorum ſecundum magis communem ſunt citandi poſſeſſores,in quos facta eſt alienatio in fraudem; conſil.35.num.17

Excuſſio eſſe debet ſolennis,& legitima,conſ.85 nu 22

Excuſſio,ut legitimè facta dicatur, requiritur ſecundum magis communem interlocutoria,conſ.85 num.23

Executio ſententiæ latæ in actione perſonali non poteſt fieri contra tertium poſſeſſorem,ſiue cœperit poſſidere ante litem conteſtatam,ſiue poſt quandocunque ante executionem, & ſiue condemnatus dolo deſierit poſſidere; ſiue non,conſ.5.num.8

Executio facta in bonis à tertio poſſeſſis eo non citato nullum iuris ordinem habet, per iudicemq; reuocari debet, conſil.5. num 9 Quod ampliatur procedere, etiam ſi res fuiſſet alienata pendente lite per debitorem in fraudem creditoris, quia ſi feratur ſententia in fauorem creditoris ſuper actione perſonali; non tamen mitteretur executioni contra tertium poſſeſſorem, in quem tranſlata fuit, ſed contra, cum agendum erit reuocatoria probando fraudem,ut ibi,num.10

Executio facta præter intentionem iudicis reuocari debet,conſ.5.nu.11

Executio ſicut quando fit ſuper toto corpore animato requiritur merum imperium,ita etiam quando fit executio ſuper eius parte,conſ.69 nu 39

Executio ob debitum ciuitatis non poteſt fieri in muris eius,quoniam ſancti ſunt,& extra commercium,conſ.84.nu 20

Exemplum bonum quod à famoſis uiris naſcitur, magis expedit uulgo,

quam bona rei ſubſtantia ab ignotis,conſ.1.num.36
Exemptio inducta in fauorem eccleſiarum non complectitur delinquentes in eccleſia,conſ.24.nu.10
Exemptionis tendentes ad noxam admittendæ non ſunt,conſ.1.num.174
Exempti licet teneantur ad onera bellica,tamen ad illorum ſolutionem non tenentur,niſi vocentur in eorum impoſitione,conſ.76.nu.29
Exemptorum exgrauatio ſecundum communem cedere debet in commodum immunitatem concedentis,& non aliorum,ſi portio exemptorum ſoluenda erat concedenti exemptionem,conſ.76.nu.4
Expendi non ſolent à communiter contingentibus ſcuta ſeptemcentum in prædijs,quin prius videantur,conſ.40.nu.30
Expenſæ factæ in capiendo bannitum repetuntur à fiſco,conſ.69.nu.33
Experientia eſt rerum magiſtra,conſ.1.nu.199.conſ.4.num 35.conſil.36.num.10.& conſ.61.num.62
Ex preſſis minorem vim habent,quæ tacitè intelliguntur,conſ.66.nu.5
Extentio non eſt licita in materia odioſa, & pœnali priuatiua iuris ſuis, conſil.86.num.33
Extenſio fieri non debet de caſu vero ad fictum,etiam ſi ex defectu extenſionis delictum remaneret impunitum,conſ.86.nu.34
Extenſio non fit ad perſona ad perſonam,conſ.94 nu.20
Extraneus ſi emit rem minoris, vel pupilli ſine debitis ſolennitatibus emptio non valet,conſ.18.nu.86
Extranei hæreditatem adire non poſſunt, niſi ſint certi de viribus teſtamenti,conſ.36.num.5

F

FAciens contra coronam geminum facinus facit,vnum contra coronantem, & aliud contra coronatum immò contra ſenatum vrbis, conſil.1.num.119
Faciens actus tanquam metu vt retractetur, non ſufficit probare, quod iudex ſit ſolitus homines incarcerare, & alia ſimilia facere ,quæ iuſtum metum inducunt,quoniam eſſe poteſt,quod iuſtè fecerit adminiſtrando iuſtitiam;quo caſu talis metus non eſt reprobatus,conſ 83.nu.23
Factum de facto contrario facto eſt reuocandum,conſ.6.nu.21
Factum ex certa ſcientia principis in dubio reuocari non poteſt, conſil.71.numero 47
Factum ex metu laudabili non reſcinditur,conſ 8 nu.19
Factum per compulſionem iuris valet,nec reſcinditur,conſ.83.num.20
Factum defuncti poteſt defuncto prodeſſe;non autem nocere,conſ.86.nu.52
Facta extra ordinem reuocari debent,conſ.5.num.18
Facta contra voluntatem facientis ei non imputantur,conſ.60 nu.11
Facultas derogandi iuri ciuili competit ſupremo domino de plenitudine poteſtatis.conſ.3.num.11
Facultas faciendi gratias à pœna ſanguinis ſolum poſt ſententiam ſpectat ad principem,conſ.18.nu.79
Facultas redimendi rem venditam alteri eſt actus extraiudicialis, ergo ceſſibilis,conſ.28.num.25
Facultas alicui ſi eſt conceſſa filiam admittendi ad feudum, vt eam nuptui tradere poſſit, ſi pater ex proprijs bonis eam dotauit retinendo pro ſe feudum, filia maritata non poteſt amplius in feudo ſuccedere, conſil.91.num.47
Facultates aliorum quoties non ſuppetunt,vel cum magno ſcandalo ad collectas grauari etiam poſſunt exempti ad contributionem cum cæteris non obſtante eorum immunitate,conſ.1.nu.175
Falſarium punire poteſt qui habet auctoritatem puniendi, aliàs illum remittere debet ad maiorem iudicem,conſ 12.nu.51
Falſi accuſatio, vt præiudicet cauſæ ciuili, requiritur quòd accuſatio ſit directò intentata contra mouentes cauſam ciuilem, conſ.13.num.12. Vel contra teſtes,& partem,vt ibi,nu.13.& 18
Falſos teſtes producens licèt condemnetur de falſo, tamen hoc non præiudicat teſtibus,& econuerſo,conſ.13.nu.11
Fama informiter probata,licet non faciat plenam probationem, quòd bona ſint feudalia,tamen fallit ſi eſt probata per decem teſtes,conſ.82.nu.60
Familia vnius condomini ,ſi deliquit, cognitio delicti ſpectat ad alium condominum,conſ.16.nu.17
Fatalia currunt appellanti, qui non exhibuit reſcriptum in tempore, conſil.25.num.13
Feudatarius,etſi ex conceſſione principis regalia habeat, non tamen ea iure proprio ſic poſſidet,quòd ſuperior non poſſit dare licentiam imponendi noua dacita ſubditis,conſ.1.nu.140
Feudatarius ſi negat partem rei feudalis eſſe feudalem,non priuatur ſecundum communem toto feudo;ſed parte negata,conſ.17.nu.4
Feudatarius per alienationem partis rei feudalis non cadit ſecundum communem à tota re,ſed à parte alienata,conſil.17.num.6. Quod declara; vt ibi,num.20
Feudatarius licet habeat regalia, non tamen ea propria iura ſic poſſidet, quia poſſit ſuperior concedere licentiam imponendi noua daciata ſubditis,conſil.80.num.12
Feudatarius cogitur oſtendere domino inſtrumentum feudi,conſ.39.nu.20
Feudatarius promittens rem feudalem non alienare, eam etiam alienare non poterit in caſibus ſpecialibus, in quibus aliàs valeret non obſtante prohibitione,conſ.98.nu.22
Feudum paternum quod dicatur;conſ.41.nu.6
Feudum antiquum dicitur nobile,non nouum,ibi,nu.8
Feudum quando eſt antiquum quis de eo non poteſt inueſtiri, vt de feudo nouo propter præiudicium agnatorum,conſ.41.nu.25
Feudum venit in reſtitutione fideicommiſſi,ſi fideicommiſſarius ſit talis ad quem feudum de ſui natura tranſire debeat,conſ.41.nu.10
Feudum quando ad dominum reuertitur, illud alteri liberè concedi poteſt, etiam ſi mutet conditionem feudi,conſ.41.nu.24
Feudum ligium eſt, pro quo vaſallus de feudo inueſtitus contra omnes homines fidelitatem domino debet nullius alterius fidelitate excepta, conſil.44.num.2
Feudum licet ad longum tempus locari poſſit, tamen id fallit quando locatio eo pacto facta fuiſſet,vt per eam nullum dominium etiam vtile transferatur in recipientem;conſ.59.nu.16
Feudum non venit in generali diſpoſitione bonorum, ſecundum communem,niſi fiat de eis ſpecialis mentio,conſ.64.nu.2
Feudum non venit in renunciatione iurata,conſ.64.nu.4
Feudum nõ comprehenditur ſub expreſſa hypotheca bonorum,conſ.64.nu.5
Feudum amiſſum propter non petitam inueſtituram deuoluitur ad filios, vel agnatos;non autem ad dominum;conſ.64. nu.9. contra,vt ibi,nu.11.& 12.vbi eſt communis. Prima pars verior,vt in nu.27.& 30
Feudum amiſſum per vaſallum ob non petitam inueſtituram,licet non applicetur domino,tamen nec filijs,ſed agnatis,conſ.64. nu.17. contra ut ibi,nu.35.ſi feudum ſit ex pacto,& prouidentia,& nu.39
Feudum alienatum per uaſallum ſine conſenſu domini, applicatur domino, ſi uaſallus non habet niſi filios,conſ.64.nu.18
Feudum per uaſallum ſine conſenſu domini alienari poteſt proximiori, & immediatè ſucceſſuro,conſ.64.nu.19
Feudum quando alienatur in proximè ſucceſſorum,domino non ſoluitur releuium,conſ 64.nu.22
Feudum licet ſecundum communem opinionem non ueniat in generali diſpoſitione, uel renunciatione,tamen id fallit, quando ille cui fit renunciatio eſt de liberis,uel deſcendentibus, ad quos feudum de ſui natura tranſire debet,conſ.64.nu.24
Feudum uenit in reſtitutione fideicommiſſi, quando fideicommiſſarius eſt talis ad quem feudum de ſui natura tranſire debet,conſ.64.nu 25
Feudum quando eſt paternum, ſeu antiquum ſi alienatur ſine conſenſu domini deuoluitur ſecundum communem ad agnatos;conſ.64.num.28
Feudum antiquum propter delictum uaſalli non commiſſum in perſona domini non uenit in confiſcatione bonorum, ſed tranſit ad filios, conſil.64.num.37
Feudum non perditur in regno Siciliæ ob non petitam inueſtituram infra annum,& diem,conſ.64.nu.42
Feudum quando eſt fœmineum, licet admittantur maſculi excluſis fœminis,tamen id locum habet in feudo ex pacto, & prouidentia, ſecus in hæreditario ſi non ſunt hæredes primi acquirentis,vel vltimi defuncti,conſ.67.nu.13.& 21.ac 24.ſecundum magis communem, quod intellige procedere,ſi agnatis eſſet delata hæreditas,alias ſecus. contra,nu.29.ibi.
Feudum hæreditarium ſecundum magis communem dicitur, quando eſſet ſuſceptum pro ſe,& hæredibus,conſ.67.nu.22
Item & quando ſimpliciter acceptum eſt pro ſe,ibi nu.23
Feudum ſi eſt conceſſum Titio pro ſe,& hæredibus quibuſcunque,de eo poteſt uaſallus teſtari,conſ.71.nu 7
Feudum eſt ſeruitus,conſ.71.nu.66.& conſ.82.num.5
Feudum conceſſum ob benè merita non poteſt reuocari,conſ.76.nu.21
Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus quibuſcunque æquiparatur feudo conceſſo tibi,& cui dederis,conſ 79.nu.9
Feudum conceſſum alicui pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, includit non ſolum tria genera hæredum,de quibus inſtituta de hæredum qualitate.& differentia,ſed etiam legatarium,conſ.79 nu.23
Feudum licet regulariter non ueniat in reſtitutione fideicommiſſi, tamen id fallit,quando feudum ſuſceptum eſt pro ſe,& hæredibus quibuſcunque, conſ.79.num.24
Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, tranſit ad quoſcunque hæredes etiam extraneos,conſ.79.nu.29
Feudum conceſſum Titio pro ſe,& omnibus hæredibus tranſit ad extraneos, conſ.79. num.34
Feudum quamuis per pactum tranſeat ad quamcunque perſonam, non tamen ad naturalem,nec ad legitimatum,conſ.79.nu.53.& 54
Nec ad legitimatum.ibi,nu.54
Feudum conceſſum pro ſe,& hæredibus, & quibus dederit, tranſit in fœminam agnatam,ſecus in extraneam,conſ.79.nu.56
Feudum conceſſum alicui pro ſe,& filijs ex legitimo matrimonio procreatis, æquipollet conceſſioni factæ pro ſe,& filijs legitimè natis,uel pro ſe, & legitime deſcendentibus,conſ.100.nu.11

Feudi

*Feudi conceſſio facta tibi, & filijs ex legitimo matrimonio natis comprehendit, & legitimatum per ſubſequens matrimonium, conſil. 100. num. 12. ſed contra vt ibi, nu. 39. & 47*

*Feudi alienatio nocet filijs hæredibus patris, & agnatis, qui ſucceſſerunt alienanti, quamuis ad feudum admitti potuiſſent, etiam ſi hæredes illius non fuiſſent, conſ. 71. nu. 37*

*Feuda duo habens à diuerſis dominis, qui inter ſe guerram habeant, ſeruire debet vtrique de feudo ſuo iuxta reditus feudi, pecuniam eis miniſtrando pro ſtipendio, vel mittendo ſibi gentes, conſil. 44. nu. 25. ſed contra vt infra, ibi.*

*Feuda habens à diuerſis dominis vtroſque ſeruire debet, antiquiori perſonaliter, & ſecundo per ſubſtitutum, conſ. 44. nu. 26*

*Feudalia bona non veniunt in generali renunciatione iurium, & bonorum, conſ. 64. nu. 1*

*Feudalium bonorum natura ſeparata eſt ab alijs, conſ. 64. nu. 3.*

*Fideicommiſſarius ante reſtitutam hæreditatem, ius ſuum alteri cedere non poteſt, conſ. 28. nu. 9. & 35*

*Fideicommiſſarius tenetur probare quòd bona, quæ petit eſſent in dominio teſtatoris, conſil. 81. num. 15*

*Fideicommiſſi dies alicui iniuncti, ſi deceſſerint ſine filijs non expirat per ingreſſum religionis, quæ ſit capax bonorum, ſed debet expectari mors grauati, conſ. 97. nu. 34*

*Fideiuſſio licet ſit neceſſaria in debitore petente à principe dilationem miſerationis gratia ad ſoluendum creditori ſuo, tamen ſi ea non reperitur non admittitur cautio iuratoria, conſ. 43. nu. 9*

*Fideiuſſio eſt de ſubſtantia vſusfructus, conſil. 43. num. 11. quod declara vt ibi, num. 36*

*Fideiuſſor ſimplex de iudicio ſiſti licet liberetur lata ſententia, tamen ſi promittat quandocunque ſiſtere, tenetur, etiam poſt ſententiam, conſil. 21. num. 6. quod declara, vt ibi, num. 49*

*Fideiuſſor propter paupertatem vendere poteſt bona debitoris eo inconſulto, & ſatiſfacere creditori, conſ. 87. num. 47*

*Fidelitas eſt obligatio permanens habens tractum temporis, & perſeuerantiam, conſil. 44. num. 8*

*Fides vnius teſtis exorbitat à iure communi, conſil. 50. nu. 21*

*Fidem contractus non ſeruare, eſt mentiri, conſil. 1. num. 33*

*Fidem fallere grauibus, graue eſt, grauioribus grauius, & iuris exemplaribus grauiſſimum, conſil. 1. num. 34*

*Fieri non dicitur quod fit cum peccato, conſil. 91. num. 53*

*Filia naturalis etſi alenda non ſit à patre, nec dotanda; quando habet aliquam artem, in qua poſſit ſe exercere, tamen id fallit; quando eſſet filia alicuius magni nobilis, cui dedecus eſſet exercere artem, conſ. 54. nu. 79*

*Filius non tenetur ſibi computare in legitimam officium ſcriptoriæ eidem per patrem emptum in curia Romana, quæ nec vendi, nec ad hæredes tranſmitti poteſt, conſil. 11. num. 7*

*Filius qui eſt in poteſtate patris licet non poſſit teſtari, tamen ſecus eſt in filio clerico prima tonſura, quia quod habet cenſetur caſtrenſe peculium, conſil. 11. num. 27. & maximè quando clericaliter vixit, vt ibi, nu. 28*

*Filius vocare non poteſt patrem in ius ſine venia, ſiue ſit emancipatus, ſiue non, conſil. 18. num. 19*

*Quod amplia procedere, etiam ſi ſit in dignitate conſtitutus, ibi, nu. 21. 20. Item ſi agatur iure actionis ſine officio iudicis, ibi; nu. 21*

*Filius adoptiuus dicitur per fictionem, conſil. 18. num. 24*

*Filius adoptiuus non poteſt vocare patrem in ius ſine venia, cõſ. 18. nu. 25*

*Filius, & libertus qui non petita venia vocauerunt in ius patronum, vel dominum, ſi vellent ſoluere pœnam quinquaginta aureorum, proceſſus adhuc eſſet nullus, conſil. 18. num. 52*

*Filius occidens adulterum vilem, matris de mandato patris, nullam pœnam meretur, conſil. 34. num. 10. & 7*

*Filiusfamilias ſicut in iudicijs plenarijs non poteſt eſſe ſine conſenſu patris, ita nec in ſummarijs, conſil. 46. num. 3*

*Filius naturalis ali non debet ab hærede patris defuncti, quando ex operibus; & ingenio ſuo poteſt ſibi parare victum, conſil. 54. num. 48. & num. 31. 73. 74*

*Filius legitimus, & naturalis à patre ali non debet, ſi aliter viuere poteſt, conſil. 54. num. 49*

*Filius ſpurius alendus eſt à patre, conſ. 54. nu. 54. & 56*

*Filius naturalis, vel ſpurius artem aliquam exercere non tenetur, quando ei eſſet ſumma verecundia exercitium facere, conſ. 54. nu. 78*

*Filius excluſus de iure ciuili à capite liberorum ſpacio triginta annorum, poteſt intra alios triginta adire ex capite agnatorum, conſ. 71. nu. 54*

*Filius qui ſcit de veneno tradendo patri, & non reuelat, relegari debet; conſil. 88. num. 6*

*Filius induſtrioſus banitans cum patre, ſi poteſt lucrari ex officijs, mercantijs, uel alio artificio acquiſita per eum ſecundum communem, aliunde acquiſita præſumuntur, quam ex bonis paternis, conſ. 90. num. 12. & 20*

*Filius uiuo patre legitimam in bonis ſuis non habet, conſ. 97. nu. 4*

*Filius uſque ad legitimam reuocare poteſt immenſam donationem factam per partem alteri filio, conſ. 97. nu. 27*

*Filius ſicut auocare poteſt uſque ad legitimam alienationem lucratiuam factam per patrem in fraudem ipſius filij, quamuis bona alienata non extent in bonis ſuis tempore eius obitus; ita & illa quæ per uiam delicti facta reperitur, conſil. 97. num. 28*

*Filius, & ſi reuocare poſſit immenſam donationem factam per patrem alteri filio uſque ad legitimam, non tamen patre uiuente, conſ. 97. nu. 36*

*Filius hæreditatem patris petens debet probare ſe filium, & legitimum, conſil. 100. num. 23*

*Filius ut naſcatur iuſtus, opus eſt quod naſcatur poſt matrimonium; ſecus ſi matrimonium ſequatur natiuitatem, conſil. 100. num. 33*

*Filio poſt mortem patris non competit poſſeſſorium recuperandæ, ſed adipiſcendæ, conſil. 46. num. 32*

*Filio bannito in ære, & in perſona legitima per patrem eo uiuente non debetur, conſil. 97. num. 5*

*Filio uiuo patre, & ſi dicantur quodammodo domini bonorum paternorum, tamen dominium illud dicitur fictum, & non uerum; conſil. 97. num. 7*

*Filij publicatis bonis paternis non debent habere legitimam, niſi poſt mortem patris; non autem ante; conſil. 97. nu. 37. ſed contra ut num. ſeq.*

*Filij legitimati per ſubſequens matrimonium comprehenduntur in inueſtitura conceſſa tibi, & deſcendentibus ex corpore tuo legitimè deſcendentibus; conſil. 100. num. 13*

*Filiorum prima cauſa eſt in ſucceſſione paterna; conſil. 82. num. 1. declara ut ibi; num. 57*

*Filiorum appellatione in ultimis uoluntatibus, ueniunt ſecundum communem, & fœminæ, conſil. 93. num. 3*

*Filiorum appellatione in ultimis uoluntatibus ueniunt nepotes; ſecus in contractibus, conſil. 93. num. 29*

*Filiorum appellatione in donatione ueniunt, & fœminæ, conſil. 93. num. 7. declara ut ibi, num. 26*

*Fiſcus Epiſcopi diuerſus eſt à fiſco iudicis ſecularis, conſ. 12. num. 19*

*Fiſcus loco hæredis habetur, conſil. 78. nu. 15*

*Fiſco mouere quæſtionem quis non poteſt ſine uenia; conſ. 18. nu. 17*

*Fodientes foſſa ciuitatis iuxta muros, ut cadant, puniuntur, ut uiolatores murorum, conſ. 84. nu. 27*

*Fœmina excluditur à conceſſione feudi ſtantibus maſculis, ſi inueſtitura facta etiam reperiretur pro maſculis & fœminis, conſ. 41. num. 4*

*Fœmina communiter excluditur à ſucceſſione feudi, conſil. 67. num. 6. quod amplia procedere etiam in feudo hæreditario, ut ibi. num. 7. & conſil. 82. num. 8. & 9*

*Fœmina ſuccedit in feudo, quod habuit originem à fœmina, conſil. 67. num. 8. & nu. 20. ſecundum communem.*

*Fœmina, & ſi ſuccedat in feudo, quod principium habuerit à fœmina, tamen id ſecus arbitratur ubi adſint maſculi, conſil. 67. num. 10*

*Fœmina in feudo exiguo ſuccedere non poteſt, conſil. 67. num. 11*

*Fœminæ in feudis regulariter non ſuccedunt, conſil. 41. num. 1. quod limita ut ibi, num. 25. & ibi uide num. 2. ubi quinque ponuntur rationes, quia non ſuccedunt.*

*Fœminæ licet regulariter non ſuccedant in emphyteuſi ſuſcepta pro ſe, & filijs, tamen id non procedit in emphyteuſi, quæ originem habuit à fœmina, conſil. 67. num. 9*

*Fœnerari illicitum non eſt pro alendis pauperibus, & captiuis, conſil. 55. numero 28*

*Forenſis qui contraxit alibi cum iuramento illius abſolutionem petere poteſt à iudice contractus, ſi pars eſt præſens, ſecus ſi ſit abſens, conſ. 26. nu. 35*

*Forenſis litigans in foro alieno ubi uiget ſtatutum de compromiſſis cogitur ad illud, conſil. 57. num. 22*

*Forma in dubio uidetur ſubſtantialis, conſ. 43. num. 13*

*Cui nihil addi, uel minui poteſt, ut ibi, num. 14*

*Forma ad unguem debet obſeruari, conſil. 43. num. 16*

*Forma non impletur per æquiualens ſed formaliter, conſ. 43. num. 17*

*Forma tradita ad ualiditatem teſtamenti, quòd teſtes uideant teſtatorem, ſubſiſtente aliquo iuſto impedimento, puta peſtis poteſt relaxari, conſil. 43. num. 39*

*Forma probatoria inducta à lege, quod in teſtamentis requiratur numerus ſeptem teſtium, ſecundum magis communem remittitur tempore peſtis, adeo quod ſufficiunt quinque, conſil. 43. num. 40*

*Forma, & ſolennitas non ſeruata non uitiat actum, quando ille qui debebat illam ſeruare fuit impeditus impedimento facti, conſil. 43. num. 42*

*Forma ordinata à lege ſeruari debet, conſil. 63. num. 40*

*Formæ nihil detrahi poteſt, conſil. 33. num. 3*

*Fortilitium in limitrophis ſine conſenſu principis conſtrui non poteſt, conſil. 84. num. 22*

*Forum in loco contractus quis ſortitur ſi agitur ad obſeruantiam contractus, ſecus ſi ad eius reſciſſionem conſil. 26. num. 29*

*Frater emens fundum pro ſe, & fratre ſi in inſtrumento continetur, quod uenditor confeſſus fuit pretium habuiſſe nomine ſuo, & fratris, nec dicit, de qua pecunia intelligitur de propria, conſil. 4. num. 2*

*Frater licet eſſe non poſſit teſtis pro fratre, fallit inter fratres, conſ. 16. nu. 21*

*Frater domini tenetur ad iuramentum fidelitatis, conſil. 53. num. 4*

# Index Conſiliorum


Fratres plures diuidentes hæreditatem paternam inter ſe cum renunctationibus, & clauſulis vniuerſalibus, non intelliguntur remiſiſſe fideicommiſſum iniunctum à patre in teſtamento, conſ.36.num.6. quod declara, vt ibi, num.23

Fratres nedum tenentur fratrem naturalem alere, ex bonis teſtatoris, ſed etiam hæredes extranei, conſ.54.nu.65

Fratres Prædicatores ſunt incapaces annuorum redituum, cum immobilia poſſidere non poſſint, conſ.54.nu.8

Fructus in retractu conuentionali non veniunt à die obligatæ, & depoſitatæ pecuniæ, ſeu à die litis conteſtatæ, conſ.27.num.1. ſed contra ſecundum magis communem, num.7. & 11

Fructus in actionibus ſtricti iuris non veniunt, niſi à die litis conteſtatæ, conſil.27.num.2

Fructus in actionibus bonæ fidei debentur à tempore moræ, conſ.27.num 9

Fructus in actione præſcriptis verbis ſecundum communem veniunt à tempore moræ, vbi peto quod meum eſt, conſ.27.nu.10

Fructus pendentes tempore redemptionis in ſolidum debentur reementi, & non pro rata temporis, conſil.27.num.13. & 16. ſed contra magis communem, vt ibi, num.17

Fructus pendentes dicuntur pars fundi, conſ.27.nu.15

Fructus rerum dotalium ſpectant ad maritum, conſ.42.nu.26

Fructus percepti iudicio teſtatoris ſecundum communem compenſantur cum vero debito, conſ.65.nu.12. contra ſecundum communem, num.24

Fructus percepti poſt aditam hæreditatem non dicuntur hæreditarij, ſed propriè hæredis, conſ.65.num.25

Fructus feudi quando ſunt ſeparati à ſolo non dicuntur amplius feudales, ſed allodiales, conſ.71.nu.64

Fingere non debemus ad ſolum ſonum cymbalis, conſ.83.num.30

Fundamentum intentionis ſuæ vnuſquiſque probare tenetur, alias ſuccumbere debet, conſ.85.num.2

Fundans ſe in tempore oportet quod articulatè, & limitatè probet de tempore, conſ.32.nu.10

Fundans ſe in ſtatuto, vel priuilegijs à verbis eorum recedere non debet, conſ.60.nu.18

Fundans ſe in culpa alicuius, ſiue agendo, ſiue excipiendo debet eam clarè deducere, conſ.67.num.27

Fundans ſe in paupertate illam probare tenetur, conſ.92.nu.23

Fundatam intentionem quis videtur habere remedio rei integrandæ ſecundùm communem, eo ipſo quod probat de antiquiori poſſeſſione, & quòd alius de præſenti poſſidere reperiatur, dato quòd non probetur de alia ſpoliatione, vel violentia, conſ.72.num.1

Fundus ſi communi nomine emptus ſit, & non conſtet, ex qua pecunia communicandus non eſt, niſi pretium emptori refundatur, conſ.4.num.5

Fundus dotalis de iure alienari non poteſt, conſ.62.nu.6

Fundum alienum ingrediens contra domini voluntatem actione iniuriarum tenetur, conſ.9.nu.23

Fundum petens feudalem permixtum cum allodiali, ſuccumbere debet, niſi ſciat clarum reddere feudale ab allodiali, conſ.82.num.17

Funeris impenſa ſolui debet per hæredem, & non vſufructuarium, conſil.8.num.12

Furnus. vide infra in litera L. in ver. longiſſimo tempore.

Furantes pecuniam publicam Ciuitatis Romanæ, puniuntur pœna legis Iuliæ peculatus, ſi alterius Ciuitatis, furti, conſ.84.num.26

Furtum factum cenſetur culpa inhabitantium, conſ.95.num.3


G


GAbellam fraudare licitum eſt, ceſſante cauſa propter quam ab initio legitimè fuit impoſita, conſ.91.num.52

Gabellæ ſola lucri cupiditate non ſunt imponendæ. ſed cum rationabili cauſa, conſ.91.nu.25. & 37

Gabellæ, vel vectigalis ſolutio barbarica eſſe non debet, vt eſt, quando ſoluitur vltra tertiam octauæ partis, conſ.91.nu.44

Geminatæ clauſulæ demonſtrant latiſſimam, & enixam voluntatem confirmantis, & multo fortius triplicatæ, conſ.71.nu.50

Generi per ſpeciem derogatur, conſ.8.nu 32. declara vt in nu.37

Ceſta cum conſilio maiori auctoritate roborantur, conſ.1.num.86

Gloſ. in l. ne quid, ff. de incend. rui. & nauf. communiter reprobatur, conſ.95 nu.28. vel debet intelligi, vt ibi. nu.11

Gloſſæ in cap.1. §. item ſi fuerit, in verb. reuertitur. quibus mod. feud. amitt. & in cap.1. §. fin. quæ ſit pri. cauſ. benef. amit. loquuntur in feudo nouo, conſil.64.num.29

Grauari non poteſt vnus ex delicto alterius, conſ.66.nu.67

Grauatus reſtituere hæreditatem non obſtante amiſſione inuentarij, poteſt deducere contra fideicommiſſarium non ſolum debitum ciuile, & naturale, ſed etiam ſolum naturale, conſ.64.num.14

Grauatus fideicommiſſo aliquem inſtituens, ſecundum communem illum inſtituere non videtur in bonis fideicommiſſo non ſubiectis, conſil. 71. num. 26. & 31

Grauatus fideicommiſſo non poteſt in bonis ſubiectis reſtitutioni fideicommiſſi alimenta conſtituere, conſ.89.nu.27

Gratiæ natura eſt, vt quidquid in iuſtitia aſtulit, reſtituat iuſtitia, conſil.60.num.39

Graue, & luctuoſum reputaretur, ſi id quod vnus ſuis laboribus, & proſpera fortuna lucratus eſt alteri non laboranti, nec acquirenti concedere deberet, conſ.90.nu.26


H


HAbens numerum duodecim liberorum, ſiue ſint mares, ſiue fœminæ, quamuis nuptæ, excuſatur à muneribus perſonalibus, & patrimonialibus, conſil.52.num.4. Ratio ponitur ibi, num.6. & 14.45 & 51.

Quod amplia procedere, ſiue filij ſint in poteſtate, ſiue emancipati, ſiue religioſi; dummodo tamen legitimi, & naturales; uel legitimati per reſcriptum ſecundum aliquos, ſecus ſi naturales, uel legitimi, ibi num.5

Quod etiam ſane intelligas locum habere; dummodo ſint nati non in utero, ibi. num.6

Amplia quoque concluſionem ipſam procedere, ut in numero dictorum filiorum computentur nepotes ex filio pro uno loco patris ſui, ibi. num.7

Habilitatio iuramenti obtenta à Vicario Epiſcopali ad effectum agendi ſine citatione partis, non ualet, ſed in contrarium eſt magis communis, conſil.2.num.1. & 6

Habilitatio à iuramento, quæ inuita parte concedi poteſt, multo magis ea abſente non citata, conſ.2.nu.11

Habilitatio à iuramento ad effectum agendi obtenta, redditur nulla. ſi mentio facta non ſit in eius impetratione, quòd cum iuramento in tranſactione renunciatũ fuit non impetrare reſcripta, uel priuilegia, cõſ.31.nu.11

Habitantes omnes in caſtro D. ſiue teneant res feudales à domino, ſiue nihil, ſed ſolum habitent, ſiue faciant aliquam artem, ſiue mercantiam, vel aliquam induſtriam, debent per iuſiurandum dominum aſſicurare, conſ.53.num.3

Hæreditaria res eſſe deſinit per aditionem hæreditatis, conſ 75.nu.22

Hæreditas iacens quæ non dicitur poſſideri, complet uſucapionem cœptam, conſ.46.num.27

Hæres adeundo hæreditatem quaſi contrahit cum debitoribus hæreditarijs, conſil. 8 num.25

Hæres conficiens inuentarium coram iudice ſeculari debet citare omnes legatarios, etſi inter eos reperitur clericus, poterit etiam coram eo citari, quia talis requiſitio fit ad eius commodum, conſ.29.nu.10

Hæres licèt teneatur legatario honorato in diem ſub conditione ſatiſdare, tamen indulgetur patri, qui filium emancipauit, uel domino, qui ſeruum manumiſit, ut non teneantur ſubire onus ſatiſdationis, conſ. 37. nu.21

Hæres adeundo hæreditatem uidetur quaſi contrahere cum colono defuncti, & ei locare prædium, conſ.46.nu.16

Hæres repræſentat perſonam defuncti in iure creato, & formato in perſonam ipſius defuncti, conſ.50.nu.8

Hæres defuncti nedum tenetur præſtare alimenta filio naturali teſtatoris, ſed etiam duas unicas de bonis ipſius, conſ.54.nu.72

Hæres fingitur una perſona cum defuncto, conſil.65. num.2. & conſil.71. numero 60

Hæres particularis ſecundum magis communem non admittitur in feudo hæreditario, conſ.67.num.31

Hæres ſine beneficio inuentarij tenetur habere ratam diſpoſitionem defuncti, etiam ſi res hæredis alienaſſet, conſ 71.nu.35

Hæres pendente conditione fideicommiſſi ſi alienauit bona ſubiecta, fideicommiſſo, non poterit fideicommiſſarius purificata conditione ad illa agere ſi grauato ſucceſſit, conſ.71.nu.36

Hæres adeundo hæreditatem uidetur conſtituere cum ſubſtitutis circa obſeruationem contentorum in teſtamento, conſ.71.nu.38

Hæres adeundo hæreditatem ſine beneficio inuentarij, uidetur ratificare geſta per defunctum, conſ 71.nu.69

Hæres quis non dicitur ante aditam hæreditatem, conſ.73.nu.17

Hæres conueniri non poteſt ante aditam hæreditatem, conſ.73.nu.19

Hæres ſi non deſcribit in inuentario bona cum eorum pretio, ualore, æſtimatione, & quantitate, iuratur contra eum in litem, ſicut ſi nullum confeciſſet inuentarium, conſ.73.num.50

Hæres extraneus præſumitur habere ſcientiam fideicommiſſi, conſ.82.nu.9

Hæres ſoluens legata relicta per teſtatorem, præſumitur uidiſſe, & ſcire tenorem teſtamenti, conſ.81.num.10

Hæres faciens mentionem de teſtamento, præſumitur notitiam de eo habuiſſe, conſ.81.nu.11

Hæres inſtitutus ſtuprum committens cum uxore teſtatoris reddit ſe indignum hæreditate, conſ.86.nu.11

Henricus Imperator damnauit ad aratrum propter rebellionem Ciuitatem Thuſciæ, conſ.66.num.29

Homagium idem eſt quòd ſacramentum fidelitatis quod fit pro aliquo feudo, conſil.44.nu.5

Homagium differt à fidelitate, conſil.44.nu.6

*Homagium eſt ille actus præſtationis iuramenti cum ſua ſolennitate, quæ fit in initio, conſil. 44. nu. 7*

*Homagium probatur per confeſſionem eius qui dicit ſe hominem meum, conſil. 82. nu. 39*

*Homicida de iure communi nedum puniendus eſt pœna mortis, ſed etiam à peritis debet fieri æſtimatio quot annis etiam naturaliter potuiſſet viuere interfectus, & eo pro operibus, induſtria & labore ſuo poterat ſuperlucrari ſingulo anno, & in tantum condemnari debet, conſil. 39. nu. 11*

*Homicida voluntarius vltimo ſupplicio puniri debet, conſil. 88. nu. 1*

*Homicidæ puniuntur pœna mortis, conſil. 63. nu. 2*

*Homo poteſt eſſe ſeruus plurium, conſil. 1. nu. 83*

*Hominem necare eſt peccatum, conſil. 54. nu. 61*

*Homines vaſallorum meorum non ſunt mei, conſil. 1. nu. 2 & 6. ſed declara vt ibi, nu. 79. & 96*

*Homines vaſallorum requiſiti à ſuperiore domino ad ſibi iurandum fidelitatem contradicentibus vaſallis illam præſtare non debent, conſil. 1. num. 6*

*Homines ſubditi uaſallo domini ratione generalis iuriſdictionis quam habet dominus, tenentur ei præſtare iuramentum fidelitatis, conſil. 1. num. 82. & 189*

*Hoſpitatus ſi eſt aliquis in domo mea per multos annos, & ſimiliter eius anteceſſor non per hoc cauſatur, conſuetudo uel præſcriptio per quam in futurum teneat, conſil. 21. nu. 22*

*Hypotheca ſpecialis magis impendit quàm generalis, conſil. 62. nu. 12*

*Hypotheca ſpecialis plus afficit rem quàm generalis, & per eam plus iuris conſtituitur creditori, quàm per generalem, conſil. 62. nu. 13*

*Hypotheca generalis tantum operatur effectu cuiuſlibet rei comprehenſæ in genere, quantum ſpecialis, conſil. 62. nu. 38*

*Hypothecaria, ut agi poſſit contra tertios poſſeſſores opus eſt ut præcedat legitima excuſſio bonorum debitoris, conſil. 85. nu. 12*

## I

*IActum qui fecit rerum ſuarum cauſa alleuiandæ nauis tenetur contribuere pro rata ſua in emendatione ſibi facienda à conſocijs, conſil. 69. nu. 36*

*Ictus uniuſcuiuſque contemplandus eſt, conſil. 63. nu. 11*

*Identitas prædij per duos confines declaratur, conſil. 67. nu. 15*

*Ignis immoderatus & urgens tribus modis dicitur, conſil. 95. nu. 17*

*Ignem tenere in domo non eſt prohibitum, cum ſit unum ex quatuor elementis, ſine quibus homo uiuere non poteſt, conſil. 95. nu. 16*

*Igne exorto in uicinia, ſi domus alicuius deſtruitur à uicinis, ne ignis ulterius progrediatur, damnum ei communis à uicinis reſarciri debet, conſil. 69. nu. 32*

*Ignorantia facti alieni in dubio præſumitur, niſi probetur ſcientia, conſ. 36. nu. 1*

*Ignorantia in facto alieno eſt tollerabilis, conſil. 36. nu. 2*

*Ignorantia eſt actus priuatiuus habens negatiuam annexam, quæ eſt de iure improbabilis, conſil. 36. nu. 3*

*Ignorantia teſtamenti paterni in dubio præſumitur, fallit poſt immixtionem, conſil. 36. nu. 4. 12. 17. & 18*

*Ignorantia in facto proprio non eſt tollerabilis, conſ. 81. nu. 24*

*Ignoratis principijs nihil bonis fieri poteſt, conſil. 94. nu. 30*

*Illatio recta non fit ex ſeparatis, conſil. 38. nu. 6*

*Immunis nemo eſt, quando publica neceſſitate inducuntur munera emendi uel uendendi frumenta uel blada propter milites, conſ. 76. nu. 11. declara ut ibi. nu. 27*

*Immunitas conceſſa certis incolis comprehendit & Iudæos, conſil. 35. nu. 31*

*Immunitas difficilius conceditur à muneribus patrimonialibus, conſil. 52. nu. 8*

*Immunitas quæ à lege & Doctor. conceditur, extenditur & ad onera bellica, conſil. 52. nu. 34*

*Immunitas conceſſa patri propter munerum duodecim liberorum ſecundum magis communem non extinguitur per mortem unius uel plurium filiorum, conſil. 52. nu. 49*

*Immunitas conceſſa patri propter duodecim liberos non oxtinguitur, ſi filij agunt unde ſe alunt, conſil. 52. nu. 53*

*Immunitas pleniſſima à realibus & perſonalibus non excuſat ab illis à quibus ſpecialiter eſt conceſſum, ut nullus priuilegiatus excuſetur, conſil. 76. nu. 10*

*Immunitas conceſſa per uiam contractus oneroſi, & ſi trahatur ad onera bellica, ſecus tamen quando conceſſa reperitur ex cauſa reminerationis, conſil. 76. nu. 12. ſed contra, nu. 13. 22. & 28*

*Immunitas conceſſa ab omnibus oneribus ordinarijs comprehendit bellica, conſil. 87. nu. 11*

*Immunitas conceſſa ob paupertatem ſuperuenientibus diuitijs ceſſat, conſil. 91. num. 46*

*Immunitates conceſſæ uaſallis nomine proprio, & non ſub nomine dignitatis ſeruari non debent per ſucceſſores, conſil. 1. nu. 168*

*Impedimentũ procuratum uel affectatum non releuat, ubi aliàs excuſaret uel releuaret, conſil. 47. nu. 36*

*Imperator uel Rex ſi concedat Comiti regalia uel imperialia in terra ſua, omnia quæ perſonæ principis cohærent, conceſſa eſſe uidentur, conſil. 1. nu. 16*

*Imperator ſicut non poteſt imponere ſucceſſori legem legis, item nec legem contractus, conſil. 1. nu. 38*

*Imperator vel Rex quando creauit Ducem vel Marchionem, & ipſum inueſtiuit de ducatu & marchionatu, ſicut non poteſt pro libito voluntatis ipſum bis inueſtire, niſi per culpam & feloniam, ita nec ſucceſſores in imperio vel regno, ſi alligantur inueſtituræ, conſ. 1. nu. 43*

*Imperium communicans alteri merum & mixtum imperium & maximum, non tamen per hoc à ſe abdicat ſuperioritatem, quam habet ratione imperij, quia ſuperioritatem, maioritatem & honorem non poteſt in alium transferre, cum nullus inferior ſit capax, ne de corpore imperij euelli poſſit, conſil. 1. nu. 138. & conſil. 80. nu. 20*

*Imperator ſi concedit alicui homines ſuos, non tamen videtur eos alienare, quia adhuc retinet maioritatem, conſil. 1. nu. 139*

*Imperator concedendo ciuitatem Valentinam eccleſiæ cum regalibus non abdicant à ſe ius ſuperioritatis, & ſupremæ poteſtatis, quin poſſit eximere quod voluerit ab omnibus oneribus etiam in præiudicium vaſallorum, conſil. 1. nu. 141*

*Imperator cupit ampliare hominum adiectione imperium potius quàm pecuniarum copia, conſil. 52. nu. 10*

*Imperator vel populus qui manumittit ſeruum alterius ex cauſa publicæ vtilitatis non tenetur ad alicuius pretij ſolutionem, conſil. 69. nu. 13*

*Imperator concedens caſtrum alicui cum omnibas iuribus ſuis nihil in ſe reſeruare videtur, conſil. 87. nu. 12*

*Imperator non poteſt aliquem de vſuraria prauitate inquirere, conſil. 96. nu. 52*

*Imperium vel præceptum regium non inducit iuſtum metum; niſi probetur in pretio, vt quia conſuetus eſſet barbaricè tractare non obedientes ſuis præceptis, vel precibus, conſil. 83. nu. 25. & nu. 31. vbi ampliatur*

*Impoſitionem illicitam qui poſuerit aduerſus eccleſiam vel eccleſiaſticam perſonam, vel exegerit vltra refuſionem triplici, punitur banno imperiali per iudicem ſecularem, conſil. 24. nu. 3*

*Impoſſibilitas vitiat, & annullat contractum, conſ. 43. nu. 27*

*Impoſſibilitas excuſat emphyteutam, qui non poteſt ſoluere canonem propter inopiam, conſ. 43. nu. 28*

*Impoſſibilium nulla eſt obligatio, conſ. 43. nu. 25*

*Impreſſio probatur eo ipſo quod habens dignitatem diceret ſubdito, quod niſi contrahat cum eo, quòd contra ipſum procedet, vel denuntiabit de maleficio, conſil. 83. num. 4*

*Imputatio in quartam fit per modum æſtimationis, conſil. 11. num. 13*

*Incendium præſumitur factum culpa inhabitantium, niſi caſus fortuitus probetur, conſil. 95. nu. 2*

*Incendium licet dicatur factum culpa inhabitantium, tamen non præſumitur culpa determinati hominis, conſil. 95. nu. 10*

*Incendium commiſſum per nurum in domo conducta per ſocerum eum non obligat ad damni emendationem, conſil. 95. nu. 11. & 27*

*Incendium dicitur caſus fortuitus, conſil. 95. nu. 18*

*Incendium caſu fortuito fit, quando taliter factum eſt, quòd præuideri non potuit, conſil. 95. nu. 22*

*Incendium vbi apparere non poteſt, à quo originem traxerit ex iſto caſu dubio abſolutiua ſequi debet in fauorem conuenti. conſil. 95. nu. 24*

*Incertitudo ſuſpendit inſtitutionem hæredis, dationem tutoris legatum & dationem libertatis, ne ſuum poſſint habere effectum, conſil. 63. nu. 12*

*Incertitudo licet operetur ut omnes non teneantur pœna mortis, tamen hoc fallit ſi ex propoſito omnes rixantes ordinauerunt homicidium perpetrari, conſil. 63. nu. 17*

*Incidenter multa permittuntur, quæ aliàs non permitterentur, conſil. 30. nu. 5*

*Incluſio unius eſt alterius excluſiuo, conſil. 19. nu. 15*

*Incæptor rixæ punitur de occiſo, ſi ignoratur occiſor, conſil. 63. num. 1. & 7*

*Incommoda ubi ſunt, debent eſſe commoda ex æquitate, conſil. 8. num. 4*

*Indebitum qui ſoluit in certo loco, poteſt illud repetere in quocunque loco etiam ſolutionis, ſi ibi aduerſarius reperiatur, conſil. 26. nu. 34*

*Indicia requiruntur in crimine læſæ maieſtatis, conſil. 68. nu. 2. & 34*

*Indicia debilitantur ex bona fama accuſati vel inquiſiti, conſil. 96. nu. 23.*

*Indignum eſt ut priuatæ perſonæ regalia iura percipiant, conſil. 1. num. 149*

*Indignum eſt ut laici decimas poſſideant, conſil. 1. nu. 150*

*Infamis dicitur qui habet duas concubinas, & ſicut is reperitur à teſtimonio uel dignitate, ita & qui habet uxorem, & unam concubinam ſimul, conſil. 63. nu. 28*

*Inferiori à ſupremo principe non poteſt iuri ciuili derogare, nec aliud tollere, conſil. 3. nu. 10*

*Inferior præſcribendo contra ſuperiorem, uel par contra parem uidetur iuriſdictionem præſcribere, excluſiuè ad ipſum ſuperiorem, conſil. 80. num. 23*

*Inferiores à principe licèt non poſſint aliquid ſtatuere contra ius commune, tamen facere poſſunt ordinationem ſiue ſtatutum in auxilium prohibitionis ſuperioris apponendo pœnam, conſil. 3. nu. 30*

# Index Conſiliorum


Infeudatus de caſtro cum iuriſdictione non poteſt condere ſtatuta, conſil. 42. nu. 11. quod declara, vt ibi. nu. 43
Infeudatus de mero imperio habet multas condemnationes ſubditorum, nec non & publicationem bonorum, conſil. 78. nu. 9
Infeudatum eſſe de vtili dominio nihil aliud eſt quàm habere vtilitatem rei & poteſtatem de ipſa diſponendi, cum ſuperioris auctoritatem quem recognoſcit, conſil. 78. nu. 8
Ingrediens poſſeſſionem ſua auctoritate ex promiſſione iudicis exequentis non incidit in pœnam legis Meminerint. Cod. vnde vi, ſi licite hoc fecit, ſecus ſi iniuſtè, vbi autem per executorem traderetur ſibi poſſeſſio, tunc etiam locum non habet conſtitutio dictæ legis, ſed expulſo ſuccurritur per oppoſitionem, ſecundum formam legis ab executione. Cod. quor. appel. non recipiuntur, conſil. 5. nu. 5. quod tamen declara, vt ibi. nu. 17
Inhibitio iudicis appellationis vt valeat, requiritur quod interueniat citatio partis, conſil. 67. nu. 24
Inhibitio ſi eſt ſubreptitia omnia quæ illius cauſa facta ſunt, veniunt reuocanda, conſil. 77. nu. 27
Inimicitia capitalis oritur ex minis de occidendo, conſil. 63. nu. 32
Inimicitiam capitalem inducunt verba iniurioſa, conſil. 63. nu. 26
Inimicus capitalis repellitur a teſtimonio, conſil. 63. nu. 30. quod amplia vt ibi, nu. 33
Initium ſpectandum eſt vt verbum ſonat, quando quæritur de natalibus, conſil. 100. nu. 28
Iniuria ſi fit poteſtati. vt quia percutitur vel vulneratur, non poteſt ipſe delinquentem punire, ſed debet querela reſeruari principi vel eius ſucceſſori, conſil. 16. nu. 10. & 16
Iniuria fieri dicitur toto populo, vbi quis vulneratur, conſil. 19. nu. 13
Iniuria vindicanda eſt vbi plectilis eſt orta præſumptio, conſil. 19. num. 16
Iniuria ſi irrogetur ſacerdoti per laicum, puniri poteſt laicus à iudice ſeculari, conſil. 24. nu. 2
Iniuria facta officiali ſi eſt notoria punienda eſt per offenſum, conſil. 48. nu. 2. quod intelligo vt ibi, nu. 14
Iniuria quando eſt facta officiali non prætextu dignitatis, ſed odij particularis ſecundum communem, iudex eſſe non poteſt in cauſa propria, conſil. 48. nu. 7
Iniuria non dicitur illata ratione dignitatis, quando non eſt facta à iudice ſedente pro tribunali, conſil. 48. nu. 11
Iniuria quando eſt notoria & pœna eſt arbitraria, tunc quis iudex eſſe non poteſt in cauſa propria, conſil. 48. nu. 16
Iniuria ita fit viro defuncto per ſtuprum commiſſum per viduam, ſicut per adulterum adulterium commiſſum in vita, conſil. 86. nu. 10
Iniuria minor eſt quæ fit defuncto quàm viuenti; conſil. 86. nu. 26
Iniuria capitalis eſt auferre pauperibus modicum quod habent, & perinde eſt ac ſi eis auferrentur oculi; conſil. 87. nu. 52
Iniuriæ ſibi illatæ non reſiſtens, & ei non obſtans, ſi poteſt, tam eſt in uitio quàm ſi parentes & amicos, aut patriam deſereret, conſi. 3. nu. 5
Iniuriam ſi quis committit in perſonam domini ſui, ut in priuatam perſonam non poterit dominus illum punire, & ſi propter hoc aliquid extorqueat, illud reſtituere tenetur, conſil. 48. nu. 8
Iniuriato datur de bonis iniuriantis in compenſationem ſuæ iniuriæ, conſil. 78. nu. 24
Iniuſtitia pretij relinquitur arbitrio iudicis, conſil. 96. nu. 2
Inobedientia tanquam grauiſſimum delictum hæreſi comparatur, conſil. 47. num. 4
Inopia non excuſat aliquem à ſatiſdarione, ubi uult quid ab alio conſequi, conſil. 43. nu. 19
Inquiſitio regulariter eſt prohibita niſi in caſibus à iure expreſſis, conſil. 19. num. 11
Inquiſitio ad publicam uindictam ulciſcendam tendit, quæ debet per patres ciuitatum ulciſci & non occultari, conſil. 19. nu. 12
Inquiſitio ad priuatam utilitatem, & ad priuata iura non extenditur, conſil. 30. nu. 7
Inquiſitio ſuccedit loco accuſationis, conſil. 30. nu. 15
Inquiſitor repræſentat partem ubi permittitur inquiſitio, conſil. 30. nu. 10
Inſinuatio ſecundum communem tollitur iuramento, conſil. 25. nu. 13
Inſinuatio requiritur in renuntiatione, conſil. 70. nu. 7
Item & in pacto de non petendo, conſil. 7. nu. 8
Inſinuatio inuenta eſt propter publicam utilitatem non principaliter ſed ſecundario, conſil. 70. nu. 13. 23
Inſinuatio introducta eſt à lege ut remoueantur fraudes, conſil. 70. num. 17
Inſtantia cauſæ appellationis de iure ciuili eſt annatis, conſil. 15. nu. 1
Inſtantia appellationis trium menſium firmata ex decreto iudicis ſubrogatur loco inſtantiæ iuris communis, conſil. 15. nu. 2
Inſtantia cauſę appellationis introducta in adiutorio principis non currit, conſil. 15. nu. 3. contra, nu. 7. & 11. ubi declaratur
Inſtantia cauſæ principalis differt ab inſtantia cauſæ appellationis, conſil. 45. nu. 6
Inſtantiæ tempus ſicut non currit coram Papa uel Imperatore, ita nec coram alio principe habente iura regalia ex priuilegio uel conſuetudine immemoriali, conſil. 15. num. 5
Inſtitutio facta de feudo ſine licentia domini ei, qui eſt ſibi legitimè ſucceſſurus, ualet, conſil. 41. nu. 17
Inſtitutus in re certa poteſt propria auctoritate accipere rem, in qua inſtitutus eſt, ſicut hæres uniuerſalis, conſil. 74. nu. 23
Inſtructio, ædificatio murorum, conſtructio caſtri, & fortitudinis, quæ fiunt pro tuitione perſonarum & rerum, iuſtæ ſunt cauſæ imponendi collectam, conſil. 1. nu. 195
Inſtrumentum facit rem notoriam claram & manifeſtam, conſil. 4. nu. 23. & conſil 96. nu. 17
Et de eo non uenit dubitandum, ſicut de caſu legis, ut ibid. nu. 24
Inſtrumentum ſi eſt confectum in duplo ueræ ſortis in fraudem uſurarum, poteſt quis in eo loco, in quo eſt confectum adire iudicem, & de hoc conqueri, conſil. 26. nu. 33
Inſtrumentum producenti incumbit onus probandi de notaria tu, conſil. 32. num. 7
Inſtrumentum habens ſua ſolennia probat, conſil. 40. nu. 7
Inſtrumentum dicitur probatio probata, & probat illud quod cantat, conſil 40. num. 8. diciturq́; res liquida & euidens, ut ibi, nu. 9
Inſtrumentum ſimulatum dicitur tanquam corpus ſine ſpiritu quia deficit conſenſus, conſil. 40. nu. 41
Inſtrumentum eſt ueritas apparens, probatio probata, & non probanda, & non indigens diſceptatione fori, conſil. 53. nu. 6
Inſtrumentum facit probationem promptam manifeſtam, realem, probatam, euidentiſſimam, manifeſtiſſimam, liquidam, patentem, certam, indubitatam, & notoriam, conſil. 75. nu. 19
Inſtrumentum ſeparatum fieri debet de ſolennitatibus in alienatione requiſitis, conſil. 99. nu. 34
Inſtrumento ut detur fides opus eſt probare illud ſcriptum fuiſſe manu notarij de eo rogati, conſil. 32. nu. 13
Inſtrumento leuato ab alieno protocolo fides non eſt adhibenda, niſi exhibeatur protocolum, conſil. 32. nu. 25
Inſtrumenta facientia ad cauſam producens cum cautione reati legitimus procurator cenſetur ſecundum magis communem, conſil. 46. nu. 6
Inſtrumenta & ſi confici debeant ſecundum conſuetudinem loci, tamen ſi in ciuitate conficiuntur inſtrumenta diuerſimodè propter tales contrarietates redimus ad ius commune, conſil. 87. num. 54
Intellectus omnis abſurdus in ſtatutis fugiendus eſt, conſil. 97. num. 26
Intentio diſponentis ex ordine literæ arguitur, conſil. 1. nu. 180
Interdictum uti poſſidetis eſt ceſſibile, conſil. 28. nu. 32
Interdictum uti poſſidetis ei competit, qui poſſidet non ui; non clam, nec precario reſpectu aduerſarij, conſil. 46. nu. 10
Interdictum uti poſſidetis ei tantum datur, qui turbatur in ſua poſſeſſione, conſil. 46. nu. 22
interdictum uti poſſidetis non datur contra eum, qui poſſeſſionem uacantem per mortem defuncti occupauit, antequàm hæres illam apprehenderit, conſil. 46. nu. 42
interdictum quorum bonorum dicitur adipiſcendæ, conſil. 75. nu. 1
interdictum quorum bonorum datur uero hæredi, uel bonorum poſſeſſori contra eum qui non uerè titulo poſſidet; conſil. 75. num. 2
interdictum quorum bonorum directum ſecundum communem datur hæredi de iure prætorio, & utile de iure ciuili; conſil. 75. nu. 3
interdictum quorum bonorum, quod datur bonorum poſſeſſori de iure prætorio; non datur ad res particulares; ſecus interdictum utile, quod datur hæredi de iure ciuili, conſil. 75. nu. 4
interdictum quorum bonorum intentans debet petere ſe conſtitui poſſeſſorem bonorum petitorum, uel ſe immitti in eorum poſſeſſionem, uel aduerſarium condemnari ad reſtitutionem poſſeſſionis, conſil. 75. nu. 6
interdictum quorum bonorum non datur pro poſſeſſione rei, quam quis ſemel habuit, conſil. 75. nu. 7. & 20
interdictum quorum bonorum non datur contra titulo poſſidentem, conſ. 75. nu. 16
interdictum quorum bonorum utile datur hæredi de iure ciuili, conſil. 93. nu. 1. Quod datur, & pro poſſeſſione rerum particularium, ibi. nu. 2
interdicto quorum bonorum agens debet probare poſſeſſionem petitam fuiſſe penes defunctum, conſil. 75. nu. 13
intereſſe conſiſtens in affectione maiorum ſuorum dicitur æſtimabile & conſiderabile; conſil. 27. nu. 13
intereſſe alicuius clerici ſi uertitur in publicatione alicuius inſtrumenti, moneri poteſt, ſi ſua putauerit intereſſe, ut dictæ publicationi interueniat, conſil. 29. nu. 11
intereſſe pecuniæ non ſolutæ licet de iure communi peti poſſit ſoluto matrimonio, tamen id uerum eſſe arbitratur, ſi de intereſſe prætorio conſtat per probationes, conſil. 51. num. 30
interpellatio ad conſtituendum quem in mora, non requiritur ſecundum communem, quando adeſt iuramentum, conſil. 25. nu. 22
interpretatio uera à practica ſumitur, conſil. 2. nu. 7
interpretatio illa in contractibus fieri debet, quam contrahentes interrogati ueriſimiliter feciſſent, conſil. 37. nu. 23


Inter-

nterpretatio fieri debet contra opponentem præſcriptionem, conſ.89.nu.31
nterpretatio lætior fit in vltimis voluntatibus quàm in contractibus; conſil.93.nu.18
Interpretatio latiſſima fit in beneficijs & in donatione principis conſil.93.num.27
Inuenire quis non dicitur, niſi realiter apprahendat, conſil.75.nu.27
Inueniri illud propriè dicitur, quòd manibus apprahenditur; conſil.75.numero 30
Inuentarium legitimè conficiens tenetur creditoribus hæreditarijs, quatenus patiuntur vires hæreditatis detracta falcidia de legatis & non vltra, conſil.73.nu.1. Item & ſibi conſeruat, quæ ei debeantur à defuncto ſecus ſi nulliter, conſil.73.num.2.28.33
Inuentarium facit cenſeri hæreditatem iacentem, conſil.73.nu.3
Inuentarium prodeſt Iudæis & ſarracenis populo Romano ſubiectis, conſil.23.num.6
Inuentarium ſufficit, quod rogetur ab vno notario, conſil.73.nu.10
Inuentarium confici non poteſt per priuatam ſcripturam defuncti, cum teſtibus, conſil.23.nu.11
Inuentarium originem aſſumit in perſona hæredis & non defuncti, conſ.73.nu.12
Inuentarium continere debet locum & tempus in quo confectum eſt, conſil.73.nu.13
Inuentarium confici debet coram duobus teſtibus qui cognoſcant hæredem, conſil.73 nu.14
Inuentarium inchoari debet infra menſem, ſecundum magis communem à die aditæ hæreditatis, conſil.73.nu.16
Limita tamen vt ibid.nu.34
Inuentarium per fideicommiſſarium confici non debet ante reſtitutam hæreditatem re, vel verbo, conſil.73.nu.18
Inuentarium etſi inchoatum non fuerit infra menſem à die aditæ hæreditatis, ſed factum infra alios ſexaginta dies & ſic infra tres menſes valet, conſil.73.nu.20
Inuentarium vt legitimè fiat ad inſtantiam hæredis citari debent legatarij, & creditores exiſtentes in loco ad comparendum tali die, hora, & tali loco, ad videndum fieri confectionem inuentarij, conſil.73.nu.22
Inuentarium confectum ſine præſentia iudicis eſt nullum, conſil.73.nu.36
Inuentarium legitimum eſſe non dicitur ſi in eo non deſcribantur bona clarè & diſtinctè, conſil.73.nu.43
Inuentarium à lege ordinatur, vt hæredi auferatur via malignandi, conſil.73.nu.44
Inuentarium nullum dicitur perfunctorium, conſil.73.nu.51
Inuentarium hæredis ſcrupuloſa res eſt, conſil.73.nu.52
Inuentarium dicitur quia reperta & inuenta in bonis pupilli ibi deſcribuntur, conſil.75.nu.29
Inueſtitor ſolus in cauſa feudali productus in teſtem, & ſi non probet inueſtituram, quia vnicus teſtis tamen hoc fallit, niſi dominus inueſtituram fecerit cum ſubſcriptione ſecretarij & conſiliariorum, quia tunc creditur etiam in facto proprio, conſil.1.nu.30
Inueſtitura abuſiua licèt non tribuat ius, nec in dominio nec in poſſeſſione tamen hoc fallit ſi inueſtitura ſit facta in præſentia rei donatæ, quia tunc transfertur poſſeſſio ſi donans eſt in poſſeſſione, conſil.51.nu.33
Inueſtitura derogat omni naturæ feudali, conſil.79.nu.18
Quod amplia procedere etiam ſi ſit contra naturam feudi, vt ibid.nu.19
Inueſtitus de feudo cum mero & mixto imperio & omnimoda iuriſdictione dicitur procurator in rem ſuam, conſil.78.nu.19
Inueſtitus de feudo pro ſe & cui dederit, poteſt de feudo teſtari, conſil.79.nu.10.21.& 27
Inueſtitus de feudo pro ſe & cui dederit, licèt poſſit de eo teſtari tamen id verum eſt petita prius licentia à domino, aliàs ſecus conſil.79.nu.11. in contrarium eſt magis communis, vt ibid.nu.25.& 31
Inueſtitus de caſtro cum iuriſdictione, legem etſi particularem condere poſſit non tamen generalem, conſi.99.nu.22
Inueſtiri, qui ſunt rectores perpetui poſſunt in loco nedum facere proclamata, ſed etiam ſtatuta, conſil.3.nu.18
Iudæus habens copulam carnalem cum Chriſtiana plectendus venit pœna capitali, conſil.35.nu.1
Iudæus contrahens matrimonium cum Chriſtiana, cenſetur adulterium committere, conſil.35.nu.47
Iudæo non defertur iuramentum ſuppletiuum, conſil.35.nu.20
Iudæi ſunt alterius ſectæ & de alio grege quàm Chriſtiani, conſil.35.nu.7
Iudæi cenſetur perſonæ odioſæ & infames, imò magis odioſi alijs infidelibus, conſil.35.nu.14.& 15
Iudæi repelluntur ab omnibus dignitatibus, conſil.35.nu.16
Iudæi regulariter reguntur ſecundum ius Romanum, conſil.35.num.22
Iudæi exiſtentes in loco in quo ſeruatur ius ciuile Romanorum, ſecundum magis communem dicuntur eſſe de populo huius loci, quò ad hoc, ut legibus illis viuant, conſil.35.nu.7
Iudæi habent filios in poteſtate, conſil.35.nu.28
Iudæi illicita matrimonia inter ſe celebrare non poſſunt, conſil.35.num.30
Iudæi in actibus humanis participant nobiſcum, conſil.35.nu.32
Iudæi dicuntur eſſe de populo, & corpore ciuitatis quanuis non ſint de corpore ſpirituali, conſil.35.nu.38
Iudæi ſunt deterioris conditionis quàm Chriſtiani, conſil.73.nu.7
Iudæi ad ciuiles honores admitti non poſſunt, conſil.73.nu.9
Iudæorum ſocietas non eſt reprobata, vt hoſtium, vel hæreticorum, conſil.35.nu.34
Iudæos Rex appellat inſultatores fidei noſtræ, conſil.35.num.17
Iudex ſine cauſæ cognitione aliquid attentare non poteſt in præiudicium alicuius ex litigatoribus, conſil.2.nu.4
Iudex ſecularis de nullitate abſolutionis à iuramento cognoſcere poteſt, conſil.2.nu.15
Iudex quando facit executionem in aliqua re tanquam condemnati, ſi habet animum præiudicandi tertio poſſeſſori, ei non præiudicat, & ob id non priuatur ſua ciuili poſſeſſione, licet ſecus ſi poſſeſſio occuparetur, à priuato ſine auctoritate iudicis, conſil.5.nu.12
Iudex quod vellet defendere immiſſum in poſſeſſionem cuius immiſſio de eius conſcientia non proceſſit & quam concedere non potuiſſet abſurdum eſſet, conſil.5.nu.2
Iudex non ſeruans iuris ordinem vel debitam conſuetudinem redigitur ad inſtar priuati nec iuuatur ratione officij cum in illud deliquerit contra naturam ipſius officij, conſil.6.nu.13
Iudex procedens contra aliquem ſine cauſæ cognitione cenſetur tanquam priuatus & ei non eſt obediendum, conſil.6.nu.14
Iudex procedens extra ordinem dicitur de facto procedere, conſil.6.nu 15
Iudex torquere poteſt bannitum, vt confiteatur ſeſe eſſe perſonam deſcriptam in banno, cum ſit diffamatus, conſil.6.nu.27
iudex cauſarum ciuilium licet non poſſit de crimine cognoſcere contra eum qui coram eo commiſit falſum, procedere poteſt ſubmota omni præſcriptione fori, conſil.12.num.2
iudex Peruſinus qui de neceſſitate iuris vel de conſenſu partium remiſit examinationem teſtis Florentini ad iudicem Florentiæ, coram quo falſum depoſuit, puniendus venit, etiam per uiam inquiſitionis per iudicem Peruſinum, conſil.12.nu.4
Quod amplia vt ibi, nu.5.& declara ut ibi nu.7
iudex ſecularis etiam incidenter non poteſt cognoſcere de cauſa matrimonij, conſil.12.nu.15
Quod declara, ut ibi.num.24
iudex eccleſiaſticus non poteſt auferre iudici ſeculari ſuam iuriſdictionem, nec ei mandare ne ſuo iure utatur, conſil.12.nu.18
iudex ſecularis nullo modo poteſt eſſe iudex contra clericum, nec principaliter, nec incidenter, conſil.12.nu.38
iudex qui non habet poteſtatem in cauſa principali licet poſſit de incidenti cognoſcere, an ſit iudex, tamen hoc fallit in iudice ſeculari contra clericum, conſil.12.nu.40
iudex ſecularis eſſe non poteſt iudex contra clericum & incidenter per uiam exceptionis, conſil.12.nu.41
iudex ſecularis non poteſt clericum in expenſis condemnare qui diſtulit priuilegium ſui clericatus deferre & incompetentiam iudicis allegare, conſil.12.nu.42
iudex quis eſſe non poteſt contra inimicum ſuum eo illum recuſante, in conſil.16.nu.3
Quod amplia procedere etiam ſi eſſet qualibet minima inimicitia, quamuis non capitalis, ut ibi.nu.4
iudex in cauſa propria quis eſſe non poteſt, conſil.16.nu.5
iudex originis poteſt procedere per uiam inquiſitionis contra originarium delinquentem extra territorium, conſil.19.nu.1.& nu.7.ubi eſt communis, & nu.21. ubi declaratur
iudex ſolus delicti per uiam inquiſitionis poteſt procedere contra delinquentem, conſil.19.num.8.& num.20.vbi eſt magis communis
iudex non debet imponere falcem in alinum territorium, conſil.19.nu.22
iudex pro miſerabilibus perſonis poteſt interponere eius officium in dando eis tutores, quamuis imploratum non eſſet, in conſil.20.nu.5
iudex etſi inquirere poſſit pro iniuria illata pupillo, uiduæ, & ſic miſerabilibus perſonis, hoc tamen ſanè intelligi debet de pauperibus alias ſecus, conſil.20.nu.14
iudex eccleſiaſticus, eſt protector & defenſor uiduarum & pupillorum; conſil.20.nu.17
iudex laicus non eſt competens de cauſa inter laicum & clericum ſuper poſſeſſorio adipiſcendæ, retinendæ, uel recuperandæ, conſil.23.nu.17
iudex ſeculares punire poteſt laicum uulnerantem alium laicum in eccleſia, conſil.24.nu.1.& nu.6.ubi eſt communis
iudex eccleſiaſticus & ſecularis poſſunt punire uulnerantem in eccleſia uidelicet eccleſiaſticus de ſacrilegio, & ſecularis de uulnere, conſil.24.num.9
Quod declara ut ibi.nu.13
iudex laicus punit eum qui deliquit in clericum, uel eccleſiam, etiam ſi epiſcopus remittat, faciendo pacem uel concordiam cum delinquente, conſil.24.nu.11
iudex ſecularis laicum delinquentem in eccleſia, ab ea extrahere non poteſt, conſil.24.nu.15. Sed iudex eccleſiaſticus [illegible] & [illegible] ſeculari

culari tradere, quod declara ut ibid. nu.16. & ſi tradere noluit extrahi poterit ab eccleſia à ſeculari, ut ibi. nu.17

Iudex ſi patiatur iniuriam, ſuperiori ſuo illam nuntiare debet, conſil. 28. num.36

Iudex qui recedit à communi facit litem ſuam, & tenetur parti ad intereſſe in ſyndicatu, conſil.46.nu.9

Iudex in cauſa iniuriæ notoriæ ſibi factæ, non poteſt allegari ſuſpectus, conſil.48.nu.6

Iudex qui eſſe non poteſt in cauſa familiarium ſuorum, conſil.48. num.18

Iudex fatuus eſt, qui in alio condemnat, quam in petitis, conſil.53.num.7. Quod declara vt ibi.nu.11

Iudex competens ad interponendum auctoritatem ſuper tranſactione alimentorum dicitur, qui de cauſa principaliter haberet cognoſcere, conſil.54 nu.41

Iudex omittens condemnare temere agentem in expenſis, facit litem ſuam, conſil.58.nu 9

Iudex quando poteſt condemnare abſentem, debet quærere defenſionem ſuam, in conſil 40.nu.35

Iudex propriam confeſſionem alicuius nullam pronunciare non poteſt, in conſil.75.nu.26

Iudex à quo, qui noluit recipere appellationem de iure admittendam; aliquid innouat, innouata indiſtinctè reuocantur, conſil.77.nu.5

Iudex à quo poſt appellationem, efficitur incompetens, conſil.77.nu.7

Iudex à quo deferens appellationi, cum clauſula ſi & quatenus iuris ſit, vbi deferri non debebat, non priuatur ſua iuriſdictione, conſil.77.num.18

Iudex pronuntians litem pro conteſtata, ſi & inquantum de iure vel ex forma ſtatutorum conteſtari poſſit clauſula prædicta, talis eſt naturæ quòd ſi conteſtari non debebat, habetur pro conteſtata, conſil.77.nu.19

Iudex eccleſiaſticus, quando vult procedere ad inſtantiam partis ſuper cauſa vſuraria, non poteſt ſecundum magis communem inhibere iudici ſeculari coram quo petitur executio inſtrumenti niſi citato vſurario, conſil 77.nu.25

Iudex vaſalli, ſi recuſatur ſuſpectus ab vno ex litigantibus dominus ſupremus ei conſultorem vel adiunctum dare non poteſt, conſil.78.nu.7

Iudex quod iuſte facit metum non inducit, conſil.83.nu.22

Iudex ad quem poteſt compellere notarium actorum iudicis à quo ad tradendum pauperi appellanti copiam proceſſus ſine ſalario, conſil.87.numero 35

Iudex generaliter inquirens ſuper ſtatu eccleſiæ non debet ad reuelanda occulta adſtringere teſtes ſuper inquiſitione deponentes, conſil.88. nu.17

Iudex ſecularis inquiſitionem de vſuraria prauitate contra aliquem formare non poteſt, conſil.96.nu.44

Iudex ſi publicat bona homicidæ ſententia non valet quamuis ab ea non fuerit appellatum, conſil.98.nu.4

Iudicis delicti ſicuti intereſt prouinciam malis hominibus purgare ita & iudicis originis, vel habitationis, conſil.19. nu.16. quod declara vt ibi. num.23

Iudicis officium vlterius non extenditur quam eius iuriſdictio extendatur, conſil.19.nu.10

Iudici liquere debet per diſcuſſionem bonorum antequam procedatur ad venditionem rerum immobilium quod in facultate minorum non erant bona immobilia ex quibus poſſet ſolui æs alienum, conſil.18.nu.75

Iudicem principis verberans dum eſt in executione officij iniuriam principi facere dicitur, conſil.48.nu.12

Iudices non debent imponere pœnam confiſcationis bonorum inſolitam, conſil.47.nu.47.49.& 51

Iudicium noſtrum debet ſe conformare cum iudicio Dei, conſil.19.nu.17

Iudicium redditur in inuitum, conſil.56.nu.4

Iudicium inchoare debet cum perſona legitima, conſil.85.nu.36

Iuramentum præſtitum parti per iudicem motu proprio remitti non poteſt, conſil.2.nu.5

Iuramentum regulatur ſecundum naturam contractus, ſeu actus ſuper quo interponitur, imò addit robur conſil. 25. num. 3. 21. 25. 37. vbi declaratur

Iuramentum perpetuat actionem ad quadraginta annos, conſil.15.nu.19

Iuramentum habet vim litis conteſtatæ, conſil.25.nu.26

Iuramentum non poteſt remitti niſi per Papam & cum cauſa, conſil. 31. num.14

Iuramentum ſuppletiuum non datur deficiente ſemiplena probatione, conſil.50.nu.22

Iuramentum ſuppletiuum deferri non poteſt vbi plures teſtes reperiri poſſunt, conſil 50.nu.24

Iuramentum ſuppletiuum non defertur in cauſis arduis, conſil.82. num.22

Iuramentum ſuppletiuum in cauſa feudali non defertur, conſil.82.num.23

Iuramentum ſuppletiuum non defertur non informato de veritate, conſil.82.nu.24

Iuramentum ſuppletiuum non defertur vnico teſti examinato à notario ſine commiſſione iudicis in conſil 94.nu.36

Iuramentum ſuppletiuum non defertur ei qui probauit per vnum teſtem baſtardum, conſil.79.nu.48

Iuramentum fidelitatis non ſolet præſtari domino niſi ratione [illegible] conſil.53.nu.8

Iuramentum fidelitatis plura continet quàm iuramentum de qu[illegible] conſil.53.nu.9

Iuramentum fidelitatis proprie eſt, quando vaſallus iurat ad Sancta Euangelia fidelitatem domino, conſil.53.nu.10

Iuramentum quod præſtatur domino, vt ibi per originarios & habitantes dicitur fieri propriè, conſil.53.nu.16

Iuramentum habet vim iudicij, conſil.62.nu.7

Iuramentum etſi remittatur in feudo exiguo, non tamen ſeruitium, conſil.67.nu.12

Iuramentum recipit illas conditiones, limitationes, interpretationes, & exceptiones quas recipit principale diſpoſitum, imò auget, conſil.70.nu.10. & 26

Item declara vt ibi, nu.31

Iuramentum contra publicam vtilitatem non valet, in conſil.70. num.16

Iuramentum facit ualere actum omni meliori modo quo poteſt in conſil.70. num.28

Iuramentum appoſitum ſuper actu indiuiduo facit eum diuiduum illa parte, in qua ualere poteſt, conſil.70.nu.30

Iuramentum in forma ſpecifica adimpleri debet in conſil.70.nu.34

Iuramentum habet uim caſus expreſſi, conſil.70.nu.39

Iuramentum in multis caſibus tenet contra legem, conſil.76.nu.33

Iuramentum non defertur hæredi ſuper facto defuncti ſi de eo non eſt informatus, conſil.82.nu.25

Iuramentum teſtibus delatum, alibi quàm in loco maiorum non ualet, conſil.94.nu.24

Iuramentum præſtitum de ſeruando ſtatuta Eccleſiæ tam ædita quàm edenda, non extenditur ad ſtatuta moribus utentium non recepta, conſil.99. num 7

Iuramenti magna eſt uis, conſil.31.nu.6

Iurans non uendere domum alicui de tali familia ſi alienet; & transferat, ualet alienatio ſecundum communem, licet incidat in periurium, conſil.62.nu.4

Iurans non alienare fundum dotalem; ſi alienet cum iuramento alienatio eſt nulla, conſil.72.nu.5

Iuriſdictio iudicis non extenditur ad delicta commiſſa extra territorium, conſil.12.nu.13

Iuriſdictio ſpiritualis diuiſa eſt à temporali, conſil.12.nu.16

Iuriſdictio eſt poteſtas de publico introducta cum neceſſitate ius dicendi, & æquitatis ſtatuendæ, conſil.42.nu.20

Iuriſdictio alicui & uicario conceſſa per Papam, etſi non comprehendat ea quæ ſunt meri & mixti imperij, tamen id fallit, quando illa duo ex conſuetudine cuilibet uicario ſolitus erat concedere, conſil.42.nu.28

Iuriſdictio eſt nomen generale comprehendens merum & mixtum imperium tanquam ſpecies, conſil.42.nu.29

Iuriſdictio omnis in aliquem tranſlata comprehendit omnem ſpeciem iuriſdictionis, & ſic merum & mixtum imperium, conſil.42.nu.38

iuriſdictio pleniſſima omnimoda, uel cum integro ſtatu ſi complectitur merum imperium, multo magis ſi iuriſdictioni adijciatur dictio omnis, conſil.42.nu.39

iuriſdictio conceſſa inueſtito per dominum; conceſſa uidetur accumulatiuè, & non priuatiuè. & ſic ea competit utriq; adeò quòd locus eſt præuentioni, conſil.48.nu.20. ſed contra ibid.nu.25

iuriſdictio ſpecialis comiti domorum, etſi detur in colonos, uel inquilinos imperatoris, non tamen per hoc uidetur adempta iuriſdictio in eaſdem perſonas præſidi prouinciæ tanquam maiori magiſtratuum, conſil. 80. num.2

iuriſdictio ſpecialis in concernentibus, annonam, licèt concedatur præfecto annonæ, nihilominus circa eandem non uidetur adempta præfecto urbis, quæ generalior eſt, conſil. 80.nu.3

iuriſdictio inquiſitoris eſt accumulatiua ad epiſcopum, qui eſt iudex ordinarius in cauſa hæreſis, non autem priuatiua, conſil.8 nu.5

iuriſdictio acquiritur per præſcriptionem immemorialem, conſil.8.num.21

Iuriſdictio acquiſita præſcriptioni immemoriali cenſetur in dubio acquiſita priuatiuè, non autem accumulatiuè; conſil.80. nu.22. quod declara ut ibi.nu.24

iuriſdictio in genere hæreſis poſſeſſio uel celebratio, probantur per teſtes ſingulares, conſil.82.nu.43

iuriſdictiones ſupremæ ſunt ſacra ſanctorum, quæ non ſunt de marſupio principis, conſil.1.nu.115

ius collectandi cum ſit publicum auctoritate & utilitate, non poteſt alicui priuato concedi, conſil.1.nu.105

ius naturæ permittit, quòd quis per fas & nefas ſe defendat, naturalis enim uiuendi dulcedo ſic iuſta eſt, conſil.3.num.6

ius alterius eſt auferre quando cognoſcitur iuris ordine non ſeruato, conſil.6. num.16

ius gentium potentius eſt quàm principatus, conſil.9.nu.5


Ius

*Ius gentium ratione naturali inductum fuit, conſil. 9. nu. 7*

*Ius totius cauſæ vbi non conſiſtit in teſtibus accuſatis de falſo, tunc non ſuperſedetur in ciuili, dato etiam quod ſimul fuiſſet propoſita contra partem, & teſtes, conſil. 13. nu. 17*

*Ius quærendum facilius tollitur quàm ius quæſitum & radicatum, conſ. 21. num. 59*

*Ius redimendi cedi non poteſt, conſil. 28. nu. 3. & 10. ſed contra num. 14 & 29*

*Ius perſonale cedi non poteſt cum perſonam non egrediatur, conſil. 28. nu. 4. Declara vt ibi. nu. 32*

*Ius capiendi alterum propria auctoritate cedi poteſt, conſil. 28. nu. 21*

*Ius recuperandi vel retinendi poſſeſſionem poteſt cedi, conſil. 28. nu. 22*

*Quod amplia procedere nedum reſpectu poſſeſſionis ſed etiam damnorum eius quod intereſt. ibi. nu. 23*

*Ius prioritatis hypothecæ legitimæ, & Trebellianicæ, poteſt alteri cedi, conſil. 18. nu. 24*

*Ius oritur ex facto, conſil. 29 nu. 1*

*Ius vindicandi propria auctoritate poteſt in alium transferri, conſil. 34. nu. 21. quod declara vt ibi. nu 20*

*Ius vindictæ competens alicui ex priuilegio contra regulas iuris communis à lege, ſtatuto, vel à principe, non poteſt alteri demandari, ſecus ſi de iure communi, conſil. 34. nu. 19 & 26*

*Ius patriæ poteſtatis, propriè eſt ciuium Romanorum, conſil. 25. nu. 24*

*Ius exigendi vectigal acquiritur ex allegatione tituli cum probatione temporis immemorialis, exactionis vectigalis, conſil. 66. nu. 21*

*Ius ſuperioritatis ſemper remanet domino directo in feudo vaſalli, conſil. 69. num. 5*

*Ius publicum pacto priuatorum tolli non poteſt, conſil. 70. nu. 38*

*Ius commune ſeruandum eſt in materia feudali vbi in feudis nulla habetur deciſio expreſſa, conſil. 71. nu. 62*

*Ius probandi per ſacramentum tranſit ad ſucceſſorem informatum de veritate, conſil. 82. nu. 26*

*Ius naturale eſt potentius iure poſitiuo, conſil. 97. nu. 11*

*Iuris executio nec metum nec iniuriam infert, conſil. 83. nu. 21*

*Iuris idem de eo quod ſtatutum eſt principaliter fauore publico, & de eo quod ſtatutum eſt principaliter fauore priuatorum, & in conſequentiam fauore publico, quando fauores non poſſunt ab inuicem ſeparari, conſil. 25. nu. 6 ſed contra nu. 10 & 28*

*Iuris quod eſt de aliquo, illud eſſe debet de alijs per quod peruenitur ad illud, conſil. 28. nu. 11*

*Iuri adeundi ſeu immiſcendi præſcribitur ſpatio triginta annorum, conſil. 21. nu. 56*

*Iuri publico per pactum iuratum renuntiari non poteſt, conſil. 25. nu. 5*

*Iuri introducto in odium alterius cum iuramento, renuntiari non poteſt, conſil. 25. nu 18*

*Iuri dicendi nullum teſtamentum præſcribitur ſpatio triginta annorum, conſil. 71. nu. 53*

*Iura regalia per multas alienationes ſeparatim facta quamuis modica reuocanda ſunt, conſil. 1. nu. 124*

*Iura enim regalia ſunt ad decus, & honorem altitudinis principis deputata, conſil. 1. nu. 153*

*Iura regalia quæ ſunt deputata pro ſtatu publico regis ſi ſunt alienata per regem particularibus perſonis, ſucceſſor in regno non tenetur ipſas alienationes ratas habere, maximè ſi ex poſt facto læſionem contineret, conſil. 1. num. 169*

*Iura ſubueniunt vigilantibus & non dormientibus, conſil. 15. num. 12. & conſil. 21 nu 40*

*Iura annexa certis perſonis ſingulariter & in priuilegium cedi non poſſunt, conſil. 34. nu. 22*

*Iura multum proſequuntur auctores rixæ, conſil. 63. nu. 6*

*Iura permittentia donationes reuocari intelligi debent de donationibus gratuitis, non de remuneratorijs, quando merita æquiualent rebus donatis, conſil 76. nu. 16*

*Iura loquentia de adulterio commiſſo viuente viro pariter locum habent in ſtupro commiſſo per viduam durante viduitate, conſil. 86. nu. 5*

*Iura quæ prohibent laicos ſtatuere vel diſponere de rebus eccleſiaſticis, habent etiam locum in imperatore, conſil. 96. nu. 51*

*Iuſſus paternus, qui ſpecialiter requiritur in aditione hæreditatis, continere debet hæreditatem adeundam, conſil. 26. num. 3*

*Iuſtitia poſitiua vel municipalis poteſt tolli ſed non naturalis, quia conſtans & perpetua voluntas, conſil. 9. nu. 8*

*Iuſtum & æquum eſt ne delictum remaneat impunitum, conſil. 73. nu. 8*

*L*

*Laicus quantumcunque fulgeat dignitate nullo modo in cauſa ciuili neque criminali contra clericum procedere poteſt, etiam ipſo clerico conſentiente, & epiſcopo, conſil. 12. nu. 35*

*Laicus poteſt eſſe arbiter de cauſa poſſeſſoria beneficiali, conſil. 23. nu. 4*

*Laicus non poteſt conuenire clericum coram iudice ſeculari, conſil. 13. nu. 7*

*Laicus ſi acquiſiuit ius patronatus aut ius præſentandi per priuilegium Papæ poterit conferre beneficium abſque alia derogatione ſpeciali, conſil. 66. num. 9*

*Imo legatus de latere poterit conferre beneficium tale, vt ibid nu. 10*

*Lapſus inſtantiæ appellationis perimit ius partis, quod non eſt in inſtantia cauſæ principalis, conſil. 45. nu. 13*

*Lata eſt in culpa qui vtitur ſententia nulla, nimirum ſi tenetur de violentia illata, conſil. 6. nu. 25*

*Latro qui confitetur contenta in inquiſitione ex eadem confeſſione poteſt condemnari ad intereſſe partis ſine alio proceſſu, conſil. 30. nu. 9*

*Latrunculator licet regulariter de cauſa ciuili cognoſcere non poſſit, fallit incidenter, conſil. 30. nu. 2*

*Laudum petens reduci ad arbitrium boni viri, debet id petere coram iudice illius loci contra quem petitur, conſil. 26. nu. 30*

*Legalitas nihil aliud eſt quàm ſuprema fidelitas, ſeu ſupremum homagium, contra omnem hominem nullo excepto, conſil. 44. nu. 4*

*Legatarius ſtuprum committens cum vxore legantis priuatur legato, conſil. 86. nu. 12. 27*

*Legatario an debeatur æſtimatio feudi, conſil. 41. nu. 31*

*Legatarij & creditores non agunt niſi contra eum qui adeundo hæreditatem ſe obligat, conſil. 8. nu 7*

*Legatum generale non debet reſtringere ſpeciale, conſil. 8. nu. 33*

*Legatum factum in agnatum proximiorem ad quem feudum erat peruenturum valet, conſil. 41. nu. 16*

*Legatum feudi factum eccleſiæ ſine conſenſu domini non valet, conſil. 41. num. 32*

*Legatum factum per patrem filiæ cum vidua fuerit non amittitur ſi filia ſit effecta uidua, & poſteà ſe nubat, conſil. 52. nu. 47*

*Legatum alimentorum factum ſpurio non ualet ſi non indiget niſi ſuperueniret neceſſitas, conſil. 54. nu. 77*

*Legatum antequam dies legati cedat, non tranſmittitur ad hæredes, conſil. 61. nu. 39*

*Legatum non afferens utilitatem, non ualet, conſil. 79 nu. 3*

*Legatum factum de feudo in tantum non ualet, quòd etiam æſtimatio eius non debetur, conſil. 79. nu. 6*

*Legatum factum per uaſallum de re peritura, poſt eius mortem redditur inutile, conſil. 79. nu. 7*

*Legata omnia recipiunt dilationem de anno in annum, conſil. 8. nu. 28*

*Legatorum ſolutio ſpectat ad uſufructuarium, conſil. 8. nu 20*

*Sed contra nu. 24. & 26. ſecundum magis communem*

*Legitima filio debetur in bonis allodialibus patris, non autem in feudalibus, conſil. 71. nu. 58*

*Legitima filio debetur de bonis quæ tempore mortis patris reperiuntur, conſil. 97. nu. 6. 35. 42*

*Legitima debetur filio iure naturæ, conſil. 97. nu. 10*

*Legitima filio debetur bonis in patris ingreſſi monaſterium, conſil. 97. nu. 29*

*Legitima filiorum in bonis paternis publicatis, eſt dimidia ſi ſunt duo, uel unus, conſil. 97. nu 31*

*Legitima filij prohibiti alienare, non conſtito de imbecillitate eius uenit in computatione bonorum, conſil. 98. num. 12 Sed contra. nu. 25. & 29*

*Legitimæ renunciatum non cenſentur per generalem renunciationem, quia requiritur ſpecialis fallit quando eſt iuratum, conſil. 70. nu. 40*

*Legitimatio perſonæ in omni materia in primo eſt quærenda, conſil. 46. nu. 1. & nedum in iudicij ordinarijs uerum etiam in ſummarijs, ut ibi. num. 2*

*Legitimatio per ſubſequens matrimonium plenior eſt & efficacior quacunque alia legitimatione, conſil. 100. nu. 6*

*Legitimatio per ſubſequens matrimonium trahitur retrò, conſil. 100. nu. 14*

*Legitimatio per ſubſequens matrimonium naturam imitatur, conſil. 100. num. 25*

*Legitimatio retrò non trahitur quando agitur de interpretanda uoluntate teſtatoris, conſil. 100. nu. 41*

*Legitimatus per ſubſequens matrimonium, non dicitur natus ex legitimo matrimonio, conſil. 100. nu. 20. 26. 29. 32*

*Legitimatus per ſubſequens matrimonium, etſi prout ex nunc ſit uerè & propriè legitimus, non tamen prout ex tunc, & in præteritum inſpecta natiuitate, conſil. 100 nu. 37*

*Legitimatus per ſubſequens matrimonium, poſt alium natum de legitimo matrimonio non præfertur ſecundo legitimè nato, ſtante conſuetudine quòd primogenitus ſuccedat in regno, conſil. 100. nu. 40*

*Legitimas quando eſt fundamentum intentionis alicuius qui fundat ſe in ea illam probare tenetur, conſil. 100. nu. 24*

*Lex ſi cuius §. de præteritis. uer. denique. ff. de uſufr. glo. totum titulum. ff. & C. ad l. Aquil. conſil. 95. nu. 30*

*Lex præſidis. ff. ſi cert. peta. licet non loquatur in principalibus officialibus, ſed in eis qui ſecum ſunt, tamen etiam locum habet in eis propter rationem generalem illius, conſil. 83. nu. 7*

*Lex ſed etſi poſſeſſori. uerſic. proinde. ff. de iur. iur. habet etiam locum in ſententia,*

*tentiæ, conſil. 56. nu. 9*
*Lex ſi creditor. ff. de diſtract. pigno. non extenditur ad generalem hypothecam, conſil. 62. nu. 11. ſed contra, ut ibi. nu. 36*
*Lex. 1. §. fi. ff. de quæſt. loquitur poſt ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam, conſil. 60. nu. 36*
*L. 1. ff. de iure immunitatis locum non habet in beneficijs, ſed in priuilegijs, conſil. 93. nu. 28*
*Lex tam dementis. iuncta glo. C. de epiſc. & cler. licet loquatur de ſalario magiſtri actorum, tamen etiam extenditur ad ſalarium notarij, conſ. 87. num. 36*
*Lex eos. C. de mod. multan. procedit, vbi nulla fuit appoſita pœna in præcepto aliàs ſecus, conſil. 47. nu. 15*
*Lex qui accuſare. C. de eden. procedit tam in ciuilibus quàm in criminalibus, conſil. 58. nu. 8*
*Lex ſi quis maior. C. de tranſact. ſecundum communem locum habet in omni contractu iurato, conſil. 31. nu. 2*
*Lex ad inuidiam. Cod. quod metus cauſa, quæ vult quòd ſola dignitas officialis non ſufficit ad inducendam præſumptionem metus, procedit in officiali non habente iuriſdictionem, conſil. 83. nu. 5*
*Lex fi. C. de iur. emphyt. procedit etiam in conductione ad longum tempus, conſil. 51. nu. 18*
*Lex per hanc. C. de tempor. appellat. declaratur in conſil. 45. nu. 16*
*Cætera require infra in litera T. in verſi. tex. & ver. titulus*
*Lex ciuilis neque conſuetudo facere poteſt quòd clericus pro crimine conueniatur coram laico nec in cauſa ciuili conſil. 12. nu. 33. & 45*
*Lex ciuilis loquens de gradu intelligitur de iure ciuili conſil. 31. nu. 9*
*Lex in dubio per verba perpetuo vel in omni tempore non videtur tollere præſcriptionem, conſil. 21. nu. 32*
*Lex eſt dogma commune prudentum virorum, conſil. 52. nu. 31*
*Lex abhorret, vt ex præſumptionibus quis damnetur, conſil. 68. nu. 12*
*Lex naturæ & primum votum parentum eſt, vt hæreditas ad poſteros ſuos prius confluat, & decurrat, conſil. 82. nu. 2*
*Lex non luxuriantibus, ſed pudicis poſita eſt, conſil 86. nu. 16*
*Lex pœnalis loquens in caſu vero non trahitur ad fictum, conſil. 86. nu. 29*
*Lex facilius inclinat vt alij proſit quam, vt noceat, conſil. 86. nu. 51*
*Lex ſeu reformatio edita à principe, ſi vſu recepta non fuit, qui legem non ſeruat ſecundum magis communem ipſius non dicitur eſſe tranſgreſſor, conſil. 99. nu. 6*
*Lex quanuis dura ſeruanda eſt, conſil. 99. nu. 47*
*Legis natura licet ſit dare formam futuris negotijs tamen ad futura non porrigitur, ſed ad præterita tantum, quando aliàs daretur delinquendi occaſio, conſil. 3. nu. 38*
*Legis proprium eſt dare formam futuris negotijs etiam caſibus de raro contingentibus, conſil. 52. nu. 32*
*Legem extendere non eſt noſtrum, conſil. 51. nu. 10*
*Leges licet Deus principibus ſubiecerit non tamen quæ ſunt iuris gentium, conſil. 9. nu. 4*
*Leges omnes pœnales quæ introductæ ſunt contra mulieres tranſeuntes ad ſecunda vota, licèt quo ad eas correctæ ſint, tamen locum habent in viduis luxurioſe viuentibus, conſil. 36. nu. 18*
*Libellus ſuſtineri debet groſſo modo loquendo, & omni meliori modo, quo poteſt, conſil. 75. nu. 18*
*Libellus ſuſtineri debet groſſo modo loquendo, & omni meliori modo, quo poteſt, conſil. 75. nu. 11*
*Libellus ſi præcedit, & reus ſimpliciter fateatur inducitur litis conteſtatio; ſecus ſi dicat ſe confiteri non animo litem conteſtandi; quia tunc non inducitur, conſil. 87. num. 19. Niſi iudex reo mandaſſet quòd purè litem conteſtaretur ibi. nu. 20*
*Libellus & litis conteſtatio, ſi malè concipiantur omnia corruere faciunt, conſil. 94. nu. 32*
*Libelli verba ſunt benignè interpretanda, & non ad eius ſubuerſionem etiam impropriando verba conſil. 75. nu. 12*
*Libello ſtatur in præiudicium libellantis, conſil. 75. nu. 37*
*Libellum formatum contra ſtylum & conſuetudinem patriæ, iudex reijcere poteſt, conſil. 47. nu. 55*
*Liberatio inducta per præſcriptionem æquiparatur liberationi inductæ per pactum, conſil. 66. nu. 46*
*Liberorum educatio eſt de iure naturali, conſil. 45. nu. 13*
*Libertas eſt naturalis facultas de re ſua adhibitum diſponere, vnde illum coarctare contra rectum dictamen rationis, eſt contra ius naturale, & contra ius commune, conſil. 22. nu. 11*
*Libertas pactionibus de ſupremis iudicijs conſtringi non poteſt, conſil. 71. num. 2*
*Libertus liberti mei non eſt libertus meus, conſil. 1. nu. 3*
*Libertus non poteſt vocare patronum in ius ſine venia, conſil. 28. num. 13. & 31*
*Libri traditi per patrem filio clerico ei non imputantur in legitimam, conſil. 11. nu. 25*
*Quod ampliatur etiam procedere in clericis primæ tonſuræ, vt ibi. nu. 26*
*Licentia data per patrem filio, quòd poſſit ad pias cauſas teſtari dicitur ſpecialis, conſil. 26. nu. 15*
*Licentia exemplandi inſtrumenta in publicam formam, non citatis ijs de quorum intereſſe agitur non ualet, tamen de conſuetudine valet. ſi tamen vetuſtiſſima ſit. in conſil. 32. num. 18. 22. & 24. Et ſi certi ſint, ſecus ſi incerti, quia tunc in genere citari debent, vt ibi. nu. 19*
*Licentia conceſſa monacho à Papa teſtandi intelligitur ſecundum ius canonicum, conſil. 35. nu. 10*
*Licentia Papæ in teſtamento Cardinalis ex antiquitate temporis interueniſſe præſumitur, conſil. 99. nu. 28*
*Licentiatus in fauorabilibus æquiparatur doctorato, conſil. 9. nu. 19*
*Licentiatus præcedere debet poſtea doctoratum, conſil. 11. nu. 23*
*Licitatio cadi poteſt, conſil. 28. nu. 12*
*Licitum eſt recedere à ſententia Imperatorum, dummodo ſit redacta in corpore iuris, conſil. 100. nu. 51*
*Limitata cauſa limitatum producit effectum, conſil. 71. nu. 33*
*Limitatio ad totum titulum. de eo quod cer. loc. conſil. 35. nu. 21*
*Lis inter alios acta alijs præiudicare non debet, conſil. 13. nu. 10*
*Litis conteſtatio eſt de ſubſtantia in interdicto quorum bonorum, conſil. 55. num. 32*
*Litis conteſtatio eſt lapis angularis totius iudicij, conſil. 75. nu. 34. & conſil. 94. nu. 3*
*Litis conteſtatæ omiſſio vitiat totum proceſſum, conſil. 75. nu. 35*
*Litis conteſtatio tolli non poteſt per iudicem, nec de conſenſu partium, conſil. 75. nu. 36*
*Litis conteſtatio ubi non datur nec ſimiliter ſportulæ dari debent, conſil. 87. num. 16*
*Litis conteſtatio non inducitur ſi reus dicat ſe paratum ſoluere, & hoc fateri non animo litem conteſtandi, conſil. 37. nu. 18*
*Litis conteſtatio ſecundum communem requiritur in interdicto adipiſcendæ, recuperandæ, & ſimiliter in remedio c. reintegranda. 3. q. 1. conſil. 94. nu. 4. & 21*
*Litis conteſtatio adeò eſt de ſubſtantia iudicij quòd partes etiam ſi uellent non poſſunt ei renuntiare, conſil. 94. nu. 28*
*Nec iudex eam tollere, ibi. nu. 29*
*Liti ſe offerre dicitur, qui in iudicio dixerit ſe poſſidere, uel etiam ſi dixerit extra iudicium dummodo probetur, conſil. 56. nu. 2*
*Litem execrari, uerecunda & laudanda, non uituperanda cogitatio eſt, conſil. 38. nu. 31*
*Lites ſunt frequenter occaſiones criminum & cauſa multorum malorum, conſil. 38. nu. 30*
*Litteræ ſalui conductus obtentæ per debitorem obreptitiè non ualent, conſil. 31. nu. 10*
*Litteræ quinquennales debitori non proſunt ſi impetratæ fuerunt circa cauſam quæ iam erat deducta in iudicio, conſil. 31. nu. 17*
*Litteræ apoſtolicæ ſperni poſſunt, ſi contineant pœnam inſolitam, conſil. 47. num. 58*
*Litteræ ad nouas defenſiones debent concedi per principem, conſil. 60. nu. 37*
*Litteris ſalui conductus quis credere non tenetur quando agitur de periculo uitæ, conſil. 68. nu. 23*
*Locatio facta per tutorem, uel curatorem ad certum tempus durat etiam tutela uel cura finita, conſil. 49. nu. 7*
*Longiſſimo tempore ſi iui ad tuum molendinum. non per hoc poteris me cogere, ut in futurum ibi molam, quia iſtud ire eſt per modum facultatis niſi interuenerit prohibitio, & prohibiti acquieuerint per longiſſimum tempus, ſufficiens ad præſcriptionem, quòd amplia procedere etiam ſi prohibitio facta fuiſſet extraiudicialiter, quod declara, ut in conſil. 22. num. 23. & 42*
*Lucrum perdere & damnum pati paria ſunt, conſil. 21. nu. 58*
*Ludens præſumitur dilapidator bonorum ſuorum, adeò quòd dicitur male uti ſubſtantia ſua, conſil. 63. nu. 21*
*Ludus eſt crimen, conſil. 63. nu. 19*
*Ludus producit multa mala & quæ conſil. 63. nu. 22*
*Luſor repellitur à teſtimonio, conſil. 34. nu. 6. & conſil. 63. num. 18. & 24*

*M*

*MAieſtas Catholica, ſicut ſi abſtuliſſet caſtrum alicui teneretur ad totius pretij ſolutionem ita etiam teneretur ad damni emendationem quando reſtitutio fit cum maxima ruina partis caſtri, conſil. 69. numero 37*
*Maieſtati Catholicæ uti Duci Mediolani licuit ex cauſa publicæ utilitatis caſtrum Valentiæ inuito comite utili domino ipſius caſtri auferre, conſil. 69. num. 1*
*Mala fides impedit præſcriptionem, & perſonalem ſecundum communem, quod declara, ut in conſil. 21. nu. 19. 53. 56. & 57*
*Malæ fidei poſſeſſor dicitur qui contra iura mercatus eſt, conſil. 18. numero 85*
*Malæ fidei poſſeſſor tenetur ad fructuum reſtitutionem, conſ. 18. nu. 87*

*Malateſta Dominus Peſauri, non potuit paciſci cum Hebræis quod lapſo anno liceat eis vendere pignora non requiſito debitore, quia talis conuentio eſt contra ius commune, conſil. 22. num. 8*
*Malitijs hominum obuiandum eſt, conſil. 4. num 19*
*Mandari alteri poteſt quòd licitum eſt alicui facere, conſil. 34 num. 14*
*Mandatum ſpeciale ſecundum communem requiritur ad petendum reſtitutionem in integrum principaliter, ſecus ſi incidenter, conſil. 26. numero 1. & 7*
*Mandatum de quo ſupra debet eſſe in tali cauſa, & contra talem, conſil. 26. num. 2. ſed contra, num. 8. & 19*
*Mandatum ad contrahendum matrimonium debet eſſe ſpeciale cum expreſſione perſonæ cum qua matrimonium contrahi debet, & quare, conſil. 26 num. 4. & 21*
*Mandatum ad iurandum de calumnia in animam domini non ſufficit, niſi ſpecialiter dicatur in tali cauſa, in conſil. 26. num 5. & num. 22. vbi vide quare textu, ita ſtatuit, licet hoc non obſeruetur.*
*Mandatum ad appellãdum ab executione ſententiæ debet eſſe indiuiduum, conſil 26. num. 6. & vide rationem, ibi. num 3*
*Poſſeſſionis traditio probatur per inſtrumentum ſuper ipſa re confectum, conſil. 46. num. 20*

*Poſſeſſionis traditio probatur per conſtitutum appoſitum in inſtrumento, conſil. 46 num. 21*

*Poſſeſſionem apprehendens nomine meo, non præcedente ad hoc mandato, mihi non acquirit poſſeſſionem, niſi ſecuta ratificatione, conſil. 6. num. 8. quod intellige, ut ibi, num. 40*

*Poſſeſſionem ingrediens uirtute ſententiæ nulla parte non uocata, & ſine cauſæ cognitione priuatur iure ſuo, conſ. 6. num. 24*

*Poſſeſſionem probans antiquiorem in interdicto, vti poſſidetis obtinet, conſil. 46. num. 41*

*Poſſeſſione ſua ſponte recedens, ſi reuerſus non admittitur, dicitur ſpoliari, conſil. 6. num. 38*

*Poſſeſſione quis in dubio præſumitur cecidiſſe ſine iuſta cauſa ſecundum communem, niſi contrarium probetur, conſ. 50. nu. 5*

*Poſſeſſor hæreditatis uero hæredi reſtituit, quod per actionem iniuriarum conſequitur, propter iniuriam ſibi illatam in deiectione ex fundo hæreditario, conſ. 78. num. 23*

*Poſſeſſor regalium per ſpacium immemoriale cogi non poteſt per dominum ad oſtendendum titulum ſuæ poſſeſſionis, conſ. 89. nu. 18*

*Poſſeſſorium remedium datur quando conſtat de manifeſta iniuſtitia, conſil. 6. num. 30*

*Poſſeſſorium cauſæ beneficialis non eſt quid ſpirituale, ſed temporale, conſil. 23. num. 2*

*Poſſeſſorium nihil habet commune cum petitorio, conſ. 23. nu. 3*

*Poſſeſſorium remedium datur aduerſus ſententiam iudicis nulliter latam per errorem iuris, ſecus ſi per errorem facti probabilem; quia tunc agendum eſt officio iudicis, aut uiam nullitatis, conſ. 6. nu. 29*

*Poſſeſſorium reintegrandæ datur ſecundum magis communem contra titulo poſſidentem, conſ. 50. num. 11*

*Poſſeſſorium prædictum ei competit qui cecidit ex propria culpa, & negligentia cauſata ex curſu decennij, conſ. 50. nu. 12. ſed contra, ut ibi, num. 26*

*Poſſidendi exercitium per inſtrumentum probari poteſt, conſ. 46. nu. 19*

*Poſſidens non tenetur probare de intereſſe ſuo, conſ. 5. nu. 15*

*Poſſidens quando ſuſpicatur, quòd alius petat executionem ſententiæ in rebus à ſe poſſeſſis cautela eſt, quod proteſtetur uictori, quòd non procedat ad executionem, nec quòd aliqua nouitas fiat; quia res ſunt ſuæ, & à ſe poſſeſſæ, & quatenus executio ſit facta, petat illam contrario imperio reuocari, quia ſi ea fieret pendente ipſa proteſtatione eſſet nulla, conſil. 5. numero 16*

*Poſſidens caſtrum cum nonnullis rebus particularibus in territorio ipſius, ſi uendit cum pertinentijs ſuis, licet non uideatur uendidiſſe res illas particulares, tamen hoc fallit, ſi aliud conſtaret de mente, & uerìſimilibus coniecturis, conſ. 82. num. 55*

*Poſſidentis*

Poſſidentis commiſſio in pari caſu melior eſt, conſil.75.nu.18

Poſſidere dicitur iuſtè, qui auctore prætore poſſidet, conſil.6.nu.4

Potentiorum emolumentis qui blandiuntur, non iuriſconſultos fore, ſed iniquitatis miniſtros, non bonos, nec æqui artem exercentes, ſed perditiſſimos homines, non ſacerdotes, ſed apoſtatas, non philoſophantes, ſed hipocritas improbiſſimos, conſil.91.nu.55

Poteſtas in quocunque actu requiritur, conſil.1.nu.20.& conſil.91.nu.20. & conſil 96.nu.48

Poteſtas confiſcandi bona non venit in generali arbitrio alteri conceſſo, conſil.47.nu.53

Poteſtas quando datur alicui eligendi vnum ex iudicibus competentibus, ſi adijt is vnum, poteſt illum dimittere, & ad alium ante litis conteſtationem redire, conſil.57.nu.11

Poteſtas qui habet iuriſdictionem temporalem etſi non poſſit facere ſtatuta, ſeu conſtitutiones, niſi vocato conſilio & proceribus ciuitatis, tamen poteſt facere ordinem ſiue legem pro toto ſuo tempore ſpectantem, vt nullus extrahat frumentum de ciuitate, vel portet arma, conſil.3.nu.20

Poteſtas non poteſt ei, qui intulit iniuriam remittere pœnam cum iniuria, non tantum ſibi facta dicatur, ſed etiam communi, & toto populo ciuitatis, conſil 48.nu.4

Practica magna adfert vtilitatem, cum ſit rerum magiſtra, conſil.2.num.2

Practicæ & obſeruantiæ credere debemus, conſil.2.nu.8

Præceptum iudicis impoſſibile nullius eſt momenti, conſil.43.nu.26

Præcepta iudicialia veteris teſtamenti tendentia ad deciſionem cauſarum, vel imponentia certam pœnam pro delicto non obligant, nec ſeruari debent, niſi quatenus per habentem poteſtatem legis condendæ poſt legem noui teſtamenti fuerint approbata, conſil.35.nu.46

Prædeceſſor non poteſt ex ſuo contractu ligare ſucceſſorem, quo minus regalia exercere poſſit, conſil.1.nu.98

Prædia poſſidentes in territorio alicuius domini vtilis, ſed non habitantes non tenentur ad iuramentum, quòd pro poſſe ſaluabunt dominum, vitam, membrum, & honorem, conſil.53.nu.5

Prædia quando dantur in dotem æſtimata pacto appoſito, quòd reddatur æſtimatio faciunt emptionem, conſil.92.nu.13

Prædo non ita malè poſſidet, ſicut miſſus in poſſeſſionem, uirtute ſententiæ nullæ, conſil.6.nu.22

Prælatus eccleſiæ æquiparatur tutori, conſil.18.nu.63.& conſil.49.num.9

Prælatus ex cauſa remunerationis poteſt alienare res Eccleſiæ, conſil 18.num.64

Prælatus Eccleſiæ pro cauſa remunerationis non poteſt donare immobilia, conſil 18.nu.67

Præludia adulterij quæ dicantur, conſil.34.nu.7

Præſcribens iuriſdictionem in loco videtur etiam præſcribere poteſtatem condendi ſtatutum, conſil.99.nu 2

Præſcribi non poſſunt quæ ſunt meræ facultatis, conſil.20.nu.13.quod declara, vt ibi, nu.51

Præſcribi non poteſt facultati eundi per viam publicam, conſil.21.nu.14

Præſcriptio cæpta contra defunctum currit contra hæreditatem iacentem, conſil.10.num.15

Præſcriptio prius cæpta cum defuncto perficitur contra filium familias, conſil.10.nu.16

Præſcriptio longiſſima non tollitur per verba, nulla præſcriptione obſtante prolata à contrahentibus, vel à teſtatore, conſil.21.nu.43

Præſcriptio 30.annorum odioſa eſt, conſil.21.nu.38.& 46

Præſcriptio non datur in hijs quæ ſunt meræ facultatis, conſil.22.num.20. & 34

Præſcriptio principaliter fuit inducta ob publicam vtilitatem, ne dominia ſunt ſub incerto & odio negligentium, conſil.25.nu.4.& nu.6. Sed contra ſecundum communem, nu.12.& 17

Præſcriptio quia facti, non præſumitur niſi probetur, conſil.53.nu.18

Præſcriptio de facili præſumi non debet, quia eſſet præſumere negligentiam alterius, conſil.53.nu.19

Præſcriptio non inducitur in artibus voluntarijs, conſ.53.nu.20. & nu.21. 22.& 23.ibi.vbi vide multa

Præſcriptio immemoriali non habet locum in ijs, quæ ſunt meræ facultatis, conſil.53.nu.27.& 28

Præſcriptio licèt non ſe extendat de vna re præſcripta ad aliam ſeparatam, tamen ſecus ad cohærentem & deponentem, conſil.73.nu.11

Præſcriptio tanti temporis cuius initij memoria num extat in contrarium, habet vim tituli & priuilegij, conſil.89.nu.9

Præſcriptio immemorialis habet vim confeſſionis, ex quo principis auctoritate introducta eſt, conſil.39.nu.11

Nec non & pacti, vt ibi, nu.12

Præſcriptio immemorialis fauorabilis eſt, conſil.89.nu.29

Præſcriptio eſt facti, ideò probari debet, conſil.89.nu.30

Quod amplia etiam in immemoriali, ut ibi, nu.32

Præſcriptio immemorialis probata operatur, ac ſi eſſet probatus titulus & bona fides, conſil.89.nu.33

Præſcriptioni per pactum renuntiari non poteſt, conſil.21.nu.36.& 47

Præſcriptiones longiſſimi temporis introductæ ſunt contra deſides & ſui iuris contemptoris, conſil.21.nu.39

Præſes prouinciæ priuato non poteſt dare licentia deferendi arma, conſil.3. num.27

Præſidis officium in publicis adminiſtrandis eſt amouendum, quia eius auctoritas aliquando eſt uenialis, conſil.84.nu.13

Præſumitur in dubio pro ſententia, conſil.10.nu.25

Præſumptio eſt pro iudice, conſil.6.nu.3.& 35

Præſumptio non eſt, quod ſenatus principis proferat ſententiam iniquam, conſil.38.nu.19

Præſumptio ſimulationis oritur ſi uendens cum pacto retrouendendi erat in paupertate & neceſſitate tempore alienationis, conſil.40.nu.37

Præſcriptio iuris eſt, quod canonici magis ſciant conditionem eccleſiarum ſuarum, quàm alij, conſil.82.nu.31

Præſumptio ubi militat contra allegantem metum, eum allegans, illum probare debet per probationes luce meridiana clariores, ſicut in criminalibus, conſil.83.nu.37

Præſumptio iuris ubi eſt contra poſſidentem tenetur oſtendere titulum poſſeſſionis ſuæ, conſil.89.nu.23

Præſumptio una tollit aliam, conſil.90.nu.16

Præſumptio naturæ eſt, quòd bonus quis præſumatur, conſil.96.nu.9

Præſumptio licentiæ & conſenſus tollitur ex ſtatuto in quo non apparet de ipſa licentia, & conſenſu, conſil.96.nu.30.contra ut ibi, nu.33.& 35.ubi declaratur

Præſumptio licet non ſit pro actis, tamen fallit in ſententia antiqua, in qua omnia acta interueniſſe præſumuntur, conſil.99.num.23

Præſumptio reſultans ex antiquitate temporis tollitur per euidentiam facti, conſil.99.nu.31

Præteritio tollitur ex approbatione teſtamenti paterni, conſil.71.nu.52

Præteritione filiarum omnia depoſita in teſtamento paterno conſeruantur ſecundum communem præter hæredis inſtitutione iuxta auctenticam ex cauſa.C.de libe.præter.conſil.71.nu.56

Præuentio inducitur per citationem, conſil.12.nu.23

Preces importunæ non æquiparantur metui, niſi in tyranno & ſolito minas ducere ad effectum, conſil.83.nu.27

Presbyter parrochianus ſine uenia in ius uocari non poteſt, conſil.18.nu.27

Presbyter citatur cum clauſula, ſi hoc putauerit intereſſe, & comparens efficitur actor uoluntarius & non neceſſarius, conſil.29.nu.7.quod declara ut ibi, nu.19

Pretium conuentum inter partes præſumitur iuſtum, conſil.92.nu.17

Pretium rei probando quis ſimpliciter, non debet obtinere in remedio l.2.C. de reſcin. uen. quando in uenditionem adeſt pretium de retrouendendo, ſed debet probare pretium cum illo pacto, conſil.96.nu.42

Pretij quantitas oſtendit, an dictio uſque, ſtet excluſiuè uel incluſiuè, conſil.82.nu.53. Et an aliquid includatur in parte diuiſa uel non, ut ibi, num.54

Pretij iniuſtitia relinquitur arbitrio iudicis, conſil.96.nu.5

Princeps concedendo generuliter regalia uidetur etiam ſenſiſſe de omnibus quæ concedens habet, ſecus ſi ſimpliciter quædam concedat, quia ſolum nominata concedere uidetur, conſil.1.nu.17

Princeps licèt hominibus uaſallorum poſſit imponere collectam imminente periculo perditionis patriæ, tamen ſi ſubdit tenentur præſtare ſuis huiuſmodi indictum, princeps non poteſt à prædictis ſubditis ſuperindictum exigere, ne duplici onere grauentur, conſil.1.nu.23

princeps licèt lege poſitiua non obligetur, tamen à dictamine naturalis rationis, nec à lege naturæ eſt abſolutus, quia animal eſt rationale, conſil.1.num.27

princeps pacto ſuo etiam de plenitudine poteſtatis contrauenire non poteſt, conſil.1.nu.28

princeps qui cum ſuis fidelibus contrahere poteſt eis tenetur de iure gentium, & ciuili, quia ciuili ratione naturalis ratio operatur, conſil.1. numero 29

princeps omnium eſt præſul, conſil 1.nu.30

princeps immunitates concedere poteſt conſil.1.num.31

princeps altius peccat frangendo fidem, quàm inferior, conſil.1. numero 32

princeps ſi cupiat mandata ſua à ſucceſſoribus obſeruari, debet etiam ſuorum prædeceſſorum mandatis uenerationem præſtare, cuſtodiamque, & eam non obſeruando materiam dat ea per ſucceſſores diſſoluendi, conſil.1. num.41

princeps ſine cauſa ſubditos non debet priuare bonis ſuis per impoſitionem uectigalis noui, quia contentus eſſe debet ſtipendijs ſolitis, & conſuetis, conſil.1.num.57

princeps primo debet ſe munire de ſuo marſupio, etſi non ſufficiet, poterit ſubditis imponere collectam, alias ſecus, quod procedit etiam ſi propter bellum faciendum per ipſum uellet ſubditos grauare, conſil.1.numero 67

princeps ex cauſa neceſſitatis onus perengariæ imponere poteſt tam ſubditis mediatis, quàm immediatis, conſ.1.nu.76

princeps

*princeps hominibus vaſallorum ſuorum pro defenſione patriæ ſubitaneam collectam imponere poteſt, conſil. 1. nu. 78*

*princeps & rex homines & liberos à capitatione cauſuali poteſt iterum ſubijcere tributariæ functioni, vbi neceſſitas imminet, non in perpetuum, ſed donec, & quouſque neceſſitas durabit, conſil 1. nu. 95*

*princeps ſicut non poteſt regalia ſubuertere, ita nec alienare, nec diminuere, conſil 1. nu 79*

*princeps & ſi regalia concedere poſſit, id tamen intelligendum venit, quando conceſſa nominantur cum clauſula ex certa ſcientia vel motus proprij, conſil. 1. nu. 102*

*princeps non poteſt par priuilegium cum clauſula ex certa ſcientia vel motus proprij minuere debitum ſeruitium, quod reperitur expreſsè taxatum in regiſtris, conſil. 1. nu. 112*

*princeps poſſit alienare quæ ſunt principatus retinendo directum dominium & transferendo vtile per viam infeudationis, tamen id locum habet, niſi talis infeudatio vergeret in magnum præiudicium principatus, puta, quia paſſim rex infundat modo vnam ciuitatem, modo aliam, conſil. 1. num. 127*

*princeps non debet niſi ex magna & vrgentiſſima cauſa, regalia alteri concedere, quia ſcriptum eſt. Ne tradas alteri gloriam tuam & dignitatem tuam genti alienæ, conſil. 1. nu. 129*

*princeps non poteſt viſcera imperij euiſcerare, quia eſſet homicida ſuæ dignitatis, conſil. 1. nu. 133*

*princeps licet concedat alicui ad vitam iuriſdictionem, non propterea videtur à ſe abdicare poteſtatem, vt illam non poſſit ei auferre & alteri concedere, conſil. 1. nu. 136*

*princeps qui conceſſit vniuerſitati cognitionem criminis læſæ maieſtatis, & falſæ monetæ, non videtur ex hac conceſſione ſe ſpoliaſſe, quin etiam ipſe ſi voluerit cognoſcere, non poſſit, conſil. 1. nu. 137. vbi ponuntur etiam multæ aliæ deciſiones*

*princeps admittens ſimpliciter aliquem ad ceſſionem bonorum videtur rei remiſiſſe ignominiam inductam à conſuetudine vel ſtatuto, conſil. 7. num. 16*

*princeps ſine cauſa contra ius gentium venire non poteſt, conſil. 9. nu. 3*

*princeps non poteſt diſpenſare ſine cauſa contra ius poſitiuum, quando eſt fundatum in ratione naturali vel diuina, conſil 9. nu. 9*

*princeps non poteſt tollere venationem, conſil. 9. nu. 10*

*princeps omnibus eſt pater communis, conſil. 18. nu. 18 & conſil. 91. nu. 39*

*princeps dicitur pater communis impropriè ibid. nu. 22*

*princeps non poteſt remittere pœnam corporalem delinquenti ſine cauſa, etiam quòd interſit parti pecunialiter, aliàs ſi id facit, peccat mortaliter, conſil. 18. nu. 81*

*princeps ſecularis non poteſt concedere literas quinquennales debitoribus aduerſus contractus iuratos, conſil. 31. nu. 13*

*princeps ſolus validat inualida, couſil. 32. nu. 31*

*princeps concedendo caſtrum alicui cum iuriſdictione videtur ei donare iuriſdictionem tanquam genus comprehendens ſub ſe merum imperium & & iuriſdictionem ſimpliciter, conſil. 42. num. 17*

*princeps donans alicui caſtri iuriſdictionem, videtur ei donare omnem iuriſdictionem, & ſic eam quæ eſt generis, conſil. 42. nu. 21*

*princeps quando donat alicui caſtri iuriſdictionem videtur ei donare omnem iuriſdictionem, & omnes reditus cauſarum ciuilium & criminalium, conſil. 48. num. 27*

*princeps concedens facultatem alicui legitimandi ſpurios & quoſcunque inceſtuoſos, etiam ad ſucceſſionem bonorum talis conceſſio non extenditur ad bona feudalia, conſil. 64. nu. 6*

*princeps ſine cauſa reuocare non poteſt priuilegium alteri conceſſum exigendi pedagium, conſil. 86. num. 7. quod declara ut ibi, num. 53*

*princeps ſine cauſa ius poſitiuum tollere poteſt, conſil. 66. nu. 13*

*princeps ſtatutis derogare poteſt conſil. 66. nu. 14. quod declara ut ibi, numero 56*

*princeps ſolus conſuetudinem habet ſub pedibus ſuis, ut eam reuocare poſſit, conſil. 66. nu. 16*

*princeps ei ſi contractus ſuos & anteceſſorum ſuorum obſeruare teneantur, tamen ſine cauſa poteſt etiam eos reuocare, in quibus nulla interuenit datio. uel factum recompenſatiuum conſil. 66. num. 22. & 54*

*Princeps licèt ſine cauſa non poſſit contractum oneroſum reuocare, tamen ſecus cum cauſa, conſil. 66. num. 24*

*Princeps qui cum ſuis ſubditis contrahit, ſecundum cõmunem tenetur ſuũ contractum obſeruare, conſil. 69. num. 33. nec ei conuenire poteſt etiam de plenitudine poteſtatis, ut ibi, nu. 34. & 55*

*princeps ubi aliquid facit cum ſubdito per uiam contractus, ita ſeruandum eſt ius commune in dicto contractu, ſicut ubi contrahitur inter priuatos, conſil. 66. num. 37*

*princeps tenetur quod ſeruare contractum prædeceſſorum, maximè quando fit in ijs, quæ pertinent ad officium ſuum iuxta morem ſui principatus uel ſub nomine ſuæ dignitates, conſil. 66. nu. 39*

*princeps ſecundum communem non poteſt per legitimationem his præiudicare, quibus fuit hæreditas, conſil. 66. nu. 57*

*princeps non potes derogare titulo allegato & cauſato ex curſu temporis immemorialis. conſil. 66. nu. 62*

*princeps tempore guerræ poteſt capere locum uaſalli, & ponere gentem, conſil. 69. nu. 4*

*princeps ex cauſa publica utilitatis poteſt remittere iniurias & damna illata ſubditis, conſil. 109. nu. 8*

*princeps licèt poſſit ſecundum communem uaſallo feudum ex cauſa, auferre tamen ſi ceſſet cauſa feudum ipſum eidem uaſallo reſtitui debet, conſ. 69. num. 7*

*princeps uel Imperator ſi de plenitudime poteſtatis aufert alicui feudum æquale in bonitate & quantitate, conſil. 69 nu. 10*

*princeps propter directum dominium quod habet in bonis feudalibus poteſt ex cauſa publicæ utilitatis ea feudatario auferre, & alteri dare abſque reſtitutione pretij, conſil. 69. num. 12. ſed contra ut ibi, num. 25. & 45*

*princeps cur ex cauſa publicæ utilitatis aufert bona priuati, licet teneatur ad pretij reſtitutionem, tamen hoc de conſuetudine non obſeruatur, conſil. 62. nu. 14. ſed contra, ut ibi, nu. 46*

*princeps & ſi ex cauſa publicæ utilitatis, & neceſſitatem poſſit rem alterius auferre, id tamen uerum arbitratur, ſi domino rei iuſtum pretium ſoluerit, quod amplia procedere etiam ſi princeps uteretur clauſula non obſtante, conſil. 109. nu. 15 & 24. uide ibi multa exempla*

*princeps ubi ex cauſa aufert rem priuati ut donet militi uel alteri, ſemper tamen debet illi à quo res aufertur pretium rei offerre, conſil. 69. numero 17*

*princeps quando recipit plauſtra & animalia ſubditorum pro uehendis ſuis rebus, loerium ſoluere debet, conſil. 69. nu. 18*

*princeps alicui artellarias ſuas ex cauſa auferre non poteſt niſi earum pretium prius ſoluat, conſil. 69. nu. 20*

*princeps licèt poſſit ex cauſa quem priuare domino ſuo non tamen gratis, conſil. 66. nu. 21*

*princeps fauore publicæ utilitatis non ſolum poteſt imponere Adoam feudatarijs, uerum etiam recipere res totum & alteri donare ipſis inuitis ſoluto tamen pretio, conſil. 69. nu. 27*

*princeps licèt quid faciat ob publicam utilitatem, tamen ſi damnum impetratur priuatis illud reſtitui debet, conſil. 69 nu. 43*

*princeps ubi ſcribit de plenitudine poteſtatis nihil opponi poteſt quod annullet gratiam, conſil. 71. nu. 49*

*princeps concedens iuriſdictionem alicui oppido uidetur ei illam concedere non priuatiuè ſed accumulatiuè, conſil. 80. nu. 3 & 6. ubi eſt communis, num. 11*

*princeps Salerni, & ſi habeat priuilegium quod non poſſit comminari, nec per uiam retardatæ iuſtitiæ cauſas ab eius officialibus auocari, tamen ſi rex per reſcriptum mandat magnæ curiæ uicariæ, ut ſuper denegata uel retardata iuſtitia prouideat id facere poteſt, conſil. 80. numero 13*

*princeps ſi intromittit ſe de cauſa eandem ad ſe trahendo, nemo amplius eo inconſulto in ipſa ſe intromittere poteſt, couſilio 80. numero 14*

*princeps ſi concedat baroni merum imperium non ex hoc uidetur ſe denudaſſe ſua iuriſdictione, & imperio conſil. 80. nu. 17*

*princeps concedens alicui iuriſdictionem ad uitam non propterea uidetur à ſe abdicaſſe poteſtatem ſuam, ut illam non poſſit ei auferre & alteri concedere, conſil. 80. nu. 18*

*princeps licet conceſſerit uniuerſitati Capuæ ſiue eius curiæ cognitionem criminis læſæ maieſtatis in ſpecie, tamen ex hac conceſſione non uidetur ſe ſpoliaſſe, quin etiam ipſe ſi uoluerit, cognoſcere non poſſit, conſil. 80. num. 19*

*princeps ubi eſt ibi eſt ſecuritas, conſil. 33. nu 34*

*princeps iuriſdictionem habet regulariter in qualibet ciuitate uel quolibet oppido dominij ſui, conſil. 39. nu. 1*

*princeps non poteſt citare uaſallum iuriſdictionem exercentem in dominio ſuo ſub pœna priuationis feudi, ut oſtendat iura quæ habet in caſtro uel uilla dominij ſui, conſil. 39. nu. 5. & 8. quod declara ut ibi, numero 27*

*princeps pendente cognitione poſſidentis feudum contra iuris præſumptionem poteſt iuriſdictionem in illo feudo exercere, conſ. 39. nu. 34*

*princeps aliquis ſupremus nec quiuis alium priuilegium ab eo habens uectigalia uel gabellas, niſi cum rationabili cauſa, imponere poſſunt, conſil. 91. num. 22*

*princeps qui militat pro utilitate communi etiam de communi uiuere debet, conſ. 91. nu. 21.*

*princeps imponens uectigalia ſine cauſa peccat mortaliter, & dicitur facere magnam iniuſtitiam, conſil. 91. nu. 30*

*princeps ſine cauſa ſubditos bonis priuare non debet, ſed ſuis ſtipendijs ſolitis contentus eſſe debet, conſ. 91. nu. 32*

*princeps ſi ſine iuſta cauſa nouum uectigal imponat, & hoc notorium ſit, exactor qui hoc ſit mortaliter peccat illud exigens, & non ſolum ipſe, ſed & ipſe princeps, quia notoriam rapinam committunt, conſ. 91. num. 34*

*princeps*

princeps ligatur præceptis iuriſgentium,niſi ex cauſa,conſil.91.nu.36
princeps ſi ſubſiſtente cauſa non abſtulit uni ſi demum ceſſat cauſa,res ablata debet reſtitui, alias in foro contentioſo & conſcientiæ principis actus non tenet, conſil.91.num.48
Princeps ſecularis ſuper vſuris ſtatuere non poteſt,conſil.96.nu.49
Principis dicto licet non ſit ſtandum, tamen hoc fallit, quando in ſuſpenſione immunitatum exprimitur,illud facere ex cauſa,& maxime cum clauſula ex certa ſcientia,conſil.1.nu.192
Principis ordinatio, quòd vnuſquiſque ad molendinum ſuum ire debeat, quod ſi reſpicit priuatum cōmodum,non valet,ſecus ſi publicum,conſ.91.num.43
Principis præſentia ſupplet omnes ſolennitates à iure requiſitas, conſil.54.nu.13.quod declara,vt ibi,nu.38.& 40
Principis præſentia omnes ſolennitates iuris ſupplet,actumq́; qui ob defectum ſolennium nullus eſt,inſtaurat conſil.54.nu.15
Principis priuilegio creditur pro ſe,ſi ſubſcriptionem habeat duorum conſiliariorum,conſil.1.nu.89
Principi non creditur,ſicuti nec induci,niſi quatenus conſtat ex actis,conſ.1.num.60
Principi licet grauare ſubditos regni non habentes feuda & ſoluentes ſecularia & alia iura fiſcalia pro ſubuentione contra Barbaricam gentem, vbi redditus non ſufficiunt, dum tamen moderatè eam imponat,quia qui nimis emungit,elicit ſanguinem,conſil.1.nu.68
Principi aſſerenti ſe reuocaſſe ceſſiones ſuas, tanquam per importunitatem obtentas, licet non ſit credendum, tamen id fallit ſi præhabita deliberatione cum ſuo conſilio princeps ipſe dicat aliqua illicita per importunitatem conceſſiſſe, quia tunc ei creditur donec contrarium probetur, conſil.1.num.87
Principi atteſtanti onus Perengariæ reſpicere publicam vtilitatem credendum eſt,conſil.1.nu.190
Principi atteſtanti priuilegium immunitatis, quod tranſiuit in contractum,reuocatum fuiſſe ob publicam neceſſitatem credendum eſt, conſil.1.num.191
Principi hodie ſiue de iure ſiue de facto credendum eſt,conſil.1.nu.194
Principi ſuo mouere quæſtionem quis non poteſt niſi petita venia, conſil.18.num.16
Principi licet Deus ſubiecerit leges, non tamen contractus ex quibus obligatur,conſil.66.nu.36
Principi turpiſſimum eſt ab honeſto recedere,conſil.66.nu.70
Principes inducias quinquennales debitoribus concedere poſſunt & ſolent, conſil.1.nu.9
Principes contractus ſuos obſeruare tenentur, conſil.1.nu.19.& 26. declara tamen vt ibi,nu.15.& 158
Principis à ſubditis ſuis percipientes compoſitiones ordinarias & alios reditur, de quibus neceſſitatibus occurrentibus ſubuenire poſſunt collectas imponere non poſſunt,conſil.1.nu.53
Principes pro defenſione patriæ ſi non habent de ſuo, ſubditos collectare poſſunt,conſil.1.nu.62.& 157
Princeps quando ſufficientes redditus non habent ad cuſtodiam terræ,iuſtum eſt, quod ſubditi exhibeant unde poſſit communis eorum vtilitas procurari,conſil.1.nu.64
Principes militantes pro communi vtilitate debent etiam de communibus viuere,quod tamen intellige vt ibi,nu.65.
Principes debent bene aduertere ne regalia concedant,conſil.1.nu.132
Principes concedentes regalia vaſallis non abdicant à ſe iuriſdictionem ſupremam,quin poſſint illam exercere cum videantur conceſſa non priuatiuè ſed cumulatiuè,conſil.1.nu.34
Principes dare non poſſunt tantam iuriſdictionem, quin eis remaneat maior iuriſdictio & poteſtas quàm fuerit tranſlata,conſil.1.nu.135
Principes ſunt patres & defenſores miſerabilium perſonarum, conſil.20.num.3
Principes habentes iura imperij poteſtatem omnimodam habent concedendi immunitatem,conſil.76.nu.2
Principes protectores debilium eſſe debent,conſil.87.nu.57
Principes graues eſſe non debent ſubditis ſuis,conſil.91.nu.38
Principes ſtudere debent vt non exactores,ſed rectores Dei nominentur,non in ſubditos deſæuire ſed illos regaliter amplecti, vt ſint forma ipſorum non nominatores eorum,conſil.91.nu.40
Principium placita vim legis habent,quando cum honeſtate coniuncta ſunt, conſil.91.nu.54
Principibus ſunt inſtituti reditus, vt ex illis viuant, & ab expoliationibus ſubditorum ſe abſtineant,conſil.1.nu.54
Principibus licet Deus ſubiecerit leges, non tamen quæ ſunt iuriſgentium, conſil.9.nu.4
Cætera vide infra in litera R.in uer.rerum
Priores unius ciuitatis durante officio poſſunt indiſtinctè cum ſubditis contrahere,conſil.83.nu.10
Priuatorum commodo præfertur quod communiter prodeſt omnibus, conſil.69.num.9
Priuilegium principis non eſt obſeruandum quando ex poſt incipit eſſe ualde damnoſum,conſil.1.nu.162
Priuilegium ſtatim perdit uires quàm primum reincidit in iniquitatem, conſil.1.nu.163
Priuilegium conceſſum non ſubdito quod ex poſt facto lædit concedentem præter eius intentionem reſoluitur ipſo iure aut poteſt reuocari, conſil.1.num.164
Priuilegium immunitatis conceſſum alicui à ſolutione decimarum non eſt obſeruandum caſu, quo poſt priuilegium immunis acquireret tot prædia, pro quibus ſi decimas non ſolueret, inferretur enorme damnum eccleſiæ, conſil.1.nu.170
Priuilegium exemptionis à procurationibus conceſſum clericis alicuius loci, non eſt ſeruandum caſu, quo adeo multiplicati eſſent clerici, quòd omnem ferè procurationem abſorbent,conſil.1.nu.171
Priuilegium conceſſum clericis ne trahantur coram iudicibus ſecularibus eſt de iure diuino,conſil.12.nu.44. Nec tolli poteſt à Papa ſaltem generaliter,ibi,nu.46
Priuilegium ſui iudicis licèt clericus propter dictum non perdat, tamen bene amittit priuilegium fori,conſil.12.nu.54
Priuilegium conceſſum uiduis intelligitur de uitam honeſtam ſeruantibus, conſil.20.nu.6
Priuilegium fori conceſſum clericis, eſt de foro diuino, conſil.23.nu.10. Cui Papa derogare non poteſt,ut ibi nu.11
Priuilegium generaliter indultum non includit caſum publicæ utilitati contrarium,etſi incluſerit,non ualeret,conſil.52.nu.23.quòd declara ut ibi, num.37
Priuilegium conceſſum filijs propter parentes,eis mortuis non durat conſ.52.num.40
Priuilegium conceſſum propter paupertatem auctis facultatibus expirat,conſil.52.nu.41
Priuilegium ceſſionis bonorum ceſſat ſuperueniente pinguiori fortuna, conſil.52.nu.42
Priuilegium conceſſum non ſubdito regulariter poteſt eo inuito ſola uoluntate uocari,conſil.66.nu.8
Priuilegium immunitatis ſecundum magis communem non extenditur ad onera publica, conſil.76.num.7. quod declara ut ibi, num.23.cum ſequen.
Priuilegium alicui conceſſum propter eius factum reuocari non poteſt, conſil.76.num.28
Priuilegium quod tranſiuit in contractum reuocari non poteſt, conſil.76.num.19
Priuilegium exemptionis conceſſum à principe uniuerſitati, licet per ingratitudinem poſſit reuocari,tamen ſecus ſi conceſſum ob benemerita,conſil.76.num.20
Priuilegium clauſum in corpore iuris per quæcunq́; uerba generaliter prolata, aut per legem, aut teſtatorem non cenſetur ſublatum, conſil.81.numero 27
Priuilegium quod datur ratione dignitatis, remanet apud uxorem uiduitate permanente,conſil.86.nu.8
Priuilegia creditoribus conceſſa in remunerationem laborum paſſorum pro utilitate reipublicæ efficiunt irreuocabilia,conſil.76.nu.14
Priuilegia habentes à ſupremo principe imponere poſſunt noua uectigalia, conſil.91.nu.10
Probare & deducere poſſum in cauſa, appellationis non probatum neque deductum in cauſa principali,conſil.45.nu.2
Probare quis debet talem ſe eſſe qualem aſſerit,aliàs obtinere non poteſt,conſil.100.nu.21
Probatio tituli non ſufficit ad impediendam executionem, niſi probetur rei traditio,conſil.5.nu.4
Probatio poſſeſſionis antiquioris ſufficit in remedio poſſeſſorio recuperandæ, conſil.6.nu.33.& 36
Probatio facta per unum de numeratione, & per alium de confeſſione facit plus quàm ſemiplenam probationem,ita quod locus erit iuramento ſuppletiuo,conſil.33.nu.10
Probatio facta per unum teſtem tantum ualet quantum per mille ſingulares, conſil.33.nu.18
Probatio euidentiſſima,& habet uim diffinitionis,& de ea iudicatur, ut de caſu legis,de quo non uenit dubitandum,conſ.40.num.11.& 12
Probatio per unum teſtem in iudicis poſſeſſorijs in quibus agitur de leui præiudicio, habet uim plenæ probationis, ita quod non eſt opus iuramento ſuppletorio, conſil.50.num.9. contra ſecundum communem ut ibi, numero 16
Probatio per famam ſufficit in poſſeſſorio recuperandæ,conſ.50.nu.10
Probatio ſemiplena ubi præſumptione aliqua elidetur, non eſt locus iuramento ſuppletiuo,conſ.50.nu.23
Probatio concludens debet eſſe clara & certa, & non dubia nec obſcura, conſil.61.nu.60
Probatio bonæ famæ præfertur probationi malæ famæ, etiam quòd teſtes eſſent pares numero,conſ.63.num.39

Probatio

*Probatio malę famę ad excludendum bonam famat, debet eſſe in ſpecie, conſil. 63. nu. 40*
*Probatio ſemiplena ſufficit in interdicto quorum bonorum, conſil. 75. numero 14*
*Probatio ſemiplena ſufficit in remedio quorum bonorum, conſil. 94. numero 33*
*Probatio bonę famę impedit, ne quis ex indicijs torqueri poſſit, conſil. 96. numero 24*
*Probationes per alium factę proſunt inquiſito, tamen non nocent, conſil. 86 num. 33*
*Proceſſus factus contra matrem ſuperioris ſui uenia non petita valet ſecundum communem, conſil. 18 num. 40. quod declara vt ibi, num. 44. & 46*
*Proceſſus factus in contumacia ante relationem nullus eſt ipſo iure, conſ. 47. num. 64*
*Proceſſus factus in contumacia ante relationem nullus eſt ipſo nullus, conſil. 68. nu. 33. & conſil. 85. nu. 25*
*Proclama generale non ligat vaſallos certos, vel eos qui de facili poſſunt certificari, conſil. 64. nu. 14. quod limita vt ibi, nu. 16*
*Proclama publicatum non comprehendit abſentem à loco publicationis, conſil. 64. nu 33*
*Proclamata facta contra ſoluentes collectas & onera infra certum tempus ſub pœna amiſſionis bonorum, pro quibus collectę erant ſoluendę, non ligant forenſes, quibus non facta fuit intimatio in locis, in quibus degebant, conſil. 64. nu. 34*
*Procurator regulariter non tenetur appellare, conſil. 10. nu. 23*
*Procurator de cuius mandato dubitatur, quamuis admittatur cum ſatiſdatione, tamen cum cautione iuratoria, ſe non poterit ſatiſdare, conſil. 43. num. 48*
*Procurator notarij & aduocati ſunt excoriatores pauperum, conſil. 88. numero 33*
*Progenies vna inter ſe ſtatutum condere poteſt conſil. 99. nu. 16*
*Prohibita alienatione licèt non cenſeatur prohibita hęredis inſtitutio, tamen ſecus quando in prohibitione eſt clauſula, quòd bona totaliter perueniant ad hęredes, conſil. 98. nu. 15*
*Prohibitus feudum alienare ſine conſenſu domini, cenſetur quoque prohibitus vſum fructum in eo conſtituere, conſil. 59. num. 5. quod declara vt ibi, num. 18*
*Prohibitio domini vtilis facta hominibus ſuis de non accedendo ad alia molendina, vel ad alterius furnum, eſt reprobata de iure communi, conſ. 22. num. 6*
*Prohibitio dominij de qua ſupra deuiat à vero & iuſto, quia fundata in radice cupiditatis, conſil. 22. nu. 15*
*Prohibitio patris de non pręſtando alimenta filio naturali non valet, conſil. 54. nu. 68 & 70. Idem ſi ſpurio, ibi, nu. 69*
*Prohibitio geminata impedit alienationem in caſibus, ex ſola prohibitione non impeditur, conſil. 81. nu. 6*
*Prohibitio alienationis expreſſa quando concurrit cum prohibitione legis, tunc pręceptum nudum teſtatoris, & prohibitio ſine cauſa valet, conſil. 81. nu. 20*
*Prohibitio tacita & expreſſa de non alienando plus operatur quàm ſimplex, conſil. 98. nu. 20*
*Prohibitiones pœnales locum non habent niſi in caſibus à iure expreſſis, conſil. 17. nu. 10*
*Promiſſio de ſemper ſoluendo pręſcribitur ſpacio triginta annorum, conſi. 21. num. 25*
*Promiſſio generaliter facta de non excipiendo de nullitate, ſicut non includit nullitatem reſultantem ex defectu iuriſdictionis, ita nec iuramentum ſuper dicta promiſſione appoſitum, conſil. 72. nu. 12*
*Promittens aliquem pręſentare toties quoties fuerit requiſitus non liberatur bis eum pręſentando, conſil. 21. nu. 11*
*Promittens ex tranſactione iurata ſoluere ducatos ſeptingentos in ſeptem terminis, ſi in vno defecit, ſtatim ad ſolutionem totius reſidui non expectatis alijs dilationibus compelli poteſt conſil 31. nu. 7*
*Promittens Titio decem ad Paſcha, & ſi non ſoluerit, abinde in ante promittit quinque ſingulis annis nomine alimentorum, promiſſio talis nihil valet, quia vſura eſt, conſil. 55. nu. 29*
*Pronomen ſuum denotata dominium conſil. 71. nu. 28*
*Pronuntiatio litis conteſtatę facta extra maiorem locum non valet, conſil. 94. num. 22*
*Prorogatio de perſona ad perſonam de iure canonico fieri non poteſt, conſ. 12. num. 32*
*Protocolum carens rogitu notarij non valet, conſil. 32. nu. 28*
*Protocola debent habere omnia ſummaria requiſita in inſtrumentis publicis, conſil. 32. nu. 17*
*Publica vtilitas cuilibet priuilegio ęquiparanda, conſil. 96 nu. 9*
*Publica vtilitas verſatur in conſtructione pontium & viarum, conſil. 61. num. 24*
*Publicatis teſtibus in cauſa principali, & illis didicitis, licet in cauſa appellationis teſtes ſuper capitulis antiquis producere & examinare, conſil. 45. nu. 1. & 7. ſecundum communem, ſed contra vt ibi, num. 8. 11. & 14. vbi eſt magis communis opinio, & nu. 20*
*Publicè vtile eſt commeari per itinera ſine metu & periculo, conſil. 91. num. 23*
*Puniri quis poteſt de delictis in tribus locis, conſil. 19. nu. 4*
*Puniri quis in eo loco debet vbi deliquit, conſil. 19. nu. 14*
*Puniri quis poteſt uarijs ex pœnis pro eodem delicto, quando ex eo reſultat diuerſa ſpecies delicti, conſil. 24. nu. 12*
*Pupillus uel orphanus tunc inter miſerabiles enumeratur, quando eſt pauper & non aliter, conſil. 20. nu. 9*
*Pupillus ſi obligetur ſine auctoritate tutoris ad finem, ut liberetur, ualet obligatio, conſil. 54. num. 17*
*Pupillo uel infanti decendente hęreditate non adita hęres eius reſtitui poterit in integrum aduerſus aditionem omiſſam ex cauſa generali ſi qua etc. ſi tutori nulla culpa uel negligentia imputari poſſit alias ſecus, conſil. 10. nu. 9. & num. 21. ubi eſt communis*
*Pupilli, viduę, & miſerabiles perſonę in prima inſtantia conuenirè poſſint aduerſarios coram principalibus ſuis, conſil. 20. num. 1. & num. 4. dummodo ſint pauperes, ut ibi, num. 4. ſed contra, num. 10. ueritas in contrarium ſecundum communem, ut ibi, nu. 12. 18. & 20*
*Purgatio morę locum non habet in Iudęis, quia fundatur in ęquitate, conſil. 85. num. 19. ſed contra, ut ibi, nu. 52. & 53*

## Q

*Qualitas requiſita ad actum debet ſpecificè probari, conſil. 67. numero 26*
*Qualitas feudalis poteſt probari directè & per indirectum, conſil. 82. numero 37*
*Qualitas pretij arguit quid & quantum ueniat in emptione & uenditione, conſil. 32. nu. 52*
*Qualitas actionis intentatę ex medio concludendi colligitur, conſil. 90. num. 2*
*Qualitas adiecta uerbo debet intelligi ſecundum tempus uerbi conſil. 100. num. 27*
*Quantitas ubicunque ſi non ſoluatur capitale mandatur ſolui ſub nomine etiam pœnę per dinumerationem temporis cenſetur eſſe uſura, conſil. 55. num. 24*
*Quarta pars ſecundum aliquos dicitur iniuſtitia, conſil. 96 nu. 4*
*Quarterium ciuitatis ſtatutum facere poteſt circa ea quę reſpiciunt bona eiuſdem, conſil. 99. nu. 18*
*Querela licet ueniat ad reſciſſionem, tamen debet proponi in loco contractus, & ubi partes ſortiuntur forum, conſil. 26. nu. 32*
*Quęſtio iuris quando uertitur ſuper uſuris, eius cognitio ſecundum communem ſolum ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum, conſilio 96. numero 45*
*Quinta quę debetur regi de pręda, quia eſt de regalibus, non poteſt per regem in perpetuum donari, conſil. 1. nu. 101*

## R

*Ratificatio nedum facto, ſed etiam uerbis inducitur, conſil. 4. numero 12*
*Ratificatio ad hoc ut ualeat requiritur, quòd ille poſſidebat tempore ratificationis, adhuc poſſideat, aliàs ſi poſſeſſio eſt penes tertium, ea non ualet, quia res non integra, conſil. 4. nu. 14*
*Ratificatio inducitur ex perceptione fructuum, conſil. 6. nu. 41*
*Ratificatio facta re non integra non trahitur retro, conſil. 46. nu. 39*
*Ratificatio trahitur retro & mandato ęquiparatur, conſil. 71. nu. 17*
*Ratihabitio non trahitur retro, quando ex ea auferetur ius quęſitum illi contra quem fit ratihabitio. conſil. 4. nu. 13. 26.*
*Ratio & prudentia naturalis actus humanos regulat, conſil. 1. nu. 186*
*Ratio eadem quę eſt de toto quo ad totum, eſt de parte quo ad partem, conſil. 69. nu. 38*
*Ratio legis ubi ſubeſt, magis attendi debet quàm legis dictum, conſil. 73. num. 46*
*Recedendum non eſt in materia ſtrictè interpretanda à uerbis, & eorum ſignificatione, conſil. 93. nu. 15*
*Recedendum non eſt à uerbis & denominatione contrahentium alijs coniecturis in contrarium non apparentibus, conſil. 96. nu. 15*
*Receſſus ab uno iudice & tranſitus ad alium cenſetur exceptio declinatoria, conſil. 57. nu. 9*
*Receſſus omnis à iure communi dicitur odioſus, conſil. 94. nu. 17*
*Rectori ſi quis ſe rebellaret propter factum ipſius rectoris, qui cum malè tractauit non diceretur hoſtis principis uel ſummi Pontificis, conſil. 48. num. 9*
*Recuſantes aliquid facere ſine iuſta cauſa faciunt ſe alienos conſil. 1. numero 182*

*Redimens*

Redimens cenſum ante tempus ſolutionis præfixum totum cenſum ſoluere non debet, conſil. 28. nu. 18

Redditus decem pro centenario ſecundum communem obſeruantiæ loci non arguit contractum de uſuraria prauitate ſuſpectum, conſil. 40. numero 19

Reditus cauſarum criminalium non debentur inueſtito de iuriſdictione, ſed domino directo habenti merum imperium, conſil. 42. nu. 1. ſed contra vt ibi, num. 15

Reditus prouentus & omnis commoditas caſtri vel territorij pertinet ad feudatarium ratione vtilis dominij, conſil. 48. nu. 28

Cætera vide ſupra in litera A. in ver. annui redditus

Regalia principibus concedi poſſunt, conſil. 1. nu. 15

Regalia ſemper intelliguntur reſeruata principi quantumcunque conceſſio ſit generalis & generaliſſima, conſil. 1. num. 103

Regalia ſunt corpus à quo ſublato vno membro remanet monſtruoſum, conſil. 1. nu. 126

Regalia miniſtrare eſt maieſtatem minuere, conſil. 1. nu. 131

Regalia ſi conceſſa fuerint in genere Comiti Sabaudiæ per Cæſarem & priuilegium alteri in vno caſu in ſpecie valet priuilegium, conſil. 1. numero 142

Regalia conceſſa vicario perpetuo, licèt comprehendant reditus Salinarum, non tamen noua vectigalia, conſil. 1. nu. 147

Regalia non niſi ex vrgentiſſima cauſa concedi poſſunt, conſilio 18. numero 77

Regalia concedi non poſſunt niſi cum clauſula ex certa ſcientia vel motus proprij, conſil. 18. nu. 78

Regalia non cenſentur tranſlata in generali conceſſione conſil. 42. numero 7

Regalia licèt non veniant ſub conceſſione iuriſdictionis quo ad nouam impoſitionem, vt ſunt vectigalia de nouo imponenda, tamen ſecus eſt de vectigalibus iamdiu impoſitis, quia talia non cenſetur de regalibus, conſil. 42. num 33

Regalia poſſidens cogi poteſt ad oſtendendum titulum ſuæ poſſeſſionis, conſil. 39. num. 24

Regulam qui habet pro ſe rem claram habere videtur, conſil. 93. nu. 12

Relatio nuncij in actus apponi debet ante contumaciam alias actus eſt nullus, conſil. 46. nu. 67

Relatio nuncij adeſt ſubſtantialis actus, conſil. 47 nu. 68

Intantum quòd non poteſt fieri die feriato in honorem Dei, conſil. 47. num 69

Relatiuum ſine culpa ſtat reſtrictiuè & limitatiuè, conſil. 82. nu. 28

Relegato vel miſſo in exilium non poteſt dare iudex licentiam veniendi & reuertendi ſed ſolus princeps, conſil. 18. nu. 80

Releuium curiæ regiæ non ſoluitur de feudo alienato ei qui omninò erat ſucceſſurus, conſil. 41. nu. 19

Relicta computatur in legitimam, conſil. 11. nu. 34

Remedium adipiſcendæ ei competit qui habet poſſeſſionem, conſil. 47. numero 31

Remedium cap. reintegrandæ. 3. q. 1. ſecundum communem competit laicis & pro re prophana, conſil. 50. nu. 3

Remedium prædictum datur ſecundum communem ei, qui probat rem poſſediſſe & à poſſeſſione ſine iuſta cauſa cecidiſſe, & ad alium perueniſſe, conſil. 50. num. 4

Remedium c. reintegranda, quod competebat defuncto tranſit ad hæredem, conſil. 50. nu. 6. 15. & 25

Remedium reintegrandæ ſecundum magis communem datur contra titulo poſſidentem, etiamſi habeat titulum ab auctore non uitioſo, conſil. 22. num. 7

Remedium reintegrandæ ſolum ei competit qui à ſua poſſeſſione cecidit ſine culpa ſua conſil. 72 num. 11

Remedium reintegrandæ ſecundum communem competit laicis, conſil. 82. num. 8

Remedio reintegrandæ quæ perpetuum non præſcribitur ſpacio triginta annorum, conſil. 72. num. 9. contra ſecundum communem vt ibi. numero 19

Remedio reintegrandæ ſecundum aliquos etiam præſcribitur ſpacio decem annorum inter præſentes & uiginti inter abſentes quo ad priuatas perſonas, cum titulo & bona fide, conſil. 71. nu. 21

Remedium poſſeſſorium non datur ei qui nunquam poſſedit, conſil. 71. numero 10

Remedium adipiſcendæ ei noncompetit qui habet poſſeſſionem, conſil. 47. num. 31

In remedio recuperandæ ut quis obtinere poſſit duo ſunt neceſſario probanda, poſſeſſio uidelicet & ſpoliatio, conſil. 6. nu. 5. & nedum poſſeſſio ſimpliciter ſed & de tempore ſpolij ut ibi nu. 6

Remiſſio delinquentium de conſuetudine non fit de uno iudicio ad alium, niſi de locis quæ ſunt ſub eodem dominio, & niſi loca ipſa ſint confederata, in conſil. 60. nu. 3. 7. & 22

Remittere & renuntiare eſt dare, conſil. 64. nu. 20

Renunciatio iuris hypothecæ facta quando marito nulla alia bona ſuperſunt dicitur donatio, conſil. 70. nu. 3

Renunciatio iuris hypothecæ firmata iuramento marito non exiſtente ſoluendo, non ualet, in conſil. 70. num. 9. Sed contra ut ibi, num. 20. & 25

Renunciatio ſeu donatio non inſinuata iuramento confirmatur, conſil. 70. num. 14. Sed contra ſecundum communem, ut ibi. num. 22. 36. 41

Reprehenditur Brunus, in conſil. 32. in fi. conſil. 1. nu. 256

Reprobatio Romani in conſil. 149. conſil. 43. nu. 44

Reprobatio Bald. C. de uſur. & fruct. legat. ibi nu. 45

Repudiatio ſemel facta amplius reuocari non poteſt, conſil. 71. nu. 55

Res ſemper in dubio empta præſumitur, de pecunia ſoluentis, conſil. 4. numero 6

Res qualibet præſumitur libera, niſi de contrario conſtet conſil. 22. numero 3

Res dicitur minus ualere propter pactum de retrouendendo, conſi. 40. nu. 17, & conſil. 97. nu. 38

Res ſubiecta fideicommiſſo quæ alienari poteſt ex cauſa dotis, ſimiliter alienari poteſt ſi adeſt prohibitio expreſſa, conſil. 81. num. 7. & 26

Res ſubiecta fideicommiſſo ſi expreſsè alienari non poteſt non ualebit alienatio facta ab ignorante ignoranti, conſil. 98. nu. 21

Res emphyteutica quæ prohibetur alienari licet poſſit donari tamen ſecus ſi adeſt prohibitio hominis expreſſa conſil. 81. nu. 5

Res immobilis minoris licet abſque cauſa & ſolemnitate alienari non poſſit tamen ſi fuit confirmata alienatio per ciuitatem neminem recognoſcentem ualebis, conſil. 91. nu. 5

Res eccleſiæ ſi alienantur ad ipſius commodum & utilitatem non requiritur auctoritas ſuperiores conſil. 54. nu. 23

Res eccleſiarum quæ alia pro redemptione captiuorum alienari poſſunt ſi prohibentur à teſtatore alienari non potuerunt etiam distractu in illum caſum pium permiſſum, conſil. 81. nu. 4. & nu. 18

Rex ſacræ quæ aliàs non poſſunt alienari propter neceſſitatem alienantur, conſil. 43. nu. 30

Res inter alios acta tertijs præiudicare non poteſt, conſil. 85. nu. 4

Res debent in libello per confines declarari, conſil. 67. num. 13

Res deſtinatæ datæ in dotem marito, ſi eas conceſſit uxori ad uſum quæ illas conſumpſit, maritus ad earum æſtimationem tenetur, conſil. 92. nu. 11

Res omnes mobiles, immobiles, iura defuncti & res depoſitæ & commodatæ deſcribi debent in inuentario, conſil. 71. nu. 27

Res omnes ſcribi debent in inuentario per ſigna latera & confinia, conſil. 73. num. 48

Rebus in nouis nouum eſt remedium & conſilium ſuggerendum, conſil. 1. num. 161

Reiuendicatio cedi poteſt, conſil. 28. nu. 18

Reiuendicatione agi poteſt quando actum eſt quòd cauſa non ſecuta datio habeatur pro non facta, quia uidetur re tranſlatum dominium ſicut in pacto legis commiſſariæ, conſil. 61. nu. 39

Reſcriptum principis concedens remiſſionem pœnæ ante delictum commiſſum non ualet, conſil. 3. nu. 40

Reſcriptum pontificis licèt ſi ſtrictè intelligendum, nec extendi debet de perſona ad aliàs perſonas, tamen hoc fallit per uiam acceſſionis conſil. 12. num. 33

Reſcriptum quia perſonale cedi non poteſt, conſil. 28. nu. 5

Reſcriptum impetrandum nulla facta mentione de litis pendentia redditur ſubreptitium, conſil. 31. nu. 18. quod ampliatur procedere etiamſi in eo eſſet clauſula motu proprio ut ibi nu. 19

Reſcriptum principis deuians à ratione et communi ſtylo præſumitur falſum etiam quòd ſi conceſſum motu proprio, conſil. 47. nu. 56

Reſeruata principi in ſignum ſupremæ poteſtatis præſcriptione immemoriali acquiruntur, conſil. 90. nu 16

Reſeruatio iuris ſuperioritatis & alti dominij, & cuiuſcunque alterius iuris, facta per principem in conceſſione inueſtituræ facta uaſallo, eſt declaratoria & modificatiua ipſius conceſſionis, conſil. 1. nu. 143

Reſolutio contractus cenſetur eſſe eius naturæ cuius eſt contractus, conſil. 62. num. 16

Reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris, conſil. 59. nu. 11

Reſpublica propter urgentes neceſſitates ſubditos compellere poteſt ad uendendum res ſuas uiliori pretio, conſil. 1. nu. 72

Reſpublica æquiparantur minori, conſil. 53. nu 1

Reſpublica Ianuenſis poteſt concedere delinquenti ſaluum conductum etiam ſecuta ſententia, conſil. 68. nu 9

Reſpublica indignens animali & ſeruo alterius pro ipſius utilitate poteſt capere animal & ſeruum pretio tamen ſoluto, conſil. 69. nu. 42

Reipublicæ congruit ut pauperibus litigantibus dentur aduocati publicis expenſis, conſil. 87. nu. 59

Reſtitutio in integrum ex clauſula ſi qua mihi iuſta cauſa &c. conceditur hæredi in caſibus in quibus pœna committitur contra hæreditatem iacentem, conſil. 10. num. 6

Reſti-

# Index Conſiliorum


Reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ ſecundum magis communem conceditur aduerſus canonem non ſolutum, conſil. 10. nu. 7

Reſtitutio in integrum ex clauſula generali non datur niſi ex quadam æquitate, conſil. 10. nu. 19

Reſtitutio in integrum datur contra ius commune, conſil. 26. nu. 26

Reſtitutio in integrum principaliter petita non coram iudice contractus ſed rei peti debet conſil. 26. nu. 27. Sed contra vt ibi. nu. 31

Reſtitutio in integrum prouenit præter ſeu contra mentem partium, conſil. 26. num. 37

Reſtitutio in integrum tanquam tranſmiſſibilis ad hæredes extraneos cedi poteſt, conſil. 28. nu. 28

Reſtitutio in integrum peti poteſt ab habente mandatum ad agendum, defendendum, & ſupplicandum, conſil. 26. nu. 18

Reſtitutio in integrum quantum præſtat minoribus tantum præſtat maioribus appellatio, conſil. 45. nu. 4

Reſtitutio dotis quando fit conſtante matrimonio propter vergentiam viri ad inopiam tunc fructus non diuiduntur ſecundum l. diuortio. ff. ſolu. matrimonio. Sed omnes extantes reſtitui debent mulieri, conſil. 27. num. 19

Retrouendere promittens intra certum tempus eo elapſo amplius non aſtringitur retrouendere, conſil. 10. nu. 12

Reuerentia quæ debent vxori domini ſui etiam matri debetur, conſil. 18. num. 36

Reuerentia non minor debetur per donatarium donanti, quàm per filium patri, imò maior donanti quàm patri, conſil. 37. nu. 8. & 11

Reuerentia eadem debetur matri quæ patri, ibid. nu. 14

Cætera vide ſupra in litera N. in verb. nullus

Reuocatoriæ agens contra tertios poſſeſſores debet prius fidem facere de credito ſuo, conſil. 85. nu. 1

Reuocatoria agens contra tertios poſſeſſores prius excuti facere debet bona principalium debitorum aliàs ſuccumbere debet, conſil. 85. nu. 11

Reuocatoria vt intentari poſſit contra tertios poſſeſſores opus eſt, vt fiat excuſſio contra omnes reo debendi, conſil. 85. nu. 18. etiamſi eſſent obligatis in ſolidum, vt ibi. nu. 19

Reuocatoria agens debet prius executi facere bona debitoris & hæredis qui hæreditatem adiuit ſine beneficio inuentarij, conſil. 85. nu. 24

Reus non dicitur liti ſe offerre niſi interrogatus reſpondeat ſe poſſidere, conſil. 56. nu. 1. & 5

Rex. Nefas enim ſi mœnijs publicis diſtributis in lucrum ſuum & quod grauius eſt in luxuriam rex impendia eis deputata conuertat, conſil. 84. num. 15

Regnum eſt ad ſimilitudinem corporis humani aquoſi abſcindatur auricula non eſſet corpus perfectum ſed monſtruoſum, conſil. 1. nu. 117

Rex ſi pro maiori parte baronibus regni ex contractu oneroſo conceſſit merum & mixtum imperium dictæ conceſſiones cum tendant in maximam læſionem iuriſdictionis regiæ reuocari poſſunt, conſil. 1. num. 14

Rex quando imponit baronibus ſuperindictum non poteſt aliud grauamen vaſallis baronum imponere cum barones ipſi ſuis ſubditis collectas moderatè imponere poſſint iuxta qualitatem bonorum feudalium & Bugenſaticorum, conſil. 1. nu. 24

Rex non tenetur de ſubſtantia ſubditorum ſed de tributis & alijs quæ ab eis percipit ſtipendia capitaneis & alijs magiſtratibus exhibere, conſil. 1. num. 55

Res aut eius magiſtratus ſi capi facere volunt maleficos & latrones non poſſunt ad hoc cogere ſubditos, quia cum ſtipendijs regis ſint capiendi id agere debent ſine ſubditorum grauamine, conſil. 1. nu. 56

Rex inconſulto Papa neceſſitatis tempore poteſt capere calices & alia bona eccleſiæ pro ſubuentione dummodo tempore pacis reſarciri faciat, conſil. 1. num. 74

Rex quando concedit feudum in terra aliena ſi dicat non enunciatiuè ſed ex certa ſcientia feudum ipſum ad ſuam collationem ſpectare & in priuilegio ſit ſubſcriptio quæſtoriæ dicto ipſius principis quæritur dummodo concurrat dictum duorum teſtium, conſil. 1. nu. 85

*Vaſallus alienans feudum de quo non perijt inueſtituram infra annum & diem eo priuatur, conſil. 64. nu. 7*

*Vaſallus qui non petijt inueſtituram infra tempus deſcriptum in proclamate principis, priuatur feudo in eo comminato, conſil. 64. nu. 13*

*Vaſallus inſtituens in feudo ſine regio conſenſu eum qui omnino ſucceſſurus eſt: inſtitutio valet, conſil. 64. nu. 21*

*Vaſallus non tenetur petere inueſtituram à domino directo, minore, carente curatore, conſil. 64. nu. 26*

*Vaſallus ſi decedit relicto deſcendente ex fœmina inhabili ad ſuccedendum in feudo hæreditario & agnato, qui non ſit hæres feudum deuoluitur ad dominum, conſil. 67. nu. 30*

*Vaſallus cui conceſſum eſt feudum cum clauſula, & quibus dederit, poteſt de eo teſtari, conſil. 71. nu. 6*

*Vaſallus ſi ſimul teſtetur de bonis proprijs & vaſalliticis, valebit teſtamentum de proprijs, & non de alijs, conſil. 71. nu. 10. & conſil. 79. nu. 4*

*Vaſallus pro anima non poteſt teſtari de feudo, adeo quod non debetur inſtituto vel legatario feudi æſtimatio, conſil. 71. num. 11. & 20. conſil. 79. numero 5*

*Vaſallus contra quem commiſſum fuit crimen læſæ maieſtatis poteſt confiſcare bona delinquenti, conſil 78. nu. 13*

*Vaſallus de rebus feudalibus teſtamentum condere non poteſt, conſil. 79. nu. 2. quod declara v tibi, nu. 30*

*Vaſallus de feudo antiquo non poteſt relinquere vnam candelam pro anima ſua, conſil. 79. nu. 8*

*Vaſallus inueſtitus de feudo pro ſe & hæredibus quibuſcunque, licet de eo poſſit diſponere, id tamen verum arbitatur, dummodo diſpoſitio fiat in perſonas habiles, ſcilicet in deſcendentibus, & non extraneis, nec in mulieribus, conſil. 89. num. 12. quod declara vt ibi, nu. 16. & 33*

*Vaſallus quando facit pactum cum domino de non alienando non poterit etiam alienare in caſibus aliàs à iure permiſſis, conſil. 31. nu. 19*

*Vaſallus ſicut propter adulterium commiſſum cum uxore domini amitti feudum, ita etiam ſi ſtuprum committit cum relicta domini, conſil. 86. nu. 2. declara vt ibi, nu. 40. & 47*

*Vaſallus honorem domino tam mortuo quàm viuo ſeruare debet, conſil. 86. numero 4*

*Vaſallus conſcius de morte domini, & eam non reuelans vltimo ſupplicio puniri debet, conſil. 88. nu. 7*

*Vaſalli vtile dominium habent in caſtris ſuis, quòd per principem eis impediri non poteſt, conſil. 1. nu. 49*

*Vaſalli cum ſint rectores perpetui poſſunt in iuriſdictione ſua ſtatuta facere pœnalia, dummodo ſint iuſta, honeſta; iuſtitiamque contineant, & non aliter; conſil. 3. nu. 22*

*Vaſalli æquiparantur libertis, conſil. 18. nu. 12. & 35*

*Vectigal ſoluendum ex forma ſtatuti pro naue, quæ portum introierit, non extenditur ad caſum, quo illa viuentorum præter propoſitum ad portum impulſa eſt, conſil. 60. num. 14*

*Vectigalis facultas imponendi ſpatio immemoriali, præſcribitur etiam ſine licentia ſuperioris ſecundum magis communem, conſil. 92. nu. 12*

*Vectigalia, collectæ, ſeu tributum, & alia quæ ſunt regalia, non poteſt neque debet rex alienare, ſed ſucceſſoribus reſeruare, conſil. 1. nu. 100*

*Vectigalia licita dicuntur, quæ eriguntur per Imperatorem, reges, & pontifices, conſil. 91. nu. 2*

*Vectigalia de facili per principem conceduntur, quando tenuis eſt patria, conſil. 91. nu. 11*

*Vectigalia & gabellas ſupremus princeps inſtituere poteſt, conſil. 91. numero 1*

*Vectigalia imponentes ſine licentia principis prohiberi poſſunt per interdictum negatorium, ne vectigal colligant, conſil. 91. nu. 21*

*Venales res licet non veniant in ligato generali, tamen ſecus eſt, quando in legato dictum eſſet de omnibus rebus, couſil. 37. nu. 9*

*Venari quilibet poteſt in fundo alieno, conſil. 9. nu. 22*

*Venatio eſt de iure gentium, conſil. 9. nu. 2*

*Venationis ius prohibendi acquiritur ex proclamatione ſine contradictione, conſil. 9. nu. 13. quod declara, vt ibi, nu. 15*

*Venationis prohibitione ſine contradictione conſtituit prohibentem in quaſi poſſeſſione prohibendi, conſil. 9. nu. 14*

*Venationem hominibus ſuis dominus per proclamata prohibere non poteſt, conſil. 9. nu. 1. & nu. 12. ſecundum communem*

*Vendens rem cum conſtituto non liberatur à reali traditione rei venditæ, conſil. 51. nu. 15*

*Vendere immobilia qui non poteſt, nec etiam annuos reditus vendere poteſt, conſil. 54. nu. 11*

*Venditio rerum immobilium minoris, vt ualeat, neceſſe eſt, quòd exiſtat urgens cauſa alienandi, conſil. 18. nu. 72*

*Nec ſufficit quòd in inſtrumento allegetur, quòd iuſta cauſa uendendi fuerit æs alienum, ut ibi, nu. 73*

*Venditio res minoris, ut ualeat, opus eſt, ut uendatur res minus damnoſa, conſil. 18. nu. 76*

*Venditio medietatis caſtri complectitur medietatem iuriſdictionis cohærentem, conſil. 42. nu. 29*

*Venditio non dicitur perfecta ante traditionem, conſil. 51. nu. 10*

*Venditio ſi facta fuit duobus, ille præfertur cui prius res tradita eſt per conſtitutum, conſil. 51. nu. 22*

*Venditio facta cum pacto reſolutiuo, uidelicet quòd habeatur pro non facta in caſu inobſeruantiæ, ſecundum communem habet uim pacti. leg. com. miſſoriæ, conſil. 62. nu. 19*

*Venditor plus iuris in emptorem transferre non potuit, quàm quòd ipſe habebant, conſil. 92. nu. 2*

*Venia ratione reuerentiæ peti debet, conſil. 18. nu. 1*

*Veniæ petitio concedi debet parte non citata, conſil. 18. nu. 3*

*Veniæ poſtulatio cum citatione conceſſa uim amiſſionis habet, conſil. 18. numero 4*

*Veniam petere non ſufficit, niſi & ea à prætore obtineatur, conſil. 19. nu. 2*

*Verbum actum, poſitum in protocolo præſumptionem rogitus notarij inducit, conſil. 32. nu. 32. & nu 33. & 34. ubi declaratur*

*Verbum commercium, eſt uerbum generale, conſil. 59. nu. 3*

*Verba cum iuribus & pertinentis ſuis non probant, niſi quatenus per alias probationes appareat limitatè de ipſis iuribus, conſil. 82. nu. 13*

*Verba dominam, & uſufructuariam, ſunt directa, conſil. 73. num. 24*

*Verba ipſo iure, & facto, important latam ſententiam, conſil. 62. nu. 24*

*Verba & non aliter, ſolent importare formam, conſil. 43. nu. 12*

*Verba, non aliter, nec alio modo, habent in ſe naturam præciſam, ut modificatio aliqua, nec alia interpretatio à verbis ſeparata amittatur, conſil. 61 nu. 17. quod declara, ut ibi. num. 57*

*Verbum, nulla, idem ſignificat quod ipſo iure, & abſque ſententia, conſi. 62. num. 25*

*Verba, nullius momenti, de quibus in l. qui in carcerem. ff. quod metus cauſa, important totalem nullitatem, & ipſo iure, conſil. 62. nu. 27*

*Verba, nullius ualoris, & momenti, ſignificant idem, quod nullius uigoris, conſil. 62. nu. 28*

*Verba, omni tempore, tollunt Præſcriptionem, conſil. 21. nu. 22*

*Verbum, perpetuum, accipitur pro triginta annis, conſil. 72. nu. 22*

*Verbum, perpetuo, ad effectum agendi tollitur ſpatio triginta annorum, conſil. 26. nu. 31*

*Verba, plenam fidem, important ueram probationem, & non præſumptam, conſil. 89. nu. 36*

*Verbum, quandocunque, uel perpetuo appoſitum in promiſſione operatur, ut non currat præſcriptio ſtatutaria, uel regalis, conſil. 21. nu. 3. ſed contra ut ibi, num. 43*

*Verbum, quandocunque, eſt uniformiter comprehenſiuum omnium temporum, conſil. 21. num. 4*

*Verbum, quandocunque, extentum ad infinitatem, conſil. 21. num. 9*

*Verbum, reſtituo, adaptatur ad id, quod nunquam quis habuit, conſil. 75. numero 8*

*Verbum, reſtituere, de quo in l. curabit, Cod. de action. emptio. adaptatur ad ſolutionem, & dationem, conſil. 75. num. 10*

*Verbum, reſtituta, poſitum in l. ſi quis maior. C. de tranſact. exponitur, id eſt, data, conſil. 75. nu. 9*

*Verbum, reuertitur, & ſi non habeat uirtutem reſolutiuam, ut non ſit directum, ſed obliquum; tamen hoc fallit, quando cum dicto uerbo obliquo eſt adiecta dictio, eo ipſo, conſil. 62 num. 31*

*Verbum, toties, aptum eſt ad infinitatem, conſil. 21. num. 10*

*Verbum, uendere, eſt cum effectu intelligendum, conſil. 51. nu. 9*

*Verbum, uidetur, importat improprietatem, & fictionem, conſil. 86. numero 31*


Ver-

Verbum ſimpliciter prolatum, quod capi poteſt in genere, & in ſpecie, debet magis capi vt ſpecies, quàm vt genus, conſil. 82. nu. 10. quod intellige, vt ibi, nu. 40

Verbum, vbi ſit de alimentis, ad reditum habetur reſpectus, conſilio 55. numero 7

Verbum, vnumquodque, in contractu appoſitum aliquid operari debet, conſil. 61. nu 47

Verbum, nullum, debet eſſe ſuperfluum, conſil. 79. nu. 32

Verba debent intelligi per prius, non autem per poſterius, conſil. 34. numero 33

Verba impropriè accipiuntur, vt ſuſtineatur libellus, conſil. 53. num. 17

Verba banni, vbi non conueniunt, minus eius diſpoſitio, conſil. 60. num. 19

Verba appoſita in ſententia in qua condemnatur reus ad mortem naturalem, ſi venerit in fortiam iudicis, non poſſunt verificari in illo qui in fortijs violenter dicitur venire, conſil. 70. nu. 20

Verba contractus inſpicienda, & ponderanda ſunt, conſil. 61. nu. 7

Verba geminata oſtendunt enixam voluntatem donantis, conſil. 61. numero 15

Verba geminata ſignificant præciſam intentionem, conſil. 61. nu. 16

Verba geminata plus operatur, quàm ſimplicia, conſil. 62. nu. 29

Et fortius triplicata, conſil. 62. nu. 30

Verba iniurioſa multa dicens vno momento vnam tantum iniuriam infert, conſil. 61. nu 53

Verba quantumcunque præciſa interpretationem congruam recipiunt, & à mente proferentis regulantur, conſil. 61. nu. 54

Verba quantumcunque præciſa recipiunt ſubauditionem, & interpretationem ſecundum ſubiectam materiam, conſil 61. nu. 56

Verba vniuerſalia negatiua nullius valoris, & momenti important totalem nullitatem & ipſo iure, conſil. 62. nu. 26

Verba reſolutiua poſita in contractu, non transferunt dominium in venditorem, conſil. 62. nu. 14

Verba impropriantur, vt quis bonus dicatur, conſil. 96. nu. 10

Verba ſemper debent intelligi verè naturaliter, & non ciuiliter per fictionem, conſil. 100. nu. 35

Verba in potentiori ſignificatu ſunt accipienda, conſil. 100. nu. 38

Verborum multiloquia ſolent prudentiſſimos ſtomachari, conſil. 39. numero 2

Veritas magis attendi debet quàm opinio, conſil. 19. nu. 2

Veritas non eget verborum adminiculis, conſil. 39. nu. 1

Veritas apparens non indiget diſcuſſione, conſil. 40. nu. 10

Veritas ſæpius examinata magis in lucem explendeſcit, conſil. 43. nu. 6. & conſil. 100. nu 2

Veritas uerborum adminicula non deſiderat, conſil. 58. nu. 1

Veritas quantomagis conteritur, & oppugnatur, tanto clarior expulſis nebulis in lucem progreditur, conſil. 66. nu. 1

Vetuſtas immemorialis tantum poteſt, quantum Imperator cum cauſa, conſil. 89 nu. 17

Via publica ſi vi fluminis ammittatur, uicinus proximus uiam præſtare tenetur, ſoluto ſibi pretio à fiſco, conſil. 19. nu. 16

Via mitior in pœnis eligenda eſt, conſil. 86. nu. 23

Viam ferro aperit, qui per contraria ſcandit, conſil. 43. nu. 7. & conſil. 100. numero 1

Vidua honoranda eſt quæ uere uidua eſt, non quæ delitijs uacat, quæ uiuens mortua eſt, conſil. 20. nu. 7 & conſil. 86. nu. 15

Vidua oppreſſa quamuis diues habet beneficium conueniendi immediatè ſpoliatorem ſuum coram iudice eccleſiaſtico conſil. 20. nu. 11

Vidua propter ſtuprum dotem amittit, conſil. 86. nu. 1. & nu. 19. ſecundum communem, ſed contra ſecundum communem, num. 35. declara ut ibi nu. 41. ſecundum magis communem

Vidua cenſetur eſſe in primo matrimonio, conſil. 86. nu. 1

Vidua dicitur de familia coniugis prædefuncti, conſil. 86. nu. 6

Vidua gaudet priuilegio primi uiri, conſil. 86. nu. 7

Vidua retinet domicilium uiri, conſil. 86. nu. 9

Vidua tutrix filiorum luxurioſè uiuens tutela priuatur, conſil. 86. num. 13. & 49

Vidua propter ſtuprum commiſſum intra annos luctus dotem amittit, alias ſecus, conſil. 86. nu. 36

Vidua & miſerabiles perſonæ quando dicatur ſub protectione eccleſiæ, conſil. 20. nu. 16

Cætera uide infra in uer. uirginem

Vincula duo magis operantur & ſtringunt, quàm ſimplex uinculum, conſil. 37. nu. 13

Violantes muros urbis Romæ capite puniuntur, aliàs non, ſed extra ordinem, quod intelligas ſi uoluntariè ſecus ſi ex cauſa. Item & ſi tempore guerræ, & non pacis, conſil. 84. nu. 25. & 28

Violatores foſſorum loco murorum factorum puniuntur abſciſſione crurum, conſil. 84. nu. 29

Virginem uel uiduam cognoſcens ſine uiolentia & ſine armis non punitur pœna raptus, ſed dimidia parte bonorum ſuorum, ſi eſt nobilis, ſi uilis debet corporaliter puniri, non tamen ut moriatur conſil. 35. nu. 16

Viſitationes & procurationes plures facere & exigere licet ſuperueniente neceſſitate, conſil. 52. nu. 92

Vitium ubi eſt in citatione, an ualeat proceſſus, conſil. 68. nu. 15. & conſil. 94. nu. 7

Vniuerſitas. Vbicumque aliqui de uniuerſitate uel collegio reduntur inhabiles, actus poteſt expediri per alios de collegio qui ſunt habiles, conſil. 16. num. 19

Vniuerſitas propter ſolam contumaciam priuilegijs priuari poteſt, conſil. 66. num. 25

Vniuerſitas quæ nō tenetur de delicto, niſi illud commiſſum fuerit conuocato conſilio & præcedente eius deliberatione, tamen tenetur ubi delictum habet cauſam continuam & ſucceſſiuam, ut eſt rebellio, conſil. 66. num. 32. contra, ut ibi. nu. 68. ſed declara ut ibi. nu. 69

Vniuerſitas delinquere non dicitur ſi non præceſſit deliberatio etiam ſi delictum fuiſſet commiſſum uexillo leuato, & pulſata campana, conſil. 16. num. 65

Vniuerſitas aliud eſt, & aliud ſinguli, conſil. 62. nu. 4

Vniuerſitas ciuitatis uel caſtri poteſt inconſulto principe muros conſtuere, conſil. 34. nu. 9

Item & reparare, conſil. 84. nu. 10

Vniuerſitas omnium bonorum quando defertur ex ultima uoluntate de ipſa uniuerſitate non deducuntur debita & credita, imò includuntur ſi ſub nomine hæreditatis deferuntur, conſil. 8. nu. 2

Vnus ex delicto alterius non poteſt grauari, conſil. 66. nu. 67

Voluntas hominis aliena non præſumitur à uerbis, conſil. 96. nu. 16

Voluntas conſiſtit in uerbis ſicut facies in ſpeculo, conſil 96. nu. 17

Vſufructuaria omnium bonorum tenetur ad ſolutionem æris alieni, conſi. 8. numero 1

Vſufructuaria omnium bonorum concurrere non debet in uſufructu cum legatarijs, quibus particulariter prædia fuerunt legata, conſil. 8. nu. 31. ſed contra ut ibi, num. 36. ſecundum communem

Vſufructuaria quæ donauit res ſeruato uſufructu fructus non facit ſuos, non præſtita cautione, conſil. 37. num. 1. ſed in contrarium eſt ueritas ut ibi. nu. 24. & 26

Vſufructuaria omnium bonorum inſtitutis filijs debet tantum alimenta habere, etiam ſi fuerit ei remiſſum onus conficiendi inuentarium, et dandi ſatiſdationem, conſil. 74. nu. 4

Vſufructuaria inſtitutis heredibus extraneis ſecundum omnes habet integrum uſufructum, conſil. 74 nu 9

Vſufructuaria non poteſt uſumfructum capere propria auctoritate, conſi. 74. nu. 16. ſed contra ut ibi, nu. 21. & 25. ubi declaratur.

Vſufructuaria cui debentur alimenta inſtitutis filijs illa capere non poteſt propria auctoritate, conſil. 74. nu. 17. ſed contra ut ibi. nu. 20

Vſufructuaria debet etiam alimentari de fructibus rerum feudalium, conſil. 74. nu. 31

Vſufructuariæ ante quam tradantur bona, practica eſt, quòd hæres primo deducat æs alienum, quod ſolui debet de bonis mobilibus & immobilibus, ſi aliter ſolui non poteſt, & reſiduum detur uſufructuariæ; conſil. 8. numero 14

Vſufructuarius omnium bonorum non tenetur ſoluere de uſufructu creditoribus, ſed æs alienum deduci debet ex omnibus bonis, & ſi ex uenditione hæreditatis, conſil. 8. nu. 6. & 13. ſecundum communem, & 15. quod tamen declara, ut ibi, nu. 17. & 18

Vſufructuarius ſi teneretur ſoluere creditoribus de uſufructu quod abſurdum ſequi poſſet, conſil. 8. nu. 8

Vſufructuarius tenetur præſtare cautionem de utendo & fruendo arbitrio boni uiri, alias non facit fructus ſuos, conſil. 32. nu. 3

Vſufructuarius tenetur præſtare idoneos fideiuſſores arbitrio boni uiri, & ſi non inuenit, non tenetur proprietarius ſtare eius iuratoriæ cautioni, ſed tunc debent ſequeſtrari bona penes idoneum, qui reſpondere habeat de fructibus uſufructuario, conſil. 37. nu. 5

Vſufructuarius cauere debet facta æſtimatione bonorum, quæ uſu conſumuntur de illa æſtimatione reſtituenda finito uſufructu, conſil. 37. numero 6

Vſufructuarius qui tenetur præſtare fideiuſſionem proprietario de utendo & fruendo arbitrio boni uiri non admittitur ad cautionem iuratoriam, ſi eam non reperit, conſil. 43. nu. 10

Vſufructuarius licèt teneatur præſtare fideiuſſionem de utendo & fruendo arbitrio boni uiri, tamen ſi perſona uſufructuaria eſt honeſta, & non reperit fideiuſſorem, admittitur ad uſumfructum cum cautione iuratoria, conſil. 43. num. 24. 35. & 46

Vſufructuarius arbores fructiferas incidere non poteſt, & ſi aliter facit, expelli poteſt, conſil. 19. num. 12

Vſufructuarius fideiuſſorem non inueniente iuratoriæ cautioni non ſtatur, ſed bonorum fit ſequeſtratio, conſil. 43. num. 51

Vſumfructum pater conſequitur in bonis feudalibus filij, conſil. 71. nu. 6. ſed contra, ut ibi, nu. 63. ſecundum communem


Vſura

*Vſura ne dum à iure canonico verum etiam à iure ciuili reprobatur, conſil.55.nu.11*
*Vſura eſt rapina, conſil.55.nu.12*
*Vſura dicitur actio nequiſſima, conſil.55.nu.13*
*Vſura indebita eſt naturaliter, & ciuiliter, conſil.55.nu.14*
*Vſura eſt quod datur mulieri ſoluto matrimonio vltra dotem, conſil. 55 num.17*
*Vſura eſt quicquid accedit ſorti, conſil.55.nu.19*
*Vſura imponi non poteſt in vltima voluntate, conſil.55.nu.22*
*Vſura non permittitur in contractibus, conſil.55.nu.25*
*Vſuram allegans in foro contentioſo tenetur illam probare, conſil. 40. numero 4*
*Vſuræ quæ petuntur non tanquam vſuræ, ſed tanquam intereſſe ſunt ne dum de iure diuino ſed etiam ciuili permiſſæ ad quantitatem fructuum, quos emptor percipit, vel venditor percepiſſet, conſil.14.nu.1*
*Vſuræ in ſolitum mercari, & negotiari, licèt veniant tanquam intereſſe lucri ceſſantis, hoc tamen articulari & probari debet, aliàs is obtinere non poteſt, conſil.55.nu. 9*
*Vſuræ ſunt prohibitæ per Euangelium, contra quod Papa ſtatuere non poteſt, nec diſpenſare, conſil.55.nu.16*
*Vſuraria prauitas præſumitur quando emptor paciſcitur eum venditore, quòd tempore retrouenditionis remens ſoluat gabellam venditionis, conſil.40.nu.35*
*Vſurarius in dubio quis non præſumitur, conſil.96.nu.11*
*Vſus promptum reddit artificium, conſil.2.nu.10*
*Vſusfructus qui eſt inſeparabilis à perſona cedi non poteſt, conſil. 28. numero 6*
*Vſusfructus eſt pars dominij, conſil.69.nu.2*
*Vſusfructus nec alia ſeruitus perſonalis in feudo conſtitui poteſt, ſecundum communem ſine conſenſu domini, conſil.69.nu.7. quod declara, vt ibi, nu.12.& 20*
*Vſusfructus quæritur patri in aduentitijs, conſil.61.nu.63*
*Vſusfructus omnium bonorum comprehendit etiam vſumfructum rerum venalium, conſil.74.nu.9*
*Nec non & pecuniæ, vt ibi, nu 30*
*Vulnera duo ſi illata reperiuntur alicui, ex quibus mortuus ſit, & ignoratur ex quinque quis ſit, ea intulerint omnes pœna mortis plecti debent, conſil.63.num.1. ſed contra ſecundum communem, vt ibi, nu.10*
*Vulneratus moriturus, ſeu eius hæres pro intereſſe animæ defuncti poteſt iurare in litem contra homicidam doloſum, intereſſe ipſum probando ex iuramento, conſil.89.num.6.& caſu quo hæres non poſſet iurare in litem, quia infans, nec non peteret, vel homicidium eſſet commiſſum non dolo, ſed culpa, tunc iudex ex officio per exploratores poteſt ſe informare de facultatibus homicidæ, & intereſſe taxare, vt ibi, nu.7*
*Vulneratus à pluribus perſonis, ſi perit, & ignoratur, ex cuius ictu moriatur, pro veritate eruenda poterit torqueri, qui fuerit in rixa malæ vocis, conditionis, & famæ, conſil.63.nu.9*
*Vxor ſi ſciuit maritum recepiſſe conceſſionem in emphyteuſim pro ſe & vxore, & non contradixit, dicitur ratificare, & ſufficit quod ſciat quocunque modo, conſil.4.nu.29.& 31*
*Vxor hæres inſtituta à marito, & grauata de reſtituendo poſt eius mortem omittendo beneficium inuentarij videtur renuntiaſſe ſuis dotibus, conſil.65.nu.10*
*Vxor grauata per maritum reſtituere hæreditatem poſt mortem, ſi eam adit ſine beneficio inuentarij, tenetur in dotem computare fructus per eam perceptos pendente conditione fideicommiſſi, conſil.65.nu.11*
*Vxor cui legata ſunt alimenta in domo à viro vltra ea etiam poterit petere dotem, conſil.65.nu.22*
*Vxor vſufructuaria inſtitutis hæredibus filio, et extraneo in portione vtriuſque alimenta tantum conſequi debet, conſil.74.nu.1.& 5*
*Sed contra, vt ibi, nu.6*
*Vxor principis uſufructuaria inſtituto filio hærede in patrimonio priuato alimenta tantum habere debet, conſil.74.nu.3*
*Vxor relicta uſufructuaria licèt inſtitutis filijs non debet habere niſi alimenta, tamen eis mortuis ſi ſucceſſerunt extranei debet habere durante eius uita uiduali integrum uſumfructum, conſil.74.nu.10*
*Quod amplia procedere, etiam ſi bona tranſirent in fiſcum, ibid. numero 11*
*Vxor relicta domina uſufructuaria, ſiue inſtitutis filijs ſiue extraneis, ultra alimenta vel uſumfructum poterit dotes ſuas petere, niſi aliud diſpoſitum ſit per teſtatorem, conſil.74.nu.26*
*Vxor relicta domina, & uſufructuaria, donec uixerit, uidualem duxerit, & dotem non petierit, perdit legatum ſi dotem petierit, conſil.74.nu.27*
*Vxor relicta domina & uſufructuaria ſi dotem non petierit legatum non amittit, ſi hæredes ſponte ſibi ſoluant dotem, conſil.74.nu.28*

FINIS INDICIS.

# SECVNDVM VOLVMEN CONSILIORVM CLARISSIMI IVRISCONSVLTI,

## Et equitis Domini Rolandi à Valle, Primarij Senatoris Montisferrati, & Patricij Caſalenſis.

*SVMMARIVM.*

1 *Onus perangariæ perſonale eſt, & cum ſumptu.*
2 *Homines vaſallorum meorum non ſunt mei & nu. 6. ſed declara, vt nu. 79. & 96.*
3 *Libertus liberti mei, non eſt libertus meus.*
4 *Socius ſocij mei, non eſt ſocius meus.*
5 *Debitor debitoris mei, non eſt debitor meus.*
7 *Homines vaſallorum requiſiti à ſuperiore domino ad ſibi iurandum fidelitatem, contradicentibus vaſallis, illam præſtare non debent.*
8 *Onus perangariæ per ſuperiorem dominum ſubditis vaſallorum imponi non poteſt.*
9 *Ciuitas collectam non ſubdito imponere non poteſt.*
10 *Onera ſubire, vt ſunt collectæ, ſpectat ad illos, qui omnino ſubditi ſunt.*
11 *Clericis quia ſubditi non ſunt collecta imponi non poteſt.*
12 *Munus perſonale nõ poteſt imponi nõ ſubditis, niſi adſit cõſuetudo in contrarium.*
13 *Oneris impoſitio eſt iuriſdictionis, quæ ad non ſubditos nõ extenditur.*
14 *Perangaria eſt de regalibus.*
15 *Regalia à principibus concedi poſſunt.*
16 *Imperator, vel Rex ſi concedat Comiti regalia, vel Imperialia in terra ſua, omnia quæ perſonæ principis cohæret, conceſſa eſſe videntur.*
17 *Princeps concedendo generaliter regalia, videtur etiam ſenſiſſe de omnibus, quæ concedẽs, habet, ſecus ſi ſimpliciter quædam concedat, quia ſolum nominata concedere uidetur.*
18 *Dominus caſtri in territorio ſuo non poteſt exigere gabellam, uel ius pedagij, uel alias exactiones, niſi habeat ex priuilegio, uel ex antiqua præſcriptione.*
19 *Principes contractus ſuos obſeruare tenentur, & nu. 16. declara tamen ut in nu. 157. & 158.*
20 *Poteſtas in quocunque actu requiritur.*
21 *Onere duplici quis prægrauari non debet, declara, ut in nume. 155.*
22 *Emphyteuta eccleſiæ non tenetur ſoluere aliquam collectã communi, ne duplicia onera ſuſtineat, cum bona emphyteutica eccleſiæ ſint perpetuæ ſolutioni canonis obligata.*
23 *Princeps licèt hominibus uaſallorum poſſit imponere collectam imminente periculo perditionis patriæ, tamen ſi ſubditi tenentur præſtare dominis ſuis huiuſmodi indictum, Princeps non poteſt à prædictis ſubditis ſuperindictum exigere, ne duplici onere grauentur.*
24 *Rex quando imponit Baronibus ſuperdictum, non poteſt aliud grauamen uaſallis Baronum imponere, cum Barones ipſi ſubditis ſuis collectas moderatè imponere poſſint iuxta qualitatem bonorum feudalium, & Burgenſatticorum.*
25 *Collecta pro eadem re bis, uel a duobus exigi non poteſt.*
27 *Princeps, licèt lege poſitiua non obligetur, tamen a dictamine rationis naturalis, nec a lege naturæ eſt abſolutus, quia eſt animal rationale.*
28 *Princeps pacto ſuo, etiam de plenitudine poteſtatis contrauenire non poteſt.*
29 *Princeps qui cum ſuis fidelibus contrahere poteſt, eis tenetur de iure gentium, & ciuili, quia ciuili ratione naturalis ratio operatur.*
30 *Princeps omnium eſt præſul.*
31 *Principe immunitates concedere poſſunt.*
32 *Princeps altius peccat frangendo fidem, quàm inferior.*
33 *Fidem contractus non ſeruare, eſt mentiri.*
34 *Mendacium in principe abominabile eſt, & ſtellionatus horribile.*
35 *Fidem fallere grauibus, graue eſt, grauioribus grauius, & uiris exemplaribus grauiſſimum.*
36 *Exemplum bonum, quod à famoſis uiris naſcitur, magis expedit uulgo, quàm bonæ rei ſubſtantia ab ignotis.*
37 *Par in parem non habet imperium.*
38 *Imperator ſicut non poteſt imponere ſucceſſori legem legis, ita nec legem contractus.*
39 *Omnis contractus auctoritas pendet ex lege.*
40 *Succeſſores Principum, conuentiones, & pacta ſeruare tenentur. Quod ampliatur etiam procedere in ſucceſſoribus, qui ueniunt ad principatum, non per uiam ſucceſſionis, ſed electionis, uidelicet in his, quæ pertinent ad dignitatem, & officium.*
41 *Princeps, ſi cupit mandata ſua à ſucceſſoribus obſeruari, debet etiam ſuorum prædeceſſorum mandatis uenerationẽ præſtare, cuſtodiamque: & ea non obſeruando, materiam dat, ea per ſucceſſores diſſoluendi.*
42 *Succeſſor Principis contrauenięns factis anteceſſoris, ſibi contrauenire dicitur, quia ſemper eſt unum imperium.*
43 *Imperator, uel Rex quando creauit Ducem, uel Marchionem, & ipſum inueſtiuit de Ducatu, & Marchionatu, ſicut non poteſt pro libito uoluntatis ipſum diſinueſtire, niſi per culpam & feloniam, ita nec ſucceſſores in imperio, uel regno: quia ligantur inueſtitura.*
44 *Contractus celebrati a Principe cum non ſubditis, ab eo etiam tolli non poſſunt cum clauſula de plenitudine poteſtatis.*
45 *Summittentes ſe Principi cum aliquibus capitulis, & pactis ſubditi illius efficiuntur reſpectu eorum, quæ in dictis capitulis, & pactis continentur, non autem quò ad alia non expreſſa: quia pro eis liberi cenſentur.*
46 *Caſtra, & uillæ ciuitati recommendatæ, quæ in ſignum maioritatis dant pallium, uel aliquid aliud, dicuntur populi liberi, nec dicuntur ipſius ciuitatis ciues.*
47 *Ciuitas Ianuæ iuriſdictionem, & ſuperioritatem in cõe Sauonæ non habet, niſi in quibuſdam caſibus expreſſis.*
48 *Caſtrum, quod ſe ſubiecit ſuperiori cum certis capitulis, cenſetur eſſe ſubiectum pro expreſſis, nõ quò ad alia: adeò quod non poteſt ab eo collectari, ſi id expreſſè in eis ſcriptum non reperitur.*
49 *Vaſalli utile dominium habet in caſtris ſuis, quod per Principem eis impediri non poteſt.*
50 *Superior in feudis concurrere non poteſt cũ uaſallis, aliàs ſecus.*
51 *Collecta per Principes ſubditis imponi non poſſunt, niſi duobus concurrentibus. primò quod hoc expediat reipublicæ pro defenſione patriæ, Secundo quod non habeant de ſuo.*
52 *Pacem, & quietem humanum genus appetit, quæ adeo grã de*

de bonum eſt,vt in rebus humanis nihil glorioſius, nihil delectabilius,aut vtilius audiri,aut concupiſci, poſſideri ue ſoleat.

53 Principes à ſubditis ſuis percipientes compoſitiones ordinarias,& alios reditus,de quibus neceſſitatibus occurrentibus ſubuenire poſſunt,collectas imponere non poſſunt.

54 Principibus ſunt inſtituti reditus, vt ex illis viuant, & ab expoliationibus ſubditorum ſe abſtineant.

55 Rex non tenetur de ſubſtantia ſubditorum,ſed de tributis, & alijs,quæ ab eis percipit,ſtipendia Capitaneis, & alijs magiſtratibus exhibere.

56 Rex aut eius magiſtratus ſi capi facere volunt maleficos & latrones,non poſſunt ad hoc cogere ſubditos,quia cum ſtipendijs regis ſint capiendi,id agere debent ſine ſubditorum grauamine.

57 Princeps ſine cauſa ſubditos nõ debet priuare bonis ſuis per impoſitionem vectigalis noui, quia contentus eſſe debet ſtipendijs ſolitis,& conſuetis.

58 Dicto Principis tendenti ad ſuum commodum, & ad incõmodum ſubditorum,ſtandum non eſt.

59 Dicto Principis non eſt ſtandum,ſi ad ſui commodum atteſtetur conceſſionem per eum alteri factam tanquam per importunitatem,reuocaſſe.

60 Principi non creditur,ſicuti nec iudici,niſi quatenus cõſtat ex actis.

61 Teſti vnico quantumcunque digno non creditur.

62 Principes pro defenſione patriæ,ſi non habent de ſuo,ſubditos collectare poſſunt.& nu. 157.

63 Obligatio naturalis oritur,quando princeps ob publicã neceſſitatem ſubditis collectam imponit,ſecus ſi ex effrænata voluntate.

64 Principes,quando ſufficientes reditus non habent ad cuſtodiam terræ,iuſtum eſt,quod ſubditi exhibeant vnde poſſit communis eorum vtilitas procurari.

65 Principes militantes pro communi utilitate, debent etiam communibus uiuere,quod tamen intellige,ut ibi.

66 Periculoſa res eſt in imperante tenuitas.

67 Princeps primò debet ſe præmunire de ſuo marſupio, & ſi non ſufficiet,poterit ſubditis imponere collectam,alias ſecus:quod procedit etiam ſi propter bellum faciẽdum per ipſum uellet ſubditos grauare.

68 Principi licet grauare ſubditos regni non habentes feuda, & ſoluentes focularia,& alia iura fiſcalia pro ſubuentione contra barbaricam gentem,ubi reditus non ſufficiũt, dum tamen moderate eã imponat.Quia,qui nimis emungit,elicit ſanguinem.

69 Neceſſitatis tempore multa permittuntur,quæ aliàs nõ permitterentur.

70 Neceſſitas facit actum probabilem.

71 Superior neceſſitatis tempore poteſt inuito vaſallo ponere cuſtodes in caſtro ſuo,quod aliàs ſibi non permittitur.

72 Reſpublica propter urgentes neceſſitates ſubditos compellere poteſt ad uendendum res ſuas uiliori pretio.

73 Dominus temporalis,belli tempore,& neceſſitatis poteſt eccleſiam incaſtellare.

74 Rex inconſulto Papa neceſſitatis tempore poteſt capere Calices,Cruces,& alia bona Eccleſiæ,pro ſubuentione,dummodo tempore pacis reſarciri faciat.

75 Superior, quando non poteſt prouidere neceſſitati belli, quæ ſuperuenit poſt immunitatem alijs conceſſam niſi & ipſi grauentur, immunitatem illam ſeruare non tenetur.

76 Princeps ex cauſa neceſſitatis onus perangariæ imponere poteſt,tàm ſubditis mediatis,quàm immediatis.

77 Vaſallus ad requiſitionem Domini cogitur præſtare auxilium Domino Domini ſui.Quod tamen declara,ut ibi.

78 Princeps hominibus uaſallorum ſuorum pro defenſione patriæ ſubitaneam collectam imponere poteſt.

80 Baro Franciæ ſi habet guerram cum alio barone, & Rex cum Rege Alemaniæ, & Baro præcipiat hominibus ſuis quod eum iuuent contra alium Baronem, & Rex ſimiliter præcipiat eiſdem quod eundem iuuent contra Regem Alemaniæ,homines ipſi potius debent obedire Regi quã Baroni domino ſuo immediato.

81 Dominus mediatus,& immediatus quis ſub ſe uaſallũ habet,ſi guerrã adinuicem habeant,licet uaſallus teneatur domino ſuo immediato ſeruire, tamen hoc fallit,niſi dominus mediatus eſſet uniuerſalis Dominus patriæ,& ſeruitium, quod exponitur,concerneret communem & publicam utilitatem totius patriæ.

82 Homines ſubditi uaſallo Domini ratione generalis iuriſdictionis,quam habet dominus,tenentur ei præſtare iuramentum fidelitatis.& nu.189.

83 Homo poteſt eſſe ſeruus plurium.

84 Dicto principis aliquid atteſtantis cum eius conſilio, ſtandum eſt,immo ipſi ſoli,ut nu.94.

85 Rex quando concedit feudum in terra aliena, ſi dicat non enunciatiuè,ſed ex certa ſcientia, feudum ipſum ad ſuã collationem ſpectare,& in priuilegio ſit ſubſcriptio Quæſtoris,dicto ipſius principis creditur, dummodo concurrat dictum duorum teſtium.

86 Geſta cum conſilio,maiori auctoritate roborantur.

87 Principi aſſerenti ſe reuocare conceſſiones ſuas tanquam per importunitatem obtentas,licet non ſit credendum,tamen id fallit,ſi præhabita deliberatione cum ſuo conſilio princeps ipſe dicat aliqua ſe illicita per importunitatem conceſſiſſe,quia tunc ei creditur, donec contrarium probetur.

88 Dicto Papæ ſubſcripto per Cardinales creditur.

89 Principis priuilegio creditur pro ſe, ſi ſubſcriptionem habeat duorum conſiliariorum.

90 Inueſtitor ſolus in cauſa feudali productus in teſtem, & ſi non probet inueſtituram quia unicus teſtis,tamen hoc fallit,niſi dominus inueſtituram fecerit cum ſubſcriptione ſecretarij,& conſiliariorum,quia tunc creditur etiam in facto proprio.

91 Bellum ubi dubium eſt,an ſit iuſtum,tunc debet ſtari principi & eius conſilio, qui examinauerunt bellum eſſe iuſtum.

92 Deliberatum illud bene eſſe dicitur, quod fit cum conſilio ſeniorum.

93 Scientia præſumitur in ſenibus.

95 Princeps,& Rex homines liberos à capitatione cenſuali poteſt iterum ſubijcere tributariæ functioni, ubi neceſſitas imminet,non in perpetuum,ſed donec & quouſque neceſſitas durabit.

97 Princeps ſicut non poteſt regalia ſubuertere,ita nec alienare,nec diminuere.

98 Prædeceſſor non poteſt ex ſuo contractu ligare ſucceſſorem, quo minus regalia exercere poſſit.

99 Dux in præiudicium ſucceſſoris non poteſt uendere daci tũ quod inter regalia connumeratur.

100 Vectigalia, collectæ ſeu tributum, & alia quæ ſunt regalia,non poteſt neque debet Rex alienare,ſed ſucceſſorib. reſeruare.

101 Quinta,quæ debetur Regi de præda,quia eſt de regalibus, non poteſt per Regem in perpetuum donari.

102 Princeps,& ſi regalia concedere poſſit,id tamen intelligẽdum uenit,quando conceſſa nominatur cum clauſula ex certa ſcientia,uel motus proprij.

103 Regalia ſemper intelliguntur reſeruata Principi, quantuncunque conceſſio ſit generalis & generaliſſima.

104 Rex cum clauſula ex certa ſcientia, & cum clauſula non obſtãte,poteſt alienare domanialia & regalia quò ad utile dominium,retinendo ſibi directum.

105 Ius collectandi cum ſit publicum utilitate & auctoritate, non poteſt alicui priuato concedi.

106 Conceſſiones principum,quæ tendunt in non modicam diminutionem ſtatus,uel dignitatis Marchionatus,non ualent,nec à ſucceſſoribus ſunt obſeruandæ,etiam ſi ſint iuramento firmatæ.

107 Rex,& ſi poſſit infeudare domanialia non ſolita infeudari,uel infeudare,quæ ſunt regalia,cum clauſula ex certa ſcientia,uel cum clauſula nõ obſtante, quò ad utile dominium,

minium, non tamen, ſi infeudationes tendunt in magnũ detrimentum coronæ.

108 Domanialia bona ſunt molendina, collectæ, dominorũ iuriſdictiones, decurſus aquarum, montes, nemora fortilicia, & ſimilia.

109 Donatio domanialium facta per regem priuatis perſonis per quam multum minorentur reditus regni, etiam ſi eſſet iuramento firmata, non valet.

110 Occaſio mali auferenda eſt.

111 Domanialia bona ideo habet princeps, vt uiuat de eis tãquam princeps, & vt non extẽdat manus ad iniquitatẽ, auferendo bona ſubditorum.

112 Princeps non poteſt, per priuilegium cum clauſula ex certa ſcientia, uel motus proprij, minuere debitum ſeruitiũ, quod reperitur expreſsè taxatum in regiſtris.

113 Rex, ſi concedit de facto homines domanij alteri in magnam læſionem coronæ, quilibet de regno pro intereſſe reipublicæ poſſet agere quod talis donatio reuocetur, quia omnium intereſt, ne conuertat in aliorũ grauamen, quod aufert de domanio.

114 Rex, ſi pro maiori parte baronibus regni ex contractu oneroſo conceſſit merum, & mixtum imperium, dictæ cõceſſiones cum tendant in maximam læſionem iuriſdictionis regiæ de iuſtitia reuocari poſſunt.

115 Iuriſdictiones ſupremæ ſunt ſacra Sanctorum, quæ nõ ſunt in marſupio principis.

116 Rex ſi aliquid ordinat in præiudicium regni, talis ordinatio ruit, cum regi illius cura, non autem dilapidatio conceſſa ſit.

117 Regnum eſt ad ſimilitudinem corporis humani, à quo ſi abſcondatur auricula, non eſſet corpus perfectum, ſed mõſtruoſum.

118 Officium boni ſeruitutis nõ eſt petere à rege ius domaniale regis ſibi donari.

119 Qui facit contra coronam, geminum facinus facit unum contra coronantem, & aliud contra coronatum, immò cõtra ſenatum vrbis.

120 Rex ab omni re illicita cauere debet plusquam alius.

121 Succeſſor in principatu factum prædeceſſoris ratum habere non debet, niſi ſit iuſtum.

122 Conceſſiones Principis diuerſis temporibus factæ, ſi exceſſiuæ ſunt, reuocari poſſunt.

123 Donationes plures ſimul iunctæ inofficioſæ reuocãtur, quæ ſingulæ de per ſe inofficioſæ non ſunt.

124 Iura regalia per multas alienationes ſeparatim factas quamuis modicas reuocanda ſunt.

125 Alienàtiones iurium regalium interdictæ ſunt ne reſpublica propter multas licèt modicas alienationes, ad nihilum redigatur.

126 Regalia ſunt ſicut corpus à quo ſublato uno membro remanet monſtruoſum.

127 Princeps licèt poſſit alienare, quæ ſunt principatus, retinẽdo directum dominium, & transferendo vtile per uiam infeudationis, tamen id locum habet, niſi talis infeudatio vergeret in magnũ præiudicium principatus puta, quia paſſim Rex infeudat modò vnam ciuitatem, modò aliã.

128 Conceſſio regalium, & ſi priuatis fieri poſſit, id tamen verum eſſe arbitratur pro vita concedentium, non autem ſi fiat in perpetuum pro ſe & hæredibus: quia tunc ea nõ valet, tanquam tendens in diminutionem principatus.

129 Princeps non debet niſi ex magna & vrgentiſſima cauſa regalia alteri concedere, quia ſcriptum eſt, Ne tradas alteri gloriam tuam, & dignitatem tuam genti alienæ.

130 Subdito regis non licet regalia tanquam illicita affectare.

131 Regalia miniſtrare, eſt maieſtatem minuere.

132 Principes debent bene aduertere ne regalia concedant.

133 Princeps non poteſt viſcera imperij euiſcerare, quia eſſet homicida ſuæ dignitatis.

134 Principes concedentes regalia uaſallis, non abdicant à ſe iuriſdictionem ſupremam quin poſſint illã exercere cum uideantur conceſſa non priuatiuè, ſed accumulatiuè.

135 Principes dare non poſſunt tantam iuriſdictionem quin eis remaneat maior iuriſditio, & poteſtas, quam fuerit translata.

136 Princeps licèt cõcedat alicui ad uitam iuriſdictionẽ non propterea uidetur à ſe abdicare poteſtatem ut illam non poſſit ei auferre, & alteri concedere.

137 Princeps, qui conceſſit uniuerſitati cognitionem criminis læſæ Maieſtatis & falſæ monetæ, non uidetur ex hac conceſſione ſe ſpoliaſſe, quin etiam ipſe ſi uoluerit cognoſcere, non poſſit. Ibi ẽt ponũtur multæ aliæ deciſiones.

138 Imperator communicans alteri merum & mixtum Imperium, & maximum, non tamen per hoc à ſe abdicat ſuperioritatem, quàm habet ratione Imperij; quia ſuperioritatem, maioritatem, & honorem non poteſt in aliũ transferre, cum nullus inferior ſit capax, nec de corpore Imperij euelli poſſit.

139 Imperator ſi concedit alicui homines ſuos, non tamen uidetur eos alienare, quia adhuc retinet maioritatem.

140 Feudatarius, & ſi ex conceſſione principis regalia habeat, non tamen ea iure proprio ſic poſſidet, quod ſuperior non poſſit dare licentiam imponendi noua dacia ſubditis.

141 Imperator concedendo ciuitatem Valentinam Eccleſiæ cũ regalibus, non abdicauit à ſe ius ſuperioritatis, & ſupremæ poteſtatis, quin poſſit eximere, quos uoluerit ab omnibus oneribus, etiam in præiudicium uaſallorum.

142 Regalia ſi conceſſa fuerint in genere Duci Sabaudiæ per Cæſarem, & priuilegium alteri in uno caſu in ſpecie, ualet priuilegium.

143 Reſeruatio iuris ſuperioritatis, & alti dominij, & cuiuſcũque alterius iuris facta per Principem in conceſſione inueſtituræ factæ uaſallo, eſt declaratoria; & modificatiua ipſius conceſſionis.

144 Rex concedens caſtrum cum omni iure, quod ibi habet, non uidetur conceſſiſſe ius regium, quod ibi habet, non ſicut dominus, ſed tanquam rex.

145 Conceſſio regalium debet intelligi de regalibus, quæ ſolita erant exerceri tempore conceſſionis, non autẽ de alijs & nu. 154.

146 Seruitia debita, contenta eſſe debent ſuis finibus.

147 Regalia conceſſa Vicario perpetuo, licet comprehendant reditus ſalinarum, non tamen noua uectigalia.

148 Conceſſio regalium tanquam à iure exorbitans reſtringi debet. & nu, 151.

149 Indignum eſt, ut priuatæ perſonæ regalia iura percipiant.

150 indignum eſt, ut laici decimas poſſideant.

151 Regalia quæ exorbitant à iure communi in inferiore à ſupremo principe, non ſunt trahenda in conſequentiam.

152 Rex ſi concedit caſtrum cum uaſallis & angarijs, & certum ſit in quibus conſiſtant ſeruitia perſonalia cum expẽſis, uel ſine, angaria præſtabitur intra territorium, & nõ extra.

153 Iura enim regalia ſunt ad decus, & honorem altitudinis principis deputata.

156 Reprehenditur Brunus in conſ. 32. in fi. col.

159 Cauſa noua ſupueniẽte receditur à qualibet diſpoſitione.

160 Quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio.

161 In rebus nouis, nouum eſt remedium, & conſilium ſuggerendum.

162 Priuilegium principis non eſt obſeruandum, quando ex poſt incipit eſſe ualde damnoſum.

163 Priuilegium ſtatim perdit uires, quam primum reincidit in iniquitatem.

164 Priuilegium conceſſum non ſubdito, quod ex poſt facto lædit concedentem præter eius intentionem, reſoluitur ipſo iure, aut poteſt reuocari.

165 Statutum iuratum, & longo tempore obſeruatum inter ciues ſuper ſolutione talearum, debet intelligi rebus ſic ſtãtibus, prout erant tempere ſtatuti, ſecus ſi ſuperueniat aliqua mutatio ſtatus ciuitatis, quia poteſt & debet recedi à ſtatuto.

166 Onus, quod à principio iuſtè fuit impoſitum, ſi proceſſu tem-

*temporis iniquitatem cõtinet, ut iniquitas ipſa tollatur, officio iudicis prouideri debet.*

167 *Obligatus ad coquendum panem alicui familiaq; ſua pro certa penſione, ſi poſtea creuit in tantùm familia, quòd obligatus remaneat multum grauatus, illi prouidendum erit officio iudicis, ut à tali onere releuetur.*

168 *Contractus conceſſionis meri, & mixti Imperij inter Regem, & Baronem celebratus, ſi tendit in maximam læſionem Regis, ut quia turbaretur tranquillitas regni ex cauſa nouiter ſuperueniente poteſt reuocari.*

169 *Iura regalia, quæ ſunt deputata pro ſtatu publico regis ſi ſunt alienata per regem particularibus perſonis, ſucceſſor in regno non tenetur ipſas alienationes ratas habere, maximè ſi ex poſt facto læſionem continerent.*

170 *Priuilegium immunitatis conceſſum alicui à ſolutione decimarum, non eſt obſeruandum caſu, quo poſt priuilegiũ immunis acquireret tot prædia, pro quibus ſi decimas nõ ſolueret, inferretur enorme damnum eccleſiæ.*

710 *Priuilegium exemptionis à procurationibus conceſſum clericis alicuius loci, non eſt ſeruandum caſu quo adeò multiplicati eſſent clerici, quod omnem fere procurationem abſorberent.*

172 *Pacta non ſunt ſeruanda, quando inſurgit neceſſitas, quod periculum uerteretur publicum, ſi pacta ſeruarentur.*

173 *Contractus ab initio quamuis non contineat læſionem, ſi tractu temporis propter mutationem temporum contineret læſionem enormem, poteſt reſcindi, & regulari debet ſecundum qualitatem temporum, ſi contractus eſt ſucceſſiuus reſpiciens futura tempora.*

174 *Exemptiones tendentes ad noxam admittendæ non ſunt.*

175 *Facultates aliorum quoties non ſuppetunt, uel cũ magno ſcandalo, ad collectas grauari etiam poſſunt exempti ad contributionem cum cæteris, non obſtante eorum immunitate.*

176 *Onus diuiſum inter plures facilius ſupportatur, cum plures expediat habere debitores.*

177 *Cauendum eſt, ne onus, quod debet eſſe multorum, pauci ſupportent, alijs ſubleuatis.*

178 *Immunitates conceſſæ uaſallis nomine proprio, & non ſub nomine dignitatis ſeruari non debent per ſucceſſorts.*

179 *Obligatio Principis licèt liget ſucceſſorem, id uerum eſſe exiſtimatur, ſi fuerit contractus celebratus ſub nomine dignitatis.*

180 *Intentio diſponentis ex ordine literæ arguitur.*

181 *Statuto ſi caueatur, quod mulier non poſſit cõtrahere, uel teſtari ſine conſenſu conſanguineorum, ſi conſanguinei requiſiti nollent conſentire: officium iudicis eſt, examinare cauſam contradictionis, & ſi erit iuſta, admittenda uenit. ſin autem iniuſta, debet permittere mulieri cõtrahere, uel teſtari.*

182 *Recuſantes aliquid facere ſine iuſta cauſa, faciunt ſe alienos.*

183 *Pater, qui conſentire debet filio agenti, uel conuento, non uult conſentire, iudicium ſine eius conſenſu factum ualebit.*

184 *Statuto ſi diſponatur, quod in contractu minoris requiratur conſenſus proximiorum, & iudicis, ſi proximi nolunt conſentire, ſolius conſenſus iudicis nõ ſufficit, ſed cautela eſt, quod adhibeatur alius iudex, qui ſuppleat defectum proximiorum recuſantium ſine iuſta cauſa conſentire. Vide ibi etiam aliam deciſionem.*

185 *Dominus ſi concedit feudum pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, cum clauſula quod poſſit diſponere in uita, & in morte, interueniente regio conſenſu, ſi Princeps non habet iuſtam cauſam contradicendi, debet illum præſtare.*

186 *Ratio, & prudentia naturalis, actus humanos regulat.*

187 *Doctori nihil allegantì non eſt credendum, ſicut nec Gloſſæ, quæ eſt maioris auctoritatis.*

188 *Conſuetudini inhærendum eſt in oneribus.*

190 *Principi atteſtanti onus perangariæ reſpicere publicam utilitatem, credendum eſt.*

191 *Principi atteſtanti priuilegium immunitatis, quod tranſiuit in contractum, reuocatum fuiſſe ob publicam neceſſitatem, credendum eſt.*

192 *Principis dicto licet non ſit ſtandum, tamen hoc fallit quãdo in ſuſpicione immunitatum exprimitur, illud facere ex cauſa, & maximè cum clauſula ex certa ſcientia.*

193 *Regibus creditur de conſuetudine Regum mundi.*

194 *Principi hodie ſiue de iure, ſiue de facto credendum eſt.*

195 *Inſtructio, ædificatio murorum, conſtructio caſtri, & fortitudinis, quæ fiunt pro tuitione perſonarum, & rerum, iuſtæ ſunt cauſæ imponendi collectam.*

196 *Aedificationi mænium publicorum uacandum eſt omni tempore, ſiue bellis urgentibus, ſiue hominibus in pacis ocio gratulantibus.*

197 *Melius eſt in ocio pacis, cum libera & habilia mẽbra ſunt incolis, attendere ædificationi mœnium, quàm bellis inſtantibus, quo tempore uix fieri poſſunt.*

198 *Munitiones quippe ſemper in ocio ſunt tractandæ, quia tunc malè quæruntur, quando neceſſario indicantur,*

199 *Experientia eſt rerum magiſtra.*

200 *Melius eſt in tempore occurrere, quàm poſt uulneratam cauſam remedium quærere.*

## CONSILIVM I.

IN præſenti Conſultatione, prima facie dicendum videtur, quod Illuſtr. Duces Mantuæ, Marchiones Montisferrati ſubditis Vaſallorum ſuorum imponere non potuerunt onus peran
1 gariæ, de quo agitur, † quod quidem perſona-
le eſt, & cum ſumptu. iux. Glo. in l. neminem, C. de ſacroſan.
eccle. Doct. in c. 1. in verbo angariæ, quæ ſint regal. Ioan. de
Plat. in l. operarum, C. de Cano. lar. lib. 10. & Affl. in conſti-
tutionibus Regni. conſt. cõiter, §. officiales, in primo nota.
& in conſt. proſequẽtes, n. 6. vbi inquit partim eſſe pſonale,
& partim patrimoniale, ſm Io. de Plat. in l. 1. C. quẽadmodũ
ciuil. mun. lib. 10. Primo, quia Doctorum recepta eſt ſenten
2 tia, quod † homines vaſallorum meorum non ſunt homines
mei. Glo. fin. in c. legitur, 51. diſt. Bru. in conſ. 32. col. 1. & in
3 conſ. 108, colum. 5. prout in ſimili dicitur † de liberto liber
ti mei, qui non eſt libertus meus l. ſi quis à liberis, §. liber.
4 ff. de lib. agnoſc. Et de † ſocio ſocij mei, qui non eſt ſocius
5 meus l. nam & ſocij, ff. pro ſocio. Et pariter † de debitore
debitoris mei, qui non eſt debitor meus l. nam aduerſus, C.
ſi cer. peta. & de quibus per Bru. vbi ſupra. ac Affl. in cap. 1.
not. 12. num, 52. de prohi. feud. alie. per Frider. Et ideo dicit
Specu. in tit. de feud. §. quoniam. verſ. 14. quẽ ſequitur Bru.
in conſ. 31. col. 1. quod licet magni Barones ſcilicet Comi-
tes Palatini, Duces, & alij ſimiles ſint immediatè vaſalli, ſi-
6 ue homines ligij Regis, in cuius regno ſunt, tamen † ipſorũ
Baronum homines nõ ſunt homines ipſius Regis, c. nullus,
9. q. 3. facit etiam ꝙ tradit Bal. in cõmen. tit. de pac. Conſt. in
vlt. char. Ibi, exeunte Ianuario, quem ſequitur Iacob. de ſan
cto Georgio in tract. de royd. col. pen. verſ. nunc formo ali-
7 quas q. vbi concludit † quod ſi homines feudatariorũ ſunt
requiſiti à ſuperiore Domino ad iurandum ſibi fidelitatem,
& vaſalli dicant ſuos homines non teneri ad huiuſmodi iu
ramentum, quod fidelitas ipſa ſuperiori Domino præſtãda
non eſt, quia homines vaſallorum meorum, non ſunt homi-
nes mei. Si ergo præmiſſa concluſio eſt vera, ut paſſim à Do
ctoribus admittitur, ſequi videtur, quod cum ipſi non ſint
8 ſubditi Illuſtriſſimorum Ducum, & Marchionũ, † quod per
angaria eis imponi non potuerit, vt per Bart. in l. munerũ,
§. patrimonium, ff. de mune. & hon. vbi per illum tex. inquit,
9 quod † Ciuitas non poteſt imponere collectam non ſubdi-
to. Idem Bart. in l. reſcripto §. fi. ff. eo. Aret. in conſ. 132. col.
2. Pariſ. conſ. 35. col. 2. vol. 1. Rui. conſ. 3. col. 4. vol, 5. Alex.
in conſ. 78. col. 1. uol. 6. & in conſ. 3. num. 10. uolum. 7. vbi
10 dicit, † quod ſubire onera, quæ imponuntur perſonis pro
rebus ut ſunt collectæ; ſpectat ad illos, qui omnino ſubditi
ſunt, per l. libertus, §. ſola, vbi Bar. ff. ad municipa. & ideo ex
ratione

11 ratione præmiſſa concludunt etiam ſcribentes,quòd† clericis:quia non ſunt ſubditi,collecta imponi non poteſt.auth.Item nulla communitas.C.de epiſ.& cler.Bart.in d.l.reſcripto.§.fi.Alex.conſ.68.col.1.vol.2.Abb.in conſ.13.col. 2.vol.2.& Ruin.vbi ſupra.Pro cuius confirmatione facit,ꝙ voluit Bart.loquens de muneribus perſonalibus in l.i.C.de aur.corona.lib.10.quem ſequitur Alex. in conſ. 52.col. 2.
12 vol. 5 vbi † dicit munus perſonale non poſſe imponi non ſubditis,niſi adſit conſuetudo in contrariũ.Nec mirũ: quia talis impoſitio eſt iuriſdictionis,vt per Sal.in l. neminẽ.C. de ſacroſan.eccle.Alex.in conſ.78.num.9.vol.6.Bru.conſi. 29.col.2.Pariſ.conſ.25.nu.3.vol.1. & Craue. in conſ. 195.
13 col. 1. quæ † iuriſdictio ad non ſubditos non extenditur, l. fi.ff.de iuriſd.om.iud.

Secundo quod eis huiuſmodi onus imponi non potue-
14 rit,alio modo demonſtratur.Nam†perangaria eſt de regalibus,vt not.omnes in d.c.1.in verbo angariæ.Rom.in conſil.270.col.2.quem ſequitur Affl.in conſt.ea,quæ ad decus, col.7.verſ.& ad hoc facit,ſed in conceſſionibus factis ab illuſtr.quon.Marchionibus Montisferrati anteceſſoribus dictorum vaſallorum, qui nunc conqueruntur de hac peràga
15 ria impoſita ſuis ſubditis, reperiuntur deſcripta regalia: † quæ quidem ab eis concedi potuerunt, vt per Luc. de Pen. in l.contra publicam,col.3.verſ.ſed pone Rex,C.de re mil. lib.12.Rom.in conſ.270.col.3.Cuma.conſ.162.col.pen.Paris.de Put.in tract.ſynd.in verbo Excedunt Barones, col.2. Moder.in rub.de don. inter vir.& vxo.§.66.nu. 38. Capic. in deciſ.118.col.3.Iaſ.in conſ 45.col. 2. vol. 1. & conſ. 10. col.fin.vol.3.Rip.in reſponſo 4.colum.2.& 7.& col.4.par. 2.Grammat.in voto 12.col.3. Affl. in conſt. ſcire volumus. in 3.& 4.not.in rub.de iur.ſuo cur.obſer.in conſt. adſcripti tios,col.2.in 1.& in conſt.ea,quæ ad decus,colu. 6. Iſer. in rub.quæ ſint rega.& ibi Affl.col.8.verſi. ad ſextam, vbi di-
16 cunt † quod ſi Rex, vel imperator concedat Comiti regalia,vel imperialia in terra ſua,omnia quæ perſonæ Principis cohærent,videntur conceſſa,omnia ſcilicet,quæ ad eam
17 vtilitatem tendunt.l.& ideo,ff.de legibus.Nam † princeps concedendo generaliter regalia, videtur etiam ſenſiſſe de omnibus,quæ cõcedens habet, ſecus ſi ſimpliciter quędam concedat;quia illa ſolùm numerata habebit.& Iſer. vbi ſupra,refert,& ſequitur Paris.de Put.vbi ſupra, Moder. in d. rub.de don.inter vir.& vxo.§.66.col.3.ver.ex quibus. Affl.
18 in c.1.§.illicitas.in 1.not.de pac.iur. firm. vbi dicit quod † dominus Caſtri in territorio ſuo non poteſt exigere gabellam aliquã,vel ius pedagij,vel alias exactiones,niſi habeat ex priuilegio Regis d.c.1.quæ ſint regal.vbi iſtæ gabellæ & iura pedagij,quæ ſunt regalia non poſſunt haberi, niſi à ſuperiore vel ex antiquata præſcriptione, quæ habet vim priuilegij.c.ſuper quibuſdam §.præterea,de verb.ſign.in 6.

Cum igitur in conceſſionibus, & inueſtituris prædictis regalia ipſa vaſallis per Principes conceſſa, remiſſaque fuerint,& nonnullis cum facultate collectandi, componendi, & quæcunque alia onera imponendi communitatibus, hominibus, & ſingularibus perſonis locorũ de quibus in eis, cum clauſula, quitantes, liberantes & abſoluentes dictas communitates, & homines ab omni obligatione, & onere cenſuum,talearum,exactionum,alloggiamentorum, compoſitionum,& aliorum grauaminum, in quibus, Excellentijs ſuis ante illas donationes,conceſſiones, & traditiones erant obligati,nihil penitus in ſe retinendo,concluſio prõ-
19 pta reſultare uidetur, quòd † concedentes ipſi, & eorum ſucceſſores contractibus illis contrauenire nõ poſſunt, ſed quod eos obſeruare teneantur, iuxta commũ. Theoricam Docto.de qua in capit.de prob.Iaſ.in conſi.1.col.3.uol.1.& in conſi.10.col.2.uol.3.& pariter quod ſtante abdicatione, & remiſſione de ipſis regalibus facta vaſallis ipſis,Illuſtriſſimis Dominis Marchionibus amplius non detur regreſſus ad ea, & quod ei ſublata fuerit facultas regalia ipſa in terris vaſallorum exercere.l.item quæritur,§.ſi venditor,ff.de
20 ædil.edic.& hoc † ex defectu poteſtatis, quæ in quocunq; actu requiritur,l.cum in te.C.de don.prop. nup. c. cum ſuper,de offi.delega.Bald.in conſi.326.col.2.uol.1. & eo magis hoc dicendum venit, cum in antedictis inueſtituris, & conceſſionibus ſcriptæ expreſſæ fuerint per angariæ, quæ ſimiliter concedi potuerunt,ut per Roma.in citato cõſ.270. col.2.quem ſequitur Affl.in d.conſt.ea,quæ ad decus,col.6. Paris.de Put.Capic.& Grammat.ubi ſup.
21 Tertiò facit, Nam † duplici onere quis prægrauari non debet l.nauis,§.cum autẽ,ff.ad l.Rhod.de iac.l.Titia, §. qui inuita.ff.de leg.2.l.priuata,vbi Bart.C de excuſa. mun. lib. 10.quem ſequitur Rui.in conſ.3.col. 5. uerſ. aut in caſu no-
22 ſtro,vol.5.vbi inquit,†quòd pro bonis emphyteuticis,quę quis habet ab eccleſia, non tenetur ſoluere aliquam collectam communi: quia cum illa ſint penſioni perpetuò obligata, & pro eis cenſus quolibet anno ſoluatur, non debet præſtari pro eis collecta,ne duplicia onera ſuſtineant. Craue t.in conſi.24.nu.7.Sed ſi diceremus quod potuerint grauari ſubditi vaſallorum ad contribuendum in hoc munere perangarię:certè ſequeretur,ex quo feudarij ſunt ſui ſuperiores quod poſſent eos etiam dicto onere grauare, & ſic multiplici onere grauarentur, quod vtique non eſt dicendum.Et ideò dixit Iacob.de S.Georgio. in tract. de homag.
23 col.10.uerſ.ſed hic cadit alia dubitatio.Quod † licet Princeps hominibus vaſallorum poſſit imponere collectam im minente periculo perditionis patriæ, tamẽ ſi ſubditi teneã tur præſtare dominis ſuis tale indictum, Princeps non põt à prædictis hominibus exigere ſuperindictum,ne homines duplici onere grauentur.Idem tenuit Affl.in ca. 1. in uerbo extraordinaria,col.3.quæ ſint regal. uerſ. ex quo ſequitur,
24 ubi concludit quod † quando Rex imponit ſuperindictum Baronibus, tunc Rex ipſe non poteſt imponere grauamen aliud uaſallis Baronum,cùm tũc Barones imponere poſſint ſubditis ſuis collectas iuxta qualitatẽ bonorum feudaliũ,& burgenſaticorum,moderatè tamẽ pro ſubſidio, quia nõ debent ſubditi duplici onere grauari,d.l.nauis,§.cum aũt.Ad
25 idẽ facit,ꝙ inquit Rui.in conſ.3.nu.10.uol.5.vbi dicit, † ꝙ collecta non poteſt exigi pro eadem re bis, vel à duobus.

Quarto accedit communis opinio Legiſtarum & Cano-
26 niſtarum,quæ habet quod ſi † princeps facit aliquam conuentionem,uel aliquod pactum cum priuatis,tenetur illud obſeruare,& ex illo pacto obligatur.Ita Cyn.Bart. Bald. & alij in l.digna uox.C.de legib.Cano.in c.1.de prob.Iaſ.in l.
27 1.ff.de pac.Dec.in conſ.48.col.3. quia † licet lege poſitiua non obligetur, dictamine tamen rationis naturalis non eſt ſolutus,nec à lege naturæ,quia eſt animal rationale, ut in-
28 quit Bal.in l.ſi aqua,uerſ.18.C.de ſeru.& aq.& illo † pacto non poteſt contrauenire etiam de plenitudine poteſtatis, ſecundum Paul.de Caſt.in d.l.digna vox, quẽ ſequitur Dec. in conſ.151.col.6.Pariſ.in conſ.1.nu.87.uol.1. conſ. 11. nu. 125.uol.eo.& ideo dixit Bal.in l.1.ff.de pac. quod Ariſtoteles dicebat ad Alexandrum Macedonem Regem maximũ,ò Alexander obſerua fidem datã,& fœdera cõfirmata, aliàs malus finis ſequetur.Accedit etiam, quod tradit in l. Prin-
29 ceps ff.de legib.poſt Cyn.in d.l.digna vox,vbi † dicit quod Princeps,qui poteſt contrahere cum ſuis fidelibus,tenetur eis de iure gentium,& de iure ciuili,quia ciuili ratione naturalis ratio operatur l. bona fides ff. de poſ. aliàs ſecundũ eũ ſequeretur,ſi Princeps ex pacto non obligaretur alij, vel ex contractu,certè nec alius obligaretur Principi ex reſpectu correlatiuorum,& ſic eſſet Principi interdictum cõ-
30 mercium,& eſſet tanquam exul, qui † omnium eſt Præſul. Sed Illuſtr. Marchiones anteceſſores modernorum per viã cõuentionis,& pacti fecerũt immunes, liberos, & frãchos progenitores vaſallorũ præſentiũ,pro ſe & hæredibus ſuis ab omnib.taleis,collectis ordinarijs,& extraordinarijs,cũ pacto ẽt nõ collectãdi eorũ ſubditos, uel eis nõ imponendi aliquas taleas,vel aliquas exactiones,vel aliqua onera ruſticalia,ut patet in dictis cõceſſionib.& maximè in illis dominorũ de Carreto,vbi expreſsè dr̃,ꝙ Princeps nõ poſſit id
31 facere ſine cõſenſu eorũ,†quas qdẽ immunitates cõcedere potuerũt,vt ꝑ Bar.in l.vacuatis C.de decur.li.10.Abb. in c. 2.col.5.de iure immu.Ale.in cõſ.30.13.dub.uol.5 Pariſ.in cõſ.68.col.1.& in cõſ.ſeq.col.1.uol.1.ergo ſequitur ꝙ illas obſeruare tenet̃,maximè cũ d.verba negatiua ſint neceſſita

ris,& priuent Principe omni potentia,Gloſ.ordinar.in c.1. in verbo,non poteſt,de reg.iu.in 6.Bar.in l.de his ff.de tran ſac.& ita in ſpecie de immunitate dixit in citato conſi. 68. col.2.& ſic quòd non licuit ipſis marchionibus grauare ho mines dictorum vaſſallorum onere dictæ perangariæ. Nam
32 † altius peccat Princeps frangendo fidem quàm inferior, Bald.conſilio 324.volum.1.& in conſi.24.vol.2.vbi inquit,
33 quòd † non ſeruare fidem contractus eſt mentiri l. dolus,
34 ff.mand. Abominabile † eſt autem mendacium, & ſtellionatus in Principe horribile, alibi inquit idem Bald.in cõſ. 343.colum.2.verſ.ex iſta.volum.1.quem ſequitur Caccia-
35 lup.in l.omnes populi,num.105.ff. de iuſt.& iur.quod † fidem fallere grauibus graue eſt, grauioribus grauius, grauiſſimis & exemplaribus viris grauiſſimum: quia in ſe malum,& extra ſe dat malum exemplum,l. 1.ff. de conſt. pec.
36 ſubdens † quòd magis expedit vulgo bonum exemplum, quòd à famoſis viris naſcitur,quàm bonæ rei ſubſtantia ab ignotis. Bene faciunt etiam quæ not.Pariſ.in conſi. 22.nu. 45.& Craue.in conſi.96.nu.9.vbi multa citant ad hoc.

Nec habet obſtare ſi dicatur, quod præmiſſa procedant in paciſcentibus,non autem in eorum ſucceſſoribus, quia
37 non ligantur pactis anteceſſorum, † cum par in parem nõ habeat imperium,l.nam & magiſtrat.ff.de arb.Bal.in princ. ff.vet.vbi per Glo.in verſ.conferens,in auth.quom.opor.di
38 cit † quòd ſicut Imperator non poteſt imponere ſucceſſori
39 legem legis, ita nec legem contractus, Nam † omnis contractus auctoritas pendet à lege.l.legitima, ff.de pac.Idem Bal.in l.1.ff. de conſt. princ. vbi tradit quòd licet Princeps ligetur lege conuentionis & contractus,d.l.digna vox, tamen hoc eſt intelligendum,quòd ipſe Princeps ligetur, nõ autem ſucceſſor eius, cum contractus Principis non tranſeat in ſucceſſorem.

40 Quia reſpondetur,quod † etiam ſucceſſores conuentiones,& pacta prædeceſſorum obſeruare tenentur, ita Cano. in d.c.1.de prob.& Legiſtæ in d.l.digna vox,quinimmo ſucceſſor principis qui venit ad principatum nõ per viam ſucceſſionis,ſed electionis,vt Papa,& Imperator, tenetur obſeruare geſta prædeceſſoris,quatenus pertineat ad dignitatem,& officium.Bal.& Moder.in l.1.ff.de conſt. princ. Bru. in conſi.1.col.4.Iacob.de S.Geor.in ſua inueſtitura, in verbo.ſed an princeps.col.2.in princ.Bald.in conſi.359.vol 1.
41 quem ſequitur Capi.in deciſ. 121.col. 5. & ſi cupit † princeps mandata ſua à ſucceſſoribus obſeruari,conueniẽs eſt, vt ſuorum prædeceſſorum mãdatis venerationem præſtet, & cuſtodiam,c.Iuſtitiæ,35.q.1.& non obſeruando dat materiam diſſoluendi eius geſta per ſucceſſores, c.inſtitutione. 25.q.2.Et ideo dicit tex.in c.ſi ea.25. q. 2. ſi ea deſtruerem, quæ anteceſſores noſtri ſtatuerant,nõ cõſtructor,ſed euerſor iu ſtẽ comprobarer.Accedit quoque quod dixit Bal.cõſ.
42 326.col.3.vol.1.vbi dicit, † quod ſucceſſor principis contraueniens factis anteceſſori,dr̃ contrauenire ſibi ipſi,quia ſemper eſt vnum Imperium.Et accedendo magis ad proximiora,facit quod voluit Bald.in c.1.in princip.de uat.feud.
43 vbi dicit,quòd † ſicut quando Imperator, vel Rex Franciæ creauit aliquem Ducem,Marchionem, & Baronem & eum inueſtiuit de ipſis Ducatu,Marchionatu,& Baronia,non poteſt eos ex poſt pro libito voluntatis diſinueſtire, niſi per culpam & feloniam, vt ibi eſt tex. quòd eodem modo non potuerunt ſucceſſores in Imperio,vel regno,quia ligantur inueſtitura.Idem ſequendo Bald.voluit Iaſ. in conſil.1.in 2. dub.vol.1.& conſi.10.col.2.vol.3.Quod maximè dicendum venit in caſu,de quo agitur, vbi huiuſmodi conuentiones, & pacta fuerunt confirmata per nõnullos ſucceſſores Principum,qui pacta & conuentiones fecerunt, quod & ponderat Iaſ.in citato conſi. 1.in 2.dub.in fi.

Quintò comprobatur alio medio hæc pars.Nam contra
44 ctus † celebrati à principe cum non ſubditis per eum tolli non poſſunt,vt not in c.nouit,de iud.ubi Dec.in 7.col. & in c.quæ in eccleſiarum.col.9.de conſt.etiam cum clauſula de plenitudine poteſtatis,ut per Ant.de But.& Imol.in Cle.paſtoralis,de re iud.Soc.in cõſ.164.col.6. verſ. quartus caſus. Sed nonnulli ex dictis contractibus, qui reperiuntur celebrati inter Illuſ.quon.Marchiones,& anteceſſores dominorum de Carrero,& de Mõtilio fuerũt facti eo tp̃e,quo ſpõte ſe ſubmiſerunt dictis quon.Illuſ.dominis, & ſic antequã
45 ſubditi eſſent.Quod demonſtratur,quia † ſubmiſſiones eorum vt allegatur per ipſos,factæ fuerunt cum certis capitulis,& pactis, de quibus in eis.Ideo ſolum dicuntur ſubditi reſpectu eorum,quæ in Capitulis. & pactis ipſis continentur,nõ aũt quò ad alia nõ expreſſa,quia pro eis liberi cẽſentur,ut inquit Bar.conſ.70.Commune Spoleti, verſ. concludendo ergo,ubi decidit q̃ commune Spoleti non poteſt imponere collectas hominibus habitantibus in comitatu comitum de Antrono,cui ſe ſubmiſerũt dictæ cõmunitati ſub certis pactis inter quæ non eſt,q̃ poſſint collectari,quia cũ nõ cenſentur ſe in alijs ſubieciſſe, videtur ab ipſis collectis immunes. Nam exprimendo certa onera ad quæ teneri uolunt,in alijs declaratur ſe nolle teneri.l.cum de lanionis,§. cum fundus,ff.de fund.inſtruc. Not.idem Bar.in l. non dubi
46 to,ff.de iur.fiſc.ubi inquit,q̃ † caſtra,& uillæ ciuitati recommendatæ,quæ in ſignum maioritatis dant pallium,vel quid aliud,dicũtur populi liberi, nec ſunt huius ciuitatis ciues. Accedit quoq; q̃ dixit Ancha.in conſ.338.ubi inquit,quòd differentia eſt inter illos,qui ſunt de territorio Ianuæ,& illos,qui ſpeciali pacto recognoſcunt ciuitatem Ianuæ in ſuperiorem & dominum quò ad quædam capitula tantum,vt eſt caſtrum de ſancto Romulo,in quo commune Ianuæ limitatam habet iuriſdictionem. Vnde licet certo fœdere recognoſcat in ſuperiorem commune Ianuæ, nõ per hoc dr̃ perdere libertatem.d.l.non dubito,quia retinet omnia de primo ſtatu præter conceſſa,& Ancha.ſequitur Dec.in conſil. 360. nu. 7. ubi per dictam rationem etiam concludit quòd
47 † ciuitas Ianuæ nõ habet iuriſdictionẽ,& ſuperioritatẽ in commune Sauonæ,niſi in quibuſdam caſibus expreſſis.& q̃ Sauonæ ciuitas extra dictos caſus remanet libera. idem tenuit Soc.in conſ.74.col.3.& ſeq.uol.1.ubi dicit in ſimili cauſa conſuluiſſe d.Abb.in terra Scarlini, & licèt non alleget eius conſ.tñ eſt in 2.uol.in conſ.51.col.1.Subdẽs ita quoq; conſuluiſſe d.Maria.eius genitorem,& uerè loquitur,ut patet in conſi.7.col.1.idem concludit Barba.in cõſ.11.col.pe. uol.1.Pau.de Caſt.in conſ.364.col.fi.uol.1.Bru.in conſ. 53. col.2.Paris.in cõſ.12.col.22.uol.2.& in cõſ.16.col. pe. uol. 4.Craue.conſ.111.col.2.uerſ.3.fortiſſimè & in cõſ.241.col. 7.uol.2.Dec.in c.nouit,col.4 in fi.de iud.& Soc.in l. ſi ex to to,uerſ.ſeptima & vltima concluſio.ff.de leg.1. ubi propriè
48 dicit q̃ ſi caſtrũ † ſubiecit ſe ſuperiori cum certis capitulis cẽſetur eidẽ ſubditũ quò ad expreſſa in illis,nõ aũt quò ad alia,& q̃ nõ põt imponi collecta in capitulis non expreſſis.

Penultimo dicitur,quòd quatenus ſubditi mediati aſtrin
49 gi poſſint ad contributionem dicti oneris,† ex quo domini uaſalli habent utile dominium in dictis eorum locis & caſtris,quod per principes eis impediri nõ poteſt, ut per Bal.
50 in l.1.q.43.ff.de rer.diui.† & cum quibus in feudis concurrere non poſſunt ſuperiores,licèt aliàs ſecus, ut per Feli.in c.paſtoralis,col.3.uerſ.ſexto limita,de offi.deleg. & Bru. in cõſ.47.col.2.q̃ ſaltẽ mediatẽ miniſterio ipſorũ uaſallorum id fieri dèbat,mãdãdo eis,ut monere deberẽt ſubditos ſuos ad cõtributionẽ huiuſmodi oneris ex ordine ſuarũ excellẽtiarũ,prout in ſimili dixit Brun.in conſ.27.col.pen. uerſ.2. ubi inquit, q̃ inquiſitio formata cõtra Marcũ Faloppã,qui prohibuerat cõmiſſario Marchionali Montisferrati ne publicari faceret proclama in loco domini Ioannis Maleſpinæ,q̃ ibi habebat utile dominiũ,nõ ualet,q̃a nõ licuit dicto cõmiſſario uti tali modo in proclamari faciẽdo,ſed dèbat mãdare domino Ioãni,uel eius poteſtati, ut ipſum ꝓclama noĩe Principis publicari faceret,ut alibi uidit ſeruari. Vnde cũ id factũ nõ fuerit, meritò vr̃ dicẽdũ, q̃ ꝓceptũ eis factũ de cõtribuẽdo nõ dẽat ipſis hominib. obeſſe,& nocere.

Vltimò pro hac parte ceſſantibus omnibus ſupra ſcri-
51 ptis,facit,Nam † ad hoc,vt collecta imponi poſſit per Principes ſubditis ſuis duo requiruntur,Primò q̃ hoc expediat reipub.puta pro defenſione patriæ. Secundò q̃ Principes nõ hẽant de ſuo,vt de primo eſt deciſ.Affl.in tit.q̃ ſint rega. in verb.extraordinaria,in princ,& in rubr.eiuſdẽ tituli nu. 85.Sed

85.Sed in caſu,de quo agitur ceſsāt prędicta,quia hoc onus
non expedit Reipublicè & principes habent reditus ſuffi-
cietnes huic muneri, igitur &c. Quod autem non expe-
diat Reipublicè ſatis patet, quia impoſitum fuit poſt pa-
cem publicatam poſt reſtitutionem ciuitatum , & oppi-
dorum poſt denique milites licentiatos ab vtraque Maie-
52 ſtate,ex quibus ſequitur, quod † cum habeamus pacem, &
quietem,quam humanum genus appetit.l.vbi.no.C.de cad.
tol.c.fundamenta,de elec.Afflic.in c.Imperialem,§. præte-
rea ducatus.num.29. de prohib. feud. alie. per Frider. quę
adeò grande bonum eſt, vt in rebus humanis nihil glorio-
ſius,nihil delectabilius,aut vtilius audiri,aut cōcupiſci,poſ-
ſiderive ſoleat,vt per Soc.Iun.conſ.60.nu.41.vol.3.& quam
parti ſumus non magnitudine regum, ſed gratia & miſeri-
cordia Dei,quæ in diebus eorum apparuit, vt in ſimili dixit
Io.Ign.in rep.l.neceſſarios,§.non alias.nu.128.& in §. quia
autem,nu.65.ff.ad Senatus C.Syllan.Quòd onus huiuſmodi
imponi non potuerit,ſecundò ꝙ habebant de ſuo,etiam de-
53 monſtratur,quoniam†principes ipſi à ſubditis annuas per-
cipiunt compoſitiones ordinarias,taxas equorum,vectiga-
lia, & alios reditus de quibus neceſſitatibus occurrentibus
poſſunt ſubuenire abſque grauamine ſubditorum, quod eis
ſufficere debet,vt probatur per text.in l.1.C. vt ruſtica. &c.
li.11.vbi illi,qui præſtant tributa pro capitibus, & annonā
deferunt congruam ad aliqua obſequia deputandi nō ſunt.
facit etiam text.in c.cum ab omni, de vit.& hone.cler. vbi
54 † principibus ſunt inſtituti reditus,vt ex illis viuant, & ab
expoliationibus ſubditorum abſtineāt, & ſic reditibus ſuis
contenti eſſe debent,vt etiam dicit text.in §.illud,el.2.in fi.
verſ.nos aūt,in auth. vt ſine quoquo ſuffrag. vbi formaliter
ſic inquit Imperator.Nos autem imperio ſufficiētem quęſtū
putamus,vt collatores ſola fiſcalia tributa conferant, & ni-
hil aliud extrinſecus quæratur,quod ſubiectis omnem com
moueant vitam.Nota illud verbum ſola, & ibi nihil aliud,
quæ verba ponderat Luc de Pen.in l.1.col.6. circa fin. C. vt
ruſt.ad nullum obſequium deuo.li.11.& ideo alibi dixit idē
55 Luc.in l.Annonas.C.de eroga. mil.an.lib.12.quòd†Rex nō
tenetur de ſubſtantia ſubditorū,ſed de tributis,& alijs,quæ
ab eis percipit ſtipendia capitaneis, & alijs magiſtratibus
exhibere.Accedit etiam,quod tradit iterum in d. l. 1. C. vt
56 ruſt.&c.vbi dicit,† quòd ſi Rex aut eius magiſtratus volunt
capi facere maleficos & latrones, quòd non poſſunt ad hoc
cogere ſubditos, quia cum ſtipendijs regis ſint huiuſmodi
malefici capiendi,cum habeant tributa, & regni reditus, &
prouentus,vt regnum ſeruent,id agere debent ſine ſubdito-
rum grauamine.Confirmatur hæc ſententia per Affli. in tit.
57 q̄ ſint regal in verb.vectigalia nu.8.Vbi†inquit,ꝙ princeps
non dēt priuare bonis ſuis ſubditos ſine cā p impoſitionē ve
ctigalis noui, quia contentus eſſe debett ſtipendijs ſolitis
& conuentis.

Nec hēt obſtare,ſi dicatur ꝙ conſtat de neceſſitate, & ꝙ
58 expediat reipublicæ ex dicto ipſorum principum,† quibus
ſtandum eſt,vt per Alex.in cōſ.216.col.6.vol. 2. quē refert,
& ſequitur Affl.in c.1.nu.71.qui ſucceſ.tenean.vbi inquit ꝙ
creditur Principi dicenti in reuocatione priuilegiorum, ꝙ
illa reuocare concernit publicam vtilitatem.Quia reſpōde
tur,ꝙ dictis ipſorum Principum ſtandum non eſt,cum ex ip
ſorum dictis commodum ſentiant,& ſubditi tā mediati quā
immediati in commodum,iuxt.nota.per Oldr.in conſ.258.
& Iſern.in dicto c.1.qui ſucceſ.tenean.per l.omnibus,C.de
59 teſtib.& ideo ibi inquit Affl.n.69.ꝙ†nō ſtādū ſit dicto Prin
cipis reuocantis,& dicentis,ꝙ ideo reuocat conceſſionē fa-
ctam:quia per importunitatem conceſſit,ſi de eius commo-
60 do tractatur. Nam † Principi non creditur ſicut nec iudici,
niſi quatenus conſtat ex actis.c.quoniam contra, de proba.
61 Sicuti†nec vni teſti quātūcunq; digno.l.iuriſiurādi. C.de te
ſtib.Idē voluit Affl.in c.1.in 2.notab.de feu.ſine culpa amit.

Quibus tñ non obſtantibus,ſententia contraria eſt de iu-
re verior,ꝙ immò per ipſos Illuſt.Marchiones potuit prędi
ctis ſubditis nedū immediatis,ſed ēt mediatis imponi onus,
de quo ſuprà. Quod ex infrà dicendis luce clarius appare-
bit.& pro fundamento huius partis faciò claram, & ſolidā,
& firmam concluſionem,quæ ab omnibus paſſim & indiſtin
62 ctè recipitur.Quòd † Principes pro neceſſitate reipublicę,
vt puta pro defenſione patriæ, quando non habēt de ſuo ſi-
cut in caſu præſenti,vt infrà dicetur, poſſunt collectas im-
ponere ſubditis ſuis, vt in primis decidit Albe. de Roſ. in l.
de quibus char.pen.col.1 in fi verſ. Item quæro an de iure,
ff.de legib.vbi inquit ꝙ Princeps pro defenſione patriæ po-
teſt imponere collectas ſubditis ſuis per l. ſi quis in hoc ge
nus,C.de epiſco.& cler.Idem voluit Ioan.Blanch.in ſum.in
tit.quibus mod.feu.amit.col.10.verſ.51.verò non cōuenit.
Paris.in conſi.25.nu 65.vol.1.

Secundò facit,quod voluit Bal.in l.ex hoc iure.in fi.ff.de
iuſt.& iur.quem ſequitur Iacob. de ſanto Geor. in tract. de
63 homag.in 16.col.verſi.nunc quæro,vbi quærit,an† & quan
do Princeps imponit ſubditis ſuis collectam ex ea oriatur
obligatio naturalis?& diſtinguendo cōcludit,quòd ſic,quā-
do talis collecta imponitur ob publicam neceſſitatē, ſecus
ſi ex effrænata voluntate Principis.

Tertio accedit,quod ſingulariter tradit Luc. de Pen. in l.
1.col.3.C.de ſuperind.li.10.quē ſequitur Afflic.in rub. quæ
ſint regal.col.pen.in fi.verſ 4.adduco,vbi formaliter ſic in-
64 quit,† quia aliquādo contingit ꝙ Principes nō habent ſuffi
cientes reditus ad cuſtodiam terræ & ad alia, quæ imminēt
principibus rationàbiliter expendenda,tali caſu iuſtū eſt,ꝙ
ſubditi exhibeant vnde poſſit cōmunis eorū vtilitas procu-
65 rari:reddens rationem eſſe,quia†Principes,qui militāt pro
communi vtilitate debent ēt de communibus viuere,& cō-
munitatis negocia procurare vel p reditus deputatos,vel ſi
huiuſmodi deſint, aut ſi ſufficientes non fuerint, per ea quæ
à ſingulis colliguntur;& ſubdit ꝙ ſimilis ratio eſſe vr̄, ſi ali-
quis nouus caſus emergat,in quo oporteat multa expende
re pro vtilitate cōi,vel pro honeſto ſtatu principum conſer
uando,ad quæ non ſufficiunt reditus proprij,vel exactiones
cōſuetæ,puta ſi hoſtes terram inuadāt, vel aliquis ſimilis ca
ſus emergat,tunc ēt præter ſolitas exactiones poſſunt licitè
Principes terrarum à ſuis ſubditis aliq̃ua exigere pro vtili-
66 tate cōi.Periculoſa † enim res eſt in imperante tenuitas, vt
dicit Caſſiodo.1.variarum, epiſtola 19. ꝙ tū intelligendum
dicit,dummodo non velint exigere pluſquā ſibi conſtitutū
eſt,pro ſola libidine habēdi,vel propter inordinatas, & im
moderatas expenſas,q̄a hoc eis nō licet,arg.c.ſua.de pęnis.

Quartò facit,ꝙ voluit Bal.& Paul.de Caſt.in l.neminē.C.
de ſacroſan.eccle.quē ſequitur Iac.de Sancto Greg.vbi ſup.
67 & Soc.iun.in cōſ.98.nu.10.vol.3. vbi dicunt, † ꝙ Princeps
primò debet ſe præmunire de ſuo marſupio, & ſi nō ſufficit,
poterit ſubditis imponere collectā,aliàs ſecus & in tantum
iſtud eſt verū,ꝙ inquit Guid.Pap.in q.551.& in ſing.13.quē
ſequitur Soc.iun.vbi ſuprà nu.1.ꝙ illud ēt procedit, ſi pro-
pter bellum per ipſum faciendum vellet grauare ſubditos.

Quintò confirmatur hæc ſnīa per Affl. in rubr. Quæ ſint
68 regal.in principio col.pen.vbi concludit, † licere principi
grauare ſubditos regni non habentes feuda,& ſoluentes fo
cularia,& alia iura fiſcalia, pro ſubuentione cōtra barbari-
cā gentē,vbi reditus non ſufficiūt, dū tñ moderatè eam im-
ponat:quia qui nimis emungit,elicit ſanguinem.idem Affli.
in d.tit.in verbo extraordinaria collatio.col.1.& 2.

69 Sextò accedit.Nam† neceſſitatis tempore multa permit-
tuntur,quæ aliàs non permitterentur, l. 2. ff. ad l. Rhod. de
70 iac.Hinc dixit Angel.in l.diuus,ff.de peti.hæred;quòd†ne-
ceſſitas facit actum probabilem,nec mirum,quia ea nō ſub-
iacet legi communi,c.2.de obſer.ieiu.& ideo nos videmus,
71 † quod ſuperior tempore neceſſitatis poteſt inuito vaſallo
ponere cuſtodes in caſtro ſuo,quod aliàs ſibi non permitti-
tur,vt per Bal.in c.1.ff.quid ergo,de inueſt. de re aliter fac.
per l.ſi ita.§.eominus.ff.de vſu.& hab.Bru.in conſilio 32.co
lum.2.in conſi.86.colum.4.Capic.in deciſ.27.colum. 4. ſi-
72 militer quod † Reſpublica propter vrgentes neceſſitates
poteſt compellere ſubditos ſuos ad vendendum res ſuas
etiam viliori pretio.vt per Angel. in conſil. 206. Necnon
73 quòd † dominus temporalis tēpore belli,& neceſſitatis po
teſt eccleſiam incaſtellare,vt per Luc.de Pen. in l. ſi diuina.
C.de exac.trib.lib. 10. quem ſequitur Capi. vbi ſuprà col.

prima, Accedit etiam quod not. Cyn. in d. l. neminem, quem ſequitur Affl. in rubrica, quæ ſint regal. num 88. & in c. 1. 74 nume. 25. de nat. feud. vbi inquit, quòd † Rex regni inconſulto Papa tempore neceſſitatis belli poteſt capere calices, & alia bona eccleſiæ pro ſubuentione, dummodo poſtea tempore pacis faciat reſarciri. Additur quoque quod ſcribit Soci. in l. ſi ex toto. ff. de lega. primo, quem ſequitur 75 Cur. Iun. in conſil. 61. nume. 14. vbi dicit, † ꝙ quando ſuperior non poteſt prouidere neceſſitati belli, quæ ſuperuenit poſt immunitatem aliquibus conceſſam, niſi & ipſi exempti grauentur, immunitas ipſis non eſt ſeruanda.

Secundò principaliter offertur alia concluſio, quod ne-76 dum † Principes tale onus perangariæ concurrentibus p̄dictis poſſunt imponere ſubditis ſuis immediatis, ſed etiā mediatis, vt in ſpecie dixit Ioan. Blanch. quem nonnulli allegant in contrarium, licèt malè in ſua ſumma feud. in ti. quib. mod. feud. amit. in 13. col. verſic. ſed nunquid poteſt Ibi, & videtur idẽ dici poſſe de iure. Hoc idẽ ſentiũt Iſer. in titulo, quæ ſint regal. in verbo extraordinaria collatio. in princip. & Afflic. in tertia col. verſi. ex quo ſequitur. Vbi inquit, ꝙ quãdo Rex imponit ſuperdictũ Baronib. ſi tũc impoſuit collectas ſubditis ſuis, Rex non poteſt imponere aliud grauamẽ ſubditis vaſallorũ, ſed tantũ vaſallis dominij, quia non debet duplici onere grauari, & ſic ibi p̄ſupponitur, ꝙ ſi rex non imponeret ſuperindictũ vaſallis, poſſet grauare ſubditos ipſos vaſallorum, ſed clarius iſtud admittit idem Affli. in c. primo. §. vt autẽ æquitas. in 9. notabili de pac iu-77 ra. firman. vbi ſic formaliter inquit. Nota ꝙ † vaſallus ad requiſitionẽ domini cogitur præſtare auxiliũ domino domini ſui, ꝙ tradit Afflic. intelligendũ eſſe in caſu illius. § videlicet, quando Imperator vadit ad accipiendũ coronã, ſecus in alijs caſib. vel dic hoc eſſe verũ in rege, vt vaſallus baronis, ſit etiã vaſallus Regis, & ſic ꝙ Rex poteſt præcipere vaſallis baronis, ſicut ſuis, licet regulariter vaſallus vaſalli nõ ſit vaſallus Domini cuius eſt vaſallus. idẽ in terminis noſtris voluit Guid. Pap. in deciſ. 541. in 2. & 3. dubio. Hanc etiam partem amplectitur Iacob. de Sancto Georg. in trac. de homag. col. 10. verſi. ſed hic cadit, ſi bene eius verba ponderẽtur, quærit enim ibi Iacob. vtrũ Princeps hominib. vaſallorũ ſuorum poſſit imponere collectam; & primò refert Io. Blanc. vbi ſup. tenere ꝙ non, ꝙ tamẽ eſt falſum, vt ſuprà dixi. Poſtea ipſe dicit ꝙ in publica diſputatione defenſauit 78 hoc debere limitari, niſi † ageretur de neceſſaria defenſione patriæ ipſius Principis, puta, quia fuit inuaſus, & timor eſt ſubitaneus, & improuiſus, quia tunc nedum vaſalli, ſed etiam cæteri ſubditi, qui non ſunt vaſalli, imo etiam clerici apti ad cuſtodiam, & pugnam hoc caſu tenentur præſtare ſubſidium, cap. peruenit, de immuni. eccl. cap. omni tempore, & c. ſi nulla 23. q. 8. Sed ſi timor non ſubeſſet ſubitaneus, & improuiſus, licèt vaſalli teneantur iuuare principem, tamen alij ſubditi non tenentur accedere ad bellum, ſi dominus per ſe ſufficiat de ſuis reditibus. Nam ipſi honorãt Principem in gabellis, & alijs præſtationibus, vt ipſe dominus eos adiuuet, & defenſet: ſed ſi dominus per ſe nõ ſufficeret de burſa ſua, omnes tenentur adiuuare dominum dicto ca. omni tempore, & cap. ſi nulla. Subdens iſta eſſe verba Abba. in cap. ſicut, el 2. col. fi. de iureiuran. quem ſequitur Afflic. in rubrica, quę ſint regal. col. penul. & ſic prædictus Doctor videtur velle in primo capite, & vltimo ſuæ diſtinctionis, ꝙ omnes tenentur, licèt ſecus in ſecundo. Nec hoc dignum eſt admiratione, quia licèt verum ſit, vt ſuprà dictum fuit, 79 ꝙ † regulariter vaſallus vaſalli mei non ſit ſubditus meus per l. Modeſtinus. ff. de verbo. ſignifica. Tamen id verum eſt in homine hominis mei reſpectu alterius rei, quam eius, de qua homo meus me recognoſcit, & ſic ratione diuerſarum rerum, vt dixit Bar. in leg. Claudius. circa fin. ff. qui pot. in pign. hab. aliàs ſecus, prout in caſu de quo agitur. Et ideo dixit Specu. in tit. de feu. in §. quoniam. ver. 16. quem ſequuntur Moderniores in tract. feud. in ſeptima part. nu. 39. & Af-80 flic. in deciſ. 265. ver. 30. Quòd ſi † aliquis Baro regni Francię habeat guerram cum alio Barone, & Rex cum Rege Alemaniæ, & Baro præcipiat hominibus ſuis, quòd eum iuuent contra alium Baronem, & Rex ſimiliter præcipiat eiſdem ꝙ eum iuuent contra Regem Alemaniæ, licèt magis videatur dicendum, quòd obedire teneantur ſuo Baroni, cui dupliciter ſunt obligati ratione homagij, & iuriſdictionis q̄ in eis habet, tanquàm in hominibus ſuis, vt in §. ſi verò forſan, in auth. de quæſtor. quàm Regi, cui ſunt tantum obligati ratione generalis iuriſdictionis, vnde duæ rationes deberent vincere vnam. §. primo in authenti. de conſang. & vter. frat. tamen inquit quòd veritas eſt in contrarium, quia potius debent obedire Regi cum ſint vocati ad tribunal. l. contra pupillum. §. final. ff. de re iudi. & quia Rex, qui habet adminiſtrationem regni vocat eos pro communi bono, ſcilicet pro defenſione patriæ, & coronæ, vnde ſibi iure gentium obedire tenentur. l. veluti. ff. de iu. & iu. Iſtud idem tenuit Iacob. de Sancto Geor. in inueſtitura ſua feu. in verbo, & promiſerunt eiſdem Domino ſuo, col. ſexta in verſi. de-81 cimo quæro, vbi † inquit, quòd ſi dominus mediatus, & immediatus, qui habent ſub ſe vaſallum, haberent guerram ad inuicem, licèt vaſallus teneatur dominum ſuum immediatum adiuuare, ſiue guerra ſit iuſta ex parte proximi, & immediati domini, ſiue ſit incertũ, an ſit iuſta, vel iniuſta, quia ipſe vaſallus immediatus eſt proprius dominus ipſius vaſalli, non autem mediatus, c. imperialem. §. illud. de prohi. feu. alie. per Frider. c. 1. §. fin. ibi autem ſub rege dominum ſuum non adiuuabit. in titulo de pac. iur. firman. Tamen limitanda eſt hæc concluſio, niſi ipſe dominus mediatus eſſet vniuerſalis dominus patriæ, & ſeruitium, quod exponitur concerneret communem, & publicam vtilitatem totius patriæ. Nam tunc ille vaſallus debet potius adiuuare dominum mediatum contra ſuum proximum, & immediatum dominum, allegat Specul. vbi ſuprà. quam limitationem dicit notandam. Conferunt etiam ad propoſitum, quæ voluit Bal. in tit de pac. Conſtan. in vltima char. ibi exeunte Ianuario, quem ſequitur Iacob. de Sancto Geor. in inueſt. feu. in verbo, Qui quidem inueſtiti. col. 3. in fi. & Bru. in 82 conſi. 32. col. 1. Quærit enim ibi Bald. nunquid † homines ſubditi vaſallo domini teneantur præſtari iuramentum fidelitatis domino ſuperiori, & dicit ꝙ non, quia homo vaſalli mei, non eſt homo meus propriè, & ideo non poſſum cogere eos ad præſtandum mihi iuramentum fidelitatis, tamen ſubdit hanc ſententiam limitandam eſſe duobus caſibus: & primò ſi inueſtitura eſſet appoſitum pactum, quod nedum uaſallus, ſed etiam homines ſui tenerentur pręſtare iuramentum fidelitatis ſuperiori domino, vel & ſecundò, niſi dominus ſuperior haberet generalem iuriſdictionem, quia tunc tenerentur ei præſtare fidelitatem, & ſic elata iuris concluſio reſultare videtur, ꝙ ratione generalis iuriſdictionis, quam habent dicti Illuſtriſſimi Marchiones in toto Marchionatu, homines vaſallorum tanquàm homines ſuarum eccleſiarum potuerunt ſtantibus ſupradictis grauari dicto onere perangariæ, ut per Guid. vbi ſuprà & alios. 83 quia homo poteſt eſſe † ſeruus plurium. l. ſi ſeruus pluriũ. ff. de lega. 1. Afflict. in conſtitutione frequenter, nu. 4. Idem etiam voluit Crauet. in conſi. 128. col. fi.

Quod autem expediat Reipublicæ talis impoſitio & ex legitima cauſa defenſionis patriæ impoſita fuerit, ſatis probatur ex dicto ipſorum Marchionum atteſtantium cum eorum conſilio cauſam ipſam legitimam eſſe, & reſpicere pu-84 blicam vtilitatem: † quibus atteſtationibus ſtandum videtur, vt demonſtratur ex not. per Iſer. in cap. fin. in fin. de 85 contro. apud par. term. ubi inquit, quòd † Rex quando concedit feudum in terra aliena, ſi dicit non enuntiatiuè, ſed ex certa ſcientia feudum illud ad ſuam collationem ſpectare, & in priuilegio ſit ſubſcriptio Quæſtoris, quòd dicto Principis creditur, cum concurrant dictum duorum teſtiũ, cap. cum a nobis, extra de teſtibus, & Iſer. ibi ſequitur Affl. nu. 62. ver. vnum tamen. Alibi idem Affl. in ca. imperialem. not. 24. nu. 65. de prohi. feud. alie. per Frider. in c. 1. in fi. cui teſt. ſunt neceſs. vbi dicit hoc notandum. Si ergo in tali caſu creditur principi, vbi eſt ſubſcriptio Quæſtoris, multò magis hoc locum habere debet, quando princeps aliquid affirmat cum ſuo conſilio.

Nam

86 Nam † quæ geruntur cum conſilio, maiori auctoritate
roborantur. l. dubium C. de repud. Bald. in l. humanum.
ff. de legibus. quem ſequitur Affl. in conſtitutione vt vni-
uerſis. numero 40. Et quòd credatur principi in facto pro-
prio cum conſilio ſuo, offertur in medium deciſio. Iſer. in
c. 1. qui ſucceſ. tenean. col. 6. ver. ſed nunquid, & ibi Affl. nu.
87 68. vbi inquit, † ꝙ licèt Principi aſſerenti ſe reuocare con-
ceſſiones ſuas tanquam per importunitatem obtentas, non
ſit credẽdum: quia teſtificatur in facto proprio. l. omnib. C.
de teſtib. Tamen ſi principes præhabita deliberatione cum
ſuo conſi. dicat aliqua illicita per importunitatẽ cõceſſiſſe,
creditur donec contrariũ ꝓbetur. quaſi nõ ipſe ſolus, ſed &
88 ſui conſiliarij hoc atteſtentur. Nam etiam videmus † ꝙ dicto
Papæ ſtatur, d. cap. cum à nobis, quia habet ſubſcriptionem
Card. Conſueuit enim Princeps ſecundũ eum bonus eſſe cõ
ſiliarius, & dicta ibi per ipſum Affl. approbat idẽ doctor in
c. ſancimus. nu. 23. quo tẽpore mil. Alibi Affl. in dicto c. 1. in
89 fi. qui teſtes ſunt neceſs. ad proband. inueſt. vbi dicit † qđ cre
ditur priuilegio Principis pro ſe, ſi habet ſubſcriptionẽ duo
rum conſiliarum quod inquit eſſe not. Capi. in deci. 166. col.
5. ver. qui fortè. Idẽ tenuit Affl. cap. 1. §. ſi duo homines. col.
90 1. ver. ſecundò fallit. de pace tenẽda. vbi inquit † qđ licet in-
ueſtitor ſolus in cauſa feudali productus in teſtem nõ ꝓbet
inueſtituram; qa eſt vnicus teſtis, tũ hoc fallit, niſi dominus
feciſſet inueſtituram cum ſubſcriptione ſecretarij, & conſi-
liariorum; quia tunc creditur etiam in facto proprio. Cũ er-
go Principi in caſibus ſuprà enarratis credatur, vtique dicẽ
dum venit in terminis de quib agitur: vbi principes prædi-
cti cum aſſiſtentia Senatus, qui nu. ſunt ſex, & in præſentia ſe-
cretariorum, & aliorum multorum nobilium ac nonnullo-
rum ex dictis vaſallis affirmauerint, hoc onus perangariæ
fuiſſe impoſitum pro neceſſaria defenſione patriæ: qđ ipſius
vaſallis, & ſubditis ſufficere debet, cum vlterior perquiſitio
in eis eſſet ſcrupuloſa, quæ à iure improbatur. l. doli. in fi. ff.
noua. vt in ſimili dixit Iſer. in c. domino guerram. in additio
ne. col. 2. ver. ex quo hic finitur lex Frider. quem ſequitur ibi
91 Affl. in 2. notab. vbi tradit † quòd quando non eſt certũ, an
bellum ſit iuſtum, debet ſtari Principi, & eius conſi. qui exa-
minauerunt bellum eſſe iuſtum, ſubdens quòd vnicuique de
populo Princeps non debet hoc facere cõſtare; quia Princi-
pis & ſui cõſilij auctoritas debet in hoc ſufficere ſubditis: &
ꝙ ſi ſubditus alterius ad vnguẽ velit ſcire cauſam, talis per
quiſitio eſt ſcrupuloſa, & dicta per Iſer. refert elegãtia Affl.
in c. imperialem. in princ. col. 3. de proh. feud. aliena. ꝑ Fri
deric. Hanc quoque ſententiam amplectitur Iacob. de San-
cto Georg. in inueſtitura ſua, in ver. & promiſerũt col. 3. ver.
5. quęro. vbi dicitur qđ vaſallus teneatur adiuuare dominũ;
quando guerra eſt iuſta, vel quando eſt dubium, an ſit iuſta.
Quærit ibi poſtea Iacob. quando dicatur dubium, an ſit iu-
ſta vel iniuſta? & inquit hanc inueſtigationẽ eſſe magnæ vti-
litatis; quia cum nos habeamus ꝙ per negationem res effici
tur dubia. l. 3. C. qui. ad libert. procla. non licet. dicet aliquis
ꝙ ſemper erit in poteſtate Domini facere ꝙ vaſallus dicet
guerram eſſe iniuſtam, dominus negabit, & per illam nega-
tionem res dubia reddetur, & ſi vaſallus tenebitur adiuuare
dominum, ſed poſtea concludit, ꝙ tunc dicetur eſſe dubiũ,
quando dominus habuerit conſilium ſuorum procerũ, & cõ
ſiliariorum, qui cum principe deliberauerunt bellum eſſe
92 aſſumendum. Nam † illud dicitur bene deliberatum, ꝙ fit cũ
conſi. ſeniorum. l. conſenſu. C. de repud. Seniores enim præ-
93 ſumuntur ſapientes. cap. eſtote. 1. q. 1. & † in ſenibus præſu-
mitur ſcientia ſecundum Bald. in leg. ſenium. C. qui teſta. fa.
poſſ. Imo plus ſubdit ſequendo Iſer. in d. c. domino guerram,
quòd nedum dicitur dubium, quando Princeps ita delibera
uit cũ cõſi. ſuo, ſed etiam quando ipſe ſolus hoc dixiſſet; qa
94 † iura dederũt ipſi Principi poteſtatem indicendi bellum. l.
vnica. C. vt vſus arm. lib. 11. Habet enim vaſallus credere do
mino, non autem ſibimet confirmare conſcientiã. l. prohibi-
tum. C. de iur. fiſ. li. 10. Cum igitur principi cũ eius conſilio
credatur in tam arduo caſu belli, multò fortius in caſu iſto,
vbi de minori præiudicio tractatur. Alijs etiam medijs in-
frà demonſtrabitur, dum reſpondebitur ad vltimum funda-
mentum partis negatiuæ dicto principum eſſe ſtandum per
vaſallos, & ſubditos.

Similiter quòd dicti princeps nõ habeãt de ſuo oſtẽditur;
quoniam reditus, prouentus, vectigalia, & alia regalia ſua
ſunt adeò debilia quòd vix ſufficiunt victui Illuſtriſſimæ Do
minæ, Annæ Marchioniſſæ matris, & auiæ prędictorum Illu-
ſtriſſimorum Marchionum, ac prouiſionibus ſenatorum, &
aliorum officialium ſuorum, & tanto magis hæc vera eſſe di
gnoſcuntur, cum tempore impoſitionis dicti oneris, & per
annos quatuor ante dicti principes non habuerint, nec per-
ceperint aliquos reditus, & prouẽtus ſolitos percipi in hac
patria, quia Galli occuparunt hoc dominium pro maiori
parte, & fructus, & reditus ipſos ad libitum eorum diſpoſue
runt, ita ꝙ tempore factę reſtitutionis reliquiæ aliquæ non
remanſerunt exigendæ: quo caſus cum conſtet eos non ha-
buiſse de ſuo, prout in dubio præſumerentur habuiſse, ſi re-
ditus, & prouẽtus expẽdiſsent in ſuperfluis veſtibus, & alijs
delitioſis, vt in vaſculis aureis, vel argenteis, vel canibus, &
falconibus ad ſolatium ſuum vt per Iſer. & Affli. in di. §. ex-
traordinaria, certè ſequitur vera concluſio, hoc onus legi-
timè ab eis impoſitum fuiſſe, cum hic adſit publica vtilitas,
& principes ipſi habeant reditus debiles, & tenues, vt per
Doct. in d. l. neminem. & Luc. de Pen. in d. l. 1. C. de ſuper-
ind. lib 10. & in l. 1. col. 1. in fin. C. de cap. ciui. cen. eximen.
95 libro 11. vbi inquit, quòd † Princeps, & rex homines li eros
à captione cenſuali poteſt iterum ſubijcere tributariæ fun-
ctioni, vbi neceſsitas imminet, nõ in perpetuum, ſed donec,
& quouſque durat neceſſitas.

Non obſtant modò quæ exaduerſo adducta fuernnt; quia
incipiendo à primo argumento, illi reſpondetur vt ſupra. ꝙ
& ſi homines vaſallorum meorum non ſint homines mei re-
ſpectu feudorum, de quibus vaſalli mei me recognoſcũt; tñ
96 † reſpectu generalis iuriſdictionis totius ſtatus, quam in eo
habeo homines ipſi dicuntur mei, & in illis in caſu publicę
vtilitatis poſsum imponere ſuperindictum, & alia onera.

Ad ſecundum pluribus modis reſpondetur, & primò ꝙ
anteceſsores modernorum Marchionum non potuerunt re
97 galia ipſa alienare in præiudicium ſucceſsorũ; quia † ſicut
Princeps non poteſt ſubuertere regalia, ità nec ea diminue-
re. l. ſi electio. ff. qui, & à quibus. ita Bal. in titulo de pac. Cõ-
ſtant. in verbo ſucceſsurum, quem ſequitur Soci. in conſi. 4.
98 col. 3. verſi. nam princeps, volum. 3. vbi inquit, ꝙ † nõ poteſt
prædeceſsor per ſuum cõtractum ligare ſucceſsorem, quò
minus poſſit regalia exercere. Itẽ Soci. in conſi. 7. col. 1. vol.
99 eod. vbi concludit, † Ducem de quo in caſu ſuo, n n potuiſ-
ſe vendere dacium piſtrini panis, quod numeratur inter re-
galia. Hoc etiam voluit Felin. in c. 1. col. 4. verſi. 4. declara, &
ibi Dec. col. 4. verſi. ſimiliter, de probatio. Item Felin. in c. ad
audientiã. col. 2. de præſcript. Neuiza. inter conſi. Brun. cõſi.
12. col. 13. circa medium, Iaſ. in vſib. feud. col. 26. ver. alibi.
Idem Iaſ. in conſi. 1. col. 3. in princ. ver. & ad confirmationẽ.
vol. 1. vbi dicit rationem eſse; quia talis alienatio tendit in
magnum præiudicium ſucceſsorum, & in conſi. 227. col. 7.
ver alibi, dicit notabiliter Bald. vol. 2. Camp. in conſi. 2. col.
decima. ver. conſiderari etiã poteſt, & in conſi. 11. in 8. col.
inter conſi. Bru. Igne. in l. neceſsarios. §. non aliàs, in ver. no-
uiſſimè. nu. 176. ff. ad Sylla. Affl in c. 1. nu. 48. in fine, qui ſuc-
ceſs. tenean. & in c. 1. quæ ſint regul. nu. 67. & pro hac parte
etiam faciunt no. per Moder. in c. per veſtras. de donatio.
100 inter vir. & vxo. fol. 132. col. 1. ver. hinc eſt, vbi tradunt † ꝙ
vectigalia, collectæ, ſeu tributum, & alia quæ ſunt regalia,
& de quibus in c. 1. quæ ſint regalia. & per Bald. in c. 1. in fi-
ne Epiſ. vel Abb. non poſt neque debet Rex alienare, ſed ea
101 ſucceſsoribus reſeruare; & ideò ſubdit † quòd quinta, quæ
debeatur regi de præda; quia eſt de regalib. non poteſt Rex
in perpetuũ donare. Accedit quoque ꝙ voluit Igne. in dic.
l. neceſsarios. §. non aliàs, in 3. par. nu. 56. poſt Luc. ibi per
eum citatum, vbi dicit Principem non poſse alicui ciuita-
ti, vel populo priuilegiũ cõcedere, collectas vel tributa exi
gendi, cum princeps rerum ſingularium non ſit dominus,
niſi quantum ad protectionem, l. bene à Zenone Codice de
quadr. præſcrip. ſeruitus autem non niſi à domino imponi

poteſt,

poteſt l. 1. ff. commu. prædio. & ad ſimilitudinem mariti, qui non poteſt ſeruitutẽ fundo dotali imponere.l. Iulianus, ff.de fund.dotal.vel etiam proprietarius inuito vſufructuario.l.ſed & ſi quod,§.ſi.ff. de vſufru. & ſequẽdo etiam Bal. vbi ſuprà idem tenuit Rub.Alex.in conſ.91.nu.11.& Aegid. Boſ.in tract.Crimin.in tit.de regal.num.34.& in tit.de princip.in fine.

102 Secundò reſpondetur, ꝙ dato ꝙ † Principes poſſint concedere regalia vt ſuprà dictum fuit, tñ id ſanè intelligendũ veniꝭ quando regalia ipſa reperirentur conceſſa cum clauſula ex certa ſcientia,vel motus proprij,l.1.C.de peti. bon. ſubla.li.10.iuncto c.ſi motu proprio,de præb.in 6. ita Mart. de Lau.in c.1.in 4.col.ver. nota tñ vnum ſingulare, qui feu. da.poſſ.ubi inquit,ꝙ iſta fuit notabilis deciſ. Albe. de Roſa. in l.quoties.C.de precib.Imper.offer.quem ſequitur Iaſ.in vſib.feud.col.26.in fi.verſ. & circa hæc regalia aliud ẽt nota,& in cõſ.10.col.ſi.vol.3.Iacob.de Sancto Geor.in inueſt. ſua,in verb.feudum.col.1.uerſ.unum notetis.Calca. in cõſ. 102.col.2.ubi expreſsè inquit, ꝙ ſi in conceſſione dictũ ſit de regalibus ea non ueniunt,niſi eſſet dictum ex certa ſcientia,& motu proprio,quia talia reſcripta præſumuntur obre

103 ptitia,cùm † ſemper regalia intelligantur reſeruata principi, quantũcunqꝫ conceſſio ſit generalis,& generaliſſima. Hoc etiam uoluit Affl.in d.c...num.72.qui feud.da.poſ.ubi

104 dicit † ꝙ Rex poteſt cum clauſula ex certa ſcientia,& cum clauſula non obſtãte,alienare domanialia,& regalia quo ad utile dominium,retinendo ſibi directum.Alibi idem Affl. in c.Imperialem,§.præterea ducatus nu. 46. de prohib. feud. alie.per Frider.in 3.not.Iſer. in rubr. quæ ſint regal. col.2. uerſ.ſed quõ,& ibi Affl. nu. 61. ubi quærendo an Rex poſſit regalia,& demanialia regni alteri concedere in genere,uel in ſpecie,concludit ꝙ licet iura regalia non poſſit alteri donare quando tendunt in maximam læſionem regni,tamen ſi certa parte alicui baroni in ſua baronia dominus Rex ex certa ſcientia cum clauſula non obſtante, donaret regalia quæ non eſſent in magnum detrimentum coronæ regis, ualeret ipſa donatio iurium regalium in genere,uel in ſpecie. Idem Affl.in conſtitutio.regni,in rub.de iure ſuo cur.obſeruan.u bi dicit quòd licèt ea, quæ ſunt de demanio regis ſint regalia iura, tñ ſi Rex ea alienat cum clauſula non obſtante lege in contrarium,uel cum clauſula ex certa ſcientia,ualet alienatio.Alibi idem Affl. in conſt.ſi dubitatio.nu.14.& Neuiza.ubi ſup.col.14.uerſ.maximè quia, idem tenet Mart. de Laud.in tract.de princip.in not.287.& in tract.de mone. in 2.quæſt.nec uis fienda eſt in iure collectandi etiam cõceſſo,

105 quia reſpondetur,quod † cum tale ius ſit publicum utilitate,& auctoritate,non potuit alicui priuato concedi, ut per Bal.in l.etiam in 4.col.C.de execu.rei iud.quẽ ſequitur Pet. de Vbal.in trac.de colle.col.1.Sed in prædictis conceſſionibus,& contractibus non eſt clauſula non obſtante, ergo ſequitur quòd conceſſiones , & contractus prædicti facti de regalibus , non habent nocere ſucceſſoribus concedentium.

106 Tertiò reſpondetur, ꝙ † ex quo in dictis conceſſionib. & inueſtituris,quæ magno in numero reperiuntur non ſolùm ſunt deſcripta ordinaria & extraordinaria,merum,mixtum imperium,omnimoda iuriſdictio,primæ & ulteriores appellationes homagium,fidelitates hominum,ſed etiam cenſus, reditus,& fructus,piſcationes,uenationes,collectę cũ iure collectandi,pedagia,aquæ aquarum decurſus,paſcua, molẽdina,omnes honores,& utilitates, nec nõ & omnia regalia, & multa alia reſeruata Principibus, in ſignũ ſuperioritatis, ut in eis reſpectiuè legitur, quæ tendunt in non modicã diminutionem ſtatus,& dignitatis Marchionatus. Conceſſiones prædictę quamuis etiam iuratæ non ualent,nec à ſucceſſoribus ſunt obſeruandæ,ità Bar.in l.Prohibere, §. planè, ꝙ ui aut clam per c.intellecto,de iure iur.Soci.in conſ 7.col. 1.uol.3.Affl.in c.1.nu.73.qui feud. dar. poſſi. ubi inquit, ꝙ

107 † & ſi Rex poſſit infeudare domanialia non ſolita infeudari,uel infeudare quæ ſunt regalia cum clauſula ex certa ſciẽtia,uel cum clauſula non obſtante, quò ad utile dominium, retinendo ſibi directum,tamen illud nõ procedit ſi infeuda tiones tendunt in magnum detrimentum coronæ. Et aduertendum eſt, ꝙ Affl. loquitur etiam quando eſt clauſula ex certa ſcientia,uel clauſula nõ obſtãte. Et ſi uis ſcire quæ ſint bona domanialia,uide Luc.de Pen.in l.quicunqꝫ C. de feud. limitro.li.11.& Affl.in d.c.Imperialẽ, §. pręterea ducatus, in 3.not.nu.70.de proh.feu.alie.per Frider.ubi dicit, quòd

108 † bona domanalia ſunt molendina,collectæ dominorum, iuriſdictiones,decurſus aquarum,montes,nemora, paſcua, fortilicia,& alia ſimilia. Alibi idem uoluit Affl.in dic.§.præ

109 terea ducatus,in 3.no.nu.46. ubi concludit, ꝙ † donatio domenialium facta per regem priuatis perſonis per quam multum læderentur,uel multum minuerẽtur reditus regni, etiam ſi eſſet iuramento firmata non ualet,& ratio eſt ſecũ

110 dum eum,quia † eſt auferenda occaſio mali,§.nec dũ,inſt.

111 ui bon.rap.Nam † ideo Princeps habet domanialia bona, vt uiuat de eis tanquã Princeps,& ne extẽdat manus ad iniquitatem,auferẽdo bona ſubditorum, quia ſi habet de ſuo, non quærit aliena:& ſic tollẽda eſt occaſio,ut nõ tyrãnizet. Accedit etiã quod tradit ipſe Affl.in c.1.§.ſimiliter, nu. 91. de c.qui cur.uend.& in d §.præterea ducatus,num. 90. ubi

112 concludit poſt Iſer.ibi, quòd † Princeps non poteſt per priuilegium minuere ex certa ſcientia,nec motu proprio, debitum ſeruitium quod reperitur expreſsè taxatum in regiſtris,ſubdens rationem eſſe ꝫ quia iſta ſeruitia taxata, & cenſus,qui ſoluuntur regi, dicuntur bona domanialia conſtituta pro tuẽda republica regni : quæ non poſſunt alienari per priuilegium,ſiue fuerit conceſſum motu proprio,ſiue ad poſtulationem, etiam ſi Princeps ex certa ſcientia diceret quòd ſeruitium decem vnciarum reduceret ad quinqꝫ quia eſſet in diminutionem coronæ regis, qui non poteſt alienare ea, quæ tendunt in diminutionem regni, & piudiciũ

113 eius coronæ . Alibi in nu. 64. dixit † quòd Rex concedit de facto homines domanii alteri quilibet de regno pro intereſſe republicæ poſſet agere quòd talis donatio reuocetur ꝫ quia omnium intereſt ne Princeps conuertat in grauamen aliorum quod aufert de domanio, & hoc verum,ſi talis donatio vaſallorum domanij ſit in præiudicium regni, & magnam lęſionem faciat corouæ. Quod dicit perpetuò menti tenendum idem Author. in c.1.§.Item ſi quis, col.3.ver.qd

114 ſi princeps, quib. mod.feud.amit.ubi inquit, † quòd & ſi Princeps conceſserit ex contractu oneroſo pro maiori parte baronibus regni merum,& mixtum imperium,ex quo dicta conceſsio tendit in maximam lęſionem iuriſdictionis regiæ,vt experientia docet, tales conceſſiones de iuſtitia re-

115 uocare poteſt,quia vt dicit Bald.in dicto c.intellecto, † iuriſdictiones ſupremæ ſunt ſacra ſanctorum,quæ non ſunt in marſupio Principis. Idem firmat Bald.in conſil.271.col.2.

116 volum.1.& in conſi.138.col.v.volum.3.vbi dicit, † quòd ſi Rex aliquid ordinauit in pręiudicium regni,talis ordinatio ruit cum conceſsione ſi tẽdit in enormem læſionem regni: cum Regi illius cura, non autem dilapidatio cõceſſa ſit, Io. Igne.in l.donationes.C.de dona.inter vir. & vxor.n.13.vbi tradit, quòd licet de rebus regni Princeps poſſit contrahere,& donare.l.Idẽ Iulianus.§.fin.ff.de leg.1. tamen id verũ eſt dummodo contractus non cedat in graue regni diſpendium.d.ca.intellecto. veriſimilitudo enim poteſt cadere in in principẽ vt velit aliquid in perniciem regni facere,alias præſumeretur contra Principis conſuetudinem factum.l.humanum.ff. de legib. Quod & repetit in 3.not.nu.31. & 34. Accedit etiam quod voluit Luc.de Pen.in l.quicunque.in 5. col.in fin.C.de om.ag.deſer.lib.11.vbi inquit,quòd fiſcalia Imperij,& bona domanialia regni non poſſunt alienari, ne diminutis reditibus dictorum bonorum, quæ pro vita Regum,ſuſtentandaqꝫ Republica inuenta ſunt, & ab alijs ſeparata, cogantur reges ad bona ſubditorum, calcata iuſtitia (vt interdum videmus) extendere manus ſuas:& ideo ſi alienantur, ꝙ alienationes ipſæ cenſentur in pręiudicium regni fieri,& ideò reuocantur ex conſtitutione Eccleſiæ non obſtante iuramento.d.c.intellecto& Luc.ſequitur Affic.in cõſtitutione Regni in 3.li. in.1.rub.vbi inquit,quòd per regalia, quæ percipit Rex arctatur occaſio ad percipiẽdum res

117 ſuditorũ,ſubdẽs ex mẽte Bal.in prælud.feud.in 13.col.ꝙ † regnum

regnum eſt ad ſimilitudinem corporis humani, à quo ſi abſcindatur auricula, non eſset corpus perfectum, ſed mon-
118 ſtruoſum; & ideo † non eſſe officium boni ſeruitoris petere à rege ſibi donari ius domaniale regis: & ideò quòd nõ
119 erubeſcit dicere, qđ † qui facit contra coronã, facit geminum facinus, vnum contra coronantẽ, & aliud contra coronatum; Immo contra Senatum vrbis, vt tradit Bald. in l. executorem. col. 13. C. de execu. rei iud. Facit quoque quod ſcribit Affl. in conſti. ſcire volumus. col. fi. verſi. nec credẽdũ eſt, vbi dicit ꝙ nõ eſt credẽdũ legẽ illã, q̃ loquitur de regalib. factã fuiſse ob auaritiã, ſed ratione publicæ vtilitatis vt cõſeruetur iura regalia, ad quæ cõſeruãda etiã ſubditi debẽt vigilare; quia ſic faciendo conſeruant reges eorum iura: quia Rex non cogitabit ponere manus ad iniquitates propter ne-
120 ceſſitatem. Nam † Rex cauere debet ab omni re illicita pluſ quam alij, vt dixit Bald. in l. pen. ff. de hæredib. inſtitu. Soci. Iun. in conſi. 80. n. 45. vol. 3. vbi concludit, quòd regalia nõ poſſunt in alium transferri, quando ex tali conceſſione regnum pateretur magnam læſionem, ſecus ſi paruã, Affl. in cõſti. dignum, vbi inquit, ꝙ ideo Reges in regnis ſuis habẽt bona de domanio, vt de illis poſſint viuere vt Reges, & non vt grauent ſubditos, imponẽtes eis ſarcinas, & onera, ac nouas gabellas: & ideo quod ſi Principes ea concedunt, videntur illa cum alterius iniuria concedere, vnde cum dictæ cõceſſiones, & inueſtituræ comprehen dant regalia, & alia de quibus ſuprà, & multa alia reſeruata Principibus, negari nõ poteſt, quòd ſi in caſibus de quibus ſuprà Princeps non poteſt donare ſeruitium taxatum in regiſtris cum clauſula ex certa ſcientia, nec ſimiliter merũ, & mixtum imperium; quia tendunt ſimilia donata in magnam læſionem ſtatus, quòd multominus huiuſmodi conceſſiones factæ de tot & tantis ſuprà enarratis debeant valere tanquàm lædentes multùm dignitatem Marchionatus Montisferrati, & tendentes in ꝓiudicium aliorum ſubditorum, cum tanto plus ipſi ſubditi grauentur, cùm oporteat imponere collectas pro ſubueniẽdo neceſsitatibus dominij, quod nihil aliud eſt, quã vni auferre, & alteri dare. contra l. aſſiduis. C. qui pot. in pigno. hab. Ita Neuiza. in dicto cõſi. 12. in ſecunda ratione principali, col. 2. & ſic quòd illæ per ſucceſſores non ſunt obſeruandæ; quia, vt dicit Affl. in conſt. officiorum. in ſecundo
121 not. per gloſs. in cap. literis. in fin. de reſcript. † ſucceſsor in principatu factum prædeceſſoris ratum habere non debet, niſi quando eſt iuſtum.

122 Nec habet obſtare, ſi dicatur, quòd † & ſi aliquæ conceſſiones ſint exceſſiuæ, illæ reuocandæ ſint, non autem primæ cum fuerint factæ diuiſim, vt per Imol. in capitolo 2. de donat. Quia reſpondetur, quòd contrarium tenet Luc. de Pen. in d. l. quicumque. col. 5. vbi inquit, quòd, & ſi alienationes rerũ fiſcalium ſint factæ non ſimul, ſed ſeparatim, omnes tamen reuocãtur; quia timendum eſt, ne quid decreſcat. l. fin. §. fina. C. de agri. & cenſ. lib. 11. & ne Reſpublica ad nihilum redigatur. 12. quæſt. 2. c. monemus, c. fi. de iud. Sicut in ſimili
123 videmus † quod plures donationes ſimul iunctæ inoffícioſæ reuocãtur, quæ ſingulæ inofficioſæ non ſunt, vt not. in l. 1. C. de inoffi. dona. Sicut enim fruſtatim lupus comedit agnum, ita paulatim periret Principatus, c. ex transmiſſa, de præſcript. & Luc. ſequitur Neuiza. in allegato cõſi. 12. in ſecunda ratione principali col. 2. quia ſecundum eum paſſim dando princeps modò vnam villam, modò aliam, Principatus, & totum Dominium remaneret annihilatum, vt viſum fuit in regno Auſtriæ, quod ita paulatim mutilatum perdidit nomen regni. Idem voluit Affl. in rub. quæ ſint regal. nu.
124 64. vbi poſt Andr. de Iſer. & Luc. vbi ſuprà concludit, † iura regalia per multas alienationes ſeparatim factas quamuis modicas, reuocandas: quia tendunt in diminutionem
125 regni. † Sunt enim interdictæ huiuſmodi alienationes d. c. monemus, ne reſpublica propter multas licèt modicas alienationes ad nihilum redigatur. ſubdens quòd ſi fiant non ſolùm poſſunt, ſed debent reuocari per d. c. intellecto, quia
126 † regalia ſunt ſicut corpus, à quo ſublato vno membro remanet mõſtruoſum, vt per Alber. de Roſa. l. bene à Zenone C. de quadr. præſcrip. Bald. in prælud. feud. in 3. char. dicentem, domanialia eſſe ſicut corpus, vt ſi incidatur auricula corpus remanet mõſtruoſum. iſtud quoque tenuit Iſer. cõſt. regni in cõſti. dignum, col. 2. ver. vbi autẽ. Rub. Alex. in rep. l. Titia. §. Imperator. de lega. 2. nu. 99. cum ſequen. Hoc idem ſentiunt Moder. in rub. de dona. inter vir. & vxo. §. 81. col. 3. verſi. ex iſtis. hoc etiã amplectitur Iacob. de S. Georg. in ſua inueſt. in verbo in feudum, vbi poſt Bal. & Iſer. per eum cita-
127 tos dicit quòd † licèt Princeps poſſit alienare ea, quæ ſũt principatus retinendo proprietatem ſeu directum dominiũ transferendo vtile in alium per viam infeudationis, tamen quòd id locũ habet niſi talis infeudatio vergeret in magnũ præiudicium principatus, puta quia paſſim Rex infeudat modò vnam ciuitatem, modò aliam, quia iſtud eſt deſtruere regnum, vt not. in c. grandi, de ſupl. negl. prælato. & Princeps non debet deſtruere Coronam regalem, & ſic ex his clarè cõſtat omnes alienationes prædictas, & ſi ex diuerſis temporibus factas, non ſolum poſſe, ſed debere reuocari.

128 Quartò reſpondetur quòd † & ſi regalium conceſſio fieri poſſit priuatis, tamen id locum ſibi vendicat, & procedit ꝓ vita concedentium, non autem ſi conceſſa reperiatur in perpetuum pro ſe, & hæredibus: quia tunc non valet conceſſio tanquam tendens in diminutionem principatus. Non enim debet Princeps iſto modo regalia alienare. ſicut nec ipſum Principatum alteri commodare cap. 2. de vſu pal. Ita Luc. de Pen. in l. contra publicam, col. 6. verſi. vel dic huiuſmodi. C. de re mil. lib. 12. vbi inquit, hoc fieri non debere: quia tota excellentia, & præeminentia poteſtatis imperialis, & regię deperiret; quod omnino eſt cauendũ, cum ſint à Deo. & Luc. ſequitur Affl. in rub. quæ ſint regal. nu. 71. verſi. item ſecum Andr. vbi dicit quòd, & ſi princeps poſsit concedere regalia priuatis, & poſsit ea facere, & exercere, quæ rex ipſe poteſt: tamen id verum eſt, ſi illi quibus Rex conceſsit, ſint tales perſonæ virtutibus præditæ, & omne conſilium regis in eis quieſcat, ita quòd omnia quæ inſunt ipſi regi, qui ſecum habet aſtantes, & doctos viros, & Philoſophię præditos. l. humanum. C. de ll. quorum conſilio leges condit, & omnia faciat, habeant ipſi, quæ inſunt ipſi regi, & dummodo ipſæ conceſsiones ipſorum regalium fuerint factæ ad tẽpus, vel ad vitam illorum, quibus fuerũt conceſsæ, ſecus ſi in perpetuũ pro ſe, & hæredibus: aliàs ſi perſonis, quæ non eſſent prudẽtiſsimæ, & omni virtute inſignitæ concederet regalia, præſumendum eſt efficaciſsimè Principem erraſse; quia nõ præſumitur quod Princeps in tales minus idoneos hæc inſignia iura transferre voluerit, capit. is qui, de fil. presby. & ideo quòd de facili poſſet ea reuocare. tum quia facta in diminutionem coronæ, tum quia facta perſonis non condecentib.
129 ſubdens † quòd Princeps non debet niſi ex magna, & vrgẽtiſsima cauſa regalia alteri concedere; quia ſcriptum eſt, Ne tradas alteri gloriam tuam, & dignitatem tuam genti alienæ, vt dicitur Baruch. cap. 4. & in Prouerbiis capitulo 5.
130 † Ne des alienis hono rem tuum, minuſq; licere alicui ſubdito regis hæc regalia tanquam illicita affectare. l. comperimus. C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 11. Et ideo ſi quis præſumit petere regalia, & princeps illa concedat, facilè reuocantur
131 c. quod quis, 35. q. 9. quia † regalia miniſtrare, eſt maieſtatem minuere, ſecundum Cicer. lib. 2. Rethor. & cum Afflic. etiam pertranſit Soci. Iun. in conſi 86. col. pen. verſi. tertio videtur. in fi. vol. 3. Idem in effectu ſentit idem Soc. in cõſi. 98.
132 2. nu. 20. Ibi, & fortè etiam, vol. eo. & ideo † bene ad vertere debent Principes, ne talia concedant, vt non incidant in dictum Bald. in c. licet cauſam, col. 3. in fi. verſi. Item nõ poteſt
133 de probat. vbi inquit, † ꝙ Princeps non poteſt viſcera imperij euiſcerare, quia eſſet homicida ſuæ dignitatis. l. ſi fundũ. §. cum in ter. ff. de vſucap. pro emp. Vnde ex his videtur dicẽdum quod ex quo dicta regalia fuerunt conceſsa non temporaliter, & ſic ad vitam, ſed in perpetuum, & perſonis in q̃bus ceſsant qualitates & conditiones de quibus ſuprà, & etiam quia non conſtat quod ex magna, & vrgentiſsima cauſa fuerint conceſſa, prout requiritur etiam ſecundum Igne. in l. neceſſario. §. non alias, in 3. par. nu. 34. c. fi. ff. ad Syllan. ꝙ conceſsiones ipſæ reuocandæ veniant, & non obſeruãdę.

134 Quinto reſpondetur quòd † & ſi prædictis vaſallis fuerint

fuerint conceſſa regalia ipſa per Principes Montiſferrati, tamen non videntur à ſe abdicaſſe iuriſdictionem ſupremã quin poſſint illa exercere; quia ea videntur conceſſa non
135 priuatiuè ſed accumulatiuè, & ratio eſt, quia † Principes non poſſunt dare alteri iuriſdictionẽ ſeu poteſtatẽ, quin eis remaneat maior iuriſdictio & poteſtas quã fuerit translata, vt eſt tex. clarus in c. dudũ. §. nos igitur, de præben. in 6. vbi ſic inquit Papa, Et ſi Cardinalibus noſtris, vel alteri poteſtatem dederimus cõferendi beneficia, apud nos tamen eadem immo maior poteſtas remanſit., quem tex. dicit pulchrum Affl. in c. 1. §. ad hæc. nu. 15. de pac. iur. fir. Et ideo per illum tex. inquit Affl. in c. 1. §. poteſtas. nu. 15. quæ ſint rega-
136 lia, quòd licèt † Princeps concedat alicui ad vitam iuriſdictionem, non propterea videtur a ſe abdicare poteſtatem ut illam nõn poſſit ei auferre, & alteri concedere. Facit etiã quod alibi dixit idẽ Affl. in c. 1. §. Item ſi quis, quib. mo. feu. amit. vbi in 3. no. inquit, quòd ſi dominus dedit caſtrũ alicui cum iuriſdictione, quod habeat vaſallus, non tamen videtur à ſe abdicaſse ſuã iuriſdictionem, immo in eum remanet illa eadem, quam à principio ante conceſſionẽ habebat, per tex. in d. c. dudũ. §. nos igitur, quẽ dicit didiciſſe ab uno magno viro in ſacro concilio, & menti tenendum; quia quo tidie euenit de facto. & ideo infert quòd licet Rex Ferdinãdus conceſſerit quaſi omnibus baronibus regni priuilegiũ de primis cauſis, vt pro ipſis non poſsint conueniri eorum vaſalli in magna curia Vicariæ, nec in ſacro concilio, ac coram aliquo delegato regiæ maieſtatis, tñ hoc non obſtante, ſi princeps ex certa ſcientia committat cauſam alicui cõtra ipſos vaſallos, quòd non poterint ſe tueri dicto priuilegio, Nec per hoc dicitur fieri priuilegio Baronum præiudicium, quia intelligitur poteſtas regis reſeruata, cum non poſſit dare tãtam iuriſdictionem quin ſibi maior remaneat, quia priuilegio quis non vtitur contra eum à quo illud obtinuit, nec etiam propter eum propter quem obtentũ fuit, vt per Luc. de pen. in l. 2. C. de priuil. dom. Aug. lib. 11. quæ omnia notanda dicit, quia vtilia. Accedit etiam quod dixit
137 Grammat. in voto 6. col. pen. in fi. vbi tradit, ꝙ † & ſi Princeps cõceſſerit vniuerſitati Capuæ ſiue eius curiæ cognitionem criminis læſæ maieſtatis, & falſæ monetæ in ſpecie, & particulari et exprimendo, tamen non videtur ex hac conceſſione ſeu priuilegio ſe ſpoliaſſe, quin etiam ipſe ſi voluerit cognoſcere, non poſsit, per tex. in d. c. dudũ. quẽ dicit peregrinũ, pro qua opinione ſubdit bene facere, quia Princeps etiam concedendo iuriſdictionem ſeu cauſam committendo alicui ſpecialiter, nõ videtur auocaſſe ab alio ordinario ſuperiore, & multo fortius à ſe cognitionem, ſed accumulaſſe: vt eſt caſus not. in c. per hoc de hæret. in 6. & l. 1. C. de offic. pręfect. vrb. vbi loquitur directè in officio præfecti vrbis, cui non videtur derogatum ſi officium certi generis cauſarum alij committatur. Hoc etiam voluit Bald. in conſil. 326. in fi. vol. 1. Grammat. in deciſ. 30. vbi etiam per d. c. dudum. §. nos autem. concludit, quod Princeps concedendo iuriſdictionẽ Comiti Sarni, videt̃ ab eo abſtuliſſe iuriſdictionem, ſed quod vtrique competit. idem Grãma. in voto 28. vbi diffuſsè tractat hanc materiam, concludens non obſtantibus priuilegijs conceſsis per regem Ferdinandum primum Illuſtriſ. Principi Salerni, quod non poſſit comminari nec per viam retardatę iuſtitię, aut denegatę, cauſas ab eius officialibus auocari, quod potui Prorex committere cauſæ cognitionẽ retardatæ ſeu denegatæ iuſtitiæ magnæ Curiæ Vicariæ: quia per huiuſmodi priuilegij tenorem non videtur Princeps ſe excluſiſse, ſeu à ſe iuriſdictionẽ abdicaſſe ſupremam quin, & ipſe cognoſcere poſſet, ꝑ text. ſing. & pere grinum in dicto c. dudum. Nec obſtat ſecundum eum ſi dicatur priuilegium illud iam tranſiuiſſe in vim contractus, & principem illum non poſse reuocare ſine cauſa, per tex. in l. fundum. C. de fund. patr. lib. 11. quia reſpondet ipſe, ꝙ ſatis dicitur poſse reuocari cum cauſa, dum apparet à ſe abdicaſſe ius ſuperioritatis ꝑ tales clauſulas, quo caſu nõ poteſt ſe expropriare omni iuriſdictione, & ſuperiorate. Facit etiam quod voluit Cacialup. in l. imperium. nu. 35. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & in l. cunctos populos. nu. 12. C. de ſa
138 croſanct. eccleſ. vbi poſt Bal. ibi per eum citatum inquit, † Quod Imperator communicans alteri merum, & mixtum imperium etiam maximum, nõ tamen per hoc abdicat à ſe ſuperioritatem, quam habet ratione imperij, quem ſuperioritatem, maioritatem, & honorem non poteſt in aliũ trãsferre, cùm nullus inferior ſit capax, nec poſſit euelli de corpore imperij. Corroboratur hæc opinio ex dictis per
139 Bal. in conſil. ſuo 333. col. fi. vol. 1. vbi dicit, † ꝙ ſi Imperator concedit alicui homines ſuos, non tamen videtur eos alienare, quia adhuc retinet maioritatem, argu l. talem. §. fi. de hæred. inſtit. & in terminis noſtris non eundo per meu dicata ſuffragia, ꝙ princeps ea accumulatiuè, & non priuatiuè dicũt conceſsiſſe, dixit Rip. in reſpõ. ſuo 4. in 2. par. vbi
140 inquit, quòd † licet feudatarius habeat ex Principis conceſſione regalia, nõ tamen ea proprio iure ſic poſſidet, quòd dominus ſuperior non poſſit dare licentiã imponendi noua dacia ſubditis, allegat d. c. dudum. Hoc etiam ſequitur in
141 reſponſ. 7. col. 4. vbi inquit, quòd † Imperator concedendo ciuitatem Valentinam cum regalibus eccleſiæ, non abdicauit à ſe ius ſuperioritatis, & ſupernæ poteſtatis, quin poſſit eximere quos voluerit ab omnibus oneribus, etiam in præiudicium feudatariorum. Hanc quoque ſententiam ſentire videtur Homod. in conſ. 108. col pen. verſ. Item rõne ſecun-
142 di, vbi dicit, † quod ſi Duci Sabaudæ fuerint conceſſa regalia per ſeren. Imperatorem in genere, & priuilegium vno caſu in ſpecie alteri, valet illa conceſsio, & per ſpeciem derogatur generi. l. alimenta. §. baſilicæ. ff. de alimen. & ciba. lega. & ſic ex his concluſio firma remanere videtur, quòd etiam Princeps ratione ſuæ ſupremæ auctoritatis, poteſt exercere regalia non obſtante quòd alteri illa conceſſerit. Quod eo magis dicendum venit in terminis de quibus agi-
143 tur, † vbi in inueſtituris, & conceſſionibus Princeps ſibi reſeruauit ius ſuperioritatis, alti dominij, & quodcũque aliud ius. Quæ verba ſunt declaratoria, & modificatiua cuiuſcunque diſpoſitionis, vt per Alberic. in dictionario ſuo, in verb. ſaluo, quæ non ſine magno myſterio appoſita cẽſentur. arg. l. ſi quando. de leg. 1. & per Bal. in rub. C. de contrahen. emptio. in 9. q. & ideò non ſine ratione dixit Alber. de Roſa in
144 l. final. C. de iuriſdictione omnium iudicum, quòd † ſi Rex mihi concedit caſtrum cum omni iure quod ibi habet, nunquam vr̃ conceſsiſſe ius regium, quod ibi habet, non ſicut cut dominus ſed tanquam Rex, quia ſub illis verbis generalibus, Cum omni iure, non vr̃ ius regium conceſsiſſe, quia veriſimiliter illud in ſpecie non fuiſſet conceſſurus. l. obligatione generali. ff. de pignor. cap. in generali. ſi de feud. fuer. cõtro. inter dom. & agna. & Alber. ſequũtur Iacob. de S. Geor. in inueſt. ſua, in verb. de caſtro rub. col. 1. & in verb. dictique vaſalli promiſerunt. col. 2. ver. & ex præmiſsis. Calca. in cõſi. 102. col. 1. Soc. iun. in cõſ. 98. nu. 31. vol. 3. & Mar. de Laud. in tract. de Princ. in not. 115. & ſi declaratio iſta accumulationis ſumatur à dictis vaſallis, vtilius eis erit.
145 Sexto reſponderi poteſt, quod † dictę conceſsiones regalium debent intelligi de regalibus, quæ ſolita erant exerceri tempore conceſsionum feudalium, non autem ꝙ ſubditi vltra poſsint per vaſallos grauari, ſed per ſuos ſuperiores
146 tantum. Nam † debita ſeruitia debent eſſe contenta finib. ſuis. l. cum ſatis. §. caueant. de agricolis & cen. libro vndecimo cũ igitur nõ appareat, quæ regalia exercentur principes tempore conceſsionum, de quibus ſuprà, maximè quod onus iſtud perangariæ fuerit exactum ab omnibus nunc dictorum vaſallorum, certè ſequitur quod vaſallis non competat hoc ius regium, ſed principibus, vt in ſpecie dixit Thom. Grãmat. in voto. 12. nu. 3. Accedit quoque
147 quod ſcribit Cuma. in conſil. 161. in fine, vbi tradit † quod licèt in regalibus conceſſis Vicario pérpetuo, comprehendantur etiam reditus ſalinarium, tamen in dicta conceſsione non veniunt noua vectigalia, & noui reditus ſalinarum, cum talia regalia ſoli principi videatur reſeruata. per tit. de vectigalib. iuncta l. inter publica. ff. de verb. ſign. & iſta in-
148 terpretatio iuris conſona eſſe videtur, cùm † iſta regalia tanquam iura ſpecialia, & à iure exorbitantia ſint reſtringẽda, vt per Luc. de Pen. in l. 2. C. de iur. reipub lib. 11. indi-

gnum

prouidēdum officio iudicis,vt à tali onere releuetur:quod dictum recipitur etiam à Dec. in d.cōſi.335.colum.2.Corroboratur hæc ſententia ex dictis per Affl.in conſtitut.ea quæ ad decus,colum.4.in fin.uerſi.ſecundò puto,ubi dicit,
168 †quod quando contractus conceſſionis meri & mixti imperij celebratus inter regem,& Baronem tenderet in maximam læſionem regis, puta, quia ex hoc turbaretur tranquillitas regni;argu.cap.ſuggeſtum,de decim.ex cauſa nouiter ſuperueniente poteſt fieri reuocatio , vt dixit Bald.in le.fi.ff.de ſenato.& Moder. in c.nouit. de iud.pro quo dicit allegare text.in l.ex facto.ff.de vulg.& pup. ibi,etenim iniquum incipit fieri beneficium principis, quia ſemper contractus intelligitur celebratus cū hac clauſula rebus ſic ſe habentibus,prout erant tēpore contractus,vt dicit Alex.in conſ.109.in 4.col.vol.3.Accedit,etiam ꝙ vult idem Affl.in
169 conſtitutionibus regni in not.24.vbi † dicit, quòd iura regalia,quæ ſunt deputata pro ſtatu publicoRegis,ſi ſunt alienata per regem particularibus perſonis ſucceſſor in regno non tenetur illas alienationes ratas habere, maximè ſi ex poſt facto læderent,& ſubdit ꝙ quidam magnus aduocatus fiſci tempore Gallorū dicebat,ꝙ ex quo tempore Alphonſi Regis fuit conceſſum merum, & mixtum imperiū baronib. priuatiuè ad magnam curiam Vicariæ, quod eſt ius regale ipſius regis,per cuius conceſſionē barones ſunt ſicut reges in terris eorū, maximè illi, qui habent ſecundas cauſas, & Rex ibi non habet iuriſdictionem niſi in habitu, & faciunt quidquid volunt:quia ex poſt facto incipit lædere coronā, regnum,& ſtatum publicum, quòd ſucceſſor in regno poſſet cōceſſionem illam reuocare.& Affl.ſequitur Grammat. in voto.38.num.25.circa fin. Hāc etiam partem amplectitur Pet.de Vbal.in tract.de collec.in q.12.& in terminis im
170 munitatis eſt tex.in d.cap.ſuggeſtum, vbi † priuilegium immunitatis alicui conceſſum à ſolutione decimarum non eſt eo caſu obſeruandum quo poſt priuilegium ille poſtea acquireret tot prædia pro quibus ſi decimas non ſolueret, infertur enorme damnum eccleſiæ.Ad idem facit, quod
171 dixit Fel.in ca.accedentes, de præſcrip.vbi tradit † quod priuilegiū exemptionis à procurationibus conceſſum clericis alicuiusloci,non eſt ſeruandum, caſu quò adeò multiplicati ſunt clerici illlus lociꝙomnē ferè procurationē abſorbeāt.Accedit quoque ꝙ dixit Bald. in conſilio 240.vol.
172 4.ubi inquit. † quod pacta non ſunt ſeruanda, quando inſurgit neceſſitas,quod periculum uerteretur publicū propter obſeruantia pacti. Facit quoque quod dixit Abbas
173 in conſilio 34.numer.15.cum ſeq.ubi inquit, quod † quamuis contractus ab initio non contineat læſionem,ſi tamen ex poſt facto propter mutationem temporum contineat læſionem enormem, poteſt reſcindi, & debet regulari ſecundum qualitatem ipſorum temporum,ſi contractus eſt ſucceſſiuus reſpiciens etiam futura tempora : & hoc non ſine
174 ratione dicendum eſt ; quia † exemptiones tendentes ad noxam admittendę non ſunt,ut inquit Cardi.in clement. præſenti.in fin.de cenſib.quem ſequitur Rip.in reſponſo.7. in 8.dubio in 2.par.& ideo iure merito dixit Bal. in conſi.
175 406. colum. 2. uolum. 5. quòd † quoties facultates aliorum non ſuppetunt,uel cum magno ſcandalo, ad collectas grauari poſſunt etiam exempti ad contribuendum cum cæteris, non obſtāte eorum immunitate: quod & uoluit Socinus in lege ſi ex toto,in 3.concluſione.ff.de legatis 1.quem ſequitur Curti.Iun.in conſilio 61.numero 14. Vnde ex his concluditur, quod licèt hæ immunitates à principio iuſtè conceſſæ dici poſſent,tamen ex quo ex poſt facto, & ſic ex cauſa ſuperuenienti incipiunt grauiter lædere alios, qui ex rationibus ſuprà allegatis reducti ſunt ad talem calamitatem, vt dixi, quod vix eis ſupereſt ſpiritus precarius, quod per Principes poteſt ab eis recedi, diſtribuendo onus prædictum ſuper oēs homines huius dominij tā mediatos quàm immediatos , cum iſtæ immunitates ſint numero pluſquam infinitæ. Nam occaſione immunitatum non ſunt alij grauandi, prout fieret, ſi munus hoc publicum diuidendum inter plures, diuideretur inter pauciores: argumen. capitulo fin. de conceſſio. præben. lib.
176 6.Ancharan.in conſilio 260. colum. prima.Onus † enim diuiſum inter plures facilius ſupportatur, cum plures expediat habere debitores. l.3.ff.de libero leg.Et ideo dixit. Bald.in conſilio. 420.colum. 73.in fi. volum. 5.cauendum
177 eſſe, † ne onus,ꝙ debet eſſe multorū,pauci portent,alijs ſubleuatis,ut not.in l.Actores.C.de exac.tribut.lib.10.
178 Secundò reſpondetur, quod † præfati Principes non tenentur habere ratas dictas immunitates tanquam conceſſas dictis uaſallis nomine proprio, vt legitur in eis, & non ſub nomine dignitatis,per ea quæ not.Philip.in c.1.de pro
179 bat.poſt Abb.ibi per eum citatum,ubi inquit,†ꝙlicèt obligatio Principis liget ſucceſſorem,tamen illud uerum eſt, quando contractus fuiſſet celebratus ſub nomine digitatis, per text.in capitulo quoniam Abbas, de officio delegati, & ſic quando titulus obligationis inciperet à nomine appellatiuo uidelicet Marchio Ioannes, ſecus, ſi à nomine proprio,videlicet Ioannes Marchio,& pro iſta parte adducitur dictum Bald.in conſi.417.vol.1.qui dicit, quod illud verbum,domino noſtro, poſitum cum uerbo rege, uidetur denotare ꝙ actus non ſit geſtus ſub nomine dignitatis:& ra
180 tio eſt;quia † ex ordine literæ intentio diſponentis arguitur.c.mandato in fi.de præben.in 6.l.quoties.ff.de vſufruc. idem voluit alibi Bal.in conſi.158.col.2.uol.3.

Nec habet obſtare pactum factum cum dominis de Carreto de non imponendo aliquam taleam, aliquam exactionem,uel aliqua onera ruſticalia ſine cōſenſu eorum ; quia reſpondetur,quòd eo non obſtante Principes potuerūt homines ſuos grauare, attenta recuſatione per ipſos vaſallos facta ſine iuſta cauſa,mediante miniſterio,& officio iudicis, per ea, quæ not.Bar. & alij in l.ſi cum dotem. §.eo autem tempore.ff.ſolut.mat.vbi inquit,quòd ſtante ſtatuto, quod
181 † mulier non poſſit contrahere, uel teſtari ſine conſenſu conſanguineorum , ſi conſanguinei requiſiti nolunt conſentire, officium iudicis eſt examinare cauſam contradictionis,& ſi erit iuſta,bene quidem,ſin autem iniuſta, debet permittere mulieri contrahere uel teſtari,& cum Bart. omnes concordant,ut ibi atteſtatur Alexand. Idem uoluit
182 Pau.de Caſt.in l.1.C.vnde uir & vxor. vbi inquit, quòd recuſantes ſine cauſa faciunt ſe alienos per l.ſi legatario.ff.de fideicom.liber.Hoc etiam tenet Abb.in cap.nullus.de iur. patro.vbi dicit ſe ita conſuluiſſe,& hoc eſt uerum, ut infrà patebit.Idem tradit Bald. in l.ſi quis. §.ſi quis.ff.de excuſat.tuto.vbi dicit hoc menti tenendum. Idem Bald.in l.1.& in l.uiduæ.C.de nupt.& in c.1.de conſu.recti feud. ubi etiā Afflic.nume.25.Corne.in conſi.167.litera.e.uolum.2.Ang. in§.conſequens.in fi.Inſti.de ſupect.tutor.Et pro hac parte etiam facit,quod uoluit Bald. in l.fin. in §. neceſſitate, colum.1.uerſiculo ſecundò quæro.C.de bon. quæ lib. vbi di-
183 cit † quòd ſi pater, qui debet conſentire filio agenti, uel conuento,non vult conſentire, ualet iudicium, quod dicit facere ad ſtatutum de quo ſuprà.Idem dicit Salinus in l.du dum,in fin.de contrahen.emp.quem ſequitur Alex.in d.§.ſi
181 eo autem tempore, ubi tradit † quod ſtante ſtatuto quod in contractu minoris requiratur conſenſus proximorum,& iudicis,ſi proximi nolunt conſentire, ſolus conſenſus iudicis non ſufficeret ob defectum proximorum recuſantium , ſed cautelam eſſe, quod adhibeatur unus iudex ad interponendum ſuum decretum ſeu conſenſum,& alius iudex,qui ſuppleat defectum propinquorum recuſantium ſine iuſta cauſa conſentire,quod dictum refert ibi Alexan. not.& menti tenendum.Accedit etiam, quod voluit Abb. in conſi.65.in 2.volum.ubi dicit,quod ſi diſpoſitio teſtatoris erat quod duæ ex filiabus ſuis maritarentur in agnatione ſua,& aliæ pro ut fideicomiſſarijs per eum conſtitutis uidebitur,& placuerit: & contingat, ꝙ omnes filiæ moriantur una excepta, quod duo ex dictis fideicommiſſarijs, qui numero ſunt quinque,poterunt illam maritare in vno ex agnatione dicti teſtatoris,qui ſit idoneus,& non in gradu prohibito, alijs nolentib.conſentire, uel aliàs adire iudicem,qui cōpellat dictos recuſantes ad nō conſentiendū, uel ꝙ eis reſiſtentib.pronunciet iſtos duos poſſe ſine illis. Vltimò facit,quod tradit Affl.in c.feudum. nu.43.ſi de feu.

fue.

185 fue.contro.inter dom.& agn.vbi inquit † quod ſi domi-
nus concedit feudum pro ſe,& hæredibus quibuſcunque cũ
clauſula ꝙ poſſit diſponere in vita,& in morte, interueniẽ
te regio aſsenſu,ꝙ Princeps ſi non habet iuſtam cauſam cũ
tradicendi debet illum præſtare, allegat not. per Barto. in
d.§.eo.autem tempore,& multa alia iura, ſubdens quod li-
cèt dicta iura loquantur in inferiore,qui habet conſentire,
& ſine rationabili cauſa denegat conſentire,ut tunc ad ſupe
riorem poſſit reclamari,tamen idem dicendum eſt de hone
ſtate in Principe,qui non habet niſi Deum in ſuperiorem,&
186 naturalem rationem, quæ † ratio, & prudentia regulat
actus humanos ſecundum beatum Thomam in 3. par. ſum.
diſt.35.arg.1.Nam ad hoc Princeps non eſt ſolutus ſecun-
dum Bal.in l.2.C.de ſeru.& aqua.

Ad quintum breuiter reſpondetur, quod ex lectura con
ceſſionum,quas ego uidi, non conſtat de ſubmiſſione ,ali-
qua,ſed de infeudationibns tantum factis ipſis dominis-
vaſallis in ſolita forma,& ideo vlterius non conteram tem
pus in hæc exceptione.

Non obſtant ſextum argumentum; quia tribus modis
187 reſpondetur,& primò,quòd † doctori nihil alleganti non
eſt credendum,ut per Cur.Sen.in conſil.79.col.2. ſicut nec
gl.quæ eſt maioris auctoritatis,ut per Bald.in l.Reſpub.C.
ex quib.cau.maio. & de vtroq; per Marſ.in conſ. 136.num.
4.cum duobus ſequentibus.

Secundò quòd ſi conſuetudini adhærendum eſt ut vel
188 le videtur ipſe Bru.quod in patria conſuetudo eſt,† quod
Principes immediatè præcipiunt ſubditis uaſallorum,vt ex
perientia docuit in onerib. impoſitis,à multis annis retro,
in quibus ſemper præceperunt iure directo, & abſque ali-
qua requiſitione vaſallorum hominibus prædictis.

Tertio reſpondetur, quod in dicto Bru.vis fieri non po-
189 teſt in terminis noſiris;quia dicitur † quod ſicut Princeps
ratione iuriſdictionis generalis,quam habet in ſuo ſtatu de
directo,& immediatè ac abſque vaſallorum ſuorum requi-
ſitione poteſt cogere homines ipſorum vaſallorum ad ſi-
bi iurandum fidelitatem vt per Bald. & Iacob. de S.Georg.
vbi ſuprà,& ſimiliter eis præcipere,vt adiuuent eum in bel
lo,quamu is vaſalli ipſi haberent guerram cum alijs, ut per
Specu.& alios,de quibus antea,ita pari ratione quod Prin-
cipes moderni potuerunt excauſis ſupra expoſitis, & con-
cernentibus publicam utilitatem immediatè præcipere di-
ctis hominibus,vt eos adiuuent in hac publica vtilitate,ra-
tione ſuperioritatis,& præeminentiæ Marchionatus.

Vltimò non obſtat, quòd vt poſſit imponi collecta à Prin
cipibus,duo neceſſaria requiruntur uidelicet iuſta,& legiti
ma cauſa,& quòd ipſi non habeant de ſuo, quia reſponde-
tur,quod in caſu de quo agitur præmiſſa interueniunt & ad
ſunt,quia de iuſta cauſa, vt ſuprà dictum fnit, apparet,quia
pro defenſione patriæ hoc onus impoſitum fuit:nec non,&
quod Principes non habeant de ſuo liquidiſſimè etiam
demonſtratum fuit, ex rationibus,& cauſis iam antea alle
gatis.

Nec habet obſtare quòd de iuſta cauſa non conſtant niſi
ex dictis ipſorum Principum, quibus ſtandum non eſt per
iura,& auctoritates ſupra citatas.Quia reſpondetur,primò
190 qnòd † immo ipſi atteſtantibus hoc onus perangariæ reſ-
picere publicam vtilitatem,credendum eſt,prout in termi
nis conſuluit Alexand.in conſi.101.colu.2.uolum.1.nerſic.
191 ſed dictæ reuocationes.uolum.1.vbi † inquit,Principi at-
teſtanti priuilegium immunitatis,quod tranſiuit in contra-
ctum, reuocatum ob publicam vtilitatem,id eſt, ob nceceſſi
tatem communis Rodigij,& aliarum cõmunitatum credẽ-
dum eſſe.idem voluit ipſe Alexand.in conſil.216. colum.4.
volum.2.quem ſequitur Affli.in c.1.num.71.qui ſucceſſo.te-
192 nean.vbi † licèt dicto Principi non ſit ſtandum,tamen hoc
fallit quando in ſuſpenſione immunitatum princeps expri-
mit illam ſuſpenſionem facere, ex cauſa; quia reditus, &
prouentus propter dictas immunitates ſunt adeò diminuti,
vt nequeant incumbentia reipublicæ ſupportare, & maxi-
mè ſi in dicta ſuſpenſione facta, eſt inſerta dicta cauſa cum
clauſula ex certa ſcientia. Idem voluit Fulgo. in conſilio
143. colum. 2.& Bald.in conſilio 328. colum. 4.in 1.verſi.
porrò in Principe.uolum.1.vbi formaliter inquit,Porrò in
in principe ſi loquimur in arbitrarijs non reqniritur cau-
ſa,ſi verò loquimur in rebus deciſis,& determinatis, natu-
rali lege,uel morib.gentium, aut exprimit cauſam ſpecifi-
cam,& ſtatur verbis ſuis proprio motu prolatis,adeò quòd
ſecundum conſuetudinem generalem,ut ait Cy.non poteſt
probari contrarium, vt ipſe notat in l.reſcripta.in fin. C.de
preci.Imper.offer.ſi autem loquimur per verba generalia,
& incerta,præſumptio eſt,ſed contrarium probari poteſt,
niſi loquatur de facto proprio, vel de proprio animo,quia
nulli creditur contradicenti,clem.1.de proba.

193 Secundò reſpondetur, quod † de conſuetudine regum
mundi regibus creditur, vt perBald. in conſilio 277.in 3.
volum.& in conſi.420.col.2.volum.eo.quem ſequitur Affl.
in dicto capitulo 1. num. 78.qui ſucceſſo. teneant. & dicit
Alcia.in tracta. de præſump. 3. regula. Præſump.8. quod
194 † hodie ſiue de iure,ſiue de facto Principi eſt creden-
dum.

Tertiò reſpondetur ut ſuprà dixi in fundamento huius
conſultationis,quod ſaltem creditur,quando aliquid dicũt
cum ſuo conſilio,ut per Iſer. Afflic. & alios ſuprà citatos.

Nec obſtat ſimiliter quod ſumus in tempore pacis, quę
arguit nullam ſubeſſe cauſam legitimam, per quam deueni
ri potuerit ad huiuſmodi perangariã, Quia reſpondetur,
195 ,quod † ſicut inſtructio,ędificatio murorum, conſtructio
caſtri,& fortitudinis,quę fiunt pro tuitione perſonarum &
rerum ſunt iuſtę cauſę imponendi collectam, ut per Alex.
in conſil.68.colum.2.uol.2.Pariſ.in conſi. 25.numero 78.
196 .uolum.1.cui † quidem ędificationi mœnium publico-
rum uacandum eſt omni tempore ſiue bellis uergentibus,
ut in l.2.C.de quibus mund. nem.lic.ſe excuſa.lib.10. cum
197 † melius ſit ſecundum Luc.de Pen.ibi colum.1.in ocio pa
cis,cum libera,& habilia membra ſint incolis attendere ad
talia,& doctorum mœnium uacationĩ uacare quàm bellis
inſtantibus,tempore quo uix fieri poſſunt,uelle ea ſtatue-
198 re †.Munitiones quippe ſemp in ocio ſunt tractandæ.Nã
tunc malè quæruntur quando neceſſario inducuntur,ut ait
Caſſiodo. uari.epiſt. epiſtola. 48. & Greg. in regiſt. libro
ſexto, capit. quarto,ubi ſic inquit, Neceſſe eſt fraternitas
tua dum licet,ciuitatem ſuam, uel alia loca fortius muniri
prouideat,atque immineat, ut abundanter in eis condita
procuretur quantitas,cùm hoſtis illuc Deo ſibi irato acceſ
ſerit,non inueniat,quod lædat,ſed confuſus abſcedat. Si er
go pro tuitione perſonarum, & rerum tempore pacis mœ
nia ipſa conſtruenda ſint propter rationem allegatã,ita pa-
riter dicendum uidetur, quod ea ratione etiam tempore
pacis iuſta ſit cauſa purgandi foſſas publicas huius ciuita-
tis Caſalenſis,quæ erant repletæ terra quaſi vſque ad cul-
men murorum pro tuitione tam perſonarum ſuarum Ex-
cellentiarum,quam omnium aliorum in ea habitantium,ne
hoſti(ſi aduenerit)uia facilis, & plana pateat muros ipſos
aſcendendi,bona ciuium deuaſtandi, ac ipſos iugo ſuppo-
nendi,prout aliàs actum fuit.Item & ſimiliter deſtruendi
præſidia,& fortilitia Montiſcalui,Burgi Sancti Martini, &
Pontiſturiæ poſtquam modus non datur principibus prædi
ctis illa conſeruandi ut deceret,niſi & nouum onus ſubditis
imponeretur,quod ab omni mẽte eórum alieuun eſt. Quæ
quidem præſidia quanta damna,mala,& incommoda attule
rint retroactis temporib.bellicis omnes tubæ decantant,&
199 nemo eſt,qui hoc ignoret.Nã † vt experientia docuit,quę
eſt omnium rerum magiſtra,c. quam ſit, de elec. in 6.pro-
pter dicta prçſidia,& fortilitia, milites, qui in eis morã tra
xerunt vltra deſtructionem locorum; deprædationem bo-
norum tàm communium quàm particularium perſonarũ,
uerbera,uulnera, & homicidia quotidie in colis inferebũt
angariabãt hoĩes huius patrię,nedũ ad conducendũ frumẽ
tũ,uinũ,bladũ,fœnum,& ligna in dictis præſidijs,ſed ẽt ad
ſoluendũ ſingulis menſibus ordinarias compoſitiones, &
ſępiſſimè extraordinarias.Vlterius etiam uidimus,& ſenti-
mus,quod diſcurrebant per cõſinia locorũ huius dominij,
ubi uiatores, & itinerantes tam ſubditos mediatos quam

immed ia-

immediatos captiuabant, ſpoliabant,in carceribus manci-
pabant,ac demũ adhibitis tormentis,& cruciatibus,ad cõ-
poſitionem pecuniarũ poſtergata omni humana, & natu-
rali ratione,ac diuina cogebant, adeò quòd vix ſpiritus p̃-
carius eis remanſit.Vnde neſcio videre, quis eſt tam ſupi-
nus,tam deniq́ue priuatus iudicio,qui velit negare,deſtru-
ctiones, demolitionesq́ue huiuſmodi non tendere ad pu-
blicum bonum,& onus hoc legitimè nõ fuiſſe impoſitum?
cùm omnia præparentur ad hunc finem, ne in futurum ſi
bella aliqua vrgere contigerit,quæ aliquando ex improui
ſo, & inopinatè naſcuntur, detur iterum aditus militibus,
ſi prædicta remaneant integra intrandi in eis,& commiten
di ſuperiora,& multò maiora. Hæc quidem tractanda ſunt
in ocio pacis,& non tempore inſtantis belli, quo vix tunc
poteſt neceſſitatibus publicis prouideri. Et ideò non ab re
200 diſci ſolet,quòd † melius eſt in tempore occurrere,quàm
poſt vulneratã cauſam remedium quærere.l.fi.C.in quibus
cau.in integr.reſt.Vnde ex his,& alijs omnibus, quæ ſuprà
citata fuerunt,& dicta,concludendum eſſe arbitror,licuiſſe
dictis illuſtriſſimis Dominis Ducibus,& Marchionibus im-
ponere perangariam,de qua ſuprà,ratione generalis iuriſ-
dictionis, quam habent in toto Marchionatu Montisferra-
tis,nedum ſubditis ſuis immediatis,ſed etiam mediatis, nõ
obſtantibus conceſſionibus,inueſtituris, & immunitatibus
ex aduerſo allegatis. Laus Deo, & glorioſæ Virg.Mariæ.

Rolandus à Valle Iuriſconſul.

*SVMMARIVM.*

1 *Habilitatio iuramenti obtenta à Vicario epiſcopali ad effe
ctum agendi ſine citatione partis non ualet, ſed in con-
trarium eſt magis communis,ut nu.6.*
2 *Citatio requiritur in unoquoque actu parti præiudiciali,
fallit ut in num: 11.*
3 *Quod ampliatur procedere etiam in notorijs.*
4 *Iudex ſine cauſæ cognitione aliquid attentare non poteſt in
præiudicium alicuius ex litigatoribus.*
5 *Iuramentum præſtitum parti per iudicem motu proprio re-
mitti non poteſt.*
7 *Interpretatio uera a practica ſumitur.*
8 *Practicæ,& obſeruantiæ adhærere debemus.*
9 *Practica magnã affert utilitatem,cum ſit rerum magiſtra.*
10 *Vſus promptum reddit artificium.*
12 *Habilitatio à iuramento, quæ inuita parte concedi poteſt,
multo magis ea abſente,& non citata.*
13 *Citandus eſt ille, qui comparendo actum impedire poteſt
aliàs ſecus.*
14 *Bonorum poſſeſſiones, quæ ius non tribuunt, conceduntur
ſummariè,de plano,& parte non citata.*
15 *Iudex ſecularis de nullitate abſolutionis à iuramento co-
gnoſcere poteſt.*
16 *Citatio non requiritur in conceſſione priuilegij.*
17 *Citatio creditoris non requiritur in habilitatione à iura-
mento ad effectum agendi, quando debitor iurauit non
uocare in ius creditorem.*

CONSILIVM II.

1 MVltiplici ex capite videtur dicendum, ꝙ † habiliatio
conceſſa per Reuerendum Dominum Vicarium cu-
riæ epiſcopalis Alexandriæ Domino Ludouico Calcagni-
no ad effectum agendi contra Dominum Vincentium Muſsũ
minimè ſubſiſtere poſſit,tanquam conceſſa,& obtenta,par-
2 te non vocata,quoniã triuialis eſt regula,quòd † in vnoquo
que actu parti damnoſo,& præiudiciali pars ipſa citari de-
bet;alias non valet,quòd agitur l.nam ita diuus.ff.de adop.
l.fi.C.de legib.l.de vnoquoq; ff.de re iud.Et adeò hoc verũ
eſt,ꝙ dixit Bal.in l.cum fratrem, & vlt.colu. verſi.dubitari
conſueuit,C.de his quib.vt indig.Docto.in cap.cum ſit Ro-
mana.§.præterea,de appellat.illud etiam procedere in no-
4 torijs, Sed † conceſſio habilitationis facta dicto domino
Ludouico ſine citatione partis,ei affert damnum, & præiu-
dicium,cum eius interſit contractus ſuos vires habere,ſum
ptib.& litibus nõ vexari,& ſolutionem debiti ſub hoc præ-
textu non retardari, quòd poſſet contingere propter mul-
tas moras iudicij,& dubium euentum.l.minoribus.ff.de mi
nor,l.quod debetur.ff.de pecul.Plus.per talem habilitatio-
tionem tribuitur ius abſoluto à iuramento in quantum de
inhabili redditur habilis ad iudiciũ;ergo debuit citari cre-
ditor.l.1.§ ſi cauſa cognita.ff.de bon. poſ. Vlterius dicitur,
4 † ꝙ in præiudicium alicuius ex litigatoribus non poteſt iu-
dex aliquid attentare ſine cauſæ cognitione,quæ tunc adhi-
beri dicitur,cũ parte præſente,vel abſente per cõtumaciã
actus geritur. l.in cauſæ.§.cã cognita.ff.de minor. Vltimò ſi
citaretur pars,fortè poſſet oſtendere euidentem calumniã
petentis huiuſmodi habilitationem, & quòd id facit gratia
dilatandi ſolutionem, quo caſu non deberet audiri.l.ſatis
apertè.C.de falſ.& per Imol.in terminis,in c.debitores, de
iureiuran.Vnde ex his inferri videtur, cùm vertatur inte-
reſse domini Vincentij in repellendo aduerſarium ab agẽ-
do,ꝙ huiuſmodi habilitatio tanquàm facta ex abrupto, &
ſine cognitione cauſæ,ac parte non vocata non valeat:quia
vt dicit tex.in c.1.de cau.poſ.&propr.&in c.inter quorum,
de maior,& obed.contra inauditam partem nihil poſſumus
5 diffinire,& præſertim hoc dicendum venit,† cum iuramen-
tum præſtitum ſit parti,quòd per iudicẽ motu proprio non
poteſt remitti.cap.auctoritatẽ.15.q.9. Ita per dictas ratio-
nes conſuluit Pet.de Ancha.in conſi. 198.col 2. & in conſi.
382.colum.2.Hoc etiam tenuit Feder.de Sen.in conſi. 300.
vbi determinat, vocandum eſse creditorem,& priuſquam
habilitetur debitor diſcutiendum eſſe,an inſtrumentum ſit
vſurarium,vel non,ſaltem ſemiplenè, & ſummariè;quia ab-
ſoluere non debet iudex debitorem,niſi conſtet inſtrumen-
tum vſurarium eſſe, quòd conſtare non poteſt niſi præſen-
tibus partib.vel citatis.d. §.cauſa cognita, & poſtea in di-
ſcuſsione iudicij ordinarij, illud idem plenè probandum
eri,ſecundum quòd cauſa requiret;quia probationes ſuper
illo præambulo fidem non facerent, cum ageretur princi-
paliter,& Feder.ſequitur Abb.in conſi.12.col.fin.volum.2.
vbi refert ita etiam tenere Cardi. in c.debitores.de iureiu-
rand.& ſe putare quòd hæc pars ſit verior;quia non poteſt
negari,quin interſit creditoris, & aduerſarij iuramentum
non remitti. Idem dixit Imol.in d.c.debitores, vbi inquit
opinionem Feder.ſuprà citatam veriorem,& magis iuri cõ
ſonã.& cum Imol.etiam pertranſit Alexan.in cõſi.222.col.
3.vol.2.Hãc quoque ſententiam ſequuti fuerunt Calder.in
conſ.1.in tit.de ferijs.Capella Tholoſ.quæſtio.62.quam ſe-
quitur Guid. Pap.in deciſ.141.& 225.Felin.in ca.1.colum.
9.de iureiurand.vbi aſſerit hanc partem tutiorem,in c.præ
terea.col.2.verſ.ſecundò limita. de ſponſa.in ca.Eccleſia S.
Mariæ,col.9.verſi.13.& vlt.de conſtitu.Bald.in cõſi.55.vol.
3.Soci.in conſi.59.colu.4.vol.3.& in tract. citatio. arg.75.
nu.29.Barb.in conſi.24.col.pen.vol.2.& in conſ.83.col.3.
volum.3.Iaſ.in l.ne quicquam.§.vbi decretum.colum.9.ff.
de offic.proconſ.& lega.in leg.ſi opus.ff.de nou.oper.nun-
cia. Curt.Sen. in conſilio 43. in verſiculo aggrediendo ſe-
cundum paſsum, vbi profitetur hanc communem. Gozad.
conſilio 69.columna 4. Marſi. in le.de vnoquoque.numero
163. ff.de re iudica. Pariſ. in conſilio 43.nume. 14 volu.1.
& in conſ.86.col.10.vol.eo.Dominus meus Rui. in cõſ.66.
col.2.vo.4.vbi dicunt hãc partem probabiliorem. Domi.in
conſi.19.Beltra.in conſ. 41.nu.6. vol.1.vbi inquit hanc eſſe
communem fulcitam melioribus fundamentis, & ab illa in
iudicando,& conſulendo,non recedẽdũ, iuxta l.1.in verſic.
creditor apud veteres ff.de offi.quęſt.in cõſ.54.col.2.vol.eo.
in conſi.104.vol.3.& in conſi.185.eo.vol.vbi dicit ita iudi-
caſſe parlamentum Delphinale, & in conſi.193.volum.eo.
6 Quibus tñ non obſtantibus,contraria † ſententia eſt de
iure verior,magis communis, & in practica recepta, vt in-
frà

frà demonſtrabitur, & ſecundum quam bis conſului,quam
primo loco conſulendo tenuerunt Paul.de Eleaz. & Calde,
quos refert, & ſequitur Antón. de But. in c.debitores.col.
4.de iureiur,vbi dicunt,tunc partem fore citandam in rela
xatione à iuramento,qn̄ ea petitur,vt per iuramentū tolla-
tur,& cancelletur obligatio contracta,quia tunc ſine cauſę
cognitione,& citatione partis non valeret:ſecus ſi abſolu-
tio a iur̃o petatur non ad hoc,vt contractus tollatur,ſed vt
habilitetur perſona ad hoc, vt non obſtante iur̃o poſſit age
re,& detegere dolum contractus ; quia tunc non obeſt ne-
ceſſaria patris vocatio,cum nō agatur de graui præiudicio
creditoris,cui remanet omne ius ſaluum ad debitum defen
dendum,& But. ſequitur Bertach, in tract. de epiſ.in 2.par,
quarti lib,nu.3.in fi.dum remittit ſe ad But.vbi ſuprà.Hanc
quoque ſententiā tenet Oldra.in conſilio 120. vbi expreſſe
tradit in huiuſmodi habilitatione partē non eſſe citandam,
cum non impetretur ad debitum tollendum, ſed ad habili-
tandam perſonam,vt non obſtante ſacramēto poſſit detege
re fraudē cōtractus,quia nō agitur de grādi præiudicio cre
ditoris,cùm ſibi remaneat ius ſuum ſaluū ad debitum defē-
dendum,ſicut ſimile eſt in liberto,qui petit veniam à præto
re vt poſſit patronum in ius vocare,& de filio emancipato,
qui petit decerni bonorum poſſeſſionem cauſa litis agno-
ſcendæ.i.dari ſibi licentiā,ut poſſit proponere querelam in
officioſi teſtamenti contra teſtamētum patris l.1.C.de inof
fic.teſtam.Hanc partē ſimiliter amplexus eſt Capra. in d.c.
debitores,vbi tradit hanc eſſe communē,ſequitur Curt.ſen,
cōſ.65.col.pen.quia magna eſt differentia,an quis abſolua-
tur à iur̃o,ſeu relaxetur iuramentum notabiliter, an verò
concedatur habilitatio ad aperiēdā viā iudicio vt poſſit ꝓ-
bari de dolo,ex propoſito,violentia,vel metu,& ſubdit ibi
Cur.ita ordinariè tenuiſſe poteſt Bal.in l.rogaſti.§.ſi tibi.ff.
ſi cer.peta,Idem dixit Anchar.ſibi còtrarius in cōſ.1.de fer.
inter cōſilia Cald,& in cōſi.ſuo 17.Io.And.in addi.ad Spec.
in rub.de iureiuran,ad fi.Cald.ſibi aduerſans in cōſ.7.in tit,
de iureiuran.Bald.ēt ſibi contrarius in cōſ.474.vol.5. Rota
in antiqs in deciſ.8,& de iureiuran.& in deciſ.767.Alber.de
Roſa in rub, C.de vſur, in fine.Lapus in allegat.10. Paulus
de Caſtr.in conſ, 216, col. 3.Felin.ſibi contrarius in c. cum
olim,col.6.verſ,ſicut etiā.de re iud.Imo. in c.1.de iureiura,
vt refert ibi Fel.&in clem.diſpēdioſam,col,pen,verſic.nota
bene.de iud.Cur.ſen,in d.cōſ.44.col.pen.in fi.dum ſe remit
tit ad declarationem Paul.de Caſtr.in d.cōſ.216. Io. Sylua.
in tract.de iureiuran. in verſ. quæro 6.in 2.limit.vbi refert,
& ſequitur Oldr,& Paul.vbi ſuprà D.Ann.de Pra.inter.cōſ.
Alex,in conſ.49.col.9.in fi.vol.4.Deci.in c.qua fronte col.
pen . verſ,ſecundò fallit,de appellat. Laur.de Rodulph.in
tract.de vſur.q.125.Pariſ.ſibi aduerſarius in cōſ. 58.nu.85.
vol.1,Craue.in cōſ.7.n.7.Soc.iu.cōſ.47,nu.38.vol,3,Gomeſ,
in tra.breuiū,nu.46.& hanc eſſe communē opinionē atteſta
ti ſunt Alciat,in c.cum contingat.nu.44,de iureiurand.Do-
minus meus Ru.in conſ,170,nu.30.volu,1.& magis commu
nē,Affl.in deciſ.220.in 5.dub.vbi refert ita fuiſſe votatū in
ſacro cōſilio:Collega meus Natta in cōſ. ſuo 167.num.5.&
hāc partem ſeruari in practica in curia Bonon.profeſſi ſunt
Imol.in d.c.debitores. Fel.in cita. c.1,de iureiur, & Steph,
Aufr.in addit.Capellæ Tholoſ.62.vbi dicit prædictā ſentē-
tiam ſemper practicaſſe, & vidiſſe practiciri in curia ar-
chiepiſcopali Tholoſæ, & ita ſeruari apud Gallos ēt tradūt
Guli.Ben.in c,Rainutius,de teſtam.in ver.duas habēs filias.
col,fin,& Io.Ruppella in lib.1.de foren.inſtit.& in facto ēt
ita ſeruari inquit D. meus Rui, in cō.69.col,1.nu.12.circa
mediū vol.3.Curt.iun.in cōſ,152.col.3.in fi.& Alc,in l.ſi qs
maior. char.2.ver,ſed qd ſi ante.C.de trāſac.& Didac.in 3,
li.ſuarū var.reſol.car,90.vbi refert ꝙ fortaſſis hæc opinio
eſt magis praxi conueniens,& dicit Calder.in citato cōſ.7.
in tit,de iureiur.ita ſe habere generalem cōſuetudinē;& ſic
ex his patet hāc vltimam partem omnino,& in iudicādo,&
in cōſulēdo obſeruādā eſſe,cùm cōmunis opinio ſit pro ea,
7 & vſus ac practica eam obſeruet. Nam† vera interpretatio
à practica ſumitur,Bald,in c.1,in princ.de feud.ſine culp.nō
8 amit,quē ſequitur Dec.in cōſ,2.in 7,col. & † a practica, &
obſeruantia non eſt recedendū,vt per Alex.in cō.17.nu.7.
vol.1.& Iaſ.in leg.rē quæ nobis.in 1.nota.acquiren. poſſeſ.
Bal.in leg.illud.per illū text. ff. de excuſ. tut. quem ēt citat
9 Dec.vbi ſuprà Practica† enim affert magnā vtilitatē,cum vi
deatur rerū magiſtra.c.quàm ſit de elect.in 6.ca.ſtatutū.de
10 reſcrip. eod.lib& † vſus promptū reddit artificium,& cui-
libet artificio præbet experientia nutrimētum.l,legatis. §.
ordinatricibus.de legat,3.Craue.in conſi.917.

Non obſtant adducta, & allegata in oppoſitum , quia ad
primum fundamentum reſpōdetur,quòd licet in vnoquoq;
actu requiratur citatio partis , vbi agitur de eius p̃iudicio,
11 † id enim eſt verū,vbi tractatur de eius intereſſe,ſecus ſi ali
ter,vt in caſu de quo agitur,vbi nō tractatur de aliquo præ
iudicio creditoris,ſed ſolum de excludendo periurium pe-
tentis.l.recuſare.ff.ad Trebell.Nam per talem abſolutionē
non fit quo minus ſecuta abſolutione in probationib.faciē
dis per debitorem non ſit neceſſaria vocatio partis, cū tūc
de eius præiudicio agatur,iuxta not.in c,licèt epiſcopus.de
præben.in 6.ita reſpōdit Pau.de Caſt.in d,conſ.216.ac But.
& alij , in d.c.debitores,& Oldr.vbi ſuprà .Nec obſtat, qđ
iur̃m debitori non relaxaretur,& quòd non habilitaretur,
quia per hoc euitaſſet eius moleſtiam,& ſic ꝙ debuit cita-
ri:quia reſpondet Caſtren.vbi ſuprà,ꝙ contradictio credi-
toris non potuiſſet impedire eā fieri , poſtquam petebatur
ex cauſa,ex qua ius permittit.ꝙ fiat,aliàs eſſet in poteſtate
creditoris beneficium iuris alteri conceſſum auferre,cōtra
12 c.indultū.de reg.iur. in 6.vnde† cum habilitatio ipſa cōce-
denda foret altera parte inuita,multò fortius ea abſente,&
13 non citata:leg.qui poteſt inuitis.de reg.iur.ille† enim citā-
tandus eſt,qui cōparendo poteſt actū impedire,aliàs ſecus.
d.l.recuſare.in princ.Bart.in l.2,§.ꝙ de frumētaria.ff.de ad
mini.rerum ad ciuit.pert.Nec obſtat, ꝙ per dictā habilita-
tionem tribuatur ius debitori in quantum de inhabili red-
ditur habilis ad iudiciū , quia dicitur ꝙ modici præiudicij
eſt huiuſmodi relaxatio, & nō opus erat vocare creditorē.
14 ſicut videmus in bonorum poſſeſſionibus, † Nam illæ, quæ
ius non faciunt,& ſic graue præiudicium non afferunt, con
ceduntur ſummariè,& de plano,parte etiam non citata:ſe-
cùs in his,quæ ius tribuunt,& iudicium faciunt,l.3.§.cauſa
cognita.de bon.poſ.ita Paul.vbi ſuprà.

Nec obſtat ratio Imolæ ꝙ ſi pars citaretur poſſet oſten-
dere ꝙ ea petatur per calumniā,vel ꝙ id facit gratia diffe-
rendæ ſolutionis:quia reſpōdetur,ꝙ habilitatio ipſa nō im
pedit,quin creditor ſtatim excipiendo poſſit docere de eui
denti calumnia debitoris, uel ꝙ nulliter obtinuerit habili-
25 tationē,cū† de ea nullitate etià iudex ſecularis cognoſcere
poſſit,vt ꝑ Anch.in cōſ.382.col.2.Fel.in c.1.co.7.ver.poſſet
ēt.de ſpōſal,Soc.cōſ.83.col.2.vol.4.Marſ.ſing,367.Pariſ.in
cōſ.43.col.4.in fi.vol,1.Craue.in cōſ,7.col.pen. & Affl.de-
ciſ.220.in 4.dub.vbi inquit ita ſæpius fuiſſe practicatum in
ſacro conſil.

Vltimò non obſtat,quòd iur̃m fuit præſtitū parti,ꝙ ea in
uita relaxari nō poteſt:quia reſpōdetur,ꝙ ex iur̃o præſtito
nulla oritur obligatio parti,ſed Deo. & ideo cū petitur ha-
bilitatio a iur̃o , tractatur de intereſſe Dei,qui ſemper eſt
p̃ſens,ideo in ea nō requiritur aliqua citatio partis,ſicut ēt
dr̃ de parte præſente, lege ſi vt proponis.C.quomodo,& q̃-
do iudic.& ideo iudice abſoluēte,ex quo Deus ipſe eſt præ
ſens conſentire videtur iudici,qui loco eius eſt:ſicut dicitur
16 de diſpēſatione , †in qua nō eſt vocāda pars,nec in cōceſ-
ſione priuilegij, vt ꝑ Doct.in c.veniēs.de fil.præsby.c.cum
olim.de priuileg.cū in illis nō tāgatur niſi ius ſuperioris,&
diſpēſati,ac priuilegiati.ita Butr,in dicto c.debitores. quē
ſequitur Ant.de Pra,in d.cōſ.49.col.6.in fi.&ſic firma rema
net cōcluſio,& abſoluta,ꝙ huiuſmodi habilitatio valuit, ꝙ
eo magis dicendū venit, cū in contractu debitor iurauerit
nedum eū ratum habiturū, ſed ēt creditorē in ius nō voca-
17 re,quo† caſu tūc non eſt neceſſaria citatio partis in abſolu
tione a iur̃o ad effectum agendi , cum iuramentum reſiſtat
vocationi ſeu citationi,ita Io.And.in d.rubr.de iureiurād.
quem ſequitur Imol.in d.c.debitores.& in clem.diſpendio
ſam.col. pen. verſ.nota bene.de iud. Idem etiam voluit Io.
de

de Sylua in d.tract.de iureiuran.in verſ. quæro ſexto, quarto fallit. Laus Deo.

## *SVMMARIVM.*

1 *Arma portare unuſquiſq; poteſt ad tutelam ſui corporis propriæque ſalutis,declara ut in nu.32.& 34.*

2 *Et hoc non tantum laicis permittitur, ſed etiam clericis, quorum arma regulariter ſint lacrimæ, & orationes.*

3 *Defenſio,quæ iuris naturalis eſt,nedum ab inferioribus, verum etiam a ſuperioribus auferri non poteſt.*

4 *Statutum tollens defenſionem intelligitur de defenſione iuris ciuilis,non naturalis.*

5 *Iniuriæ ſibi illatæ nō reſiſtens,& ei non obſtans,ſi poteſt,tam aut in uitio q̃ ſi parentes & amicos,aut patriā deſereret.*

6 *Ius naturæ permittit, quòd quis per fas, & nefas ſe defendat.Naturalis etiam uiuendi dulcedo ſic inſita eſt.*

7 *Arma tenere in domo venationis cauſa licet:declara ut in nu.35.*

8 *Conſuetudo antiqua deferendi arma probata per curſum temporis immemorabilis ualet.*

9 *Conſuetudo dicitur ius ciuile, non ſcriptum, & à principe approbatum.*

10 *Inferiora a ſupremo Principe nō poteſt iuri ciuili derogare, nec illud tollere.*

11 *Facultas derogandi iuri ciuili competit ſupremo Domino de plenitudine poteſtatis.*

12 *Conſuetudo per quam ligatur manus Principis non ualet.*

13 *Conſuetudo,quæ eſt nulla,ſi à ſuperiore tollàtur,non poteſt per inferiorem reuocari.*

14 *Nobiles habentes merum,& mixtum imperium,& omnimodam iuriſdictionem poſſunt inhibere delationem armorum in ſuo territorio,& nu.31.*

15 *Cui licet quod eſt plus,licet etiam quod eſt minus.*

16 *Nobiles habentes merum, & mixtum imperium ac omnimodam iurisdictionem, poſſunt facere proclamata, ne quis exportet res extra limites ſuæ iurisdictionis,quamuis hoc repugnet iuri communi.*

17 *Armorum delatio prohibita eſt de iure communi.*

18 *Inueſtiti,qui ſunt rectores perpetui, poſſunt in loco nedum facere proclamata,ſed etiam ſtatuta.*

19 *Nobiles inueſtiti de mero,& mixto imperio, & omninoda iurisdictione poſſunt facere ordinationes pœnales quòd intrantes in poſſeſſionem ipſorum nobilium cum beſtijs, ſoluant ſolidos tres pro beſtia.*

20 *Poteſtas,qui habet iuriſdictionem temporalem,etſi non poſſit facere ſtatuta, ſeu conſtitutiones, niſi uocato conſilio, & proceribus ciuitatis, tamen poteſt facere ordinem ſiue legem pro toto ſuo tempore ſpectantem, ut nullus extrahat frumentum de ciuitate uel portet arma.*

21 *Vaſalli cum ſint rectores perpetui poſſunt in iuriſdictione ſua ſtatuta facere pœnalia, dummodo ſint iuſta,honeſta, iuſtitiamque contineant, & non aliter.*

22 *Statutum pænale qui facere poteſt, ſimiliter, & ordinare quòd nullus cum animali intret territorium alterius ſub pœna,quòd extenditur etiam ad animalia clericorum.*

23 *Arma alicui portare non licet ſine licentia Principis, etiā ſi eſſent defenſibilia,ut ſcuta,lorica,&c.*

24 *Tex.in c.1.§.ſi quis ruſticus.de pac.tenen.licet loquatur in ruſticis,tamen etiam locum habet in alijs non ruſticis.*

25 *Armorum portatio cauſam præſtat ad uiolentias, percuſſiones,& ad homicidia.*

26 *Occaſio ad malum ſemper remouenda eſt.*

27 *Præſes prouinciæ priuato non poteſt dare licentiam deferendi arma.*

28 *Capitaneus,uel alius officialis habens merum, & mixtum imperium,non poteſt dare priuato licentiam deferendi arma,niſi ſit iuſta cauſa timoris non ſimulata,quia tūc concedi poteſt, præſtita ſatidatiſone de non offendendo.*

29 *Nobilibus habentibus merum,& mixtum imperium conuenit non ſolùm delicta commiſſa punire, ſed etiam prouidere ne committantur in futurum.*

30 *Inferiores à Principe licèt non poſſint aliquid ſtatuere contra ius commune, tamen facere poſſunt ordinationem, ſiue ſtatutum in auxilium prohibitionis ſuperioris apponendo pœnam.*

33 *Timens offendi accedat ad iudicem,& ab eo obtinebit cautionem ab inimico de eum non offendendo, uel petat à principe uel officiali, qui det ſibi familiam armatam.*

36 *Conſuetudo ferendi arma tanquam præbens materiā delinquendi non ualet,& nu.47.*

37 *Statutum diſponens quòd ſpurio relinqui poſſit, non ualet, quia dat materiam delinquendi.*

38 *Legis natura licèt ſit dare formam futuris negotijs;tamen ad futura non porrigitur,ſed ad præterita tantum, quando aliàs daretur delinquendi occaſio.*

39 *Statutum diſponens quòd pro homicidio imponatur pœna pecuniaria ſecundum communem non ualet.*

40 *Reſcriptum Principis concedens remiſſionem pœnæ ante delictum commiſſum non ualet.*

41 *Statutum fauorabile delinquenti dicitur odioſum legi naturæ,& ſacris moribus,adeò quòd à Principe confirmari non poteſt.*

42 *Conſuetudo dicitur ſtatutum populi tacitum.*

43 *Tacitum plus non poteſt quàm expreſſum.*

44 *Conſuetudo, uel ſtatutum quòd credatur omni ſcripturæ mercatoris non ualet, quoniam daret materiam falſum commitendi.*

45 *Conſuetudo admittens quòd reditus eccleſiæ non erogentur in pauperes, tanquàm dans materiam delinquendi non ualet.*

46 *Conſuetudo irrationabilis non præſcribitur ſpatio immemoriali.*

## CONSILIVM III.

QVod nobilibus Caſtri Florentiolæ habentibus in eo
merummixtumq́ue imperium ac omnimodami iuri
ctionem, non licuerit ex vi proclamationum prohibere de
lationem armorum hominibus eiuſdem loci,primo loco ſe
1 offert in medium clara iuris concluſio, quæ habet, † quòd
vnuſquiſque poteſt portare arma ad tutelam ſui corporis
propriæq́ue ſalutis.l.pen.ff.ad l.Iul.de vi publ.Barto. in l.1.
2 ff.eod.titu.& ea in tantùm eſt vera,† quòd nedum laicis hoc
permittitur, ſed etiam clericis, quorum arma regulariter
ſunt lachrimæ,& rationes.cap.fi.36. diſtinc.c.nonnulla.cap.conuenior.23.q.8.hoc.n.à lege eis conceditur.cap.
dilectio,& ibi Gloſ.de ſen.excom.in 6. cap.cum olim, el 1.
de reſtit.ſpol.Abbas per dicta iura in cap.clerici,el.1.de vita,& honeſta.cler.Marſ.in practic.ſua in §.pro complemento.num.4.Si ergo à iure recipitur hæc concluſio, ſequitur
in neceſſariam conſequentiam quòd huiuſmodi prohibitio
3 ſubſtineri non poteſt, cùm ea, † quæ tendunt ad defenſionem quæ eſt de iure naturali, nedum ab ipſis nobilibus
inferioribus,verùm nec à ſuis ſuperioribus auferri poteſt.
§.ſed naturalia,& ibi Doc. inſtit. de iure natura.in capit.cū
a nobis.in fin.de excep.ſequitur Feli.in cap.dilecti. colum.
4 5.de excep.vbi † ſtatutum tollens defenſionem, intelligitur de ciuili, non de naturali. Gem. in cap.non ſolùm. in
princ.de appell.lib. 6.vnde Cicero offic. 1.relatus per Ale-
5 xandrū in conſilio 110.colum.2. volum.7.ſic inquit, † Qui
non reſiſtit iniuriæ ſibi illatæ, & ei non obſtat,ſi poteſt,tam
eſt in vitio quàm ſi parentes,&amicos,aut patriam deſeret.
Facit quoque quod voluit Bald.in l.1.in 4.col. C.qui accuſ.
6 poſ.vbi † inquit, quod ius naturæ permittit quòd quis per
fas & nefas ſe defendat, naturalis enim viuendi dulcedo
ſic inſita eſt.lege qui cum maior. §.primo.ff.de bonis libertor.

Secundò comprobatur hæc ſententia per tex. in l.1.ff.ad

7 l. Iul. de ui pub. ubi † licet arma tenere in domo venationis
cauſa; ergo etiam licere debet quòd portentur. l. quæſitū. §.
ſi agro venationis. ff. de fun. inſtruc. Afflic. in cap. 1. §. ſi quis
ruſticus, colum. 1. de pac. ten. & in conſtitutione intentio-
nis, colum. 2. verſi. quintus caſus.

8 Tertiò facit. Nam † dicti homines pro ſui defenſione al-
legāt antiquiſſimam conſuetudinem deferendi arma, ad cu
ius probationem ſimiliter allegant tempus immemoriale,
quòd ſemper per dictum ſpacium detulerunt arma, nō ob-
ſtantibus proclamationib. per nobiles lectis, q̄bus nunquā
acquieuerunt, ſed ſemper illis contradixerunt, iuxta for-
mam traditam ab Hoſt. in c. non eſt, extra de decim. relatā
à Iac. de S. Geor. in inueſt. ſua in verbo cū venationibus, col.
1. Vnde cum ipſi homines habeant pro eorum defenſione
9 hanc conſuetudinem, † quæ dicitur ius ciuile non ſcriptum,
& à principe approbatū. §. ex non ſcr pto, inſt. de iure natu
rali gen. & ciuil. & quæ à iure non reijcitur, ſed omnino ad-
mittitur, vt conſtat ex his, quæ ſcribit Sal. in l. 2. col. 2. C. no-
ua vectig. & c. Cur. Iun. in conſi. 158. nu. 18. Rip. in reſponſo.
7. nu. 13. in 2. par. ſequi videtur quòd tāquàm inferiores ab
ipſo non potuerunt illam auferre, quoniā indubitata Doct.
10 eſt ſententia, quòd † inferior à ſupremo domino iuri ciuili
derogare non poteſt, nec illud tollere. l. minor autem magi
11 ſtratus, ff. de minor. Nam † facultas ipſa ſolummodo compe-
tit ſupremo domino de plenitudine poteſtatis. l. 1. ff. de legi
bus. cùm ea eſſe dicatur in poteſtate principis; quia ius ciui
le tacitum. l. 3. §. diuus, ff. de ſepul. viola. Bal. conſi. 388. conſ.
401. col. 1. & 430. in fi. vol. 4. & ideo dixit Rot. in deciſ. 103.
12 nota quòd non valet, in antiquis, quòd † non valet conſuetu
do, per quam ligatur manus ſuperioris, & in tantum eſt ve-
ra hæc opinio ꝙ conſuluit Craue. in conſi. 137. num. 8. quòd
13 † conſuetudo, quæ etiam eſt nulla, ſi à ſuperiore toleratur,
non poteſt per inferiorem reuocari. Vnde ex iſtis rationib.
videretur dicendum huiuſmodi prohibitionem non fuiſſe
licitam, minuſq; eam valere debere.

Sed præmiſſis non obſtantibus, contraria ſententia eſt de
14 iure verior, quòd † immo nobilibus ipſis licuit huiuſmodi
delationem armorum inhibere, pro quorum fundamento,
15 primò ſe offert regula triuialis, quę habet, † quòd ei cui li-
cet, quòd eſt plus, licet etiam quod eſt minus, regula cui li-
cet, de reg. iur. in 6. Paris. in conſi 170. num. 72. vol. 3. ſed no
16 bilib. † habentibus merum, & mixtum imperiū & omnimo-
dam iuriſdictionem, permiſſum eſt ratione publicæ vtilita-
tis, vt poſſint facere proclamata, ne quis exportet res extra
limites iuriſdictionis ſuæ. l. 1. & 2. C. quæ res expor. nō poſ.
Et ſi hoc repugnet iuri cōmuni, per quod vnicuique libera
datur adminiſtratio rerum ſuarum. l. in re mandata. C. man-
data. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de pet. hęred. ergo
multò fortius eis permiſſum eſſe debet, facere dicta procla
mata, ne quis ſubditus iuriſdictioni ipſorum in loco, & di-
17 ſtrictu deferat arma, quæ † delatio etiam eſt prohibita à iu
re cōmuni. l. 1. vt vſus arm. lib. 11. & vt latius infrà dicetur.
Quòd autem eis licuerit facere proclamata, ne quis extra
limites iuridictionis ſuæ exportet res, hoc in indiuiduo de
cidit Homod. in conſ. 108. col. final. per gloſ. in l. ſi quis poſt.
C. de ædif. priua. pro vtilitate ſubditorum ac vtilitate com-
muni ſolent fieri tales proclamationes, & talia edicta gene
ralia. l. prima. ff. quòd quiſq; iur. Item & quia rebus poſitis
in loco, quem conſtringere poſſum ratione iuriſdictionis,
poſſum legem imponere. l. forma, §. ſi verò, ff. de cenſ. 1. C. de
mulier. & in quo lo. lib. 10. nec abſonum hoc eſſe videtur;
quia, vt inquit Alex and. in conſi. 124. col. 2. vol. 4. inueſtiti,
18 † qui ſunt rectores perpetui poſſunt in loco nedum facere
proclamata, ſed etiam ſtatuta condere. idem voluit & Dec.
in conſi. 694. col. 2. pro cuius cōfirmatione adducitur in me
19 dium, quòd voluit idem Dec. in conſi. 199. colum. 2. vbi † tra
dit huiuſmodi dominos poſſe facere ordinationes pęnales,
quòd intrantes poſſeſſionē ipſorum nobilium cum beſtijs
ſoluant ſolidos tres pro beſtia. & Dec. ſequitur Bru. in cōſi.
101. Et pro comprobatione huius concluſionis facit, quod
voluit Bart. in l. omnes populi, colum. 2. verſi. quarto quęro
20 ff. de iuſt. & iur. vbi † inquit quod, & ſi poteſtas, qui habet
iuriſdictionem temporalem non poſſit facere ſtatuta ſeu cō
ſtitutiones, niſi vocato cōſi. & proceribus ciuitatis, tamen
quod poteſt facere ordinem ſiue legem pro toto ſuo tem-
pore ſpectante ad exigentiam factorum, vt quod nullus ex-
trahat frumentum de ciuitate, vel portet arma, ergo & mul
to fortius dominis habentibus merum, & mixtum imperiū,
& perpetuā dignitatem permiſſum eſſe debet; ordinare poſ
ſe ſuper prohibitione armorum.

21 Secundò facit. Nam † tales vaſalli cum ſint rectores perpe
tui poſſunt facere ſtatuta pœnalia, vt per Bartol. & alios in
l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. in l. 1. ff. qđ quiſque iur.
Ale. in citato cōſ. 124. colu. 2. Dec. in allegato cōſi. 199. col.
2. & conſ. 694. colum. 2. dummodo ſint iuſta, honeſta, & iu-
ſtitiam contineant, & non aliter, vt per Soc. in conſi. 272. in
verſ. quinta cōcluſio, & Iacob. de S. Geor. in inueſtitura ſua
in verbo cum mero, & mixto imperio. in 2. colum. ac Affl. in
conſt. regni. in conſtitutione cum per partes Apuliæ, vbi di-
22 cit, † quòd illi, quibus eſt permiſſum facere ſtatutum pœ-
nale, poſsūt ordinare, quòd nullus cū animali intret in terri
torium alterius ſub pœna. qđ & prius voluit. Luc. de Pen.
in l. 2. C. de paſ. pub. colum. 2. lib. 11. & in l. 2. colum. antepe.
& ſeq. C. de nauib. non excuſan. lib. eo. quod etiam extendit
ad animalia clericorum: ergo & proclamata facere ne quis
arma ſub pœna deferre audeat, præſertim cum delatio ipſa
à iure omnino prohibeatur.

23 Tertiò facit Nam † arma portare alicui non licet ſine prin
cipis licētia, vt in l. 1. C. vt vſus arm. li. 11. & in auct. de armis
col. penul. vbi nec etiam arma defendibilia, ut ſcuta, & lori-
24 ca, iuſta text. in cap. ille gladius, 23. q. 4. & ſimilia. † Idē uo-
luit tex. in cap. 1 §. ſi quis ruſticus. de pac. tenen. qui licet lo
quatur in ruſticis, tamen etiam habet locum in alijs non ru
ſticis. Nam quod ibi dictum fuit, eſt; quia magis hoc frequē
tatur in ruſticis ſecundum Doct. ibi Bar. in l. 1. ad l. Iul. de ui
pub. Alb. de Roſ. in 2. par. ſtatu. quæſtio. 113. Affl. deciſ. 265.
nu. 96. Marſ. in pract. crim. in §. pro complemento. num. 34.
Paris. in conſi. 171. num. 17. volum. 4. Moder in rep. l. capita-
lium. §. famoſi. num. 131. ff. de poen. Bartol. in l. inficiando.
§. infans. colum. 2. ff. de fur. & ratio eſt ſecund. Doct. quia
25 † portatio armorum cauſam præſtat ad violentias, percuſ-
ſiones, & ad homicidia. l. ſi ſeruus. C. de his qui ad eccle. con
26 fug. l ſi quis in hoc genus, in fin. C. de epiſ. & cle. ergo † re-
mouenda occaſio ad malum. l. unica. § ſed ne. C. de lat. liber.
tol. & in l. 1. in princip. & ibi Gloſ. ff. nau. cap. ſtab. & in tantū
recipitur hæc opinio quòd inquit Luc. de Pen. in d. l. 1. ut
27 vſus. arm. ꝙ † præſes prouinciæ non poteſt dare priuato li-
centiam deferendi arma, quem ſequitur Affl. in rub. de illici
ta portatione armorum in fi. Idem etiam voluit Affl. in d. c.
28 1. §. ſi quis ruſticus, colum. 2. vbi dicit, † ꝙ capitaneus vel
alius officialis habens merum, & mixtum imperium priuato
licentiam dare non poteſt deferendi arma, per tex. in §. pe-
nult. in auct. de arm. niſi ſit iuſta cauſa timoris, non ſimula-
ta, quia tunc debet recipere ſatiſdationem de non offenden
29 do. l. penult. ff. de via pub. Cum ergo † ex ratione publicæ vti
litatis ſit prohibitum à lege delatio armorum, & conueniat
debito dictorum nobilium, non ſolùm delicta commiſſa pu
nire, ſed etiam prouidere, ne committantur in futurum, vt
per Gloſ. in capit. 1. de fer. non ord. & per Affl. in conſtitu-
tione intentionis. in princ. certè negari non poteſt, quin fue
rit licitum nobilib. prædictis exequi mandata legis, & ſic
30 prohibere delationem armorum per proclamata, † & licèt
ipſi tanquam inferiores domini nihil ſtatuere poſſint, uel
ordinare contra ius commune. l. nam & magiſtratus. ff. de
arb. ca. cum inferiori, de maio. & obe. & ibi per Doct. tamen
negari non poteſt, quin valeant facere ordinationem ſeu
ſtatutum in auxilium prohibitionis ſuperioris apponendo
pœnam Gloſ. in clem. ne Romani. in verſi. tolli. & ibi Card.
q. 3. de elec. Dec in conſi. 199. colum. 3. in princip. quem ſe-
quitur Affl. in conſtitutione cum per partes Apuliæ. num.
4. vbi concludit, quòd permiſſum eſt illis qui poſsūt facere
ſtatututum pœnale ordinare, quòd nullus cum ani-
mali intret territorium alterius; quia ſtatutum poteſt ad-
dere pœnam his, quæ ſtatuta ſunt de iure cōmuni vt dicūt
Doct.

Doct.in c.quod ſuper his,de maio.&obed.vt conſuluit facũ
dus Dec.vbi ſuprà.idem uoluit Affl. in d. conſtitutione re-
gni in nu.7. & ꝓpriè in terminis noſtris hoc voluit Luc. de
Pen.in d. l. 1. vt vſus armorum, colum.fin.ver.è contra,vbi
31 dicit,ꝙ† quia ad officium Præſidis ſpectat prouinciam te-
nere pacatam.l.congruit.ff.de offi.Præſid.hoc aget,ſi confor
mans ſe legi armorum portationem per l.iuſta ratione pro
hibitam intercidit.vt d.l.& in conſtitutione de prohibita ar
mo.por.in princ.

Non obſtant modo ex aduerſo allegata, & Primò ꝙ cau-
ſa ſe defendendi, & pro tutela ſui corporis homines ipſi
32 arma deferre poſſint, vt dict.l.1. quia† reſpondetur id eſ-
ſe verum de licentia principis, vt in l.1.C.vt vſus armo. Ita
Afflic.in dict.conſtitutione intentionis. colum.2. vbi dicit
33 † ꝙ qui timet offendi, vadat ad iudicem,& ab eo obtinebit
cautionem à ſuo inimico qđ eum non offendet. Albert.in l.
denuntiamus C.de his,qui ad eccle.confug.vel petat à prin
cipe,vel eius officiali ꝙ det ſibi familiam armatam, vt dicit
idem Alber.de Roſa.in l.Illicitas.§.ne potteiores.ff.de offi.
Præſidis.Iaſ.in l.ſi ſuper poſſeſſione.C.de tranſact.per Gloſ.
ſing.in l.fin.C de erog.mil.an.lib.12.quam allegat Bartol.
34 in l.Sanctum.ff.de rer.diuiſ.vel & ſecundo reſpondetur,†ꝙ
illud procedit quando per loca itineroſa portantur: quia
tunc telum cauſa ſalutis tuendæ licitè portatur, vt in d.§.ſi
quis ruſticus,in verſi.mercator,& ibi Doctores.

Secundò non obſtat text. in l.1. ff.ad l.Iul. de vi pub. vbi
35 † licèt arma tenere in domo venationis gratia;ergo & por
tare; quia reſpondetur,id ſpeciali ratione permiſſum eſſe à
lege, vt per Bartol.in dict.l.1.Iſer.in dict.conſtitutione in-
tentio.in princ.& ibi Affl.in 2.col.& in c.ſi quis clericus.de
pace teneda.Si ergo ſpeciali ratione hoc introductum fuit;
ergo in contrarium eſt ius commune, vt ſuprà dictum fuit.

Vltimò non obſtat quòd homines ipſius loci ſint in anti-
quiſſima conſuetudine,& immemoriali deferẽdi arma, &c.
quia reſpondetur,quòd ex quo delatio ipſa armorum pro-
hibita eſt ob publicam vtilitatem,vt ceſſent violentiæ,per-
36 cuſſiones,& homicidia,vt abundè ſcriptum fuit,ꝙ†talis cõ
ſuetudo tanquam præbens materiam delinquendi non va-
let:ꝙ ex infraſcriptis demõſtratur.Nam nos videmus,quod
37 †ſtatutum diſponens quòd ſpurio relinqui poſſit,nõ valet;
quia dat materiam delinquendi.Feder. de Sen.in conſi.378.
Paul.de Caſtr.in conſi.54.col.1.& conſi.pen.vol.2.Bal.cõſ.
267.col.fin.vol.1.Alexand.in conſi.129.colum.3.in fin.vol.
6.Deci.in cap.in præſentia.colum.15.verſic.prædictę tamẽ,
de prob.dominus meus Rui.in conſi. 179.nu. 7.vol.1.idem
Rui.in conſi.202.num.3.& 5.vol.2.bene facit,ꝙ notat Bar.
in l.cum lex.ff.de legib.quem ſequitur Rui.in conſi.138.nu.
38 18.vol.5.vbi†vult qđ licèt de natura legis ſit dare formam
futuris negotijs,tamen ad futura non porrigitur,ſed ad prę
terita reſtringitur ſtatutum;quando aliàs daretur deliquen
39 di occaſio.Nam † ſtatutum vnquam includit caſum publi-
cæ vtilitatis contrarium,Rui.in conſi.7.nu.6.volum.5.in ſi-
mili videmus non valere ſtatutum,quòd pro homicidio pę
na pecuniaria imponatur,daretur materia delinquẽdi. Ioã.
de Ana. & Feli.in rub.de homicid. Dec.in l.1.ff. quod quiſ-
que iur.& in cap.1.col.1.de conſtit.vbi aſſerit hanc eſſe cõ-
munem. Accedit quoque ꝙ ſcribit Sali.poſt Iaco. Butr.in l.
40 caſtitati.colum.1.C.de adult. vbi†dicit ꝙ reſcriptum prin-
cipis concedens remiſſionem pœnæ ante delictum cõmiſ-
ſum non valet: quia inuitaret ad delinquendum,ꝙ dictũ re
fert,& ſequitur Iaſon.in l.3.in princip.colum.5.ff.de iureiu
41 ran.ſi ergo † non valet ſtatutũ in caſibus præmiſſis ob cau-
ſam publicæ vtilitatis: quia ſtatutum fauorabile delinquẽ-
ti dicitur odioſum legi naturæ, & ſacris morib.nec à prin-
cipe confirmari poteſt.Bald.in c.ad noſtram.de prob.quem
ſequitur Iaſ.in l.centeſimis.§.1.col.penult.verſic. hinc eſt,
de ver. obli.ergo etiam non debet valere conſuetudo,quia
42 †conſuetudo dicitur ſtatutum populi tacitũ.§.ex non ſcri-
pto, de iur.natu.gen.& ciuil.Alexand.conſi.65.num.7.vo-
43 lum.6.& incõueniens videretur,quòd † plus poſſet tacitũ
quàm expreſſum.l.qui ad certum.ff.loca. & in conſuetudi-
ne,ne illotis manibus pertrãſeamus,notat Bald. in l.1. col.
4.C.de confeſ.quem ſequitur Alexand.in conſi. 3.num. 10.
44 volum.2.vbi dixit, † non valere conſuetudinem ſiue ſtatu-
tum(quia à pari procedunt)quòd credatur omni ſcripturæ
mercatoris:quia daret materiam delinquendi, & falſum cõ
mittendi.Idem voluit Feli.in cap.ſcripta, colum. 5.de fide
inſtrum.Iaſ.in l.de quibus.colum. 19.ff. de legib. & in l.ad-
monendi, char.107.ff.de iureiuran.Dec.in cap.dilecti,el 3.
de appel.& in cap.cognoſcentes.in 2.notabili.de conſtitut.
& Crau.in trac.de antiq.temp.fol.35.num.32.Accedit quo
que quod aliqui ſcribit Craue.in cõſilio 116.col.2.vbi tra-
45 dit† quòd conſuetudo admittens quòd reditus eccleſiæ nõ
erogentur pauperibus,tanquam dans materiam delinquen
di,non valet.Cum igitur hæc dici non poſſit conſuetudo,
ſed potius corruptela, auth.vt nulli iudicum;in princ.me-
ritò non poteſt firmari tempore.§.1.in anth. vt nulli iud.&
46 ideo dicit Rui.in conſilio 155.num. 12.volum.4.quod†cõ-
ſuetudo irrationabilis etiam non præſcribitur ſpatio im-
47 memoriali.Vnde † ex his, quæ ſuprà dicta ſunt concurrẽ-
do cum ſententia inſignis Crauet. qui idem conſuluit pro
dominis Monaſteriolij, vt in conſilio ſuo 314.vbi more ſuo
optimè loquitur,concludendum arbitro legitima fuſſe pro
clamata ſuprà dicta,& ab eis malè fuiſſe reclamatum parte
dictorum hominum Florentiolæ, illiſque omnino paren-
dum eſſe. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

*1 Actio communi diuidundo non datur niſi pro re communi, & nu.22.*

*2 Frater emens fundum pro ſe, & fratre, ſi in inſtrumento continetur quòd venditor confeſſus fuit pretium habuiſſe nomine ſuo, & fratris, nec dicit de qua pecunia, intelligitur de propria.*

*3 Maritus ſi emit bona pro ſe, & vxore, ac hæredibus, ſi uxor uult ratificare emptionẽ, deb et ſoluere medietatẽ pretij.*

*4 Maritus ſolus emens bona pro ſe, & uxore, præſumitur emiſſe de pecunijs proprijs, & egiſſe in hoc negotium uxoris.*

*5 Fundus ſi cõmuni nomine emptus ſit, & non conſtet ex qua pecunia communicandus non eſt, niſi pretium emptoris refundatur.*

*6 Res ſemper in dubio empta præſumitur de pecunia ſoluẽtis.*

*7 Dominiũ, & poſſeſſio transfertur per conſtitutum, & nu.25.*

*8 Dominium uerum transfertur per fictam traditionem.*

*9 Poſſeſſio transfertur per conſtitutum, etiam quòd conſtituens poſſideat naturaliter tantùm.*

*10 Dominium, & poſſeſſio non transfertur per conſtitutum in abſentem, niſi ſecuta ratificatione.*

*11 Negotiorum geſtor ſi nomine meo accepit poſſeſſionem, & ego antequam illã ratam habeam ſpoliatus ſim, ratihabitio poſtea à me facta, non trahitur retro, quia res non eſt integra.*

*12 Ratificatio nedum facto, ſed etiam uerbis inducitur.*

*13 Ratihabitio nõ trahitur retro, quãdo ex ea auferetur ius quæſitum illi, contra quem fit ratihabitio, & num.26.*

*14 Ratificatio ad hoc ut ualeat requiritur quòd ille, qui poſſidebat tempore ratificationis adhuc poſſideat, aliàs ſi poſſeſsio eſt penès tertiũ ea nõ ualet, quia res nõ eſt integra.*

*15 Aeſtimum, & ſi quò ad tertias perſonas, faciat præſumptionem, tamen quò ad perſonas, quæ reperiuntur poſſidere bona quarum nomine deſcripta reperiuntur in cataſtro, facit plenam probationem, & nu.17.*

*16 Aeſtimo facto de uoluntate partium ſtandum eſt.*

*18 Aeſtimum ſolet fieri parte non citata.*

*19 Malitijs hominum obuiandum eſt.*

*20 Aeſtimum plenè probat, quando ultra deſcriptionem factã à deſcriptis apparet de ſolutione functionum, & nõ aliter.*

*21 Deſcriptio probat ſolutis functionibus, ſi ille contra quem ea producitur conſenſerit, ſeu tolerauerit pro eo deſcribi, alias his duobus copulatiue deficientibus quis non poteſt tali deſcriptione ſe iuuare.*

23 *Inſtrumentum facit rẽ notoriam, claram, & manifeſtã.*
24 *Et de eo non uenit dubitandum: ſicut de caſu legis.*
27 *Donatio facta abſenti requirit ratificationem; antequam per donantem alteri fiat donatio.*
28 *Scientia operatur ratificationem.*
29 *Vxor ſi ſciuit maritum recepiſſe conceſſionem in emphyteuſim pro ſe, & uxore, & non contradixit, dicur ratificare, & ſufficit quòd ſciat quocunque modo. ut in nu. 31.*
30 *Actus quando reſpicit acquiſitionem, quæ debet fieri, non improbare, eſt approbare.*
32 *Coniunctus præſumitur ſcire factum coniunctorum, & præſertim cum familiariter ſimul habitent.*
33 *Pater, & filius quando ſimul habitant, ex communi habilitatione præſumitur ſcientia geſtorum ab altero.*
34 *Argumentũ à cõiter contingentibus eſt ualidum in iure.*
35 *Experientia eſt rerum magiſtra.*
36 *Declaratio ad Bart. in l. rura. C. de omni argum. deſer. lib. 11.*

## CONSILIVM IIII.

QVod malè fuerit intentatum iudicium communi diuidundo per Petrum Capram contra Stephanum eius
fratrem, dum petijt diuiſionem bonorum, ſuo & communi
nomine fratrum per d. Stephanum acquiſitorum. Primò
1 facit regula trita, quæ habet, † quod actio communi diui-
dundo non datur niſi pro re communi. l. 1. cum duabus ſe-
quentib. ff. com. diuid. Ange. in §. quædam. inſt. de actio. ſed
dicta bona, quæ dicuntur per Stephanum acquiſita, com-
municata non fuerunt dicto Petro, ſed communicari debẽt
ipſo tamen refundente partem pretij, vt eſt tex. in l. 2. C. ꝓ
2 ſoc. ubi inquit Bar. quem ſequuntur alij. ꝙ † ſi vnus ex fratri-
bus emit fundum pro ſe, & fratre ſuo, & in inſtrumento cõ-
tineantur quòd pretium venditor confeſſus fuit habuiſſe,
& recepiſſe nomine ſuo, & fratris, nec dicit de qua pecunia
vel propria, vel communi, quòd tunc intelligitur de pro-
pria pecunia, & ſi frater vult partem fundi ab alio poteſt re
petere partem pretij actione pro ſocio, ſubdens hoc eſſe ꝑ-
petuò menti tenendum: quia valebit ad mille aureos. Idem
3 voluit Abbas in conſi. 46. in 3. dubio uol. 1. vbi † tradit qđ ſi
maritus emit bona pro ſe, & vxore, ac hæredibus, ſi vxor
vult ratificare emptionem debet ſoluere medietatẽ pretij.
4 dict. l. 2. vbi Bart. quia in dubio † ex quo ſolus maritus emit
bona pro ſe, & vxore ac hæredibus, præſumitur emiſ-
ſe de pecunijs proprijs, & geſſiſſe in hoc negotium vxo-
ris. hoc etiam tenuit Roma. in conſilio. 3. vbi inquit, quòd
5 † & ſi communi nomine fundus emptus ſit, & non conſtat
ex qua pecunia, tamen communicandus non uenit, niſi pre
6 tiũ ipſi emptori refundatur; & ratio eſt; qa † in dubio ſemꝑ
res ex pecunia ſoluentis empta præſumitur. & Roma. ſequi
tur Barb. in conſilio 22. columna 1. volum. 1. alibi idem
Roma. in conſilio 291. colum. 2. & in ſing. 429. Alexander
in conſilio 134. colum. fi. volum. 4. ubi atteſtatur hanc eſſe
magis communem & in conſilio 77. colum. 1. volum. 7. &
Barba. conſilio 37. col. 9. in fi. uol. 2. Dec. in conſ. 21. col. fi. in
conſi. 58. col. 2. cõſi. 238. col. fi. conſ. 348. col. 2. 442. col. fi. &
in conſi. 628. col. 1. vnde cũ nõ appareat, quòd bona fuerũt
communicata, ſed communicanda, meritò dicendum venit
quòd ſuccumbere debeat in hoc iudicio communi diuidũ-
do dictus Petrus per regulam. l. qui accuſare. C. de edendo.
l. ei qui. ff. de proba. & ſi uult in futurũ conſequi partem ip-
ſorum bonorum, quòd agere debet actione pro ſocio, & re
fundere partem pretij rei communicandæ.

Nec habet obſtare quòd res fuerit communicata, tum qa
in ipſum Petrum fuerit translata poſſeſſio, & dominium
7 † vigore conſtituti appoſiti in inſtrumentis dictarum ac-
quiſitionum. vbi venditores conſtituerunt ſe tenere, & poſ
ſidere bona vendita nomine Stephani & fratrum, per nota-
ta in l. quod in eo. ff. de acquiren. poſſ. Alexand. in conſi-
lio 35. col. 1. vol. 6. & in conſi. 85. colu. 1. volu. eo. & Soc. in
8 cõſilio. 239. colum. fin. in princ. vol. 2. vbi † per conſtitutum
ita transfertur poſſeſſio, & dominium, ſicut per verã tradi-
tionem, nec refert quòd res fuerit verè tradita vel fictè:
quoniam etiam per fictam traditionem acquiritur ve-
rum dominiũ. l. clauibus. ff. de contrahen. emp. Dec. in conſ.
226. col. 1. conſi. 239. colum. 4. & 247. col. 1. Iaſ. in conſi. 92.
col. 2. vol. 1. Rui. in conſi. 39. in princ. vol. 4. conſi. 148. nu. 5.
9 vol. 1. vbi † etiam per naturaliter poſſidentem tantum, & in
conſi. 57. num. 4. volum. eo, quia reſponderi poteſt, quòd
10 † per conſtitutum non transfertur dominium, & poſſeſſio
in abſentem, niſi demum ſecuta ratificatione. l. ſi ergo. ff.
de neg. geſt. & niſi re exiſtente integra, vt per Abba. in cap.
cum veniſſent, colum. 2. poſt Anton. de Butr. ibi in fi. de reſt.
ſpol. quem ſequitur Alexand. in d. l. ꝙ meo, vbi dicunt, qđ
11 † ſi quis tanquàm geſtor negotiorum meorum meo nomi-
ne acceperit poſſeſſionem, & ego antequam habuerim ra-
tum, ille, qui nomine meo acceperit ſpoliatus fuerit, ratiha
bitio poſtea à me facta, non trahitur retro: quia res nõ erat
in eodem ſtatu, ex quo ille, qui nomine meo poſſidebat, fuit
priuatus poſſeſſione. Alex. in conſi. 135. colu. 2. vol. 6. Dec.
in conſi. 247. colum. 3. dominus meus Rui. in conſi. 172. nu.
14. volu. 1. & Gozad. in conſi. 14. colum. 2. ſed in caſu de quo
agitur, licèt appareat de aliqua ratificatione cauſata ex pe-
12 titione, quæ † nedum facto, ſed etiam verbis inducitur. l. Pau
lus. ff. rem rat. hab. tamen illa facta non reperitur re inte-
gra, ſed poſtquàm bona empta cœpta fuerunt poſſideri per
Stephanum; ergo illi ratificatio ipſa prodeſſe non potuit.
13 Alex. conſi. 26. volu. 2. vbi inquit, † ꝙ ratihabitio non trahi
tur retro, quando ex ea auferretur ius quæſitum illi contra
quem fit ratihabitio. Glo. in c. ratihabitionem. de reg. iur. in
6. idem Alex. in conſ. 78. colu. 4. volum. 5. Dec. in conſi. 247.
14 col. 2. Alex. in conſi. 10. col. 2. uolu. 1. vbi inquit, † ꝙ ad hoc
vt ratificatio valeat, requiritur; qđ ille, qui poſſidebat tem-
pore ratificationis, adhuc poſſideat: aliàs ſi poſſeſſio eſt pe-
nes tertium ea nõ valet: cum res non ſit integra, & per Din.
Bart. in l. ſi vxor. §. ſi quis vxorem. ff. de adult. Similiter non
15 obſtat, ꝙ † immo bona ipſa communicata reperiuntur, qa
poſita in æſtimo communis, ꝙ quidem æſtimum, & ſi faciat
quò ad tertias perſonas præſumptionem, Bal. in l. quidam
in ſuo. de cond. inſer. Roma. in conſi. 127. col. 1. quẽ ſequitur
Dec. in conſi. 408. col. fi. Pau. de Caſt. in l. ſi pater, C. de actio.
emp. Cacialup. in rep. l. Admonendi. nu. 82. de iureiur. Feli.
c. cum cauſa. colum. 1. de prob. Alex. in l. pretia rerum. col. 3.
ff. ad l. fal. Parpal. in l. placet. num. 100. C. de ſacroſanc. eccle.
Soci. in conſi. 89. nu. 12. vol. 1. & Iaſ. in l. decẽ. ff. de verb. obl.
tamẽ quò ad perſonas, quæ reperiuntur poſſidere bona, q̃-
tum nomine deſcripta reperiuntur in cataſtro, faciunt ple-
nam probationẽ, vt per Bal. in l. cenſualis. C. de dona. vbi in
16 quit, † ſtandum eſſe æſtimo facto de voluntate partiũ. Alex.
in conſi. 92. col. fin. vol. 2. conſ. 10. col. fi. vol. 4. vbi dicit æſti-
mũ præiudicare eis, qui deſcriptioni dicti æſtimi conſenſe-
runt. Alex. in conſi. 147. in fin. vol. 5. Soci. in dict. conſi. 89. n.
17 12. vbi † tradit, quod quando alius non reperitur in poſſeſ
ſione quàm qui cataſtrauit bona, tunc tale æſtimum probat
dominium & poſſeſsionẽ, & ꝙ illud quod dicit Bal. in l. ſi pa
ter. C. de actio. emp. ꝙ æſtimũ nõ probat dominiũ nec poſſe
ſsionẽ, procedit quãdo alius reperitur poſsidere: quia hoc
præualet, vt nõ præſumatur traditio facta; aliàs præſumitur
pro æſtimo communis alio non apparente in contrarium,
vt not. l. fi. C. de præd. nauicula. li. 11. ſubdẽs ita deberi intel
ligi l. ſolennibus. C. de rei ven. Paul. de Caſt. in d. l. ſi pater. &
Soc. in cõſ. 46. col. 2. vol. 3. ſeqtur Paris. cõſ. 53. nu. 21. vol. 1.

Quia reſpondetur, qđ nullibi apparet, ꝙ dictũ æſtimum
fuerit factũ mandante Stephano; ergo talis deſcriptio ſibi
nocere nõ poteſt, & ideo ꝙ auctoritates ſuprà citatæ nõ fa-
ciunt ad ꝓpoſitum; quia illæ tunc demũ procedunt, & locũ
habent; quãdo verè conſtat poſsidentem conſenſiſſe deſcri-
ptioni ipſius æſtimi, ꝙ ceſſare vr̃ in terminis noſtris, vbi per
alterum potuit fieri huiuſmodi deſcriptio ad probationem
18 ſui dominij, maxime † cum ſoleat fieri parte non citata,
vt inquit Soc. in cõſ. 205. ver. 3. eadẽ conc. quod æquiddem
ſufficere non poteſt ad præiudicium tertij, ſed ſolũ ad fauo-
19 rem fiſci collectas exigentis. malitijs † enim hominum ob-
uiandum eſt. l. in fundo. ff. de revend.

Secun-

Secundò dicitur quòd prædicta ſententia poſſet proce-
20 dere; quando † vltra deſcriptionem factam, à deſcriptis
fuiſſent ſolutæ functiones,& non aliter, vt concludit Bart.
in l.trura.C. de om.agr. deſer.libro 11. quem ſequitur ibi
Angel.de Perigl. & Ioan. de Plat.vbi dicit, quòd ſi vnus ex
fratribus,puta maior fecit emptiones aliquas,& inſtrumen
ta cantare in ſuam perſonam tantùm; tamen ſi res fuerunt
poſitæ ad æſtimum commune omnium fratrum,præſuman-
tur communes,ipſis tamen ſoluentibus functiones, non ob
ſtantibus inſtrumentis prædictis.& Bartol.ſequitur Soci.in
21 conſi.205.verſi.6.comprobatur,vbi†propriè inquit,talem
deſcriptionem probare,ſi ſolutæ fuerunt functiones,& ille
contra quem producitur conſenſerit,ſeu tolerauerit ꝓ eis
deſcribi: quæ duo copulatiuè ſubdit requiri, iuxta.l.ſi hæ-
redi plures.ff.de condit. & demonſt. aliàs his non concur-
rentibus ſeu aliquo deficiente non poteſt aliquis ex tali de
ſcriptione ſe iuuare. Alibi idem Soci.in allegato cõſ.46.col.
2.vbi refert qđ alias legendo Ferrariæ ita obtinuit in ter-
ra Bagnacaualli.Bal.conſi.1.volu.5.Rom. in ſing. 412.& in
conſil.291.col.3.in princip.Alex.in conſi.92.col.2. vol. 2.
conſ.10.col.2.vol.4.& in conſ.147.col.fi.vol.5.Dec.in cõſ.
21.col.2.in fi.Cacialup.in rep.d.l.ad monendi.num. 82.vbi
dicit hoc perpetuò menti tenendum;quia quotidie conten
ditur de domino & poſſeſſione.

Idem tenuit Cur.Iun.in fine commenti in l.traditionib.
C.de pact.ſed in caſu noſtro, poſito(ſed non admiſſo)quòd
poſſet probari deſcriptio de mandato Stefani facta, tamen
non conſtat quòd exinde Petrus ſoluerit onera,& functio-
nes,ergo ſequitur ꝙ ſola ipſa deſcriptio non probet domi-
nium,& poſſeſſionem.

Quibus non obſtantibus contraria ſententia eſt de iure
uerior, quòd immo per dictum Petrum legitimè actũ fuit
ad diuiſionem bonorum dictorum acquiſitorũ per Stepha-
num ſuo ac nomine fratrum, & dicti Petri ſpecialiter nomi
nati in ipſis inſtrumentis tanquàm de rebus traditis,& cõ-
22 municatis; ꝙ probatur. Nam nemini dubium eſt,ꝙ†actio
communi diuidundo datur ei, qui rẽ communem habet cũ
alio dict.l.i.cum ſequen.ff.commu.diuid.ſed bona de quib.
agitur ſunt communia cum dicto Petro.ergo &c.

Quod autem hoc ſit verum,demõſtratur;quia ſi inſpiciã
23 tur inſtrumenta acquiſitionum factarum, † quæ faciunt rẽ
notitiam,claram,& manifeſtam, Dec.in conſi.488.col.1.in
prin.& habent vim diffinitionis, vt per Bald. in conſi. 233.
24 vol.1.†& de quibus non venit dubitandum, ſicut de caſu le
gis,vt per eundum Bal.in conſi. 215. ad.fi col.2. volu. 2.ex
ipſis pluſquam clariſsimè conſtat,qđ acquiſitiones ipſæ fue
runt factæ per dictum Stephanum ſuo,ac nomine fratrũ, &
in ſpecie Petri,& in eos trãslatum dominiũ, & poſseſsio ꝑ
25 venditores, ac per conſtitutum,†qđ ſufficere videtur ad hu
iuſmodi translationem, per ea quæ ſuprà dicta fueruut, &
quæ latius comprobantur per Iaſ.in l.quoties C.de rei vẽd.
& Rui.in conſ.143.nu.5.& ſeq.vol.1.conſ.46.nu.13. vol.4.
& 85.nu.6.vol.5.& Craue. in conſ.107.col.1.Si ergo tran-
slatum dominium,& poſseſſio; ergo communicata: igitur
ſequitur,ꝙ legitimè actum fuit ad dictam diuiſionem.d.l.1.
ff.com.diui.

Nec obſtat quod uirtus ipſius conſtituti in hoc caſu non
poteſt operari, quia nulla ratificatio facta fuit in re inte-
gra,ſed eo quidem tẽpore, quo res venditæ penes Stepha-
num erãt excepto dicto Petro, & ſic poſt ius quæſitum ter-
26 tio;qua reſpõdetur qđ†prædicta opinio poſſet procedere
quotieſcunque poſſeſsio rerum venditarum reperitur trã-
slata per venditores in alias perſonas quàm in emptorem,
qui dictum cõſtitutum recepit ſuo,& nomine dicti Petri:qa
tunc verum eſt,ex quo res non eſſet integra tempore ratifi-
cationis,ꝙ illa ſuffragari nõ debet ratificanti,iuxta not.per
Deci.in conſi.247.col.2.poſt Paul.de Caſt. in cõſi. 197. vbi
27 ponit † quæſtionem de donatione facta abſenti,quæ requi-
rit ratihabitationem per l.ſi ergo.ff.de nego. geſt. antequã
per donantem alteri fiat donatio,& per Dec.in cõſ.226.col.
2.Rui.in conſi.121.col.2.vol.1.& Cagno in l.2.n.127.C. de
pac.inter emp. & vendi. ſecus autem quando res ipſæ re-
periuntur translatæ per venditores in perſonam Stephani
ſuo,& nomine dicti Petri per conſtitutum, & nõ in alias ꝑ-
ſonas,& qui dictum cõſtitutum recepit etiam nomine ſuo,
& fratrum;quia tunc ſufficit ꝙ ratificatio fiat tempore quo
recipiens conſtitutum penes ſe habet res venditas; quia
res tunc dicitur integra, nec alicui dicitur ius quæſitum
ante ratificationem ipſam,& ſic ceſsat argumentum ex ad
uerſo adductum.

Secundo dicitur,ꝙ dictus Petrus ſciuit emptionem factã
per Stephanum ſuo,& nomine eiuſdẽ Petri, cui non cõtra-
28 dixit;†quæ ſcientia operatur ratificationem, vt conſtat ex
29 no.per Dec.in conſi.58.col.2.ubi†ſi vxor ſciuit maritũ re-
cepiſse conceſſionem aliquã in emphiteuſim pro ſe,& vxo-
re,& nõ cõtradixerit,dicitur ratificare ad hoc, vt ſibi acqui
30 ratur,adeò ꝙ maritus non poterit illi renunciare;qa† quã
do actus reſpicit acquiſitionẽ, quæ debet fieri, non impro-
bare,eſt approbbare, vt per Bar.in l.quo enim.ff.rẽ rat.hab.
Rui.in cõſ.174.col.3.verſi.ſed ex alio,vol.3.accedit,ꝙ dixit
Guid.Papa.in conſ.ſuo 23.col.8.verſi.& ſi opponatur in pri
31 ma parte,vbi cõcludit,ſufficere† ꝙ quis ſciuerit quocũque
modo,& ſubdit ꝙ ſcientia præſumitur ex vicinitate loci,
vbi contractus geſtus eſt, & maximè ſi actus celebrati ſint
inter cõiunctos ſanguine,ex qua cõiũctione ſanguinis vnus
præſumitur ſcire factum alterius. l.octaui.in fi.ff. vnde co-
gna. & adeo eſt efficax hæc præſumptio ſecundum eum,qđ
transfert onus probandi in aduerſarium,iuxta l.ei qui.ff.de
proba.& donec approbatio,vel refutatio facta fuerit nihil
interim in contrarium fieri poterit in præiudicium illius,
cui acquirit,c.ſi tibi abſenti, de præb. lib .6. & ſi quid fiat
non valet. Si ergo in caſu prędicto ex dicta ſcientia præ
ſumitur ratificatio; ergo & in terminis noſtris id dici
debet, cum tempore acquiſitionum Petrus & Stephanus
moram traherent ſimul in eadem domo, & communiter
viuerent: licèt non fuiſset præſens tempore acquiſitio-
num, per ea quæ not. Alexander conſilio 213. columna
penultima volu. 2. vbi † coniunctus præſumitur ſcire fa-
32 ctum coniunctorum, & vicinorum, præſertim cùm fami-
liariter ſimul habitent, hoc idem voluit Ancharanus in
conſilio 171. columna 2.quem ſequitur Socinus in conſi-
lio 264.columna 5.in fi.vbi † tradit, quòd quando pater
33 & filius ſimul habitant ex communi habitatione præſu-
mitur ſcientia geſtorum ab altero, per capitulũ conſti-
tutus, extra de teſt. & ad probandam ſcientiam acqui-
ſitorum ratione iſtius communis habitationis, ita arguunt
Baldus in conſilio 302. columna 1. volumi.1.Abb.conſilio
19.colum.2.volumi. 2. quos ſequitur Crauettas in conſilio
123.colum.1.volum.1. & tanto magis dicendum eſt, quod
deuenerint in notitiam dicti Petri huiuſmodi acquiſitio-
nes, cum ſint notabilis, quantitatis: quia arguendo à
34 communiter contingentibus, † quod argumentum vali-
35 dum eſt in iure.l.neque natales.Codice de proba. & vt†ex-
perientia docet, quæ eſt rerum magiſtra. §. fina. inſtit.
de ſatiſdat.contractus notabiles, non ſolum ſolent deue-
nire in notitiam fratrum,qui communiter habitant in ea-
dem domo,ſed etiam vicinorum.

Secundo quod bona ipſa acquiſita fuerint communica-
ta,alio modo demonſtratur;quia ea reperiuntur deſcripta
in æſtimo Niciæ per dictum Stephanum ſuo,& nomine fra-
trum;quod quidem æſtimum cum fuerit factum per con-
ſentientem ipſi deſcriptioni, per eam videntur dicta bona
communicata cum nominatis in ipſo æſtimo,& in eos tran
ſlatum dominium,& poſseſsio, vt per Bar. in d.l.rura, quę
communiter approbatur.

36 Nec refert,† Bart.in d.l.rura, loqui quando copulatiuè
concurrebant deſcriptio, & ſolutio functionum: quia reſ-
pondetur,quod ibi Bartol.loquitur, quando quis emit no-
mine proprio bona ſtabilia, & exinde illa ponit & deſcribit
in æſtimo communi, ſuo & nomine fratrum: quia tunc
uerum eſt, quod illa duo copulatiuè requiruntur; ſed
nos ſumus in terminis, in quibns emptiones fuerunt
factæ communi nomine, & deſcriptio communi etiam
nomine, quo caſu cum duo vincula concurrant

& vlterius conſtitutum de quo ſuprà, videtur dicendum, ꝙ deciſio Bartol. non habeat obſtare. Vnde concludendum arbitror ex his, quæ ſuprà abundè dicta fuerunt, bona ipſa diuidenda eſſe, reſeruata tamen facultate dicto Stephano repetendi partem pretij bonorum communicatorum iam dicto Petro, iuxta no. per Barto. in dicta l. 2. C. pro ſocio. in qua repetitione habenda erit ratio fructum perceptorum per Stephanum, & intereſſe pretij non ſoluti per dictum Petrum, iuxta tradita per Alexand. in conſil. 77. colum. fin. volum. 6. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

1 *Tertius comparens ad impediendum executionem, dicitur actor voluntarius.*

2 *Tertius comparens ad impediendum executionẽ, non debet audiri, niſi apparenter, vel exiſtenter fidẽ faciat de ſuo intereſſe, ꝓbãdo ſemiplene, vel ſũmarie ſe dominũ, vel poſſeſſorẽ.*

3 *Petens ſe admitti in quocunque iudicio pro intereſſe ſuo debet ſaltem ſemiplenè docere de iure ſuo, & iſte articulus tanquàm præiudicialis primò eſt examinandus.*

4 *Probatio tituli non ſufficit ad impediendam executionem, niſi probetur rei traditio.*

5 *Ingrediens poſſeſſionem ſua auctoritate, ex permiſſione Iudicis exequentis, non indicidit in pænam. l. meminerint. C. unde ui. ſi licitè hoc fecit, ſecus ſi iniuſtè, ubi autem per executorem traderetur ſibi poſſeſſio, tunc etiam locum non habet conſtitutio. d. l. ſed expulſo ſuccuritur per appellationẽ, ſecundum formam l. ab executione, C. quor. appell. non recip. quòd tamen declara, ut in nu. 17.*

6 *Tenuta nulliter data, ſi de nouo concedenda eſſet, uel confirmanda, ſecundum communem non reuocatur, quod intellige, ut in nu. 19. & 21.*

7 *Tenuta ubi minus legitimè data reperitur, ſi res illa ꝓpter debitum alias hypothecata comperitur, datur creditori retentio.*

8 *Executio ſententiæ latæ in actione perſonali, non poteſt fieri contra tertium poſſeſſorem, ſiue cœperit poſſidere ante litẽ conteſtatam, ſiue poſt quandocunqe ante executionem, & ſiue condemnatus dolo deſierit poſſidere, ſiue non.*

9 *Executio facta in bonis à tertio poſſeſſis, eo non citato, nullum iuris ordinem habet, per iudicemque reuocari debet.*

10 *Quod ampliatur procedere etiam ſi res fuiſſet alienata pendente lite per debitorem in fraudem creditoris quia ſi feratur ſententia in fauorem creditoris ſuper actione perſonali, non tamen mitteretur executioni contra tertium poſſeſſorem, in quem res translata fuit, ſed contra eum agendum erit reuocatoria probando fraudem.*

11 *Executio facta præter intentionem iudicis reuocari debet.*

12 *Iudex quando facit executionem in aliqua re tanquam cõdemnati, ſi habet animum præiudicandi tertio poſſeſſori, ei nõ præiudicat, & ob id non priuatur ſua ciuili poſſeſſione, licèt ſecus ſi poſſeſſio occuparetur, à priuato ſine auct. iudicis.*

13 *Tertius auctoritate propria capere poteſt poſſeſſionem rei ſibi captæ per alium: quamuis ei adiudicatæ ratione ſuæ ciuilis poſſeſſionis.*

14 *Tertio comparenti pro intereſſe ſuo ad impediendum executionem, ſtatui debet per iudicem tempus ad faciendum fidem de ipſo intereſſe.*

15 *Poſſidens non tenetur probare de intereſſe ſuo.*

16 *Poſſidèns quando ſuſpicatur quòd alius petat executionem ſententiæ in rebus à ſe poſſeſſis, cautela eſt, quòd proteſtetur uictori, quòd nen procedat ad executionem, nec quòd aliqua nouitas fiat: quia res ſunt ſuæ, & à ſe poſſeſſæ, & quatenus executio ſit facta, petat illam contrario imperio reuocari, quia ſi ea fieret pendente ipſa proteſtatione, eſſet nulla.*

18 *Quæ fiunt extra ordinem, reuocari debeut.*

20 *Abſurdũ eſſet, quòd iudex uellet defendere immiſſum in poſſeſſionem, cuius immiſſio de eius conſcientia non proceſſit, & quam concedere non potuiſſet.*

21 *Debitor quando conſtituit ſe precario nomine creditoris poſſidere, ſi eam tradit alteri non priuat creditorem ſua ciuili poſſeſſione, & ideo poterit ingredi naturalem propria auctoritate, etiam per uim, ſi reperiat reſiſtentem.*

## CONSILIVM V.

VIdetur prima conſideratione dicendum, quod confirmatio executionis factæ in bonis ꝑ dominum Antonium Carratum poſſeſſis, poſtulata per fratres San. Auguſtini ciuitatis Albæ, in quorum fauorem lata fuit ſententia in actione perſonali, & contra comitem Vitię, eis de iure concedi debeat, non obſtantibus ex aduerſo adductis, & allegatis per ipſum Carratum. Quoniam clariſſimi iuris eſt, ꝙ
1 † tertius comparens ad impediendum executionem, & qui dicitur actor voluntarius, cum non trahatur ad iudicium, ſed vltrò ſe offerat, vt eam impediat. l. inter ſtipulantem. §. Titium. ff. de verb. obl. & qui non poteſt declinare forum, petendo ſe remitti ad ſuum iudicem, ſed ſub eo debet litem
2 proſequi, coram quo ſe oppoſuit. l. venditor. ff. de iud. † nõ debet audiri, niſi apparenter, vel exiſtenter fidem faciat de ſuo intereſſe, ſcilicet probando ſemiplenè, vel ſummariè ſe dominum vel poſſeſſorem. Ità Innocen. quem ſequitur Felin. in cpit. veniens. el 2. in 4. col. verſi. quinta concluſio, de teſtibus. in capit. cum ſuper. in princip. de re iudi. vbi in dictis locis inquit, centum manib. eſſe ſignandum, & notandũ perpetuò dictum Cardinalis ibi, volentis, quòd in illo caſu ſatis fuerit probare ſe electum, quàmuis non canonicè electũ. Accedit, quod dixit Bal. in l. fi. circa medium. C. de edic.
3 diui Had. tol. vbi tradit, † quòd quoties aliquis vult admitti in quocunque iudicio pro ſuo intereſſe, debet ſaltem ſemiplenè docere de iure ſuo, & quòd iſte articulus tanquàm præiudicialis primò eſt examinandus. Immo plus voluit in l. manifeſtiſſimi. in princ. C. de fur. quem ſequitur Alexand. in conſi. 184. col. fin. vol. 6. & in conſi. 81. col. 2. vol. 7. & Iaſ.
4 in l. fin. nu. 27. C. de edic. diui Hadri. tollen. quòd † probatio tituli non ſufficiat in iſto caſu, ſed neceſſe ſit probare rẽ traditam. Idem dixit Gozad. in conſi. 103. in princip. ſed in caſu de quo agitur, dominus Antonius non edocuit de aliquo ſuo intereſſe coram executore, nec plenè, nec ſemiplenè, nec apparenter, nec exiſtenter, ergo ſuccedere videtur, quòd admittendus non ſit ad impediendam confirmationem ipſius executionis.

Secundò quòd audiri non debeat, facit, quod voluit Bar. in l. meminerint, col. 2. verſi. & veritas. C. vnde vi. quem ſequuntur ibi Sali. col. ſecunda, & Neguſan. in tracta. de pign.
5 in ſecundo membro tertiæ partis nu. 22. vbi inquit, † quòd quando quis ingreditur poſſeſſionem, ſua auctoritate, ex ꝑmiſſione iudicis exequentis, ſi quidem hoc facit licitè; quia non debeat requiri, non incidit in illam conſtitutionem, vt l. iuſtè poſſidet. ff. de acquiren. poſſeſ. ſed ſi iudex facit iniuſtè, tunc incidit in pœnam illius l. ſubdens hoc eſſe verum, ſi auctoritate ſua ingreditur, ſecus ſi per executorem ſibi traderetur poſſeſſio; quia tunc non haberet locum illa conſtitutio, ſed expulſo ſuccuritur per appellationem, ſecundum formam. l. ab executione. C. quor. app. non recip. ſed in caſu præſenti poſſeſſio tradita fuit fratribus per executorem, à qua immiſſione non fuit per Carratum appellatũ: ergo alio remedio ſibi non eſt ſuccurrendum, nec ad illud admittendus eſt.

6 Tertiò accedit. Nam † poſito quòd dicta immiſſio nulliter fuerit data ipſis fratribus, & ordine iuris non ſeruato: tamen dicitur ꝙ licèt petatur à Carrato reuocari, nihilominus, quia dicti fratres replicant quòd non intereſt dicto domino Antonio petere huiuſmodi reuocationem, quia ſi non eſſet facta, de nouo deberet confirmari, vel concedi, qđ ipſe audiendus nõ venit, vt decidũt Ang. Imol. & Alexand. in l. ſi finita. in prin. ff. de dam. infec. Doct. in rub. C. de Carb. edic. & inquit Angelus in dicta lege ſi finita, ſe infinitis vicibus ita practicaſſe. hoc etiam profeſſi fuerunt Bertachinus in tractatu de epiſcopis in tertia parte, numero 66. Decius in conſilio 449. numero. 18. Dominus meus Ruinus in conſilio 91. columna finali volumi. 5. Neguſan. vbi ſuprà numero trigeſimoſecundo, & Cur. Senio. in lege ſi

pacto

pacto quo pœnam.nu.8.C.de pac.vbi aſſerit hanc eſſe com
munem opinionem .
7 Quarto confirmatur hæc opinio . Nam † vbi tenuta minus
legitimè data reperitur, ſi res illa propter debitũ alias hy-
pothecata comperitur, datur creditori rententio.Ita Bal.
in l.fundus,qui Titij , inquarto notabili. C. de reſcinden.
venditio.quē ſequũtur Crem.in not. 94.Bertachin.in tract.
de epiſcop.in tertia parte principali, nu.67.Deci.in conſi.
449.col.3.in fin.verſic.accedit,& in fine conſilij.Neguſan.
in dicto tracta.de pigno.in ſecundo membro.ſecũdæ par-
tis.nu.20.& Cur.Iunio. in conſilio vltimo, col.3.Sed bona
iſta,in quibus facta fuit immiſſio in fauorem fratrum,repe-
riuntur eis hypothecata pro legato Eccleſiæ facto.le.1.C.
comm.de lega.ergo ex his ſequi videtur,ꝙ dictus dominus
Antonius tanquàm tertius admitti non debeat ad impedien
dum huiuſmodi executionem, & eius confirmationem,vel
ſaltem quòd ipſis fratribus detur retentio dictorum bono-
rum ratione hypothecæ.

Quibus non obſtantibus,contraria ſententia eſt de iure
verior,& pro fundamento huius partis ſe offert communis
8 Doct o.concluſio,quæ habet quòd † executio ſententiæ la-
tę in actione perſonali nõ poteſt fieri cõtra tertium poſſeſ-
ſorē,ſiue cęperit ante litē motã poſſidere,ſiue poſt,& quãdo
cũque ante executionē, & ſiue cõdemnatus dolo deſierit
poſsidere,ſiue nõ.Ita Bar.Ale.& alijs cõmuniter in l.à diuo
Pio §.ſup̄ reb.ff.de re iudica.Bar.in l.creditores.C.de pigno.
in illa q̃ſtione,vtrũ ius exequēdi&c.Bal.ĩ cõſi.149.vol.3.An
char. in conſi.292. vbi inquit, † quòd executio facta in bo-
nis à tertio poſseſsis, eo non citato,nullum iuris ordinem
habet,& ꝙ ea non iureordinario,ſed per iudicem reuocari
debet,hoc etiam voluit Craue.in conſi.253.colu.1.& 2.vbi
10 † ſimiliter tradit, hoc procedere etiam ſi res fuiſſet aliena
ta pendente iudicio per debitorem in fraudem creditoris;
quia ſi poſtea feratur ſententia in fauorem creditoris ſuper
actio ne perſonali,non tamen mitteretur executioni cõtra
tertium poſseſsorem , in quem res translata eſt lite mota,
ſed agendum eſt cõtra tertium actione reuocatoria,probã
do fraud em debitoris,qui alienauit. Bartol. in l.qui miſsũ.
§.iudex.ff.de damn.infect.Do.in dict.§.ſi ſuper.Soc.in con-
ſilio 13.col.2.vol.4. hanc quoque ſententiam amplectitur
Dominus meusRuin.in conſi.88.in princip.vol.4.ſed huiuſ
modi ſententia lata fuit contra Comitem Vitiæ in actione
perſonali,& executa in bonis iam diu poſseſsis per Domi-
num Antonium Carratum priuſquã iudicium fuerit inchoa
tum contra comitem prædictum,quo caſu clarnm eſt, quòd
eo non vocato non potuit fieri huiuſmodi executio
& tanto magis hoc admittendum arbitror , cum executio
ipſa facta fuerit in dictis bonis contra intentionem iudicis:
qui ipſam executionem commiſit, cùm per eum non repe-
riatur commiſſio data executori exequendi,niſi in bonis cõ
11 demnati,& non terrij poſseſsoris,& ideò † cum præter eius
intentionem facta fuerit , reuocari debet. Ità Ancharan.in
citato conſ.292.col.2.in princ.verſic.ſecũdò,quia &c.ꝙ &
voluit Craue.in alleg.conſi.235.col. 2.in fin.Alexand.in l.
clam poſsidere.§.qui ad nundinas.ff.de acquiren. poſs.quē
ſequitur dominus meusRuin.in conſi.49.nu.11.volu.4.Im-
12 mo concludit Ancharan.& Craue.vbi ſupra, † quòd etiam
ſi iudex haberet animũ præiudicandi tertio poſseſsori,hoc
facere non poſset,& ſi faceret,q̄d ex dicta immiſsione nõ
priuatur tertius ſua ciuili poſseſsione,per not. per Innoc.
in c.quoniam frequenter. §. quod ſi ſuper,vt lit.non con-
teſta.ſuper verbo nominare,vbi ſi colonus per iudicem vio
lenter eijciatur , dominus non amittit ciuilem poſseſsio-
nem,licèt ſecus ſi eijceretur à priuato. l.3.§. ſi ſeruus. ff.de
acq.poſſ.Bal.in cõſ.149.vol.3.Alex.in l.ſæpe.num.45. ff. de
re iud.in cõſi. 52. col.3. in 1.vol. & Socin.in conſilio 158.
13 colu.quarta volum. 2.& hoc adeò verum eſt , quòd † ter-
tius ipſe poteſt ratione dictæ ſuæ ciuilis poſseſsionis
propria auctoritate appræhendere poſſeſſionem rei ſuæ ca
ptæ per alium, quamuis ei adiudicatæ , vt tenuit Imol. in l.
à diuo Pio. §. ſi poſt addictum . ff. de re iud.quem ſequitur
ibi Alexand. columna 5.in fin.verſicul. extra Gloſſam , &
in leg.clam poſſidere. §.qui ad nundinas. ff.de acquirenda
poſſeſſioue Bal.in conſi.149.in fin.volum.3.Crauetta conſi-
lio.235.col.1. in fi.Alex. in conſilio 52. colum. 3. in princ.
volum.7.

Nec obſtant adducta in contrarium , quia ad primum ar-
gumentum reſpondetur, quòd & ſi dominus Antonius
Carratus tertius poſſeſſor neque apparenter , neque exi-
ſtenter coram executore vllam fidem fecerit de ſua poſseſ
ſione , id proceſſit culpa, & defectu eius executoris , qui
ipſum comparentem noluit admittere ad probationem
ſuæ poſseſsionis, quod equidem ſi bene , vel malè geſseris
ſatis colligitur ex dictis Alexand. in conſil. ſuo 101. colu-
mna 1.volum.5.vbi dicit , quòd tertius comparens ad cau-
ſam pro intereſſe ſuo regulariter audiri debet , ſi velit
miſſionem in poſſeſſionem impedire, ſeu executionem ſen-
tentiæ,vel inſtrumenti , præſertim quando peteretur pro-
cedi ad miſſionem in poſſeſsionem pro quantitate pecunię.
l.à diuo Pio . §. ſi ſuper rebus. ff.de re iudici , & quod ſi
14 † iudex ſtatuit terminum tertio , ſeu eius procuratori ad
probandum de intereſſe ſuo , ſeu ad faciendum ſibi
incumbentia , rectè & ritè facit ; ergo ſi è contrario
ſecus.
15 Vlterius dicitur,quòd † ille , qui eſt in poſſeſsione aliter
non debet probare de ſuo intereſse,vt dixit Gozad.in con-
ſilio 103.columna 3.verſic. non obſtat , vbi inquit, quòd
tertius tunc probare debet , quando non poſsidet , ſecus ſi
poſsidet: quia tunc cùm ſit poſſeſsor, alio non probato
impedit fieri executionem , maximè in re non petita , vt
per Bart. & alios in dicto §. ſi ſuper rebus , & eò fortius
hoc dicendum venit , cum tertius ipſe proteſtatus fuerit
tam fratribus quam executori, quòd in re per eum poſseſ-
ſa non procederent ad executionem, neque aliquam noui-
tatem facerent. iuxt. not. per Angel. Imol.Alex.& Iaſ.in d.
16 §.ſi ſuper rebus, vbi dicunt , † quod quando poſsidens ſu-
ſpicatur , quòd alius petat executionem ſententiæ in rebus
à ſe poſseſsis,cautela eſt,& practica , quòd proteſtetur vi-
ctori , quòd non procedatur ad executionem, nec quòd ali
qua nouitas fiat , eò quia res ſunt ſuæ , & a ſe poſseſsæ : &
quatenus executio ſit facta, petat illam contrario imperio
reuocari & inquit Bald.in l. ob maritorum. C. ne uxor pro
marito,quòd ſi executio fieret pendente hac ꝑteſtatione,
eſset nulla,per text. in §. ſuper hoc , in authen. vt nul. iud.
Hoc idem amplectitur Soci.in conſil.158.col 6.in princ.&
Gozad.in citato cõſilio.103.col.3.ſed de præmiſsa proteſta
tione prompta ſit fides ex actis , qua pendente fuit facta di
cta immiſsio : ergo &c.

Secundò non obſtant not.per Bart.in d.l.meminerint;q̄a
reſpondetur,quòd licet Bart.ibi dicat quod ſuccurratur ex
pulſo per remedium appellationis ſecundum formam.l.ab
17 executione,tamen non dicit Bart.quod † executio,& immiſ
ſio valeat ; quoniam etiam ſi actus ſit nullus , poteſt ab eo
appellari.l.Carmelia pia.ff.de iure patro.& quod non ſit ne
ceſse appellare , & alijs medijs poſsit expulſo ſuccurri
declarat ipſe Bartolus in l. à diuo Pio. §. in venditione.
verſiculo ſed quæro , quid ſi facta fuit. ff. de re iudicata.
vbi quæritur , quid ſi facta fuit executio parte non ci-
tata vbi citari debuit , vel aliter erratum eſt , quid agen-
dum ſit, & inquit quod poteſt appellari ; ſi excedatur
modus , d. l. ab executione ; ſed ſi non appellatur , tunc
dicit quod ſi dicta immiſsio in poſseſsionem fuit facta in
actione perſonali , non conſtituit pignus petitorium,
& ſic non acquiritur ius immiſso , & poterit antequam
per iudicem procedatur ad venditionem dictæ rei re-
uocari ex officio iudicis adhibita ſummaria cognitio-
ne,dicto §. ſi ſuper rebus . Sed poſt venditionem haberet
neceſse aduerſarius ſe facere actorem in iudicio ordi-
nario , & rem vendicare dicto §. ſi poſt addictum , & Bar-
tolus ibi ſequuntur omnes ; & ſic ex dictis Bartolus clarè
percipitur quod Bartolus in d. l. meminerint , debet hoc
modo intelligi , vt declarat in dicto §. in venditione , vt
in ſpecie dixit Alexander in conſilio 52. colum. 2 circa fi.
vol.7.& dominus meus Rui.in conſilio 15.column. quarta

verſi. quia igitur, vol. 4. licèt de Alexand. nullam faciat mētionē. vnde cum Bart. ita intelligendu s ſit, per conſequēs concludenter reſultare videtur, quòd nedum ſibi ſuccurratur per viam appellationis, ſed etiā perviam reuocationis. Ad tertium reſpondetur, quòd, & ſi dicatur ꝙ tenuta nulliter data, poſſit peti de nouo confirmari, vel concedi per auctoritates ſuprà citatas, tamen ꝙ multi Doct. contrarium tenuerunt, vt in primis voluit Bal. in l. ſi pacto quo pœnā.

18 C. de pact. vbi inquit, † ꝙ miſſio in poſſeſſionem auctoritate iudicis debet fieri ordine iuris ſeruato, & ſi iudex mittat in poſſeſſionem aliquem de facto, non ſeruato more iudiciorum, puta parte non citata, debet de facto ſine aliqua citatione reuocare tenutam datā, & miſsionem in poſſeſsionem: qui ad hoc allegat Glo. ſingularem. in verbo Seium. in l. minor, in prin. ff. de euictio. Idem Bald. in conſi. 332. in fi. vol. 3. vbi tradit, quòd tenuta, quæ emanauit ex abrupto, nō ſeruata forma iuris, vel ſtatutorum, venit reuocanda, quatenus de facto proceſsit, d. l. ſi minor; quia ea quæ fiunt extra ordinem, reuocari debent. l. 1. §. 1. ff. ſi muli. vent. nom. alibi idem Bal. in conſi. 257. vol. 4. vbi inquit, huiuſmodi tenutam reuocandam eſſe. primò ratione ceſſantis commiſsionis, quia non habuit executor commiſsionem exequendi in bonijs tertij. ſecundò, quia non fuit citatus poſſeſſor. l. cum mi les. §. 1. ff. ex quib. cau. maio. Crot. in l. 1. §. nunciatio, num. 76. ff. de noui ope. nūc. Dominus meus Rui. in conſi. 17. nu. 7. vol. 5. & in conſi. 24. col. 1. & in fi. vol. 4. & Gozad. in d. l. ſi pacto, quo pęnam. in 2. notab.

Secundo reſpondetur, quòd dicta concluſio poteſt pro-
19 cedere, † quando petitur confirmatio ab illo, qui aliàs poſſidebat, ca. 2. de confirm. vtil. vel inutil. non autem quando ea petitur ab illo, qui immmiſſus eſt per decretum obreptitium, & per conſequens vitioſè, & iniuſtè in poſſeſsionem tertij poſſeſsoris. Ità Ancharan. in iam ſæpius allegato cōſ.
20 292. in fi. Abſurdum enim eſſet ſecundum eum, ſi † iudex in tali poſſeſsione eam defenderet, poſtquam dicta immiſsio de eius conſcientia non proceſsit, & quam con concedere non potuiſſet. c. quoniam frequenter. §. quod ſi ſuper, vt lit. non conteſt. ſed hic non petitur confirmatio à iam poſſeſſore, ſed à tertio, igitur &c.

21 Tertiò reſpondetur, ꝙ † hic non apparet de aliqua tenuta, ſeu immiſsione facta à iudice, ſed ab executore, & nūtio in re per alium poſſeſsa, & ex ſuo capite, quæ confirmari non poteſt, vt per Ancha. vbi ſuprà in fin.

Vltimò, non obſtat argumentum de retentione ratione hypothecę, quoniam reſpōdetur, quòd retentio ipſa admitti non debet; quia & ſi immiſsio aliqua facta reperiatur ad commodum fratrum in bonis per tertium poſſeſsis, & contra conſcientiā iudicis committentis executionem: tamen nunquam dictus Carratus priuatus fuit ſua ciuili poſſeſsione, cuius vigore potuit ingredi ſuam naturalem, in qua ſēper non obſtante ipſa immiſsione permanſit, & eam continuauit, fructus percipiendo, & alia faciendo, quæ per veros poſſeſsores fieri ſolent, & debēt: in qua ingredi potuit, & in ea inſiſtere, iux not. p Imol. Alexā. & alios in d. §. ſi poſt addictum. & p Bart. in ſimili in l. creditores. col. 8. verſic. ſed
22 an poſsit remedium adhiberi. C. de pign. vbi inquit, ꝙ † quādo debitor conſtituit ſe precario nomine creditoris poſsidere, ſi debitor tradat alteri, vel eijciatur, non priuatur ſua ciuili creditor; quia ſtat de per ſe, nec naturali cohæret. l. ſi de fundo. ff. de vi & vi arma. & ideò quòd vigore ſuæ ciuilis poterit ingredi propria auctoritate naturalem, etiā per vim, ſi reperiet reſiſtētiam. & cum Bart. concordant Socin. in cōſi. 82. col. 3. vol. 3. & Gozad. in cōſi. 42. col. penult. Alex. in conſi. 51. col. 3. vol. 6. & Aret. conſi. 21. in fin. Vnde cum poſſeſsio aliqua penes fratres non reperiatur, ſequitur manifeſta reſolutio, quod eius, quòd non eſt, retentio concedi non poteſt; cum non entis nullæ ſint qualitates. l. lecta. ff. ſi cer. pet. leg. certè. ff. de preca. Et ſic ex his remanent abſoluta omnia argumenta, de quibus ſuprà.

Laus Deo,

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

## SVMMARIVM.

*1 Spoliationis probatio nedum difficilis eſt, immo & impoſſibilis, niſi & poſſeſſio probetur.*

*2 Spoliato auctoritate iudicis, non datur interdictum recuperandæ poſſeſſionis, quod intellige, vt in nu. 34.*

*3 Præſumptio eſt pro iudice, quod declara, vt in num. 35.*

*4 Poſſidere dicitur iuſte, qui authore prætore poſſidet.*

*5 In remedio recuperandæ, vt quis obtinere poſſit, duo neceſſario ſunt probanda, poſſeſſio videlicet & ſpoliatio.*

*6 Et nedum poſſeſſio ſimpliciter, ſed & de tempore ſpolij.*

*7 Teſtes deponentes ſe nomine alterius poſſidere, illi non acquirunt poſſeſſionem ſine mandato.*

*8 Poſſeſſionem apprehendens nomine meo, non præcedente ad hoc mandato mihi non acquirit poſſeſſionem, niſi ſecuta ratificatione, quod intellige vt in nu. 40.*

*9 Periurus repellitur à teſtimonio.*

*10 Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus.*

*11 Quod amplia procedere, etiam ſi iniuſtè poſſideret.*

*12 Et etiam ſi ſpoliatio eſſet facta à iudice iniuſtè.*

*13 Iudex non obſeruans iuris ordinem, vel debitam conſuetudinem redigitur ad inſtar priuati, nec iuuatur ratione officij, cum in illud deliquerit contra naturam ipſius officij.*

*14 Iudex procedens contra aliquem ſine cauſæ cognitione cenſetur tanquam priuatus, & ei non eſt obdiendum.*

*15 Iudex procedēs extra ordinem, dicitur de facto procedere.*

*16 Ius alterius eſt auferre, quādo cognoſcitur iuris ordine non ſeruato.*

*17 Contraueniens præcepto pœnali facto ſine cauſæ cognitione, non incidit in pœnam.*

*18 Decretum interpoſitum ſine cauſæ cognitione eſt nullum.*

*19 Miſſio in poſſeſsionem ex ſecundo decreto ſine cauſæ cognitione, nulla eſt.*

*20 Spoliatus à iudice iuris ordine non ſeruato ſtatim eſt reſtituendus, non obſtante criminis exceptione.*

*21 Quod ſit de facto, contrario facto eſt reuocandum.*

*22 Prædo non ita malè poſſidet, ſicut miſſus in poſſeſſionem virtute ſententiæ nullæ.*

*23 Condennatus de facto reſiſtere poteſt aduerſus executionem ſententiæ nullæ.*

*24 Poſſeſſionem ingrediens virtute ſententiæ nullæ, parte non uocata, & ſine cauſæ cognitione, priuatur iure ſuo.*

*25 Lata eſt in culpa, qui utitur ſententia nulla, nimirum ſi tenetur de uiolentia illata.*

*26 Statutum puniens ingredientem poſſeſſionem alicuius de facto, locum habet contra ingredientem uirtute decreti iudicis inualidi.*

*27 Poſſeſſionis reſtitutio nedum datur, quando iudex proceſſit contra non citatum, uerum etiam quando contra citatū ad locum non tutum.*

*28 Spoliato competit remedium poſſeſſorium, etiam ſi iudex procedat ſeruato iuris ordine ſi tamen ſit incompetens.*

*29 Poſſeſſorium remedium datur aduerſus ſententiam iudicis nulliter latam per errorem iuris, ſecus ſi per errorem facti probabile; quia tūc agēdū eſt officio iudicis, aut uia nullitatis.*

*30 Poſſeſſorium remedium datur, quando conſtat de manifeſta iniuſtitia.*

*31 Carceratus iuris ordine poſtergato, ante oīa relaxādus eſt.*

*32 Spoliato non obeſt auctoritas Principis confirmantis uiolentum poſſeſſorem in ſua poſſeſſione.*

*33 Probatio poſſeſſionis antiquioris ſufficit in remedio poſſeſſorio recuperandæ, & nu. 36.*

*37 Spoliatio apertè probatur recuſante reo admittere agentem ad eius poſſeſſionem.*

*38 Poſſeſſione ſua ſponte recedens, ſi reuerſus non admittitur, dicitur ſpoliari.*

*39 Mulier de domo uiri ſponte recedens, ſi uolens redire, nō admittitur, intelligitur expulſa.*

*41 Ratificatio inducitur ex perceptione fructuum.*

*42 Tēpus iuramēti in teſte attenditur, an ſit periurus, vel ne.*

*43 Spoliatus nō auditur in plenario iudicio, niſi prius facta reſtitutione vſque ad minimum quadrantem, & donec tantum ſteterit in poſſeſſione, quantum ſtetit ſpoliatus.*

Quniaom

## CONSILIVM VI.

1 QVuoniam† nedum difficilis, immo impoſſibilis eſt pro batio ſpoliationis, niſi & poſſeſſio ,pbetur, vt tradit Abb. in capitulo olim. il. 3. in vlt. not. de reſtit. ſpol. quem refert, & ſequitur Dec. in conſi. 671. col. 1. Ideo videndum eſt in præſenti cõſultatione, An domino Alberto de Salinis competat interdictum recuperatione prædiorum, de quib. in actis præſentis cauſæ. & primò videtur dicendum, quòd
2 non; quoniam† ſpoliato auctoritate iudicis, non datur inter dictum recuperandæ poſſeſſionis, vt eſt Gloſſ. in c. præſen-tium. 7. q. 1. Abb. in c. dilectus, el primo. de reſcrip. Iacob. de Sancto Georgio in l. ſi de ui. nu. 19. ff. de acquir. poſſ. Dec. in conſ. 291. col. pen. verſ. 5. Iaſ. in cõſ. 9. col. 1. vol. 3. & in cõſ. 38. col. 3. in fi. vol. eo. Curt. Iun. in conſ. 175. in fi. vbi inquit dictam Gloſſ. eſſe communiter approbatam. Paris. conſi. 1. nu. 165. vol. 1. Gozad. in conſ. 99. nu. 11. & Craue. in cõſ. 5. n.
3 8. & ratio eſt; quia † pro iudice præſumitur. l. Herennius, §.
4 Caia. ff. de euictio. c. in præſentia, de renunt. Nam † iuſtè poſ ſidet, qui authore prætore poſſidet. ff. de acq. poſſ. vnde cum dominus Alexander de Albertinis, immiſſus fuerit in poſ-ſeſſionem proprietatum, de quibus agitur de commiſſione domini iudicis, & per eius nuntium, vt cõſtat ex iuribus co-ram eo agitatis: igitur ſequi videtur, quod hoc remediũ re-ſtitutorium dicto domino Alberto competere non poſſit.
5 Secundo etiam pro hac parte facit. Nam † ad obtinendũ in hoc remedio, duo neceſſariò probari debẽt, ſcilicet poſ-ſeſſio, & ſpoliatio, vt vult text. in c. conſultationibus, vbi Abb. & alij de offi. deleg. vbi Abb. inquit, illum text. quoti-die ad hoc allegari. Dec. in citato conſ. 671. per l. 1. §. inter dictum hoc. & ibi Glo. ff. de ui & ui arma. & in cõſ. 162. col. 2. circa finem, ibi, quibus probatis, & in conſil. 191. colum. pen. verſ. ſexto hoc clarum. Affl. in deciſ. 327. in prin. Paris. in conſ. 1. nu. 156. vol. 1. & in conſ. 98. nu. 23. vol. 2. & Crau.
6 in conſi. 140. & in prin. & † nedum poſſeſſio ſimpliciter, ſed & de tempore ſpolij, vt per Bal. in conſ. 98. vol. 5. Dec. cõſ. 125. in prin. & Gozad. in con. 98. n. 5. ſed ex parte dicti domi ni Alberti minimè probata fuerunt hæc requiſita, ſed tan-tùm quod annis viginti iã elapſis poſſidebat: & ſic ante ſpo-lium, igitur cum deficiat hoc extremum, meritò reſultare videtur, quod in eo ſuccumbere debet. l. eum quẽ temerè, ff. de iudi. Vlterius dicitur ꝙ etiã aliqua non reperitur pro-bata poſſeſſio ex parte ipſius D. Alberti: qa tres ex teſtib. tm̃ dicunt ſe poſſediſſe dicta prædia nomine dicti d. Alberti, &
7 in ipſis eius nomine laboraſſe, quo caſu † teſtes deponẽtes ſe nomine alterius poſſediſſe, & non poſſunt illi acquirere poſſeſſionem ſine mandato, l. ſi ego. ff. de nego. geſt. l. poſſeſ ſio. §. ſi poſſeſſio. ff. de acq. poſſ. & ita in terminis noſtris cõ-ſuluit Alex. in conſ. ſuo 110. col. 1. verſ. præterea teſtis non
8 dicit, uol. 1. ubi propriè dicit, ꝙ † ſi quis apprehendit poſſeſ ſionem nomine meo, non præcedente ad hoc mandato, nõ acquiritur poſſeſſio mihi, niſi ſecuta ratificatione. l. commu nis ſeruus. in fi. l. ſi me in vacuam. in fi. cum ibi not. de acqu. poſſ. Idem Alex. conſ. 88. col. 3. ꝙ autem vol. 5 Gozad. cõſi. 42. col. 2. uerſ. 8. Craue. conſi. 5. nu. 16. Rui. in conſ. 163. col. 1. uol. 5. & in conſ. ſeq. nu. 16. & in ſequenti. in fi. in conſ. 33. col. 2. uol. 4. & in conſ. 39. col. 3. & in conſ. 106. col. 6. uolu. eo. ſed in terminis noſtris non apparet de aliqua ratificatio ne vel mandato eorum igitur, &c.

Plus dicitur, ꝙ alij teſti non eſt danda fides; quia licèt di cat vidiſſe domi. Albertũ poſſediſſe prædia, de quib. ſuprà,
9 & reddat optimam rationem, tamen ei fides non eſt dãda, † quia eſt periurus, qui à teſtimonio repellitur. l. ſi quis ma-ior, vbi not. C. de tranſac. c. teſtimonium, extra de teſti. Ale. in conſ. 2. nu. 6. vol. 4. in conſ. 44. nu. 78. uol. 2. Dec. in conſil. 189. nu. 10. in fi.

Quibus non obſtantibus, contraria ſententia eſt de iure verior, ꝙ immo dictus Albertus legitimè intentauit reme-dium interdicti recuperandæ, & in eo obtinere debet, quod manifeſtè probatur. Nam trita eſt doctorum ſententia, ꝙ
10 † ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus. l. ſi quis à ſe fun-
11 dum. C. ad l. Iul. de ui pub. vbi etiam hoc procedit, † ſi ſpo-liatus poſſideret iniuſtè, prout & idẽ dicitur in l. colonus, & in l. cum fundus. ff. de ui & ui arma. not. omnes in l. natu-raliter, §. nihil commune, ff. de acq. poſſeſſ. ꝙ ẽt locum habe re dicitur, ſi ſpoliatio facta eſſet à iudice iniuſtè, ꝙ patet;
12 Nam † iudex procedens ordine iuris non ſeruato, dicitur procedere tanquam priuatus, ita Bal. in conſi. 336. in 4. uol. quem ſequitur Marſi. in practica ſua in §. ſucceſſiuè. num. 3.
13 ubi dicit † ꝙ iudex non obſeruans iuris ordinem, vel debi-tam conſuetudinem, redigitur ad inſtar priuati, nec iuua-tur ratione officij, cùm in illud deliquerit contra naturam ipſius officij. Accedit etiam quod tradit Card. in clem. 1. in fi. de celeb. miſ. quem ſequitur Feli. in c. Eccleſia Sanctæ Ma
14 riæ. col. 12. de conſt. ubi † inquit, ꝙ iudex procedens cõtra aliquem ſine cauſæ cognitione, cenſetur tãquam priuatus, & ei non eſt obediendum, facit quoque quod voluit Bal. in
15 l. ictus fuſtium, in vlt. col. de his quæ not. infam. ubi † iudex procedens extra ordinem, dicitur procedere de facto. Hinc dixit Bald. in c. 1. §. ſeu furtum, & ibi Affl. in 4. not. num. 10.
16 de pac. iur. firman. ꝙ † cognoſcere iuris ordine nõ ſeruato, eſt ius alterius auferre, ꝙ & voluit Marſ. in d. practica ſua in §. ſecundo, nu. 69. in §. expedita. nu. 57. Et ideo dixit Alber. de Roſa. in tract. ſtatu. in 2. part. q. 153. quem ſequitur Marſ.
17 in d. §. ſecundo. nu. 79. ꝙ † ſi iudex faciat præceptum pœna le alicui ſine cauſæ cognitione, ſi ille contrauenit, non inci-dit in pœnam. Similiter facit, quod voluerunt Bal. & Sal. in
18 l. 1. C. ſi aduer. dona. vbi dicunt, † ꝙ decretum interpoſitum ſine cauſæ cognitione eſt nullum, quod dictum refert. & ſe-quitur Ang. in §. triplici. col. 3. de actio. & qđ tradit Rom.
19 in conſi. 451. ad fi. ubi † miſſio in poſſeſſionem ex ſecundo decreto ſine cauſæ cognitione eſt nulla. Si ergo iudex pro-cedendo ordine iuris non ſeruato, ac ſine cauſæ cognitione habetur pro priuato; ergo ſequitur, quod ſicut interdictũ recuperandæ datur contra priuatum, vt in d. §. nihil cõmu-ne, ita & pari modo contra iudicem ordinem iuris non ſer-uantem, ac procedentem ſine cauſæ cognitione, & ita in ter
20 minis noſtris uoluit Glo. in c. ſumma. 3. q. 1. ubi dicitur, † ꝙ ſpoliatus à iudice iuris ordine non ſeruato, ſtatim eſt reſti-tuendus, non obſtante alicuius criminis exceptione. Bal. in conſ. 147. in princ. uol. 3. & etiam in conſ. 149. in fi. uolu. eo.
21 Nam † quod fit de facto, contrario facto reuocandum eſt l. 1. §. 1. ff. de ſer. l. minor, in prin. ff. de euictio. Bal. in. cõſ. 135.
22 uol. 2. ubi dicit, ꝙ † prædo non ita malè poſſidet, ſicut miſ-ſus in poſſeſſionem uirtute ſententiæ nullæ. Socin. conſ. 18. col. 10. uerſ. non obſtat, ꝙ uol. 1. Dec. in conſ. 200. in prin. Et in tantum hoc eſt verum, ꝙ dixit Abb. in c. cũ cauſam. in 4.
23 not. de offi. deleg. ꝙ † poteſt condemnatus de facto reſiſte-
24 re aduerſus executionem ſententiæ nullæ, immo dicitur † quod ingrediens poſſeſſionem uirtute ſententiæ nullæ par-te non vocata, & ſine cauſæ cognitione priuatur iure ſuo. l.
25 meminerint. C. unde ui. l. fi. C. ſi per vim, vel alio modo. eſt † enim in lata culpa, qui vtitur ſententia nulla, nimirum ſi te
26 netur de uiolentia illata, §. 1. vi bon. rap. Hinc eſt, † ꝙ ſtatu tum puniens ingredientem in poſſeſſionem alicuius de fa-cto, locum habet contra ingredientem virtute decreti iudi cis inualidi Bar. & alij in l. iuſtè poſſidet. ff. de acq. poſſ. Ale. conſ. 119. uol. 2. col. pen. idem voluit in caſu noſtro Luc. de Pen. in l. ſi coloni. col. 5. uerſ. ſi q. s, de agric. & cẽſ. li. 11. Dec. in l. fi. col. 10. C. de edic. diui Hadr. tol. l. factũ à iudice. ff. de reg. iu. & in c. referẽte, p illũ text. de præb. Cœp. in cõſ. 16. Boer. in deciſ. 238. nu. 4. Fel. in d. c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, col. 22. Gozad. conſ. 21. nu. 16. Marſ. in practica ſua in §. nũc videndum, nu. 38. in §. ſecũda nu. 73. in l. qui cædem. nu. 31. ff. ad l. Corn. de ſicar. in conſ. 38. nu. 15. & in conſ. 48. nu. 42. Crau. in conſ. 18. nu. 8. conſ. 124. nu. 4. conſ. 140. col. 1. in fi. & in conſ. 235. col. 1. & ratio eſt, de qua ſuprà; quia iudex ita procedens, cenſetur vti priuatus procedere: ſed in caſu præſenti iudex, vt ex actis conſtat, nulliter ſine cauſe cogni tione, & non ſeruato iuris ordine, id eſt, non vocato dicto domino Alberto, immiſit in poſſeſſionem dictum dominum Alexandrũ: ergo videtur quod ipſa miſſio fuit nulla, & per cõſequens, quod bene fuerit intentatũ ex parte domini Al berti dictum remedium recuperandæ contra præfatum do minum

minum Alexandrum.Et pro confirmatione huius ſententiæ
27 adducitur,quod voluit Bal.in conſ.327.vol.2.vbi† reſtitutio poſſeſſionis nedum datur quando iudex proceſſit cõtra non citatum,ſed etiam contra citatum ad locum non tutũ, & ſimiliter quod dixit Ancha.in conſ.248.in 1.dubio, Soc. in conſ.12.col.3.& Dec.in conſ.125.col.2.vbi omnes con-
28 cludunt † ꝙ etiam ſi iudex procederet ſeruato iuris ordine,ſi tamen non eſſet iudex competens,quod ſpoliato competeret remedium poſſeſſorium. Accedit quoque quod di-
29 xit Dec.in conſ.125.col.pen.in fi.vbi inquit, † remediũ poſſeſſorium dari aduerſus ſententiam iudicis nulliter latam per errorem iuris,ſecus ſi per errorem facti,ductus aliquo probabili errore facti:quia tunc non competeret remediũ poſſeſſorium,ſed aliter agẽdum eſſet officio iudicis, aut via nullitatis,iuxta not.per Abb.in c.inſinuatione,in 3. notabili de procur.idem Dec.in conſ.200.in prin. & in conſ. 449.
30 nu.3.vbi dicit† quod datur remedium poſſeſſorium quãdo conſtat de manifeſta iniuſtitia. Corroboratur hæc ſentẽtia ex his,quæ ſcribit Alex.in l.legata inutiliter.col.2.de lega.
31 1.poſt Bar.in l.2.§.fi.ff.de cuſto.reo. vbi † incarceratus iuris ordine poſtergato ante omnia relaxandus eſt, & adeò
32 reſtituendus eſt ſpoliatus,† quod eidem non obſtat auctoritas Principis confirmantis violentum poſſeſſorem in ſua poſſeſſione.l.auctoritate.C.vnde vi.

Secundo principaliter quod huiuſmodi remedium cõpe-
33 tat domino Alberto facit;† quia per eum fuit probata poſſeſſio ſua antiqua,quæ ſufficere videtur in hoc remedio, vt per Dec.in d.conſ.671.& alios,vbi ſupra.

Nec habent obſtare, quæ ex aduerſo allegata fuerunt; quia ſigillatim ad ea reſpondetur, & ad primum argumẽtũ dicitur,quòd & ſi ſpoliatus auctoritate iudicis nõ reſtitua-
34 tur,quod † illud procedit quando iudex procedit ordine iuris ſeruato ſed iniuſtè lædendo partem; quia tunc cũ procedat ritè,ſed non rectè, ideo ſpoliato per ſententiam iniuſtam non competit reſtitutio:& ſic procedunt gl.in d.c.prę ſentium,& dicta per Doct.in locis ſuprà citatis; ſecus quando procedit non ritè, & ſic non ſeruato iuris ordine: quia tunc etiam ſpoliato auctoritate iudicis competit poſſeſſorium recuperandæ,per gl.in d.c.in ſumma,ita declarat Soc. in conſ.12.col.2.verſ.verũ. concordando hoc modo dictas glo.inuicem contrarias.Idem voluit Hoſt.in tit.de reſt.ſpo. §.quando facienda,in prin.vbi inquit,ꝙ ſpoliatus nõ ſeruato iuris ordine,ſtatim reſtituitur: ſed ſi ſpolietur ordine iuris ſeruato,non reſtituitur ante cauſæ cognitionem, an iuſtè fuerit ſpoliatus vel ne.quod dictum etiam ſequitur Feli. in c.dilectus,de reſcrip.& hoc propter præſumptionẽ, quã habet iudex pro ſe,vt per Oldra.in conſ.224. Idẽ dixit Luc. de Pen.in d.l.ſi coloni.q.23.& latè Craue.in conſi. 302. col. 2.& 3.& Marſi.in d.§.ſecundo,nu.37.

Nec valet,quod pro iudice, & eius ſentẽtia præſumatur,
35 vt in d.§.Caia.quia reſpondetur,hoc eſſe uerum ,† quando ſeruauit debitum iuris ordinem in procedendo; ſecus ſi illum omiſit; quia tunc non præſumitur pro iudice, nec pro facto ſuo.Ita Bal.in l.ſancimus.col.4.verſ.13.quæritur.C.de iud.quod dictũ refert,& ſequitur Paris.de Put. in tract.ſuo ſyndi.in 19.char.col.3.ac Marſ.in d.§.ſecundo,nu. 81. idem Rip.in d.§ nihil commune nu. 60. & ſimiliter reſpondetur ad l.iuſtè poſſidet,vt ibi per Bar.& alios,ac Fel.in d.c.Eccleſia Sanctæ Mariæ,col.12.Marſ.in d.l.qui cædem,nu. 34.& in conſ.48.nu.45.& eò magis hoc dicendum venit in terminis noſtris, vbi cognoſcitur apertè per ſupremos dominos iudices,& cauſa cognita quod iniuſtè fuit ſpoliatus dictus dominus Albertus dictis prædijs,per not.per Hoſt.& alios,de quibus ſuprà.

Secundo non obſtat, ꝙ non fuit probata poſſeſſio dicti.
36 d.Alberti tempore ſpolij:quia reſpõdetur† ſatis fuiſſe,probare de poſſeſſione ipſius anteriori abſque quod aliter probetur de poſſeſſione tempore ſpolij:quia ex hoc apparet re ipſa actorem prius poſſidentem ſpoliatum fuiſſe.Ita notabiliter dixit Inno.in c.ſæpe.de reſt.ſpo.in c.poſt electionem. ad fin.de conceſ.præb.& vtrobique per Doct.Alex. in conſ. 91.col.2.verſ.probauerũt eſſe,vol.5. quem ſequitur Bru. in conſi.83.col.1.ibi,nam ex hoc,quod actor quandoque poſſederit,& reus nunc poſſideat,cenſetur ſpolium probatum eſto quod actus ſpoliationis non probetur. Idem Alexã.in conſ.103.in prin.vol.7.ubi inquit,hoc ſufficere de iure cõmuni,& allegat etiam Bal.in l.pen.circa vltimam col.C.ſi à non compe.iud.quem ſequitur Affl.in deci.327.circa fi.alibi Alex.in conſ.133.col.3.verſ.nec obſtat ſi diceretur, vol. 1.Dec.in conſ.57.col.pen.in conſ.62.col.1.& hanc eſſe cõmunem opinionem fatetur Imo.in c. cum Eccleſia Sutrina. col.4.& ibi Ripa.nu.72.de cauſ.poſſ.& propr. quod eo ma-
37 gis dicendum videtur in caſu,de quo agitur, ex eo † quod reus ſemper recuſauit admittere ipſum agentem ad eius poſſeſſionem, & ex contraria recuſatione apertè probatur ſpoliatio,vt per Bal.in conſi.177.col.2.verſ.3.Anch. in cõſ. 127 in fi.& Rui.in conſi.165.col.1.in fi.vol.5.vbi bene de-
38 clarat.& Craue.in conſi.140.col.1.vbi† etiam inquit,iſtud procedere ſi quis de poſſeſſione ſua ſponte receſſiſſet;quia ſi reuerſus non admittitur,dicitur ſpoliari, c.intelleximus, in verbo ſpontanea,de adulter.c.literas. de reſtit. ſpol. vbi
39 † ſi mulier de domo viri ſponte recedit,ſi tamen volens redire non admittatur,intelligitur expulſa.allegat etiã Alex. in conſi.78.col.7.vol.5.cum igitur probata fuerit ipſa poſſeſſio anterior,ideo reſultat iuridica concluſio, quod optimũ ius fouet dictus D. Albertus in hoc remedio intentato.

Nec habet obſtare,quod poſſeſſio domini Alberti probata non comperiatur per teſtes examinatos, qui deponũt ſe poſſediſſe & laboraſſe nomine dicti domini Alberti cũ non appareat de eius mandato,nec ratificatione ſubſecuta;quia
40 reſpondetur,quod † dicta opinio procedit, quando ille cuius nomine poſſidetur erat abſens,ſecus ſi præſens, & conſentiens tempore, quo alij incœperunt nomine eius poſſidere;quia tunc probatur poſſeſſio,iſtud probatur ex not. p Alex.in l.quod meo,col.2.in fi.ff.de acq.poſſ. vbi inquit, ꝙ illud quod dicitur in d.l.quod meo, quod ille dicitur poſſidere cuius nomine poſſidetur,intelligitur quando præſens erat ille & conſentiens tempore,quo quis incœpit eius nomine poſſidere,ſed ſi non erat præſens,& conſentiens, ſed nomine abſentis quis conſtituit ſe eius nomine poſſidere, non dicitur poſſidere is cuius nomine poſſidetur antequã ratum habeat:& ita procedit.d.l.ſi communis ſeruus.& l.ſi ego,ſuprà citata,& ita Alex in d.conſi.111. col. 2. declarat Goz.ad in conſ.42.nu.19.ſed in caſu,de quo agitur dominus Albertus erat præſens in loco vbi extant prædia,& ibi moram per maiorem partem temporis traxit:ergo &c. Vlte-
41 rius † ratificatio ipſa tacitè ſubſequuta fuit per perceptionem fructuum factam per dominum Albertum ex dictis prædijs,& per eum conductorum ad domum ſuam per plures annos ante dictam ſpoliationem, & de dicto tempore, quo teſtes prædicti cultiuarũt dicta prædia,vt de dicta perceptione,& conductione cõcludunt duo teſtes conformes, & in quibus nulla cadit ſuſpicio, ergo &c. & ita in indiuiduo dixit dominus meus Rui.in cõſi.99.col.1.uerſ.ſed iſtis non obſtantibus.col.4.

Non obſtat ſimiliter quod alij teſti non ſit danda fides tanquam periuro.Quia reſpondetur;quod nihil obſtat ex-
42 ceptio iſta;† quia tempore iuramenti, quod tempus inſpicitur in teſte,l.3.§.duæ.& ibi Docto.ff.de carb.e.ic.l.ad teſtium.§.conditionem.ff.de teſta.Alex.in cõſ.78. nu. 10.cõſ. 133.col.2.uol.1.conſ.197.nu.4. vol. 7.non reperitur quod ipſe fuerit periurus,igitur &c.Vnde ex his,quę ſupra deducta fuerunt,concludendum arbitror, præfatum D. Albertũ reſtituendum eſſe in poſſeſſionem prædiorum,de quibus ſuprà,ac condemnãdum eſſe ad fructum & omnium acceſſionum reſtitutionem vſque ad vltimum quadrantem,reſeruata tamen ſibi facultate experiẽdi de iuribus ſuis in plenio
43 ri iudicio:ad quod tamen non admittitur,† niſi facta plena reſtitutione , & donec ſteterit tantum in poſſeſſione, quantum ſtetit ſpoliatus, iuxta not. per Bald.in capit. conquerente.in prin.de reſti. ſpol. & Abb.in capit. venerabili. col.2 de off. deleg.Curt.Iun.in cõſ.41.col.fi.Iaſ. in cõſ. 162. col.2.in fi.vol.4.Crau.in cõſ.140.col.2.in prin. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

*S V M M A R I V M.*

1 *Beneficium ceſſionis bonorum miſerabile eſt.*
2 *Ceſſionis bonorum flebile etiam dicitur.*
3 *Acerbum eſt cedere bonis.*
4 *Beneficium ceſſionis bonorum adinuentum fuit, vt ſuccur-*
*ratur debitoribus ne incarcerem detrudantur.*
5 *Debitor negans debitum & condemnatus, ſi exinde fatea-*
*tur debitum, ad ceſſionem admitti non debet; ſed contra.*
*nu.7.& nu.8. vbi declaratur.*
6 *Debitor admittitur ad ceſſionem bonorum, ſi offert ſe para*
*tum ſyncerè & legaliter indicare bona.*
9 *Debitor ut admittatur ad ceſſionem bonorum, requiritur*
*quòd à maiori parte creditorum arctetur ad ſolutio-*
*nem.*
10 *Conſuetudo uel ſtatutum diſponens quòd ceſſio fieri debeat*
*in publico cum poſterioribus, pulſatis tubis, uel ſecundum*
*aliam formam ignominioſam ſeruandum eſt: ſed contrà*
*num.12.*
11 *Cedens bonis Romæ aſcendit Leonem marmoreum, qui eſt*
*iuxta ſcalas Capitolij dicens, cedo bonis.*
13 *Statutum uel conſuetudo de quibus ſuprà, ſunt contra bo-*
*nos mores, & ſi ſeruatur, fit cum infamia & dedecore ce*
*dentis.*
14 *Ceſſionem bonorum ſufficit facere coram iudice, & extra*
*ius, & per epiſtolam, uel nuncium, etiam abſente parte.*
15 *Cedi poteſt bonis ſine omni ſolennitate, ſed ſola nuda uolun*
*tate.*
16 *Princeps admittens ſimpliciter aliquem ad ceſſionem bo-*
*norum uidetur ei remiſiſſe ignominiam inductam à con-*
*ſuetudine uel ſtatuto.*
17 *Beneficia Principum gratioſè, & liberaliter interpretan-*
*da ſunt.*
18 *Cedenti bona relinquuntur ueſtes uiles, ne nudatus rema-*
*neat, ſicut damnatis ad mortem.*

## CONSILIVM VII.

1 QVuoniam beneficium ceſſionis bonorum, † quod eſt
nedum miſerabile.l.fi.C.qui bon.ced.poſ. & ibi Bal.
in prin.cum ad tantam paupertatem mergat miſerum ce-
dentem, quod vix ei interula dimittatur.Rom.in conſ. 439.
col.1.vol.4.Soc.in fall.ſuis, in verbo cedens, fallen. antepe.
Barba.in c.Odoardus.col.2.de ſolut.Rip.in l. in obligatio-
2 ne.nu.33.ff.de pign.ac doct.in §.fi.inſti.de actio. † ſed & fle
3 bile, vt in l.cum filij.C.qui bon.ced.poſ. cum † ſit acerbum
cedere bonis ſecundum Alber.ibi, per text. in §. quod autẽ
de cetero, in verbo agnoſcat, in authent.de fideicom.& per
4 Bald.& Barba.vbi ſuprà.† adinuentum fuit à iure, vt ſuccur
ratur debitoribus, ne in carcerem detrudantur, vt per Bar.
in rub.ff.de ceſſio.bono. & Alberic. de Roſa. in rub. C. eo.
col.3.verſ.item quæritur, & Doct.in d.§. fi. Ideo videndum
eſt in præſenti conſultatione, an Antonio Altouito, qui ne-
gauit debita ſibi petita per dominum Ioannem Bertolotũ,
& alios creditores, & qui cõdemnatus fuit erga eos, detur
dictum beneficium ei conceſſum per Illuſtriſſimum eorum
Principem reluctantibus creditoribus, & opponẽtibus de-
bitorem ipſum dignum non fore huiuſmodi beneficio, attẽ
ta huiuſmodi negatione, & vlterius quatenus dignus ſit, ꝙ
intendunt quod ſeruetur forma ſtatuti diſponẽtis, quod ad
illud non admittatur, niſi conducatur in plateã cum tubis,
& poſterioribus percuſſerit lapidem, dicendo, cedo bonis.
Et quia ſic duo ſunt capita, ideo breuiter de veritate vtriuſ
que diſputabitur. Et quò ad primum videtur dicendum ꝙ
admitti non debeat ad dictum remedium miſerabile, & fle-
5 bile; quoniam à iure receptum eſt, quòd † ſi debitor negãs
debitum, & condemnatus per ſententiam fateatur poſtea
debitum, quod ad ceſſionem admitti non debeat: quia talis
confeſſio ei non prodeſt, cum ex iſta confeſſione in aliquo
non releuetur creditor.l.eum qui, in princ.ff.de iure iur.Itẽ
quia negauit vſque ad ſententiam debet puniri.§. item iſta.
inſtit.de actio.Item, & quia ratione mendacij non punire-
tur in amiſſione beneficij, quod eſſet abſurdũ.l.ſi dubitetur,
ff.de fideiuſſ.Ita Bal.in l.1.col.1.C.qui bon.ced.poſ. & Glo.
ibi in verbo iudicari.Ang.in §.fi.de actio.col.3.uerſ.quæro
quid ſi, & ibi Iaſ.nu.16.Soc.in d.fall.antepen. & Rub. Alex.
in l.vinum.nu.202.ſi certum pet.

Quibus tamen non obſtantibus, contrarium de iure ve-
6 rius eſſe arbitror, ꝙ † immo ad huiuſmodi beneficium ad-
mitti debeat, cum offerat ſe paratum ſyncere & legaliter in
dicare bona ſua, vt à iure requiritur, iuxta Gloſſ.in l.penul.
& ibi Bar.ff.de ceſſio.bon.Bal.in l.fi.col.2.verſ. quæro quia
ſi cedens.C.qui bo.ced.poſſ.Angel.in d.§.fi.col.4.verſ.quæ
ro aliquis, & Albe.de Roſa.in d.rub.de ceſſio. bon. colu.3.
verſ.item quæritur, vbi iudicis officio compellitur: arg.l.fi.
§.licentiam.C.de iur. delib.

Non obſtant modò adducta in contrarium: quia duobus
modis reſpondetur, & primò, quod etiã debitor, qui nega-
uit & condemnatus fuit per ſentẽtiam admittitur ad ceſſio-
nem bonorum, ſi poſtea fateatur debitum, vt voluit Soc.in
7 d.l.1.& Ang.ibi, vbi dicit formalia verba, beneficiũ † ceſſio
nis bonorum non datur neganti debitum, ſed confitenti, &
ante ſententiam, & poſt.Idem dixit Bart.in d.l.pe.de ceſſio.
bono.in verſi.alius modus, ibi, patiendo ſe condemnari.Al-
beric.de Roſa.in d.rubr.& Iacob.Butr.in l.1. C. eod. tit.&
Affl.in deciſ.379.vbi dicit, ꝙ licèt de hoc ſint opiniones, ta
men quod ſacrum conſilium in hanc partem inclinauit con
tra Bald.& dictam gloſſ.in d.l.1.in verbo iudicari, quæ com
muniter reprobatur, quod dicit menti tenendum: quia quo
tidianum.hoc idem tenuit Dec.in l.nemo ex his, num. 7. de
reg.iur.vbi reprobando Bal.ſequitur Sali.

Secundo reſpondetur, quod ſaltem dicta opinio Bal.qua
tenus eſſet vera, contra quam indicauit ſacrum conſilium,
limitatur locum non habere, quando poſt appellationem,
8 † per quam extinguitur pronunciatum.l.1.in fin.vbi Gloſſ.
& Bar.ff.ad Turpil.debitor faſſus fuiſſet debitum: quia tunc
permittitur ceſſio bonorum, ita Angel. in d. §. fin. col. 3.in
princi.& licet relinquat hoc cogitandum, tamen illam limi
tationem ſequitur Affl.in allegata deciſ. 379.nu.4.& in de-
ciſ.296.vbi refert ſacrum conſilium ita iudicaſſe.Et ideo cũ
in terminis noſtris iſte debitor faſſus fuiſſet debita poſt cõ
demnationem, & præſertim poſt appellationem inter poſi-
tam, meritò ſequitur ipſum fore dignũ dicto beneficio miſe
rabili: eò magis cùm offerat ſe paratũ ſoluere, ſi ad pinguio
rem fortunam deuenerit, iuxta no.per Doct. in l.is qui bo-
nis.§.fi.ff.de ceſſio.bon.& Alber.in d.rub.col.3.verſ.item ſi
ad pinguiorem.de ſatisfaciendo, & ſoluendo ipſis credito
ribus.

Venio ad ſecundum caput, in quo dicendum videtur du-
plici ex cauſa quod admittendus veniat dictus Albertus ad
9 remedium ipſius ceſſionis, † ad quod trahitur per maiorem
partem creditorum ſuorum petentium credita ſua, vt à le-
ge diſponitur, iuxta not.per Albe.vbi ſuprà col. 3. verſ itẽ
quæritur nunquid.Ad quod dicendum moueor, quoniam
10 licèt à Docto nonnullis dicatur, quod † conſuetudo, vel ſta
tutum diſponens quod ceſſio debeat fieri in publico foro
ad lapidem cum poſterioribus, pulſatis tubis, vel ſecundum
aliam formam ignominioſam, ſit ſeruandum, vt per Bald.in
d.l.1.col.3.verſ.quæro qualiter fiat ceſſio.& Sali.ibi.col.4.
verſ.quæro ſeptimo, & Bar.in l.fi.ff.de ceſſio.bon.& ita ſer-
11 uari Romæ citat Cyn.in l.fi.C.eo.tit.vbi dicit, quod † cedẽs
aſcendit Leonem marmoreum, qui eſt iuxta ſcalas Capito-
12 lij, dicens cedo bonis, tamen † quod dictum ſtatutum nõ va
let, vt refert ibi Cyn. quoniam eſt contra bonos mores,
13 † & ſi illud ſeruatur, fit cum infamia & dedecore cedentis,
quod eſt contra tex.in d.l.fi.ibi, ſalua æſtimatione. cum etiã
14 ſufficiat illam facere coram iudice, vt d.l.fi & extra ius, † ut
per epiſtolam, vel nuncium, etiam abſente creditore, vt per
Bar.in d.l.fi.de ceſſio.bono.Alber.de Roſa.in d.rub.col.2.in
fin.verſi.item quæritur.Bal.in l.1. C. de confeſ. vbi reputat
d.l.fi.ſingularem.Ang.in d.§.fin.col.3.verſ. quæro quomo-
do.Doct.in d.l.1.C.qui bon.ced.poſ. & ad hoc eſt text. ſin-
gularis in l.in omni.C.eo.tit. vbi Sali. ſummando illũ text.
dicit

15 dicit † ſine omni ſolennitate,ſed ſola nuda volũtate poteſt cedi bonis.& ſubdit,nota contra ſtatuta terrarum,quæ volunt quod ceſſio bonorum fiat pulſata campana,& cum tubis ducatur cedens ad ſedendum ſuper lapidem depoſitis ſcrabulis,quod eſt contra illam legem,ac etiam l.fi.ff.eod. Idem dixerunt Imol.& Barba.in c.Odoardus,ſupra citato, ac Ioan.Oldendor.in tract.ſuo de actio. in 4.diuiſio. nu. 8. Et quod non valeat huiuſmodi ſtatutũ dixit Albe.in d. rub. col.2.in fi.& in 1.parte ſtat.quæſt.37. vbi tradit huiuſmodi ſtatutum turpe,& eius effectus turpes contra bonos mores, & libertatem hominis,vt incarceretur,Angel.in d.§. fin.in 3.col.verſ.quæro quomodo.Barb.in d.c.Odoardus,colu.2. & Bal.in conſi.301.vol.5.vbi tradit quod conceſſa facultate debitori cedendi bonis ſuis,quæ eſt iuri, & æquitati conſona,vt toto tit.ff.& C.de ceſſio.bon. non eſſe opus ꝙ inferatur aliqua ignominia cedenti,prout fieri cõſueuit in quibuſdam locis,vbi conducuntur in publicum, ibique oſtenduntur populo:& in quibuſdam vbi percutit renes ad columnam,quæ in ſe habet fœtorem,& nihil propterea vtilitatis accreſcit creditorib.quia iſta non ſunt ſubſtantialia ceſſionis,ſed quædam accidentalia, vt patet per id quod legitur ex not.in l.actoris,ff.de procura.& cum Bald.pertranſit Craue.in tracta.de antiqui.temp.in 4.par. verſi, videamus. num.42.

Tertiò dicitur,quod data(ſed non admiſſa) ipſa conſue-
16 tudine ſeu ſtatuto,quod ex quo † Princeps conceſſit dictũ beneficium ipſi Altobello debitori,quod videtur ei remiſiſſe ignominiam inductam à conſuetudine vel ſtatuto, cum de eis non fecerit mentionem,vt in terminis decidere videtur Bald.in citato conſi.301.vbi inquit, quod hæc conceſſio reſpectu principis non eſt gloſſanda,vt not.in c.ad hæc,
17 de off.Archid.quoniam† beneficia principum gratioſè, & liberaliter interpretanda ſunt in his,quæ alios non lædunt, & ſupplicantibus proſunt,c.ex tuarũ,de auctor.& vſu. pal, & l.beneficium,ff.de conſtitu.princ.& Bald.ſequitur Craue. in d.tracta.de antiqui.temp.in 4.par.in verſ.videamus, nu. 42.Vnde ex omnibus his,quæ ſuprà dicta fuerunt,cõcludo, ipſum debitorem admittendum fore ad ceſſionem bonorũ ſibi conceſſam,facta prius indicatione bonorum, & traditione, retentis ſibi veſtibus vilibus, ne nudatus remaneat, iuxta not.per Bart.in l.pen.in fi.ff.de ceſſio.bono. vbi dicit,
18 † quod ſicut damnatis ad mortem relinquuntur veſtes: ita & cedenti bonis remanere debent,per l.diuus,ff.de bonis. dam.vbi idem repetit Bart.Ange.& Iaſ.in d.§.fin.Cyn.in d. l.1.vbi Sal.col.3.verſ.quæro,& in l.leges,eo.tit.Iaſ.in §. itẽ ſi quis,inſti.de actio.Paris.de Put.in trac.ſyndica.char.375. nu.14.Rip.in l.in obligatione,col.2.de pign.& Affl. in cõſt. regni conſtitutione regiæ,in ſexto notab. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſul.

## *SVMMARIVM.*

*1 Vſufructuaria omnium bonorum tenetur ad ſolutionẽ æris alieni defuncti teſtatoris.*

*2 Vniuerſitas omnium bonorum quando defertur ex vltima voluntate de ipſa vniuerſitate non deducuntur debita, & credita,immo includuntur,ſi ſub nomine hæreditatis deferuntur.*

*3 Calendarium venit in vſufructu omnium bonorum,intellige tamen vt in nu.19.*

*4 Aequitas ſubdit,ut ibi ſint commoda, ubi etiam ſunt incommoda.& nu 21.*

*5 Actio perſonalis ſolum datur contra debitorem uel alium, qui eius perſonam repreſentat.*

*6 Vſufructuarius omnium bonorum non tenetur ſoluere de uſufructu creditoribus,ſed æs alienum deduci debet ex omnibus bonis,& ſic ex uenditione hæreditatis.& num. 13.ſecundum communem & 15.quod tamen declara,ut nu.17. & 18.*

*7 Legatarij & creditores non agunt niſi contra eum,qui adeundo hæreditatem ſe obligat.*

*8 Abſurdum quod ſequi poſſet,ſi uſufructuarius teneretur ſoluere creditoribus de uſufructu.*

*9 Tempus dicitur pars ſumma.*

*10 Soluere minus dicitur,qui tardius ſoluit.*

*11 Bona intelliguntur deducto ære alieno , & funeris impenſa.*

*12 Funeris impenſa ſolui debet per hæredem, & non uſufructuariam.*

*14 Vſufructuariæ antequam tradatur bona,practica eſt,quod hæres primò deducat æs alienum, quod ſolui debet de bonis mobilibus, & immobilibus, ſi aliter ſolui non poteſt; & reſiduum detur uſufructuariæ.*

*16 Declaratio ad l.nam quod,§ fi.ad Trebel.*

*20 Legatorum ſolutio ſpectat ad uſufructuarium,ſed contrà nu.24.& 26.ſecundum magis communem.*

*22 Pater uſufructuarius filij licet non teneatur ſoluere æs alienum,tamen tenetur ſoluere legata.*

*23 Declaratio ad l fi.§ ſin autem æs,C.de bon.quæ liber. ut locum habeat in uſufructuario ex diſpoſitione legis cũ qua mitius agitur : non autẽ in uſufructuario ex diſpoſitione hominis,& nu.27.& 30.ubi aliter declaratur.*

*25 Hæres adeundo hæreditatem,quaſi contrahit cum debitoribus hæreditarijs.*

*28 Legata annua recipiunt dilationem de anno in annum.*

*29 Teſtator non præſumitur uoluiſſe grauare hæredem multiplici onere.*

*31 Vſufructuaria omnium bonorum concurrere non debet in uſufructu cũ legatarijs,quibus particulariter prædia fuerunt legata,ſed contra nu.36.ſecundum communem.*

*32 Generi per ſpeciem derogatur,declara ut in nu. 37.*

*33 Legatum generale non debet reſtringere ſpeciale.*

*34 Declaratio ad l.ſi alij.ff.de uſufruc.lega.*

*35 Teſtator ſi legat fundum,uel alias res particulares uni,& poſtea dicat in omnibus alijs bonis meis inſtituo Titium hæredem,per hæc uerba generalia non fit præiudicium legatario.*

## CONSILIVM VIII.

POnderatis diligenter verbis teſtamenti quondam magnifici Domini Thomæ Conſtantij, prima facie dicen-
1 dum videtur,quod Magnifica D. Hippolyta eius vxor † & relicta vſufructuaria omnium bonorum ſuorum dato ſibi hærede vniuerſali Magnifico domino Alexandro Cacia,teneatur ad ſolutionem æris alieni dicti domini teſtatoris,vt in terminis decidere videtur Bar.in l.fi.ff.de vſufr. lega. qa
2 † quãdo vniuerſitas bonorum omnium defertur ex vltima voluntate,de tali vniuerſitate non deducũtur debita, & credita,immo includuntur,ſicut ſi ſub nomine hæreditatis deferuntur.l.nam quod.§.fi.ff.ad Treb.l.licet.C. de pact.Item
3 † & quia in hoc legato venit calẽdarium,l. vxori meæ,ff.de vſufr.lega.in quo continentur debita,& credita,l. qui filiũ, ff.de lega.3.vbi text.eſt melior de iure ſecundum Bar.ibi,q dicit, quod in legato uſusfructus omnium bonorum venit vſusfructus libri,& nominum debitorum.Si ergo debita,& credita in dicto legato continentur; ergo actio contra vxorem vſufructuariam competere debet.Idẽ ibi dicit Lancel. Dec.& Bal.in conſi.23.in fi.vol.2.& in cõſ.477.uol.3. Dec. in conſi.278.col.fi.& Prac.Papien.in for.li.quomod.agitur ad dot.in verbo dedit,& legauit. col.2.ubi inquit,ita dicta-
4 re æquitatem,vt vbi † ſunt commoda,ibi etiam ſint incommoda l.ſecundum naturam,ff.de reg. iur. & euitetur abſurditas,quæ eſſet,ſi hæres,qui nudam habet proprietatem,teneretur ad hæc onera,arg.l.fi.§.vbi autem,C. de iur. delib.

Quibus non obſtantibus,contraria ſententia eſt de iure
5 verior,quod probatur,†Nam actio perſonalis datur ſolum contra debitorem,vel alium, qui eius perſonam repreſentat,l.1.§.ſi hæres,ff.ad Treb.ſed vſusfructuarius non repræſentat perſonam defuncti;quia ſi ſemel eſſet hæres,non poſſet deſinere eſſe hęres.l.qui ſoluendo,ff.de hęre.inſt.Ita Matheſ.in notabili 5.quẽ referunt,& ſequũtur Soc.in cõſ.131. col.pe.vol.1.& Gozad.in conſi.94.nu.24.ergo &c.

Secun-

Secundo pro iſta ſententia facit text.in l.vſufr.ff.ad l.Fal.
6 † vbi vſusfructuarius omnium bonorum non tenetur ſoluere de vſufructu creditoribus, ſed æs alienum deduci debet ex omnibus bonis:& ſic ex venditione rerum hæreditatis. Ita per illum text.ibi tenent Paul. Imol. & Alex. ac Pau. in conſi.388.col.3.

7 Tertio accedit, Nam † creditores cum legatarijs nihil contrahunt,ſed cum hæredibus.hæres enim eſt ille qui adit hæreditatem,nō legatarij;& ad debita creditores nō agũt, niſi contra eum, qui adeundo hæreditatem ſe obligat. l. ex maleficijs,§.hæres,ff de actio.& obliga.l.1.C.ſi cer.pet.Ita Bald.in conſi.87.in prin.vol.5.ergo &c.

8 Quarto confirmatur hæc opinio; quia ſi † aliter diceremus quod Vſufructuarius teneretur ſoluere creditorib. de vſufructu,ſequeretur abſurdum, & inconueniens, quod ſi eſſent multi creditores, & in magna ſumma, vel mediocri quantitate,qui de præſenti habere deberent,inuitis dentibus eorũ haberent expectare dilationẽ ſolutionis ad multos annos,ſicut ſingulis annis percipitur vſusfructus,quod
9 eſſet eis valde damnoſum:quia † tempus dicitur pars ſum-
10 mæ,l.1.§.diem,ff.de edend.& minus † dicitur ſoluere, qui tardius ſoluit,§.plus autem.inſti.de actio.ergo ne iſtud abſurdum ſequatur, debemus dicere quod eis ſolui debet de venditione rerum hæreditariarum,& non de vſufruct. hoc argumento vtitur Iaſ.in l.1.in prin.in d.lectura col.3.ff.ad Treb.vbi inquit quod per iſtud argumentum,quod eſt reale,tenet contra Bar.contra quem conſuleret,& iudicaret.

11 Quinto facit.Nam † bona intelliguntur deducto ære alieno,& funeris impenſa,l.ſubſignatum,§.bona,ff.de ver.ſign. ergo prius ſolui debent debita,& funeris impenſa,& de re
12 ſiduo legatarius conſequi vſumfructum. & q † impenſa funeris debeat ſolui per hæredem, & non vſufructuariũ,hoc probatur in l.impenſa,ff.de relig.& ſump.fun. iuncta Gl. in l.priuilegia.ff.de priuileg.cred. & per Pic. in repetitione,l. Titia cum teſtamento,in §.Titia cum nuberet in 88.q.de lega.2.vbi inquit,q primo debet deduci de hæreditate funeris impenſa,& æs alienum,deinde q debent bona tradi vxori ad vtendum,& fruendum; ſicut dixit ſupra in illa q. quis teneatur ſatisfacere creditoribus, quod dicit probari in d. l.impenſa,iuxta Glo.ſuprà citatam.Idem dicit Soc. in conſ. 131.col.5.verſ.præterea,vol.1.Pariſ.in conſ.94.nu.23.vol. 2.in conſ.95.nu.65.& conſi.96.nu.22.vol.eo. ergo idem dicendum eſt de ære alieno.

13 Sexto † contra Bar.& ſequaces primo tenuerunt Bald.in conſi.21.vol.2.& alij ſupra citati,Mathæ.Soc.Goza.Pau.de Caſtr.Imol.Alex.Iaſ.& Bald.Alibi idem Bal.in conſi.237.in 1.q.vol.1.Angel.in §.conſtituitur,in fi.de vſufr. vbi vidit ita practicari.Pau.de Caſt.in l.fin.§.ſi æs.C.de bon. quæ lib. in conſi.259.in fi.vol.2.Alex in addit.ad Bart.in d.l.fin. & in l. deducta,§.qui poſt.col.2.ff.ad Trebel.Barba.in conſil.63.in 3.art.vol.2.idem Barb.in conſi.63.col.2.vol.3.Pariſ.in cōſ. 94.nu.20.vol.2.Pic.in d.§.Titia,q.59.Ioan.Niger.in repetitione l.primæ,nu.94.de lega.1.Soc.in l.1.in prin.col.1. ff.ad Treb.Ioan.Dilec.in ſuo trac. de art. teſtan. caut. 42. dominus meus Rui.in conſi.41.col.pen.vol.2.& in conſ.51.num. 14.& 206.col.pen.vol.eo.Soc.Iun.in conſil.109.nu.13.vol. 1.& hanc eſſe communem opinionem profitentur Alex. in l.ſi vir,§.in quinquenium col.3.in fi.ff.ſol.matr.Dec. in cōſ. 485.in fin.conſi.366.col.pen.591.col.pen.& in conſil.620. in fi.Iaſ.in d.l. 1.ad Treb.Pariſ.in conſi.96.col.pen.vol. 2.& Craue.in conſi.187.col.1.& ideo dicit Bal.in conſ.87. in fi. vol.5.quod modus hic ſeruandus erit quod primo debet ſatiſfieri creditoribus,& ſolui funeris impenſa de fructibus, quos teſtator reliquit in ſuo patrimonio tempore mortis ſi ſufficiunt:ſin autem per venditionem immobilium, & de reſiduo poſtea legatarius vſusfructus habebit vſufructum: q & voluit Paul.de Caſt.in citato conſi.388.vbi tradit practi-
14 cam eſſe, † quod hæres antequam tradat bona vſufructuario deducat æs alienum,& vendat bona mobilia & immobilia,ſi aliter ſolui non poteſt, & poſtea detur reſiduum vſufructuario.

15 Non obſtant allegata in oppoſitum;quia † in primis contra Bart.eſt communis opinio, à qua in iudicando omnino non eſt recedendum.& in dictis Bald.& Deci.non eſt faciẽda uis,cum contrarium dixerint in conſilijs ſuprà citatis, & maturius loquuti fuerint,maximè Dec. vbi contra Bart. in quorum locis firmat eſſe communem.

Nec aliquid facit d.l.nam quod,§. fin. allegata per Bart.
16 quia † ille tex.loquitur quando plena proprietas omnium bonorum relinquitur,Ita dixerunt Paul. de Caſtr. in citato conſi.388.col.3.in fi.verſ.ſed ridiculum.Alex.in d.l.vſufructu,ad l.Falci.Iaſ.in allegata l.4.col.4.ff.ad Trebel.Ioan.Niger.in l.1.nu.94.de lega.1.

Secundo reſponderi poteſt ſaluando Bart. quod dictum
17 eius intelligi debet,† quod vſusfructuarius cogatur ab hærede,non à creditoribus,vt proportionabiliter ſoluatur debitum tã de fructibus,quàm de proprietate,puta quod vendatur aliquid, vt poſſit ſatisfieri creditoribus. Ita Bald.in conſi.ſuprà citato 87.col.1.

Vel & tertio ſecundum Corn.in conſi.195.colum.pen.in
18 prin.vol.4.quod † licet Bart.id velit,tamen intelligi poteſt quod ſoluat ipſa tãquam procuratrix proprietarij,verum, quia iſtæ duæ reſponſiones non quadrant ad dictum Bart.q ſimpliciter & indiſtinctè loquitur,ideò in eis nō facio uim, ſed tenenda eſt prima reſponſio,quæ eſt communis.

Non obſtat ſimiliter quod in legato vſusfructus veniat calendarium,in quo veniunt nomina debitorum, & credi-
19 ta:quia reſpondetur,quod non † datur actio vſufructuario pro conſequutione debitorum,minusque exactio, cùm illa datur hæredi,qui pecunias exactas demum præſtare habet vſufructuario,vt probatur in d.l.vxori,iuxta Gloſ.in verbo præſtabitur, dicitur enim ibi quod vxori vſufructuariæ bonorum legatorum fœnus quoque ſortium, quas defunctus collocauit poſt præſtitam cautionem præſtabitur.& Gl.ſuper hoc verbo,dicit,ab hærede vxori legatariæ,& ſic ibi cō ſtat quod exactio vſurarum à debitoribus ſpectat ad hæredem,quas tenetur vſufructuariæ pręſtare,tanquam fructus ſortis,& ita text.in d.l.vxori.declarat Alex.in l.diuortio,§. ſi fundum,col.pen.circa fin.ff. ſol. matr. quem ſequitur Do. meus Ruin.in conſi.51.col.4.& fin.vol.2.& in conſ. 206. in 5.q.vol.eo.vbi dicit,ita etiam voluiſſe Pet.de Mathæſ. inter conſilia.Ancha.in conſi.369.ſubdens q licet Ancha. in cōſ. 3.dicat Glo.in d.l.vxori.malè loqui,nihilominus q Bart.in q.ibi per eum formata,vult quod vſuræ percipiantur ab hęrede,ſi igitur vſufructuariæ nō datur actio,nec permittitur exactio debitorum,ſed hæredi:ergo idem dicendum eſt, vt à creditoribus conueniri non debeat,ſed hæres ipſe conueniendus ſit,quin in effectu tam in commodum ipſius, quàm vſufructuariæ vendit fundum pro ſolutione creditorum,& ita in hoc primo articulo contra Bart.tenendum eſſe arbitror,cuius dictum ſecundum Paul.de Caſtr.in d.conſ.388. multos fecit errare.

20 Venio ad ſecundum,in quo † in primo aſpectu dicẽdum videtur ad hanc magnificam D.Hippolytam ſpectare onus ſoluendi legata facta per teſtatorem, & non ad hæredem.
21 Nam † vulgaris eſt regula,'quod eum quem ſequuntur cōmoda,etiam ſequuntur incommoda, l.ſecundum naturam, ff.de reg. iur.ſed commodum hæreditatis ſpectat ad ipſam D.Hippolytam vſufructuariam,quæ percipit fructus:ergo & incommoda eam ſequi debent.

Secundo ad hoc videtur eſſe tex.expreſſus in l.fi.§.fin.au
22 tem,verſiculo ſiquidem,C.de bon. quæ liber. vbi † pater, qui eſt vſusfructuarius filij, licèt non teneatur ſoluere æs alienum,tamen tenetur ſoluere legata:& ita per illum tex. ibi tenent Bald.Fulgo.Salic.& Paul.de Caſt. Nec habet obſtare,quod contrarium teneant Pau.de Caſt.& Ale. in l.vſufructu.ff.ad l.Fal.per not.per Bar.in l.fi.ff.de vſufr.leg.quia
23 † d.§.fin autem, loquitur in vſufructuario ex diſpoſitione legis,cum qua mitius agitur,l.Celſus, ff. de arbit. & non in vſufructuario ex diſpoſitione hominis, vt etiam voluit idẽ Alex.in addit.ad Bar.in d.l.fin.quia reſpondetur, quod hæc ſolutio non eſt tuta,quia ſi illa eſſet vera,deberemus dicere totum oppoſitum,videlicet quod pater,qui venit ex diſpoſitione legis deberet minus grauari, & ſic quod nō deberet ſolue-

ſoluere de vſufructu,ſicut nec vſufructuarius ex diſpoſitione hominis, & tamen hoc eſt falſum,quia durius agitur cũ eo.ita dixerunt Iaſ.in l.1.in princ.in 3.col. ff. ad Trebel. & Pic.in l.Titia.§.Titia.cum nuberet,in q.60.ff.de lega. 2.

24 Sed contrarium puto verius,† quod legata præſtanda veniant hærede,& non ab vſufructuaria,l.legatorum, in prin.

25 ff.de lega.2.l.turpia.§.1.ff.de lega.1.& ratio eſt;† quia hæres adeundo hæreditatem quaſi contrahit cum creditoribus hæreditarijs: ſed vſufructuaria non adit hæreditatem, & non contrahit,nec quaſi contrahere poteſt,l.ex facto, ff. de hæred.inſtitu.l.fideicommiſſum,§.tractatũ,ff.de iud.not. Bal.in conſi.30.in fi.vol. 5. ergo &c. & pro hac parte facit text.in l.1.C.ſi cert.pet.vbi omnes actiones actiuè, & paſſiuè tranſeunt in hæredem.

26 Secundo † iſtam partem decidit Bart.in d.l.fin. ff. de vſufruct.lega.& ibi Alex.in addit.qui dicit Bononiæ ita cõſuluiſſe.idem Alex.in l.vſufructu.ff.ad l.Iul.Angel.in §.conſtituitur,in fi.de vſufruct.Ang.in tract.de teſtam.in verbo.Itẽ reliquit dominam B.circa fi.Salic.in d.§.ſinautem æs, in ſecundo notab.Guid.Pap.in conſi.451.Mathæſ.in notabili 5. Corn.in conſ.195.col.3.verſ.quicquid autem ſit, vol.4.Iaſ. in l.1.in prin.col.3.in 2.lectura,ff.ad Treb.Pic.in d. §. Titia cum nuberet,q.60.Pariſ.in conſi.96.col.pen.vol.2. Gozad. in conſi.94.nu.22.Craue.in conſi.187.col.1.& 2.quam ſententiam aſſerunt eſſe communem dominus meus Ruin. in conſ.206.col.pen.vol.2.& Dec.in conſ.590.col.pen. a qua dicit in iudicando non eſſe recedendum, & ipſam vt magis communem amplectitur Soc.Iun.in conſi.109. nu. 27. cum ſeq.vol.1.& in conſi.115.nu.10.vol.eod.

27 Non obſtat tex.in d.§.ſinautem,† quia ille text. loquitur in legatis annuis,& non puris,vt ibi not.Sal.in ſecundo notabili,vbi inquit expreſsè quod vſufructuarius vniuerſalis tenetur ſoluere legata annua ex vſufructu. Ita Iaſ. in d. l. 1.

28 col.4.& ratio diuerſitatis eſt;quia † legata annua recipiũt dilationem de anno in annum, ſicut & vſusfructus, qui eſt annalis;ſecus in alijs legatis,quæ debent purè ſolui, & ita illum text.intelligit.Mathæſ.in dicto notabili quinto,vbi dicit,hoc audiuiſſe a D.Iacobo de Mareſcalchis.Goza.in cõſ. 94.nu.22.& nu.27.vbi dicit,ita velle Corn.in d.§.ſin autem æs.& hoc etiam ſentire videtur Pariſ.in conſi.96.nu. 24.dũ ſe remittit ad diſtinctionem Pichi,in d. §. Titia cũ nuberet. vbi idem concludit,& ſubdit rationem eſſe; quia ex quo teſtator voluit dicta legata,ſolui debere annuatim,eſſet incõueniens quod omni anno deberet hæres vendere bona hæ-

29 reditaria,vt ſatisfaceret legatarijs;quia † non eſt præſumẽdum teſtatorem voluiſſe grauare hæredem multiplici onere,l.vnum ex familia,§.ſi rem,ff.de leg.2. iuncta l. qui concubinas,§.qui inuita,ff.de leg. 3. hanc quoque ſolutionem amplectitur dominus meus Rui.in conſi.206.colum. pe. in prin.vol. 2. & hanc eſſe magis communem aſſerit Soc. Iun. in d.conſi.115.nu.10.

30 Secundo reſponderi poteſt,† quod pater ibi non ſoluit ratione vſufructus,ſed vt adminiſtrator filij, hæredis, vt ibi tex.dicit expreſsè nomine filij,ideo videtur ſoluere vti hæres, & ſic videtur probare quod ſolutio debeat fieri ab hærede.Ita Soc.in conſ.131.col.5.in fi. verſ. præterea. vol. 1.& Dec.in conſ.590.col.ſi.in prin. licet de Soc. nullam faciat mentionem.

Quod ad vltimum de vſufructuaria omnium bonorum,

31 † an concurrere debeat in vſufructu cũ legatarijs, quibus prædia particulariter fuerunt legata, vel an ipſi legata habere debeant pleno iure,Bald.in l.quoties,col. 2. circa fin. C.fam.ercifcun.videtur decidere quod legatarij debeant illi habere pleno iure quò ad uſumfructũ,& proprietatem,

32 & idem ibi tenet Sali.& ratio eſt ſecundum Bal. quia † per ſpeciem generi derogatur,l.quæſitum,§.fi.ff.de fund.inſtru.

33 ergo † legatum generale non debet reſtringere ſpeciale. l.vxori.§.fœliciſſimo,ff.de lega.2.& ſubdit Bald ad hoc ſpecialiter allegare tex.in l.ſi fideicommiſſum,ff.vt in poſſ.leg. Nec obſtat dicit Bal.ſi opponatur de l.ſi alij ff.de vſufr.leg.

34 & in l.Sempronio,ff.eo.tit. vbi † ſi legatus eſt fundus vni, & alteri eius fundi vſusfructus, datur inter eos concurſus, quia legatarius fundi habet dimidiam vſusfructus, & alterã dimidiã vſufructuarius,quia reſpondet ibi Bald.quod in dictis iuribus legatarij erant particulares,ideo nimirum ſi concurrunt,& vnus non excludit alium, ſecus quãdo vnus eſt vſusfructuarius omnium bonorum,& alij legatarij particulares,prout in caſu de quo agitur, quia tunc non datur inter eos concurſus;& Bald.ibi ſequitur Alex. in addit. ad Bar.in d.l.ſi alij,Iaſ.in l.cum quæſtio. col. 3. verſ. limita tamen,C.de lega. vbi inquit hoc dictum notandum, quia eſt pulchra limitatio ad dictam l.ſi alij,& in conſ.18.colum.2. vol.1.Dec.in conſi.607.col.3.& Ang.Aret.in §.1.inſtit. de vſufruct. vbi dicit opinionem Bald.æquam, quia legando fundum in ſpecie uidetur teſtator uelle, ꝙ legatarius hẽat plenum fundum quò ad uſumfructum,& proprietatẽ. Iſtã etiam partem tenuit alibi idem Bal.in conſil. 56. incipien. manens.in 2.col.uerſ.præmittendum.uol.2.& Socin.Iun.in conſi.115.col.2.uol.1. pro qua opinione bene facere uidetur,quod uoluit Alexand.in conſi.25.circa prin.uol. 1.ubi

35 † ſi teſtator legat fundum,vel alias res particulares,& poſtea dicat in omnibus alijs meis bonis inſtituo Titium hæredem,ut quotidie fit, uel lego omnia bona mea, per hæc uerba generalia non fit præiudicium legatarijs particularibus:ergo in propoſito idem dicendum eſt in legato vſusfructus omnium bonorum,quod eſt generale, ut per illud nõ fiat præiudicium legatis particularibus.

36 Sed præmiſſis non obſtantibus,†ueritas eſt in contrariũ, quæ probatur per tex.in d.l.ſi alij, & in l. Sempronio, ubi concurrit uſusfructuarius cum legatarijs, & ita per illum text.tenent in terminis noſtris Bar.in l.quæſitum,§.fin.ff.de fund.inſtru.& in l.Sempronio.in prin.in fi.ff.de uſufr.lega. ubi inquit Bart.hoc menti tenendum: quia quotidie relinquuntur prædia pluribus,& poſtea dicit teſtator uxori lego uſumfructum bonorum,quia in uſufructu omnes cõcurrunt,& ita tenet ibi Lancel.Dec.& licet Bar.in d.l.Sempronio.loquatur quando teſtator legauit uxori uſumfructum bonorum non adiecto ſigno uniuerſali omnium bonorum, tamen in l.ſi.ff.de uſufruct.bono.idem tenet ſi adiectum fuerit ſignum uniuerſale.Idem tenet Bal.ſibi contrarius in cõſ. 19.in 2.uol.& in conſ.21.uol.eo.& 23.Paul. de Caſt.in cõſ. 104.col.1.in conſ.240.col.2.& in conſ.389.col.2.Ale.etiã ſibi aduerſus in conſi.56.col.1.uerſ.accedit,uolum.1.Ang. Aret.in tract.de teſt.in uerbo.Item reliquit D.B.in 3.col.in fi.Iaſ.etiam ſibi contrarius in l.re coniuncti,char.18.uerſi. tene indubitanter,ff.de lega.3.ubi dicit indubitanter eſſe tenendum contra Bal.ubi ſupra Crot.ibi nu.30. Pract. Papiẽ. in forma libelli,quomodo uxor agit ad dotem.in uerſ. donec uitam.Picus in §.Titia cum nuberet,q.21.ubi dicit ſibi placere opinionem Bar.à qua in iudicando eſſet durum recedere.Dominus meus Rui.in conſ.40.nu.8.uolum.2.& in conſi.95.in fi.uol.eo.& hanc opinionem ſequutus eſt Dec. ſibi etiam contrarius in l.in toto, & ibi Cagno. de reg. iu. ubi ambo atteſtantur hanc cõem, ut etiam citat idem Dec. in conſ.590.col.pen.in fi. ubi inquit non eſſe recedendum ab opi.Bar.quæ eſt communis.Pariſ.in conſ.94. in fi. uol.2. & in conſi.97.in fi.uol.eo.ubi quoque aſſerit contra Bald. eſſe communem.

Non obſtat modo quæ ex aduerſo allegata fuerunt,quia in dictis Bal.Iaſ.& Dec.non eſt facienda uis, cum ſibi ipſis fuerint contrarij:& tanto magis cum cõtra eum,& ſequaces ſit communis opinio,de qua ſuprà.

Nec obſtat ratio Bal. quod generi per ſpeciem derogetur:quia patet reſponſio ex not.per Bart. in l.re coniuncti, col.3.ff.de lega.3.& in d.l.quæſitum.§.fi.ff.de fund. inſtruc.

37 quod † illa regula procedit quando genus & ſpecies cadunt ſuper eodem iure,ſecus ſi ſuper diuerſo;quia tunc per ſpeciem generi non derogatur.exemplum, lego Caio fundum Titianum. Lucio autem omnia bona mea, Certè non procedit regula ipſa:quia per legatum factum generale de omnibus bonis,non derogatur alteri legato ſpeciei.Immo eſt totum oppoſitum:quia per legatum ſpeciale derogatur generi;quia legatarius omnium bonorum non habebit fundum Titianum,ſed illum habebit legatarius particularis:&

ratio

ratio eſt: quia genus, & ſpecies dicuntur, concurrere ſuper eodem iure, ideſt, ſuper iure proprietatis, ſed vbi genus & ſpecies concurrũt ſuper diuerſo iure, vt in caſu noſtro, vbi vſusfructus omnium bonorum fuit relictus magnificæ Dominæ Hippolitæ, & Dominis Iuliano de Nigris, Frãciſco de Gentilibus, & Iacobo de la Nuce fundi, de quibus in teſtamento particulariter, tunc dicitur ex quo legatum vſusfructus generale fit de vno iure, ſcilicet vſusfructus, & alia legata particularia de alio iure, ideſt, proprietatis plenæ, ꝙ generi per ſpeciem non derogatur, ex quo genus & ſpecies concurrunt circa diuerſa, ideo ambo legatarij veniunt per concurſum, d.l.ſi alij, & ita in terminis noſtris licèt non ita clarè reſpondet idem Bal. in conſi. ſupra citato, 19. in prin. volu. 2. dum inquit quod ſi legatur vni vſusfructus in genere omnium bonorum, & alteri ſimpliciter certum prędiũ, concurrunt vt legatarij in vſufructu illius prædij, d.l. Sempronio, nec eximitur illa ſpecialiter legata à legato generali vſusfructus tanquam ſpecies de genere, prout aliàs cõtingit in legato generali, & ſpeciali l. vxorem, §. codicillis, & §. fœliciſſimo, ff. de lega. 3. quia proprietates, & vſusfructus non habent ſe, vt genus, & ſpecies per not. per Din. in c. generi per ſpeciem, de reg. iur. in ſexto, ſed habet ſe ita ꝙ vnũ non poteſt præſtari integrè ſine diminutione alterius: ideo circa vſumfructum legatarij concurrunt, allegat d.l. ſi alij, & l. Sempronio, cum ibi not. per Bar. & Bald. in d. conſi. ad propoſitum noſtrum citat Dec. in d. conſ. 590 col. pe. & quam reſponſionem etiam admittunt Pic. vbi ſupra in q. 21. in fi. & dominus meus Ruin. in citato conſ. 40. nu. 8. licèt de Bal. nullum verbum faciant, & Dec. ac Cagnol. in l. in toto de regulis iuris.

Pariter non obſtat d.l. ſi fideicommiſſum, & allegata per Bal. in d.l. quoties, quia reſpondetur ſecundũ Paul. de Caſt. in allegato conſ. 104. quod dicta lex nihil facit pro d. Bald. quia ibi ambo legata erat ſpecialia, ſed vnum conſiſtebat in pecunia, aliud in certa ſpecie, vnde primus pro ſuo ſpeciali legato pecuniario non erat mittẽdus in poſſeſſionem rei alteri ſpecialiter legatæ, quia in illa ſpecie eſt præferendus legatarius ſpeciei, ſed nos ſumus in diuerſis terminis, quia vſusfructus generalis factus eſt magnificæ D. Hippolytæ de omnibus bonis, & alia legata fundorum ſpecialiter dictis dominis Iuliano, Franciſco, & Iacobo. igitur &c. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſul.

## *SVMMARIVM.*

1 *Venationem hominibus ſuis dominus per proclamata prohibere non poteſt, & nu. 12. ſecundum communem.*
2 *Venatio eſt de iure gentium.*
3 *Princeps ſine cauſa contra ius gentium venire non poteſt.*
4 *Leges licèt Deus principibus ſubiecerit, nõ tamen quæ ſunt iuris gentium,*
5 *Potentius eſt ius gentium, quàm principatus.*
6 *Conſuetudo contra ius gentium non valet.*
7 *Ius gentium ratione naturali inductum fuit.*
8 *Iuſtitia poſitiua vel municipalis poteſt tolli, ſed non naturalis: quia conſtans, & perpetua.*
9 *Princeps non poteſt diſpenſare ſine cauſa contra ius poſitiuum, quando eſt fundatum in ratione naturali uel diuina.*
10 *Princeps non poteſt tollere venationem.*
11 *Aucupium prohiberi non poteſt.*
13 *Venationis ius prohibendi acquiritur ex proclamatione ſine contradictione, quod declara, vt nu. 15.*
14 *Venationis prohibitio ſine contradictione conſtituit prohibentem in quaſi poſſeſſione prohibendi:*
16 *Cautela eſt pro ſubditis, vt audita prohibitione venationis immediatè ſe opponant, & appellent.*
17 *In iuribus negatiuis communis eſt concluſio, quod actus qui fiunt, iure familiaritatis facti cenſeantur.*
18 *Cauere debent domini terrarum, ne ita paſſim faciant venationum proclamata.*
19 *Perdices capiens in alieno fundo contra domini voluntatem, & poſt eius inhibitionem tenetur illas domino reſtituere: ſed contra nu. 21. quod tamen declara, vt in num. 25. & 26.*
20 *Declaratio ad regulam, quæ habet quod quæ in nullius bonis ſunt, capientis efficiuntur.*
22 *Venari quilibet poteſt in fundo alieno.*
23 *Fundum alienum ingrediens contra domini uoluntatem actione iniuriarum tenetur.*
24 *Declaratur gloſſ. in §. feræ, & in §. apium. inſti. de rer. diuiſ.*

## CONSILIVM IX.

1 QVod dominus Ambroſius † non potuerit hominibus ſuis interdicere per ſua proclamata venationem, ſe
2 offert communis concluſio, quæ habet, quod † venatio eſt de iure gentium, l. 1. 2. & 3. ff. de acq. rer. domi. Dec. in conſ. 197. col. 2. Iaſ. in conſi. 119. col. 1. in fi. vol. 4. & Affl. in conſti.
3 regni in conſtitutione ſcire debemus, in fi. Nam † cõtra ius gentium Princeps ſine cauſa venire non poteſt, vt per Feli. & alios in c. quæ in eccleſiarum, de conſti. & in c. 1. de pro-
4 bat. & ratio etenim ſecundum Doct. eſt; quia † licèt Deus ſubiecerit leges principibus, non tamen ea, quæ ſunt iuris
5 gentium. Ita Bal. in c. 1. §. qui feud. dar. poſ. Nam † potentius eſt ius gentium, quàm principatus, & Bald. ſequitur Iaſ. in l. quominus, in tertio notabili, ff. de flum. & in conſ. 1. col. 1. in
6 fi. vol. . Hinc videmus, † quod etiam conſuetudo, quę eſt cõtra ius gentium non valet ſecundum Abb. in c. fi. de conſue.
7 quia † ius gentium ratione naturali fuit inductum. & Abb. ibi ſequitur Roch. de Cur. in char. 46. ſecundum impreſſionem paruam in verſ. 4. ſit concluſio, cui ſententiæ accedit, quod voluit Bal. in l. vnica col. 3. poſt medium, C. de his quę
8 pęnæ nomi. vbi inquit, † quod iuſtitia poſitiua, vel municipalis poteſt tolli, ſed non iuſtitia naturalis, & neceſſaria; ꝗa eſt conſtans, & perpetua. bene facit quod tradit Abba. in c. per tuas, col. 11. de arbit. quem ſequitur Fel. in c. 1. col. 7. de
9 conſtit. vbi dicit, quod † Princeps non poteſt diſpenſare cõtra ius poſitiuum ſine cauſa, quando eſt fundatum in ratio-
10 ne naturali, vel diuina, & in ſpecie, quod venatio † quæ eſt de iure gẽtium per Principem tolli non poſſit, voluit Dec. in conſi. 197. col. 2. & Iaſ. in allegato conſi. 119. col. 1. in fin. vol. 4. & Affl. in d. conſti. ſcire debemus. in fi.

Secundo pro confirmatione huius ſententiæ facit tex. in l. iniuriarum, §. pen. ff. de iniur. vbi formaliter ſic dicit Iuriſ-
11 conſultus, † Sæpiſſimè reſcriptum eſt, quem non poſſe prohibere aucupari.
12 Tertiò † in terminis noſtris ſingularis eſt deciſ. Hoſt. Io. And. But. & Card. in c. non eſt de decimis, vbi quærũt, Quid ſi antiquitus venatio, vel piſcatio fuerit libera omnibus in loco, nunc autem dominus dicti loci facit præconizari ꝙ ſub certa pęna nullus in tali loco venari, uel piſcari poſſit, nunquid talis prohibitio valeat? & reſpondendo quæſito tenent quod ſi hoc faciat dominus contra voluntatem hominum ſiue populi, quorum intereſt, quod violentia eſt, & conſequenter prohibitio illicita, & quod contraueniens nõ debet timere, licèt de facto poſſit cogi ſoluere pœnam. & Hoſtien. ſequuntur Dec. in citato conſi. 197. col. 2. in conſi. 71. col. 1. Iacob. de Sancto Georg. in inueſt. ſua in verbo. & cum venationibus, col. 1. Affl. in d. conſti. ſcire debemus. in fi. ac Iaſ. in allegato conſi. 119. col. 1. vbi refert hanc deciſionem communiter approbatam, & non habere contradicentem.

Nec habet obſtare quod dictus dominus Ambroſius ſæpius proclamare fecerit, ne quis ſub pœna auderet ire uenatum in territorio ſuo: & quod homines acquieuerunt, &
13 non contradixerunt dictis proclamationibus: † ex qua prohibitione, & non contradictione acquiſitum eſt ſibi ius prohibendi dictas venationes, vt per Iaco. de Sancto Geor. in d. uerbo, & cum uenationibus col 1. vbi inquit cautelam
14 eſſe pro dominis terrarum, quod † faciant prohibitiones

per

per proclamata pœnalia;quia ſi ſubditi non contradicant, & propter talia proclamata deſiſtant à venando, dominus terræ conſtituitur in quaſi poſſeſſione prohibendi, & ſi per longa tempora ſubditi acquieſcant, dominus præſcribit tale ius prohibendi,per not.in l.1.& 2.C.de ſeruit.& aqua.& Glo.ac Doct.in l.qui luminibus,ff.de ſeruitu.ruſtic.prædio. & per Rip.in l.quominus,nu.133.ff.de flum.& in c.cum Eccleſia Sutrina,nu.51.de cau.poſ.& propr.& Bal.in tract. de
35 præſcr.in 5.q.par.principalis in fi.quia reſpondetur† quod præmiſſa limitatio locum habere poſſet, vbi homines ipſi acquieuiſſent huiuſmodi proclamationibus per tempus lōgiſſimum triginta annorū;quia tunc acquiſiuiſſent ius prohibendi,per not.per Bald.in l.lapilli,in 3.q.ff. de rer. diuiſ. Glo.ac Docto.in d.l.qui luminibus,& Doc. communiter in c.ſignificare,de appella.Sed in caſu de quo agitur homines ipſi non verbis,ſed & facto contra dixerunt proclamationibus eundo venatum,& ſic,ſequuti fuerunt aliam cautelam Iacob.de Sancto Georgio in d.verbo, & cum venationibus col.1.& Balb.vbi ſuprà,vbi dicunt cautelam eſſe pro ſubdi-
36 tis, † vt immediatè cum habent notitiam de proclamatione ſe opponant,& appellent,& ideo dixit Rip.in d.ca. cum
37 Eccleſia Sutrina,num.50.de cauſ.poſ.& propr.quòd † licèt in iuribus negatiuis, prout eſt ſeruitus altius non tollendi, ius non eundi ad molendinum,vel furnum,ſit communis cōcluſio, quod actus præſumūtur ſemper fieri iure facultatis, niſi volens facere actu fuerit prohibitus,& prohibitioni acquieuerit; quia tunc ſi à die prohibitionis eſſent decurſa tempora legitima ad præſcriptionem cauſandam, poſſent compelli ne aliò accederent ad molendum, vel ad furnum; quia natura horum iurium conſiſtit in actu prohibitiuo ſecundum Bal.in l.1.C.de ſeruit. & aq. tamen idem eſt in terminis venationum;quia, & ſi populus nunquam iuerit ad venandum,non tamē loci dominus dicitur eſſe in quaſi poſſeſſione venationis,niſi volentes venari,prohibuerit,& prohibiti acquieuerint huiuſmodi prohibitioni,vt ſuprà.Idem voluit Iaſ.in d.l.quominus,col.7.vbi dicit ita conſuluiſſe in ciuitate Caſalenſi,& obtinuiſſe. Vnde ex his abſoluta ſatis remanet concluſio, prohibitionem huiuſmodi venationis pœnalem illicitam fuiſſe ſtante præmiſſa contradictione ipſorum hominum,de qua in proceſſu inquiſitionali formato contra Ioa.Antonium Sarengum, & per conſequens ipſum abſoluendum à contentis in eo nulliter,& perperam cōtra
38 eum formato , & ideo † cauere debent domini terrarum, ne ita paſſim faciant huiuſmodi proclamata; quia ſunt contra ius gentium,cui contrauenire non poſſunt:ſolum eſt reſeruatum principibus prohibere ſub pœna, vt inquit Aff. in dicta conſtitutione ſcire debemus. in fi.ne q; in dominio vel defenſa eorum venari audeant.

Venio ad ſecundum caput,in quo dubitari contingit,An
39 † dominus Antonius teneatur reſtituere domino Alexādro Tettonenſi perdices,faſianos,& alias venationes captas in prædijs ſuis contra eius voluntatem , & pòſt inhibitionem ſibi factam de non venando in eius prædijs. Prima facie videretur dicendum quod ſic,in terminis dixit Glo.in §.feræ, & in §.apium. inſt. de rer. diui. quas ſequi videtur Alb. de Roſa.in l.diuus,ff.de ſerui.ruſt.præd.& Iaſ.in d.§. feræ, vbi dicit ſibi placere ſententiam Glo.per iura ibi allegata,quæ ſuadetur ratione;quia ex quo ingrediēs incidit in factum damnatum à lege ingrediendo contra voluntatem domini, non debet aliquod commodum percipere, l. non dubiū C. de ll.l.itaque fullo,ff.de furt.ſubdens non obſtare regulam, quæ habet quod quæ in nullius bonis ſunt,efficiuntur capiē-
20 tis:quia † ea locum non habet, quando initiū eſt vitioſum, vt probatur in §.plena,eo.tit.de rer. diui. quaſi dicat, licèt ibi dixerim quod quo ad acquirendum dominium eorum, quæ in nullius bonis ſunt , nihil referat an in ſuo quis vel alieno capiat,tamen hoc eſt verum, niſi contra domini voluntatem ingrediatur. Nec obſtat quod puniatur propter ingreſſum actione iniuriarum;quia poſſet ex captura maius percipere lucrum quàm ex ingreſſu vitioſo pati pœnam:fatetur tamen non licere domino fundi retinere venationem captam;quia eam reſtituere debet, ſi capientem cognouerit, & in hoc dicit approbare Glo. in d. l. diuus, quæ vult venatorem non teneri ad huiuſmodi reſtitutionem; quia hoc exprimit dicta Gloſſ.aliàs ſecus ſi nō cognouerit; quia poſſet cauſa ſui iuris conſeruandi retinere,l.Quintus, ff.ad l.Aquil.

Quibus tamen non obſtantibus, contrarium de iure vere-
21 rius eſſe arbitror: quod † dicta reſtitutio non ſit facienda, ſed tantùm quod poſſit per dictum D.Alexādrum agi actione iniuriarum contra venatorem,quod probatur.Nam tri-
22 ta eſt iuris regula,† quod in agro alieno quilibet poteſt venari,l.3.§.1.& ibi glo.ff.de acq.rer.domi.l.diuus, ff. de ſeruit.ruſt.prædio,§.feræ,inſtit.de rer. diui. vbi formaliter ſic loquitur tex.Feræ igitur beſtiæ,volucres,piſces, & omnia animalia,quæ in mari,cœlo,& terra naſcuntur;ſimul atque ſi ab aliquo capta fuerint iure gentium ſtatim illius eſſe incipiunt,quod enim ante nullius eſt, id ratione naturali occupanti conceditur:nec intereſt feras,beſtias, & volucres vtrum in fundo ſuo quiſquam capiat,an in alieno.Cæpol.in trac.de ſerui.ruſti.præd.in rub.de aucupatio.col.1.& Aret. in l.3.§.Nerua filius,in 5.not.ff.de acq.poſſ.

Non obſtant modo quæ ex aduerſo allegata fuerunt; q; reſpondetur quod licèt lex prohibeat ingreſſum fundi alieni inuito domino,l.3.§.1.l.naturalem,§.apium, de acq.rer. dom.d.l.diuus.Aret.in d.§.Nerua filius,in 5, notabili. Dec. in conſi.197.col.2.& in conſi.199.col.fi.Non tamen prohibet quin animalia, quæ in nullius bonis erant, in eo fundo reperta capientis non efficiantur, licèt ingrediatur contra
23 voluntatem domini,ſatis eſt † quod ingrediens propter vitioſum ingreſſum pœna iniuriarum afficiatur,l.iniuriarū,§. pen.ff.de iniur.Ita in terminis decidunt Gloſſ.in l.diuus, de ſeruit.ruſt.præd.& in d.l.3.§.1.ff.de acqui.rer.dom.& hanc partem etiam ſequuntur Bald.Ioa.Fab.in d.§.feræ,Cœpol. in d.tract.de ſeruit. ruſti. prædio. in rubrica de aucup.in 1. col.vbi etiam ad hoc allegat aliam Gloſſ.in l.fin.§.ſed cum, C.de fur.Iacob.de Sancto Geor.in dicta ſua inueſtitura feu. in verſ.& cum venationibus,col.1.Ang.in dicto §.feræ,vbi omnes iſti tres partes fatentur has glo.communiter approbatas.& hanc partem vti veram ſecutus eſt Barto.poſt Din. ibi per eum citatum in l.3.§.omnia, ff. de acquir.rer.dom. Alb.de Roſa.in d.l.3.§.1.vbi etiam refert Rayn.ita tenuiſſe, &Ang.in §.apiū,inſtit.de rer.diuiſ.Pau.de Caſt.in d.l.diuus, in fi.& ibi Angel. vbi inquit hoc eſſe bene notandum; quia iam vidit hanc q.de facto in perſonā vnius nobilis de Odonibus de Peruſio,qui pro apris,& capriolis nemus alienum intrauit domino prohibente , & multas venationes fecit: ſubdens,quod omnis venatio pertinet ad eum, & quod domino fundi competit actio iniuriarum.

Non obſtat glo.in d.§.feræ,& in d.§.apium,quia communiter reprobatæ ſunt, vel ſaluando eas poteſt dici ſecundū Flor.in d.l.diuus,quem ſequuntur Iacob.de Sancto Georg.
24 & Cœpol,vbi ſuprà,quod illæ procedunt,†quando fructus fundi conſiſtebat in venatione; quia tunc ſi quis venatur domino prohibente,non facit ſuum quod capit,aliàs ſecus: quia tunc tantum ingreſſus punitur actione iniuriarum, & hoc per l.venationem,ff.de vſucap.& in l.vſufructuaria venari,ff.de vſufru.per quæ iura refert Cępol.vbi ſuprà,apparere quando venatio ſit in fructu, vt debeatur vſufructuario.Vnde ex his ſatis liquido apparet quod Antonius prædictus arctari non potuerit per dominum Alexandrum ad
25 reſtitutionem venationis captæ, ſed ſi † vult agere actione iniuriarum poterit experiri de iuribus ſuis.Cautela tamen datur ſi uis in futurum conſequi capta in venatione quod tu dominus fundi facias, quòd iudex ſit, qui prohibeat ingreſſum volenti venari in fundo; quia tunc quod fuerit captum,non efficitur capientis,ſed tui domini.ita Ioa.Fabr. in d.§.feræ,& Iacob.de Sancto Georg. vbi ſuprà per tex.in
26 l.qui fundum in §.ſciens,ff.pro empt.vbi ſubdit, † id etiam procedere,ſi de conſuetudine tolerantur guarentiæ, & defenſæ:quia tunc venationes non efficiuntur capientis,etiam ſi priuatus interdixerit ingreſſum: quia ſi prohibitio iudicis poteſt impedire trāslationem dominij.dict. §.qui ſciēs, multò magis lex conſuetudinaria,vt habetur in §.fin.inſti. de

de iur.natur.gent.& ciuil.& inquit Iacob. de Sancto Geor. in loco ſuprà citato hæc verba bene notanda. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

*1 Obligatio quoties eſt ſimplex & momentanea, tunc tempus cenſetur appoſitum differendæ ſolutionis cauſa, non autẽ limitandæ obligationis declara, ut in nu.13.*

*2 Obligatio quando ſumit originem cõtra maiorem, perſona minoris non conſideratur.*

*3 Fallit quando cum minore aliquid geſtum eſſe comperitur, quia tunc ei ſuccurritur ope reſtitutionis in integrum, ex capite de minoribus.*

*4 Minoribus, qui ſucceſſerũt in ius alterius ope reſtitutionis ſuccurritur ex clauſula ſi qua mihi iuſtà cauſa videbitur, contra numero 17. ſed communis contra nu. 18.*

*5 Debitori ſi datum fuit certum tempus ad pignus venditum recuperandum, poſt illud etiam auditur per viam reſtitutionis in integrum, ſi iuſtam cauſam allegáuerit ex qua maioribus concedi ſoleat.*

*6 Reſtitutio in integrũ ex clauſula, ſi qua mihi iuſta cã &c. conceditur hæredi in caſibus, in quibus pœna cõmittitur contra hæreditatem iacentem.*

*7 Reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ ſecundũ magis communem conceditur aduerſus canonem non ſolutum.*

*8 Minori non conceditur reſtitutio in integrum ex clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa, quando ei ſuccurſum eſſe poteſt aduerſus tutorem ſuum, contra nu. 10. ſed declara, ut in nu.20.*

*9 Pupillo uel infante decedente, hæreditate non adita, hæres eius reſtitui poterit in integrum aduerſus aditionẽ omiſſam ex cauſa generali ſi qua &c, ſi tutori nulla culpa, uel negligentia imputari poſſit, aliàs ſecus, & num.21. ubi eſt communis.*

*11 Abſens reipublicæ cauſa reſtituitur ex clauſula generali aduerſus appellationem per procuratorem omiſſam, quãuis agere poſſet contra procuratorem, qui appellare neglexit, & nu.23.*

*12 Retrouendere promittens infra certum tempus, eo elapſo amplius non aſtringitur retrouendere.*

*14 Stipulatio uel alius contractus quãndo incipit à defuncto, & minor ſuccedit maiori, cum quo nihil eſt geſtum, non conſideratur perſona minoris, ſed maioris, à quo initium habuit, & ideo minori non datur reſtitutio aduerſus aliquid non factum.*

*15 Præſcriptio cœpta contra defunctum, currit contra hæreditatem iacentem.*

*16 Præſcriptio prius cœpta cum defuncto perficitur contra filiumfamilias.*

*19 Reſtitutio in integrum ex clauſula generali non datur niſi ex quadam æquitate.*

*22 Minor, & ſi ratione ignorantiæ quando cum eo nihil eſt geſtum, poſſit ex ui clauſulæ generalis reſtitui in integrum aduerſus venditionem pignoris, tamen id procedit, quando creditor uel adminiſtrator non eſt ſoluendo.*

*24 Procurator regulariter non tenetur appellare.*

*25 Præſumitur in dubio pro ſententia.*

## CONSILIVM X.

DOminus Georgius de Ibertis per publicum inſtrumentum vendidit nonnulla prædia dominis de Balduinis, qui ea retrouendere promiſerunt intra tempus quatuor annorum, eo tempore ſic pendente dictus Dominus Georgius mortuus eſt relictis hæredibus aliquibus pupillis de Cantauenis, qui non reemerunt prædia, de quibu ſuprà in dicto termino: dubitatur modò, an non obſtante dicto lapſu temporis conuentionalis minores ipſi poſſint dicta prædia recuperare. Prima facie dicẽdum videtur, quod

1 ſic, triplici ex capite. & primo: † quia quotiens obligatio eſt ſimplex, & continet aliquod momentaneum, tunc tempus cenſetur appoſitum differendæ ſolutionis cauſa, nõ autem limitandæ obligationis, vt per Bart. in l. eum qui ita, §. qui ita, ff. de verb. oblig. ſed in caſu præſentis obligationis verſatur factum momentaneum, videlicet retrouendere, ꝙ poteſt momento expediri: ergo videtur dicendũ quod cenſetur adiectum cauſa differendæ ſolutionis, nõ autem finiẽdæ obligationis: & ſic quod non obſtante dicto lapſu tenẽtur dicti domini emptores retrouenditionem ipſorum bonorum ipſis pupillis facere.

2 Secundo facit; quia licèt † quando obligatio habuit originem contra maiorem, non cõſideretur perſona minoris. l. apud Iulianum. in princi. ff. ex quibus cau. in poſſ. ea. Bart. & Docto. in l. cum filiusfami. §. in hac, ff. de verb. oblig. nec ſibi concedatur reſtitutio in integrum ex edicto de minoribus. l. Aemilius. ff. de minor. tamen id limitatur locum non
3 habere, † quando cum minore aliquid geſtum eſt: quia tunc ei ſuccurritur aduerſus lapſum temporis conuentionalis ope reſtitutionis in integrum ex capite de minoribus, & ſic ex priuilegio perſonæ ſuæ competẽti, vt eſt communis Docto. ſententia in d. §. in hac, & Bar. ac aliorum in l. 2. C. ſi aduer. vend. pign. vbi dicunt, quod ſi venditio pignoris fit ex pacto habito cum defuncto, & cum minore, qui ei ſucceſſit, aliquid geſtũ eſt, vt quia interpellatus fuit & ex ipſius mora creditor fuit conſequutus poteſtatem à lege vendendi, vel aliquod aliud factum eſt cum eo in alia materia, tunc minor poteſt petere reſtitutionem in integrum, quia cum eo aliquid geſtum eſt. Hanc quoque ſententiam amplectuntur Bart. & cæteri, in l. fi. C. in quib. cauſ. in integ. reſt. eſt neceſſa. vbi propriè loquuntur in præſcriptione conuentionali. Bar. & Bal. in l. Aemilius, ff. de minor. Soc. in cõſ. 112. col. pen. in fi. verſ. minuſque obſtat, vol. 1. Corne. in conſ. 219. litera. P. & Q. vol. 2. & Iaſ. conſi. 57. col. fin. vol. 1. ſed in caſu noſtro aliquid geſtum eſt cum minoribus, quia fuerunt interpellati, ergo firma manere videtur Docto. recepta ſententia, quod ex capite de minoribus eis ſuccurrendum eſt ope reſtitutionis in integrum aduerſus lapſum dicti temporis conuentionalis pro recuperatione dictorũ prædiorũ.

4 Tertio dicitur, † quod etiam poſito quod minoribus ipſis competere non poſſet reſtitutio in integrum ex titul. de minoribus, ſaltem quod ipſis ſubueniendum eſt ex clauſula ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitùr, & ſic ex capite iuſtæ ignorantiæ dicti pacti, quæ præſumitur in eis, cùm ſucceſſerint in ius alterius, l. qui in alterius, ff. de reg. iur. vt voluit Bar. in d. l. 2. vbi alij. C. ſi aduer. vend. pign. col. 1. verſ. prædicta iura, vbi inquit, quod quamuis venditio pignoris, quæ fit ex pacto habito cum defuncto, noceat minori, qui ei ſucceſſit, ſi nihil cum eo geſtum eſt, ita vt ſibi præcludat viam reſtitutionis in integrum ex capite de minoribus, tame nõ excluditur, quin poſſit reſtitui ex edicto ex quib. cau. maio. ex clauſula ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur, dicens ſe ignoraſſe contractum patris ſui, & propter dictam ignorãtiam deceptum; per Glo. in d. §. in hac. idem voluerunt Soc. in allegato conſil. 112. in fin. volum. 1. vbi refert hanc eſſe communem, dominus meus Ruin. in conſil. 54. colum. pen. verſ. quia ergo, volum. 5. Hannib. de Cano. in repetitione l. poſt contractum. nume. 146. ff. de donat. vbi etiam citant Docto. ita communiter tenere. ad hoc etiam bene facit tex.
5 in l. creditor. §. 1. in fin. ff. de diſtrac. pigno. vbi, † ſi debitori ad pignus venditum recuperandum datum fuit certum tempus, poſt illud etiam auditur per reſtitutionem in integrũ, ſi aliquam iuſtam cauſam allegauerit ex qua ſoleat maioribus concedi ex iuſta cauſa, ita ad hoc illum text. citat Socin. Iun. in conſil. 104. nume. 16. volum. 3. Pro comprobatione etiam iſtius ſententiæ facit, quod voluit Dyn. Bart. Ang. & Alexand. in l. ad diem, ff. de verbo. obligatio. Angel. in l. debitor. ff. de nego. geſt. & Imol. in l. ſed & ſi in conditione,
6 §. ſeruus, ff. de hæred. inſt. vbi volunt † quod in caſib. in quib. pœna committitur contra hæreditatem iacentem, quod hæredi concedatur reſtitutio, ex clauſula prædicta, per not. in d. l. qui in alterius. Vltimo pro eadem parte etiam

7 facit.nam † etiam ex capite probabili ignorantiæ datur re
ſtitutio in integrum aduerſus canonem non ſolutum,vt te-
nuit Glo.in l.2.C.de iur.emph.vbi Bart.& alij eam ſequun-
tur,& hanc vti magis communem ſentẽtiam ſequitur Soci.
Iun.in conſ.70.nu.23.vol.1. & vſque ad cęlum exclamat in
d.§.in hac.Ioa.de Imol.de hac cõcluſione, dicẽs quod iſtud
dictum eſt menti tenendum , & ſcribendum literis aureis :
quia pro certo eſt ita ſingulare,ſicut dici poteſt,ideo perpe
tuò valde notandum . & ſic ex his ſequi videtur quod ſaltẽ
ope dictæ reſtitutionis in integrum ex dicta clauſula ſi qua
&c.quæ non continet priuilegium minoris ætatis,ſed cuili
bet competit ſiue ſit maior,ſiue minor, ex probabili cauſa,
vt per Iaſ.in d.§.in hac.col.3. ſit ſubueniendum ipſis mino-
ribus.

8 Nec habet obſtare,† quod obijcitur ipſis minoribus nõ
eſſe concedendam ipſam reſtitutionem,etiam ex clauſula ſi
qua mihi iuſta cauſa &c. cum ſit ſuccurſum eis aduerſus tu
tricem ſuam,quæ ſcientiam habuit de dicto pacto recatan-
di,& per negligentiã omiſit prædia ipſa reemere, quæ ſciẽ
tia officit eis quin poſſit implorare beneficium dictę reſtitu
tionis cum effectu,iux.not.per Bart.in l.qui duos,ff.de reb.
9 dub.& in l.ſi infanti,C.de iur.delib. vbi † ſi pupillus vel in-
fans decedat hæreditate non adita, eius hæres poterit reſti
tui in integrum aduerſus aditionẽ omiſſam ex clauſula ge-
nerali,quia in articulo mortis læſus.l.patronus , ff. de acq.
hæred.ſi tutori nulla culpa,vel negligẽtia imputari poteſt ,
aliàs ceſſat beneficium dictæ reſtitutionis , cùm non ſubſit
æquitas ex quo plenè eis cõſultũ eſt contra tutorem mino-
ris:quia reſpondetur ꝙ Aret.in d.l.Pãtonius,& in cõſ. 161.
10 tenet contra Bart.& vult ꝙ † hæredi minoris non ſit dene-
ganda reſtitutio ipſa,quamuis ei ſit conſultum contra tuto
rẽ per l.ẽt.C.ſi tutor.vel curat.interue.& per not.per Gl.in
11 l.ſi is qui reipublicæ,ex quibus cau. maio. † vbi abſens ex
cauſa reipublicæ reſtituitur ex clauſula generali aduerſus
appellationem omiſſam per procuratorem,quamuis agere
poſſet per procuratorem,qui appellare neglexit.l.inuitus,
C. de procur.

Quibus non obſtantibus quæ verè non obſtant , contra-
rium eſt de iure verius . Quoniam indubitata eſt iuris con-
12 cluſio,† quod ſi quis promiſit intra certum tempus retro-
uendere.Ita vult text.in l.2.C.de pac.inter emp.& vendi.&
ratio eſt;quoniam illud tempus adiectum cenſetur cauſa li
mitandæ obligationis,ideo nõ nimirũ ſi petenti obſtat exce
ptio lapſus tẽporis.l.eũ.§.qui ita,ff.de verb.oblig.vbi Bart.
& hoc ſuadetur ſecundum Gozad.ibi.nu.64. quia illa pro-
miſſio dicitur facta ſub conditione,ſi intra illud tempns vo-
luerit venditor reemere,vt declarat ibi Bal.vnde ex quo pa
titur labi tempus prædictum,videtur iuri emendi renũciaſ-
ſe:argumẽto eius,ꝙ voluit Gl.& ibi Ang.in l.ſi ego.de neg.
geſt.Bal.in l.2.quę.9.C.de reſcind.vendi. & ita Ang. in cõſ.
199.Titius.Soc.in conſ.266.col.3.Rui. præceptor meus in
conſ.54.col.1.vol.5.Soc.Iun.in cõſ.104.col.2.vol.3.& Ca-
gno.in d.l.2.nu.24.cum ſeq.vbi multos alios citat.

13 Non obſtant † modò , quæ ex aduerſo adducta fuerunt ,
quia ad primum argumentum reſpõdetur,ꝙ doctrina Bart.
in d.§.qui ita , procedit quando dies adijcitur obligationi
mero fauore debitoris,ita ꝙ creditor ex parte ſua nihil ha
bet facere:ſed vbi debitori ſatisfacienti aliquid eſt implen
dum à creditore,& aliter facere non tenetur , iſto caſu niſi
ſibi intra terminum ſatisfaciat, poſt terminum non tenetur
ſatisfactionem accipere , quia emptor tenetur obſeruare
promiſſa,quæ legem etiam habuerunt ex forma cõtractus,
cui legi non eſt ſatisfactum à debitore. ita declarat Ang.
in d.conſ. 199. quem ſequitur Iaſ. licèt alijs medijs in d.§.
qui ita,nu.9.& Gozad.in d.l.2.C.de pac.inter emp.& vend.
nu.65. ſed in terminis noſtris ſumus in caſu ſecundi capi-
tis;ergo &c.

Ad ſecundum etiam reſpondetur , quod ex quo nihil eſt
geſtum cum ipſis minoribus ſeu eius tutrice, quod eis con
cedi non debet beneficium reſtitutionis in integrum poſtu
latum ex capite de minorib.quia communis,& crebrior eſt
14 Docto.ſententia,ꝙ † quando ſtipulatio vel alius cõtractus
incępit a defuncto,& minor ſuccedit maiori , cũ quo nihil
eſt geſtum,non conſideratur perſona minoris,ſed maioris,
à quo initium habuit, ideo minori non competit reſtitutio
in integrum aduerſus aliquid nõ factum, licèt propter hoc
dicat ſe læſum;quia verba edicti de minoribus loquuntur
de geſtis cum minoribus,ex quibus minores dicuntur læſi
vel decepti.ſecundum Gl.in l.ſi eum militaribus.C.de reſt.
mil.Bart.& alij in l.2.C.ſi aduer.vend.pign.idem Bart.& cæ
teri in d.l.fin.C.in quibus cauſ.in integ.reſti.eſt neceſſaria.
Docto.communiter in d.§.in hoc, & ideo ibi infert Bart.ꝙ
ſi minor,qui ſucceſſit emphyteutæ non ſoluit canonem in-
tra tempus congruum,quod cadit à iure ſuo, etiam ſine ſpe
reſtitutionis:quia hoc contingit per non factum ipſius mi-
noris , cum quo nihil geſtum fuit , ſed cum defuncto : pro-
pterea contra illum currit tempus, & ei non datur reſtitu-
tio,hanc quoque ſententiam tenuerunt Corn.in conſi.219.
litera.P.vol.2.Soc.in conſ.112.col.pen.vol.1.Pariſ.cõſi.48.
col.fin.vol.3.Balb.in tract. præſcr. in vltima parte verſ.23.
caſus.verſ.2.limita.dominus meus Ruin.in conſi. 54.col.1.
vol.5.& in conſi.119.col.2. vol. eod. Hannibal de Cano. in
rep;l.poſt contractum,nu.146.ff.de donat. & in l. naturali-
ter,nu.249.ff.de vſucap.pro cuius confirmatione facit etiã,
15 quod † dicitur de præſcriptione cœpta cõtra defunctum ;
quæ currit etiam contra hæreditatem iacentem, iuxta glo.
in l.ſi intra.C.de nõ nume.pecun.per Bar.& alios in l. licèt.
C.de iur.delib.Alex.in conſ.126.vol.2. Corn. in conſ. 296.
litera E.in fin.vol.5.Soc.conſ.60.col.fin.uol.1. Hannib. de
16 Cano.in d.l.naturaliter.nu.303.& de præſcriptione † prius
cępta cum defuncto, quæ ſimiliter perficitur contra filium
familiàs,vt per Bart.Bald.& Alberic.in l.Senatus, ff.de offi.
præſid.& quam magis communem atteſtatur Iaſ. in conſil.
226.col.2.vol.2.

Nec obſtat quod aliquid geſtum eſt cum ipſis minorib.
quia aduertendum eſt, quod ſi quid cum eis geſtum eſt , id
concernit cauſam penitus ſeparatam ab eo,de quo agitur,
vt liquet ex interpellatione facta,& in actis producta , vn-
de ex ſeparatis non bene infertur.l.fi.de ſeparatio. cum ſi-
milibus.

Similiter non obſtat tertium de reſtitutione in integrũ
17 ex clauſula ſi qua mihi iuſta cã eſſe videbit,† qa in primis
reſponderi poteſt ex mente Cur.Sen.in conſ. 59. quod nec
eis danda venit reſtitutio ipſa ex capite,ex quib. cau.maio.
ut ibi per eum,ad quem me remitto.& ex dictis per Cagno.
in d.l.2.nu.85.C.de pac.inter empt. & vend.ubi dicit,quod
& ſi opinio contraria videatur ſubtilitate, & æquitate ſub-
nixa,tamen tenenda eſt opinio quod nec ex dicto de mino
ribus,neque ex clauſula generali dari debet minori reſtitu
tio in integrũ,ſeu eius hæredi , vt non minus ſubtiliter quã
eleganter conſulendo determinauit Curt. Sen. in allegato
conſ.59.& ſi danda veniat hæc reſtitutio ex ui dictæ clauſu
læ ſi qua mihi iuſta cauſa &c.relinquit etiam cogitãdũ Han
nibal de Cano.in d.l.poſt contractum nu.146.

18 Verum quia † opinio de qua ſupra communiter non re-
cipitur à doctoribus,vt patet ex deciſionib. allegatis,ideo
dicitur quod ex alio capite concedi ipſis non debet,neque
19 poteſt reſtitutio dicta ex ui dictæ clauſulæ:quia † reſtitutio
in integrum ex clauſula prædicta non datur,niſi ex quadã
æquitate,vt in l.1.ff.de integr.reſtitu.Bart.conſ.273.nu. 8.
vol.1.per.tex.in l.1.in fi.ff.ex quib.cauſ.maio.Socin. Iun.in
conſi.128.nu.174.uol.1.& in conſilio 104.num.21.vol.3.ac
d.meus Ruin.in conſ.119.col.5.vol.5. ſed in caſu præſenti
ceſſat dicta æquitas,cùm ipſis minoribus poſſit eſſe ſuccur-
20 ſum aduerſus ipſam tutricem , quæ † cum ſcientiam habe-
ret huiuſmodi pacti de recatando, omiſit dicta prædia ree-
mere in tempore conuentionali quatuor annorum, de quo
in inſtrumento venditionis . & quod ſcientia ipſa minori-
bus prędictis noceat,& operetur vt contra tutricem ſit eis
ſuccurſum,hoc decidit Bart.quem communiter alij ſequũ-
tur,in l.ſi infanti.C.de iur.delib.Bar.& cæteri in l.qui duos,
de reb.dub.ac Rui.in conſ.119.col.pen.uolum.5. vbi etiam
21 citat hanc eſſe receptam Docto. ſententiam . quod † ſi pu-
pillus , vel infans decedit hæreditate non adita, licèt eius

hæres

hæres poſſit reſtitui aduerſus aditionem omiſſam ex clauſu
la generali;quia in articulo mortis fuit læſus per l. Panto-
nius,ff.de acq.hæred.tamen quod procedit & locũ habet,ſi
tutori nulla poteſt imputari negligentia; aliàs beneficium
dictæ reſtitutionis ceſſat: quia non ſubeſt æquitas ex quo
conſultum eſt plenè hæredi minoris contra eius tutorem.
hoc idem vult & ſentit Paul.de Caſt.in l.fi.C.ſi aduerſ. vẽd.
22 pign. vbi in finalibus verbis inquit, † ꝙ & ſi ratione igno-
rantiæ quando nihil eſt geſtum cum minore, poſſit ipſe ex
vi dictæ clauſulæ reſtitui in integrum aduerſus venditionẽ
pignoris,per l.primam,C.ſi vend.pign.aga. tamen quod id
procedit,quando creditor vel adminiſtrator non eſſet ſol-
uendo, & ſic Paul.ibi præſupponit, quod ſi eſſet ſoluendo
non reſtitueretur minor. Et pro hac ſententia etiã accedit
tex.in l.ſi tutoribus,C.de adminiſtra.tuto.vbi tex.ſolũ ſuc-
currit minori per regreſſum contra tutorem, qui fuit ne-
gligens in ſoluendo penſionem vectigalis pupillis,propter
quod res incidit in commiſſum in damnum pupilli: & ſic
tex.videtur includere reſtitutionem in integrum, ex quo
minori ſuccurritur contra tutorẽ.& iſtum text.ad hoc pon
derat Soc.in d.§.in hac.col.3.verſ.ad idem eſt tex.idem vo-
luit Albe.in conſ.18.per totum,& in terminis noſtris.ita ẽt
decidit dominus meus Rui.in d.conſi.119.col.pen.

Nec obſtant notata per Aret.in d.l.Pantonius, in conſil.
161.dum vult,quòd immo reſtitutio non denegatur quam-
uis conſultum ſit minori contra tutorem, per dictã l.etiam
& ex not.per gl.in d.l.is,qui reipublicæ, quia reſpondetur,
quod opinio Bart. quæ eſt communis defenditur à morſi-
bus Aret.per Soc in d.l.qui duos,quem ſequitur Ruin.in al-
leg.conſi.119.col.pen.vbi inquit,quod quando beneficium
reſtitutionis competit ſimpliciter ratione minoris ætatis,
vel ſimpliciter ex iuſta cauſa procedunt argumenta Areti.
ſi verò competit ex titulo de minoribus & ex dicta clauſu
la generali ſimul,& tunc quia remedium eſt magis ſubſidia
rium,non competit,ſi ſit minori vel eius hæredi conſultum
contra tutorem: quia tunc ceſſat ratio æquitatis, propter
quam datur ipſa reſtitutio:ſubdens ita etiam dixiſſe conſu-
lendo Mantuæ:ſed in caſu noſtro reſtitutio minori compe-
tere poterat ex dicta clauſula, & cum illa concurrebat mi-
nor ætas,& eius fauor,ideo non debet reſtitui aduerſus di-
ctum lapſum temporis,cum poſſit agere contra tutorẽ.im-
mo plus voluit Rui. vbi ſuprà,quod etiam vbi ſubeſſet tan-
tum iuſta cauſa petendi dictam reſtitutionem,quamuis ceſ
ſaret priuilegium ætatis,quia læſus eſſet minor,ceſſaret di-
cta reſtitutio, ſi poſſet ei eſſe conſultum contra alium:quia
ceſſat iuſta cauſa etiam iſto caſu, vt dicit Bart. in locis de
quibus ſuprà,qui hæc ſumit in quocunque maiore. Nõ ob-
ſtat d.l.etiam,quia ſecundum Ruin.vbi ſupra,ille tex.loqui-
tur de reſtitutione,quæ conceditur ratione minoris ætatis.
Nam illa conceditur minori etiam ſi ei contra tutorem poſ
ſit ſuccurri:quia illa conceditur in priuilegium perſonę ſe
cundum Bart.in d.l.ſi infanti,quod non ceſſat,quamuis con
tra tutorem competat actio; quia adhuc minor ætas adeſt,
ſed illa,quæ datur ex dicta clauſula ſi qua &c.non concedi
tur in priuilegium perſonæ ſecundum Bart. ſed ſolum pro-
pter iuſtam cauſam ſubſiſtentem,quæ ceſſat vbi alio medio
eſt prouiſum læſo,ideo tunc denegatur dicta reſtitutio.
Similiter non obſtat gl.in d.l.is qui,& in l.1.§.fi.ff.quan.ap
pel.ſit,quæ idem voluit;quia illud,quod ibi dicitur, proce-
dit ſecundum Rui.quando domino non ſuccurritur contra
23 procuratorem,qui neglexit appellare,† prout regulariter
24 non tenetur procurator,quia †in dubio pro ſentẽtia præſu
25 mitur,& propterea † in dubio ſi non appellauit, ſibi nõ im
putatur ſecundum communem,de qua per Cyn. Rayn. Bal.
Salic.& Alex.in d.l.inuitus.Et ideo ex his firma remanet cõ
cluſio quod pupillis ipſis non ſit concedenda reſtitutio ne
que ex capite de minoribus,nec ex clauſula generali ſi qua
mihi iuſta cauſa &c. Làus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

*SVMMARIVM.*

1 *Officium militiæ Sancti Pauli emptum per patrem filio, ei in legitima non imputatur, declara, ut in nu. 13.*

2 *Officium, quod non tranſmittitur ad hæredes, nec uendi poteſt, non imputatur in legitimam.*

3 *Imputatio in quartam fit per modum æſtimationis.*

4 *Pater impetrans beneficium in curia pro filio, ſi pro expeditione bullarum expendit centum, illud non imputat ſibi filius in legitimam.*

5 *Beneficium impetratum per patrem pro filio, ſicut non confertur, ita nec in legitima computatur.*

6 *Pecuniæ expoſitæ per patrem, ut filius conſequatur dignitatem, puta in doctoratu, non imputantur in legitima.*

7 *Filius non tenetur ſibi computare in legitimam officiũ ſcriptoriæ, eidem per patrem emptũ in Curia Romana, quia nec uendi nec ad hæredes tranſmitti poteſt.*

8 *Officium ſcriptoriæ reſignatur in manibus Pontificis, ſicut alia beneficia eccleſiaſtica.*

9 *Officium ſcriptoriæ uendi non poteſt, niſi cum ſolo conſenſu Pontificis, qui cenſetur impoſſibilis.*

10 *Militia filio empta per patrem, quæ uendi poteſt, licèt ad hæredes non tranſmittatur, ſecundum communem, imputatur filio in legitimam.*

11 *Iuxta tamen æſtimationem, quæ currebat tempore mortis patris, & non habito reſpectu, quod conſtituit patri.*

12 *Pater ſi filio acquiſiuit officium ſcriptoriæ in Curia Romana pro mille, licèt tale officium non tranſmittatur ad hæredes, tamen quia uendi conſueuit, imputatur ei in legitimam, & nu. 14.*

15 *Diſpoſitio ad l. apud Iulianum, §. conſtat. de leg. 1.*

16 *Pater ſi emit libros filio doctorato, & ei tradidit, illi non cõferuntur, ſed efficiuntur proprij tanquam caſtrenſe peculium.*

17 *Donatio librorum emptorum per patrem facta filio, qui in uita patris compleuit ſtudiũ & inſignia doctoratus adeptus eſt, uel fuit licentiatus, ualet & nu. 24.*

18 *Quod etiam procedit ſi libri empti non fuiſſent, nec traditi filio, ſed tradita pecunia pro libris emendis.*

19 *Licentiatus in fauorabilibus æquiparatur doctorato.*

20 *Donatio facta per doctorem concubinæ ſicut non ualet, ita nec ea, quæ fit concubinæ per licentiatum.*

21 *Doctores ſicut excuſantur à muneribus, ita & licentiati.*

22 *Diſpoſitio l. ad egregias perſonas. ff. de iureiu. locum habet etiam in licentiato.*

23 *Licentiatus primo, & poſtea doctoratus præcedere debet medio tempore doctoratos.*

25 *Libri traditi per patrem filio clerico, ei non imputantur in legitimam.*

26 *Quod ampliatur etiam procedere in clericis primæ tonſuræ.*

27 *Filius, qui eſt in poteſtaee patris licèt non poſſit teſtari, tamen ſecus eſt in filio clerico primæ tonſuræ; quia quod habet cenſetur caſtrenſe peculium.*

28 *Et maximè quando clericaliter uixit.*

29 *Donatio facta per patrem filio, quæ à principio fuit nulla ſed morte confirmata, ei non computatur in legitimam niſi à patre fuerit dictum, ſed contra ſecundum communem nu. 31.*

30 *Ea, quæ imputantur in legitimam ueniunt etiam in collatione bonorum, declara ut in nu. 33. 35.*

32 *Declaratio ad text. in l. ſi quando, § generaliter, C. de inoffic. teſta.*

34 *Relicta computantur in legitimam.*

36 *Donatio filio facta inter uiuos morte confirmata, attẽta fictione iuris, dicitur ſeparari eo tempore, quo facta fuit, quod declara ut in nu. ſeq. 37. & nu. 40.*

38 *Donatio facta à patre filio in poteſtate, & quæ eius morte confirmatur, ſumit robur, ut ex nunc, non autem prout ex tunc.*

39 *Donata per patrem filio in poteſtate, non uſucapiuntur poſt mortem patris prout ex tunc, ſed prout ex nunc.*

## CONSILIVM XI.

OMiſſis philetærijs,& præſtingendo rem, vt decet, ſu-
1 per primo capite,in quo quæritur, † An officium mi
litiæ Sancti Pauli emptum in Curia Romana pro mille au-
reis per Magnificum quondam d.Antonium Gentilem, &
traditum ſpectabili d.Franciſco eius filio, veniat ſibi com-
putandum in ſua legitima? Primo aſpectu videtur dicẽdũ,
2 ꝙ nõ, † quia huiuſmodi officium non tranſmittitur ad hære
des,nec vendi poteſt:vnde cum non ſit,nec cenſeatur eſſe in
commercio,nec quid æſtimabile,ſicut eſſe debet,ꝙ in quar
3 tam imputatur. cùm † imputatio in quartam fiat per modũ
æſtimationis,ſequi videtur ꝙ officium ipſum non ſit impu-
tandum in legitimã,per tex.in l.omnimodo, §. imputari,à
contrario ſenſu,C.de inoffi teſta.vbi filius computare tene
tur in legitimam ſuam militiam,ſeu reditum annuum ex de
functi pecunia emptam ſi vendi poteſt,vel ad hæredes trãſ-
mitti:ergo ſecus à contrario ſenſu ſi vendi vel trãſmitti nõ
4 poteſt. & ideo dicit ibi Bal.in principio † ꝙ ſi pater impe-
trauit beneficiũ in Curia Romana pro filio, & pro expedi-
tione bullarum expendidit centum libras,ꝙ filius non de-
bet ſibi imputare in legitimã beneficium per patrem obtẽ-
tum;quia non eſt in commertio,cùm vendi nõ poſſit,nec ad
5 hæredes tranſmitti;† & ideo ſicut non poteſt conferri. l. ſi
filia.§.Neratius,& §. idẽ ſcribitur,ff.famil. erciſ. ita nõ dẽt
in legitima computari,quia tale beneficium concernit per
ſonam,ꝙ non eſt quid patrimoniale:ideo nimirum ſi nõ im
putatur in legitimã,quæ reſpicit patrimonium,l.3.§.ſi quis
minori,ff.de minor.Præterea iſtud beneficium eſt quid inæ
ſtimabile,quod non recipit onus collationis,vel imputatio
nis,quod eſt quid æſtimabile,l.planè.la 2.§.fi. cum l. ſeq.ff.
de leg.1.& cũ Bal.ibi pertranſeunt cęteri.Idem voluit Bar.
in l.1.§.nec caſtrenſe.col.2.verſ.dico ergo,ff.de colla.bon.
Alex.in l.quartam,col.13.in fi.verſ.item in quantum Bart.
ff.ad l.Fal.Ioan.Fab.in §.fin.inſti.de inoffi.teſt.facit etiam,ꝙ
dixit idem Ioa.Fab.in l.ſi emancipati.C.de colla. & in d. §.
fi.vbi inquit, quod titulus datus filio presbytero nõn impu
tatur ei in legitimam. Accedit quoque quod tradit Sali. in
6 d.§.imputari.vbi † pecuniæ per patrem ex poſitæ, vt filius
conſequatur dignitatem,puta doctoratum,militiam, vel ſa
cerdotium, non imputantur in legitimam, cum non poſſit
vendi,vel ad hæredes tranſmitti, ꝙ & amplectitur Fernan.
in repetitione dictæ l.in quartam.in vltima parte nu.69.ff.
ad l.Fal.& magis accedendo ad terminos quæſtionis præ-
ſentis,hoc in ſimili dicere videtur Nicol. de Vbal. in tract.
7 ſucceſ.ab in teſta.col.17.cum ſequenti, vbi voluit, † quod
filius non tenetur ſibi computare in legitimã officium ſcri-
ptoriæ eidem emptum per patrem in Curia Romana & tra
ditum:quia tale officium non tranſit ad hæredes,itẽ,& quia
vendi non poteſt, quod ſecundum eum dupliciter proba-
8 tur,& primo,† quia tale officium reſignatur in manibus Pa
pæ,proùt alia beneficia eccleſiaſtica,c.quod in dubijs,cap.
9 quod attinet,de renun.Secundo, quia † talis venditio fieri
non poteſt,niſi cum ſolo conſenſu Pontificis, qui cenſetur
impoſſibilis,l.apud Iulianum,§.conſtat,ff.de lega.1.Glo.in
l.continuus,§.cum qui .ff.de verb. oblig. & per Nattam in
Cle.ſæpe.in 4.notab.de verb.ſig.ſed in caſu de quo agitur,
tale officiũ non poteſt vendi ſine conſenſu Papæ: ergo &c.

Quibus non obſtantibus, in contrarium eſt communis
opinio,vt ex infraſcriptis luce clarius apparebit, quod de-
10 monſtratur:quoniam clara eſt doctorum ſententia, ꝙ † vbi
malitia empta per patrem filio vendi poteſt, licèt ad hære-
des non tranſmittatur,imputatur filio in legitimam, vt per
Bal.in d.§.imputari. colum. 2. verſ. 2. eſt reperire, vbi in-
quit,quod eſt reperire militiam, ſeu officium, quod poteſt
vendi,non tamen ad hæredes trãſmitti de pretio Patris ac-
quiſitum,quod imputatur in legitimam, vt puta in republi
ca ſunt aliqui reditus,qui à Principe impetrãtur ad vitam,
ita quod etiam ad vitam impetrantis poſſunt vendi,ſicut re
periuntur aliqua feuda huiuſmodi l.conceſſa, quia tunc hu
iuſmodi beneficia ſunt quid patrimoniale, & ſunt in com-
mertio & ab aſcendente procedunt, meritò conferuntur
& in legitimam imputantur, & de quibus inquit loqui ille
tex.hoc idem voluit Bart.quem cæteri ſequuntur, in dicto
§.nec caſtrenſe.col.2.verſ. quædam eſt militia, quæ poteſt
vendi,ſed non ad hæredes tranſmitti: vt quia erat in ciuita
te conſuetudo, quod cuſtodia carceris venderetur, & ille
cuſtos accipiebat certam quantitatem pecuniæ à quolibe,
carcerato, & illa militia ſeu officium poterat vendi alteri t
non autem tranſmitti ad hæredem. Item ſi etiam erat con-
ſuetudo vendi pondus florenorum,ſeu ſtateram, ſed huiuſ-
modi officium militiæ Sancti Pauli,& ſi ad hæredes nõ trãſ-
mittatur,tamen vendi poteſt,vt paſſim videtur fieri in Cu-
ria Romana vbi officia militum Sancti Petri, ſcriptoriæ, &
multa alia venduntur;ergo firma, & ſtabilis remanet con-
11 cluſio,quod † talis militia computanda venit in legitimam
dicti domini Franciſci iuxta tamen æſtimationem, quæ cur
rebat tempore mortis patris, & non habito reſpectu,quod
conſtitit patri iuxta.l.omnimodo.in fin. C. de inoffic. teſta.
Barto.in dicto §.nec caſtrenſe col.2.verſic. & talis militia.
Doct.in d.§.imputari,& Paris.in cõſi.56.num.11.uol.3.&,
ueniendo ad ſimilia iſtud probatur per Paul.de Caſt.in d.§.
imputari.quem ſequitur ibi Iaſ.& in l.illud. colu.tertia. C.
de colla.Rip.in l.in quartam.num.163.ff.ad l.Falc.& Crot.
in l.frater, à fratre, nume.93.ff.de cond. indeb. vbi inquit,
12 † quod ſi pater acquiſiuit filio officium ſcriptoriæ in Curia
Romana pro mille quingentis aureis,licèt tale officium nõ
tranſmittatur ad hæredes, tamen quia conſueuit uendi im-
putatur in legitimam. Idem uoluit Bal.in c.cum veniſſent-
colum.1.in fin.de iud.quem ſequitur Mart. de Laud. in tra-
cta.de inoffi.don. not.17.ergo idem etiam dicendum uenit
de tali malitia S.Pauli.

Non obſtant modò adducta in contrarium, quia ad pri-
13 mum argumentum reſpondetur, † quòd illud procedit in
militia,quæ nec vendi neque adheredes tranſmitti poteſt,
vt per Bartol in dicto §. nec caſtrenſe, columna 2. & Do-
cto.in citato.§.imputari.ſecus in ea, quæ uel vendi poteſt,
uel tranſmittitur ad hæredes, ut in caſu de quo agitur.

Nec obſtat quod Nicol. de Vbal. contrarium tenuerit
in loco, de quo ſuprà; quia primò dicitur quod Nicol. ibi
ita non decidit, immo videtur dicere quod aliud poſſet
dici ex quo Papa ſe reddit facilem in præſtando con-
ſenſum.

Secundo dicitur,quod licèt id uoluerit Nicol. de Vbald.
14 tamen quod † contra eum eſt recepta Docto. ſententia, ut
patet ex auctoribus ſuprà citatis. Nec ualet argumentum
per eum factum de §. conſtat, quia ſecundum Iaſ. & Rip.
15 vbi ſuprà † text.ille procedit in his,quæ non ſolent à ſupe-
riore impetrari, niſi cum maxima difficultate,aliàs ſecus.
l.1.§. permittitur. ff. de aqua quot. & æſti. ſolent enim
ſecundum Rip.ſimilia admitti per Papam. & ego tempori-
bus meis uidi in curia Romana officia militum Sancti Petri.
vendi ſine aliqua difficultate cum ſolo conſenſu Pontifi-
cis, & per ſolam ſupplicationem ſignatam abſque alia ex-
peditione literarum.

Venio ad ſecundum caput, in quo arbitror ſpectabilem
D.Henricum ſeu dominum Marcum eius nepotẽ dèbere ha
bere libros traditos ab eius patruo,& eius nomine emptos
præcipuos:quoniã à pari procedit, ꝙ libri ſint empti à pa-
tre,& traditi filio doctorato ante mortem patris, uel quod
traditi ſint filio licentiato ante mortem patris,quod proba
tur medijs infraſcriptis,nam crebrior eſt Docto.ſentẽtia;
quod ſi pater emit libros filio doctorato,& ei tradidit, qđ
16 † non conferuntur,ſed efficiuntur proprij tanquam caſtren
ſe peculium.l.1.in ſecundo reſponſo.de caſtrenſi peculio,
lib.12.& per Bar.& alios in dicto §.nec caſtrenſe,colum.2.
17 vel † ſi emit libros,& donauit filio,qui in vita patris cõple
uit ſtudium,& inſignia doctoratus adeptus fuit ante mor-
tẽ patris:quia talis donatio valuit, & irreuocabiliter fuit
confirmata quã primũ filius doctoratus fuit.Ita dixit pater
veritatis Alex.in conſi 142.colum.pen.in fin. volum. 2.vbi
aſſerit hanc eſſe magis communem ſententiam.Idem voluit
Iaſ.in l. filiæ licèt, col. 1. C. de colla.vbi tradit quod adeo

efficitur

efficitur irreuocabilis talis donatio,quòd ſi pater vellet eã
reuocare, amplius non poſſet. Alexand. in l.ſi donatione,
18 col.11.verſ.item adde.C.eo.tit.quod etiam procedit † ſi li-
bri nõ fuiſſent empti,& traditi filio, ſed tradita pecunia fi-
lio pro emendis libris,vt per Cuma.in conſ.40.colum.2.&
Cor.in conſ.235.col.2.vol.1.quos refert, & ſequitur Dec.
in d.l.ſi donatione,num.41.vbi reprobat Ant. de But.aliter
19 ſententiam in conſ.39.in fi. ſed † licentiatus æquiparatur
in fauorabilibus doctorato:licèt non in odioſis:ergo idem
dicendum videtur,quod libri efficiantur præcipui,licentia
ti filij,ſicut doctorati:cùm ſumus in fauorabilibus. & ꝙ in
materia fauorabili idem iudicetur de licẽtiato,ꝙ de docto
rato,hoc voluit Bal.in l.1.col.pen.in fi.ff.ſolu.matrimonio.
quem ſequitur Felin.in c.eam te,col.1.de reſcriptis,Alexã.
in l.mulier,§.non eſt dubitandum, ff. ad Trebel. vbi inquit
hanc eſſe magis communem.Bolog.in authent.habita, nu.
139.C.ne filius pro patre,& Moder.in rub. de donatio. in-
ter vir.& vxor.§.38.nu.10.& ſeq.vbi ſimiliter tradunt hãc
eſſe magis receptam Docto. ſenten tiam, & ideo videmus,
20 † quod ſicut non valet donatio,quam facit Doctor ſuæ cõ-
cubinæ,ita,nec ea,quæ fit concubinæ per licentiatum, vt la
tè per ipſos Modernos in rub.prædicta.Item ſimiliter vide-
21 mus,quod † ſicut Doctores excuſantur à muneribus,ita &
licentiati,vt per Petr.de Antib.in tract.de mune.char.19.ꝙ
dicunt Moder.vbi ſuprà,quotidianum,& menti tenen dum,
22 & non alibi in ſpecie legiſſe.Pariter videmus,†quod diſpo
ſitio l.ad egregias,pſonas ff.de iureiur.locũ ẽt habet in licẽ
tiato,vt ibi per Iaſ.in finali col.Hinc etiam dixit Ange. in §.
quædam,colum.10.verſ. quæro de quæſtione contingenti,
23 de actio.† quod primo licentiatus, poſtea doctoratus de-
bet præcedere illis,qui medio tempore ſunt doctorati,per
tex.in l.1.C.de conſulibus,li.10.quod & voluit Fel.in rub.
de maior.& obe.col.1.Curt.Sen.in l. filiæ licèt,in fin. C.de
colla.Dec.in l.cum quid.col.4.ff.ſi cert. pet. & Moder. vbi
ſuprà nu.12.vbi dicunt iſtud menti tenendum,quãuis non
24 nulli contrarium tenuerint,† & in terminis quæſtionis no
ſtræ ita decidunt Iaſ.in l.filiæ licèt,col. pen. C. de colla. &
Curt.Sen.in finalibus verbis.Rip.in l.quartã. nu. 170. verſ.
& idem ſi donauit filio licentiato, ff.ad l.Falcid. & ibi Fer-
nand.nu.81.& hoc videtur de mente Bart.in dicto §. ne ca-
ſtrenſe.verſ.quandoq; pater emit nomine filij, ibi,ſed ſi il-
le,vbi formaliter dicit, Sed ſi ille filius non erat aduocatus
vel doctor,ſed ſcholaris,tunc ſi quidem compleuit ſtudium
ante patris mortem,& ſic incœpit quaſi militare : tunc illi
libri efficiuntur tanquam caſtrenſe peculium, & confirma-
tur donatio:argumento,l.1.emancipatus,C.de donatio.Vn
de concludendo in præſenti capite dicẽdum eſt, domi.Mar
cum vti hæredem dicti domini Henrici, qui ante mortem
patris licentiatus fuit,ſed morte præuentus non potuit in-
ſignia doctoratus ſuſcipere, non teneri computare ſuper
portione patrui æſtimationem dictorum librorum,ſed eos
debere habere præcipuos.

Secundo ex alio capite dicitur dictos libros non eſſe ei
25 imputandos,† quoniam libri prædicti empti à patre tradi-
ti fuerunt filio,qui erat clericus, quo caſu ſicut in doctore
talis donatio irreuocabiliter valet, & libri efficiuntur eius
præcipui,ita,& quãdo empti ſunt à patre,& tradit filio cle
rico,quia cenſetur quaſi caſtrenſe peculium. Ita Alberi.de
Roſa.in l.ſi donatione,C. de collatio. quem ſequitur Iaſ. in
26 l.filiæ licet,col.pen.C.de collatio.vbi inquit,† iſtud nõ ſo-
lum procedere in clericis beneficiatis,ſed etiam in ſimpli-
cibus primæ tonſuræ: quia quamuis tales remaneant in po
teſtate patris,vt eſt gl.in c.voluntate,in gl.fi.de ſen. excom
muni.tamen quantum ad propoſitum reputat idem iudican
dũ prout in clericis beneficiatis, videlicet quantũ ad hoc,
vt illud,quod donatur eis à patre, vel ab alio ſit eorum pro
prium,& cenſeatur quaſi caſtrenſe.ſubdẽs,quòd licèt iſtud
27 factum in ſpecie non inuenerit,tamẽ quod probatur† quia
licèt filius,qui eſt in poteſtate patris non poſſit facere teſta
mentum,l.ſenium.in fi.C. qui teſtamen. facere. poſſ.tamen
filiusfamil.clericus primæ tonſuræ teſtari poteſt, quamuis
ſit in poteſtate patris:quia illud,quod habet,cenſetur quaſi
caſtrenſe peculium,& de quaſi caſtrenſi peculio filius teſta
ri poteſt,l.fi.C.de inoffic.teſtamen. ſubdens quoque iſta eſ-
ſe bene notanda,quæ fortaſſe ſimplicibus Legiſtis videbun
tur noua.& Iaſ.ſequuntur Pet. Girar. in ſingulari ſuo 5 .
Marſi.in rub.ff.de fideiuſſ.num.147.& Fernand.in l.in quar
tam.nu.83.verſ.tertia,& tantò magis,hoc recipiendum eſt
28 in caſu præſenti, † vbi iſte filius clericaliter vixit, per ea
quæ ſcribit Parpa.in l.placet,num.22.C.de ſacroſanct.eccl.
vbi inquit,quod & ſi clericus ſimplex gaudet priuilegio te
ſtandi,quamuis ſit in poteſtate patris, & quod omnia eius
bona dicuntur caſtrenſia, ſicut ſi eſſet extra patriam pote-
ſtatem:tamen quod id intelligitur in clerico clericaliter vi
uente.

Deuenio ad vltimum caput, in quo prima quidem fron-
29 te dicendum videtur, quod † donatio facta per dictum.D.
Antonium domino Gulielmo etiam filio ſuo, quæ à prin-
cipio fuit nulla,ſed morte confirmata,non cõputetur in le-
gitimam,niſi fuerit dictum à patre, vt voluit Angel. in l. il-
lud,C.de colla.per illũ tex.& gl.Pau.de Caſt. in l.ſi quãdo,
§.generaliter,per illum text.C.de inoffi.teſtam.vbi inquit,
non putare verum, quod dicitur, donationem factam filio
in poteſtate,& quæ morte confirmatur, imputari in legiti-
mam,ſi non ſit dictum,allegat etiam l.ſi non mortis,ff.eo.ti.
Item & quia ſi imputaretur in legitimam, pari modo debe-
30 ret conferri:cum ea,† quæ imputantur in legitimam etiam
veniunt in collatione bonorum,gl.in d.l.illud, & tamen ea
non confertur,niſi in certis caſibus,vt in d.l.illud, §. fi.igi-
tur ſi non fuit dictum prout in caſu iſto,videtur dicendum,
quod dicta bona donata non debeant computari,ſed quod
ea donatarius ipſe habere debeat præcipua & inquit idem
Paul.in l.quartam,ff.ad leg. Falc. ſe ſemper dubitaſſe quod
dicta donatio imputetur in legitimam.

Quibus ſimiliter non obſtantibus, veritas eſt in contra-
31 rium,quod immo † donatio ipſa facta filiofamil.quę ab ini
tio non valuit,& quæ ad nutum patris reuocari potuit,l.do
nationes quas,C.de donat.inter.vir.& vxo. ſi morte confir
mata fuit,imputetur ei in legitimam.Ita Bart.in d.l.in quar
tam.col.pen.verſ.ſi verò donatio,& ibi Alex.col.14.in fine.
Picus.nu.201.vbi dicit opinionem Bar.communiter appro
batam,& in iudicando ab ea non recedendum.Rui.nu.35.&
Fernand.num.89.vbi ſimiliter aſſerit hanc eſſe communem
Doct.ſententiam.Alex.in d.l.illud.col. 3. in tribus locis fa-
tetur hanc etiam eſſe communem.Iaſ. ibi col. pen. verſ. ſe-
cundus caſus,& in authent.ex teſtamen.col.2.& in d.§.ge-
neraliter,vbi eam tanquam communem ſequitur:hanc quo
que partem ſequutus eſt Alex.in conſi.8.in 1.col.vol.1.vbi
dicit communem.Aret.conſil.17.col.5. Rip. in reſponſo.9.
col.4.in 3.par.Cagnol.in l.ſi emancipati,nu.101. C. de col-
lat.Cacialup.in l.frater à fratre nu.85.ff.de conditio. inde-
biti.Camil.Viſit.in l.1.nu.193.ff.ſolut.mat.Rube. Alex. in l.
Titia,§.Imperator,nu.93.ff.de legat.2.Crot.in d. l. frater à
fratre,nu.74.& Polit.in l.filium quem habentem, nu. 113.
C.famil.erciſ. vbi firmat etiam hoc dictum communiter re
ceptum, & ratio eſt ſecundum prædictos patres; quia ta-
lis donatio æquiparatur prælegato,quod in legitimam cõ-
putatur.
32 Non obſtant † adducta per Ang.& Paul.de Caſtr.quia ad
tex.in d.§. generaliter, reſpondetur quod procedit in do-
natione,quæ fuit à principio valida, quæ non computatur
in legitimam,niſi ſit dictum; quoniam verba debent intelli
gi in potiori ſignificatu,vt per Modern.in rub. ff. de re iud.
ſecus in ea,quæ à principio non valuit, licèt morte fuerit
confirmata:quia cum habeat tunc vim relicti,vt omnes no-
tant in authen.ex teſtamento,C.de colla. quę relicta com-
putatur in legitimã,ideo nõ eſt opus,vt dicatur, ꝙ ea impu
tetur in legitimã.Ita Iaſ.in d.§.generaliter,vbi aſſerit hanc
eſſe cõem.Alex.in l.illud.col.3.C.de colla.in l.in quartam,
col.15.in prin.ad l.Fal.Cagnol.in l.ſi emãcipati,nu. 102.C.
de colla.Vincentius à Sala.in l.filiũ quem habẽtem. nu.37.
in fi.C.fam.erciſc.Picus in d.l.in quartam,nu.201. in fi.

Non obſtat, quòd ea quæ imputantur in legitimam etiã
33 conferuntur,d.l.illud, quia reſpondetur, ꝙ † illa æquipa-

ratio non procedit in his,quæ habent vim relicti: patet,qa
34 † relicta computantur in legitimam , & tamen non confe-
runtur. l.filiæ licet.C.de colla,l.filiam à fratribus , eod.ti-
tul.Ita Iaſ.in authent.ex teſtamento,colum.3,in fin. verſic.
ſecunddò pro iſta ſententia,eo.tit.de collat.& in d.§.gene-
raliter,colum.1.verſi. ſecundò reſponde.pro quo accedit,
quod voluit Paul.de Caſtr.in d.l.illud.colum. 2.verſicul.in
glo.1.C.de colla. vbi inquit quòd regula, quæ ibi ponitur,
35 quòd †ea quæ in legitima imputantur,etiam conferuntur,
debet ſanè intelligi, ſi ſint talia , quæ pertineant ad mate-
riam collationis, ſed quòd ad illam non pertinent ea, quæ
acquiruntur poſt mortem eius,de cuius hæreditate agitur.
l.ſi emancipati. C.de colla.ſed duntaxat acquiſita in vita ,
non autem ea quæ acquiruntur poſt mortem , vt legata, &
fideicommiſſa: ergo de illis non poteſt intelligi regula
prædicta ſed è conuerſò ad materiam imputationis potius
pertinent ea , quæ acquiruntur poſt mortem iudicio teſta-
toris,quàm ea quæ acquiruntur in vita . Nam prima impu-
tantur etiam ſi nihil ſit dictum , ſed data inter viuos non
imputantur,niſi dictum fuerit. le.ſi quando. §. generali. de
inoffi. teſtam. ſed donatio , quæ à principio non valet, ſed
morte confirmatur hēt vim prælegati,& de ea iudicatur,vt
de prælegato.l.in donationib. C.ad l.Falci.Fernand.in d.l.
in quartam.num.89 .& Mathæſ. in citata l.filium quem ha-
bentem num.85.ergo &c.

Nec habet obſtare,ſi dicatur non eſſe faciendam vim,an
donatio ſtatim valuerit,vel ex poſt facto retrotrahatur, vt
in l.talis ſcriptura.ff.de legat.1.vbi multi tenuerunt, quòd
36 † donatio facta inter viuos morte confirmata, attenta
fictione iuris dicitur ſeparari eo tempore quo facta fuit:&
ideo ex quo filiusfa. nō reperiretur habere bona donata in
patrimonio patris,nō teneretur ſibi computare ea in quar-
tā,ſeu legitimā:ſicut nec donatio inter viuos , niſi ſit dictū.

Quia reſpondetur ſecundum gloſ.in l.2. C.de inof.don.
37 quòd licèt†dicta donatio retrotrahatur quo ad quædā,pu
ta,quò ad fructus, nō tamen quo ad dominium,pro qua ſen
38 tentia facit text.in l.2.C.de inoff.donat.vbi†donatio facta
à patre filio in poteſtate,quæ eius morte cōfirmatur,ſumit
robur ex nunc,non autem prout ex tunc,ut patet;quia cō-
petit actio famil. erciſ. quæ non datur niſi pro his rebus q̄
reperiuntur in bonis teſtatoris tempore eius mortis.l.1.&
2.ff.famil.erciſ.Item etiam facit l.1.§.ſi pater. ff.de uſucap.
39 pro dona.vbi †ſi pater aliquid donauerit filio in poteſtate,
illud non vſucapit poſt mortē patris,prout ex tunc,ſed pro
ut ex nunc, quoniam nulla fuit donatio:cùm ergo non fin-
gatur vſucaptum uiuente patre id,ꝙ fuit donatum filio,nec
ēt fingetur retro acquiſitū dominiū, per regulā l. clauib.
ff.de contrahenda emptio.Tertio accedit.Nam id ꝙ acqui-
ritur uerè filio,uiuente patre,uel id ꝙ fingitur acquiſitū ui
uente patre ꝑ ipſum conferri debet alijs fratribus,cum q-
bus vult ſuccedere in bonis patris, l. 2. §. id quoque. ff.de
collatio.bono.ſed donatio facta à patre filio in poteſtatem
mortuo patre non confertur , glo. in l.quæ pater filio.ff.fa
mil.erciſcūd.Docto.cōmuniter in authent. ex teſtamento.
C.de colla.ꝑ tex.in l.illud,in fin. eod. tit.ergo nō fingitur
mortuo patre retro fuiſſe acquiſitū filio; qa ſi retro finge-
retur acquiſita,veniret conferenda: ꝙ tamen eſt falſum, ut
40 ſuprà dictum fuit,&†ꝙ nō trahatur retro quo ad dominiū,
hoc voluit Iaſ.in auth.ex teſtamēto.col.4.uerſi.pro iſta ſen
tentia bene facit. C. de colla. Vincentius à Sala. in d.l.filiū
quē habentem,n.37.in.fi.& Ale.in l.talis ſcriptura,de leg.1.
ubi atteſtaẗ magis eſſe cōem opinionē,quē ſequiṙ Pic.in d.
l.in quartā.nu. 201 .unde reaſſumēdo quæ ſuprà dicta ſunt,
concludo militiam S. Pauli imputandam eſſe in legitimam
dicto D. Franciſco;libros autem de quibus in ſecundo capi
te præcipuè eſſe nepotis dicti domini Henrici , & dona-
tionem de qua in ultimo articulo tanqnàm habentem uim
relicti , imputandam fore in legitimam dicto domino Gui-
lielmo. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſul.

*SVMMARIVM.*

*1 Teſtis deponens falſum,puniri debet à iudice, coram quo falſum depoſuit.*

*2 Iudex cauſarum ciuilium licèt non poſſit de crimine cognoſcere,tamen contra eum, qui coram eo commiſit falſum procedere poteſt ſubmota omni præſcriptione fori.*

*3 Delictum quando fit in actu iudiciario,vel à parte,vel à notario,vel à teſte,vel aduocato,iudex poteſt ex officio punire delinquentem.*

*4 Iudex Peruſinus,qui de neceſſitate iuris,vel de cōſenſu partium remiſit examinationem teſtis Florentini ad iudicem Florentiæ,coram quo falſum depoſuit,puniendus venit,etiam per viam inquiſitionis per iudicem Peruſinū, quod amplia,vt in nu.6.& declara,ut in nu. 7.*

*5 Teſtis examinatus de commiſſione, & mandato iudicis,licèt non ſit de territorio iudicis cauſæ, tamen ratione delicti efficitur ſubditus ipſius iudicis,quamuis deponat extra territorium: quia effectus ſui teſtimonij confertur intra territorium.*

*8 Statutum non procedit in caſu ficto.*

*9 Delegatus Pontificis, vel Principis poteſt punire teſtem forenſem,qui coram eo falſum depoſuit, ſecus in delegato inferioris , niſi propter illam falſitatem impediretur proceſſus.*

*50 Delegatus Pontificis,uel principis maior eſt ordinario*

*11 Delegatus inferioris à Principe non habet imperium.*

*12 Teſtis laicus, qui falſum depoſuit in cauſa matrimoniali coram epiſcopo, non poteſt puniri de illa falſitate per iudicem ſæcularem,ſed contra nu.17.21.& 25.*

*13 Iuriſdictio iudicis non extenditur ad delicta commiſſa extra territorium.*

*14 Statuto ſi caueatur, quòd iudex de delictis poſſit procedere per inquiſitionem,illud intelligi debet,dummodo ſint cōmiſſa in territorio ſtatuentis.*

*15 Iudex ſæcularis etiam incidenter non poteſt cognoſcere de cauſa matrimonij,declara,vt nu.24.*

*16 Iuriſdictio ſpiritualis diuiſa eſt à temporali.*

*18 Iudex eccleſiaſticus non poteſt auferre iudici ſæculari ſuā iuriſdictionem,nec ei mandare,ne ſuo iure vtatur.*

*19 Fiſcus epiſcopi diuerſus eſt à fiſco iudicis ſæcularis.*

*20 Conſtitutio epiſcopi non arctat iudicem ſæcularem.*

*22 Pœna,quæ imponitur per iudicem ſæcularem, quando eſt omnino diuerſa ab ea, quæ imponitur per iudicem eccleſiaſticum,utraque pœna puniri poteſt delinquens,& una per aliam non tollitur.*

*23 Præuentio inducitur per citationem.*

*26 Clericus,qui falſum depoſuit coram iudice ſæculari,poteſt ab eo puniri,ſed contra nu. 34. & 48. ubi eſt magis communis.*

*27 Clericus delinquendo in iudicio ſe aſtringit foro laicali.*

*28 Clericus ſi contra laicum coram iudice ſæculari producat falſos teſtes,& deinde accuſetur de falſo corā epiſcopo,is propter pendentiam litis falſi,non poteſt inhibere iudici ſæculari ne ſuo fungatur officio,quāquam accuſatio falſi ſit præiudicialis & maior.*

*29 Declaratio ad l.nullum,C.de teſtib.*

*30 Directò quædam prohibentur,quæ per quandam conſequentiam conceduntur.*

*31 Clericis prohibetur coram laico litigare .*

*32 Prorogatio de perſona ad perſonam de iure canonico fieri non poteſt.*

*23 Reſcriptum Pontificis licèt ſit ſtrictè intelligendum nec extendi debeat de perſona ad alias perſonas,tamen hoc fallit per uiam acceſſionis.*

*35 Laicus quacunque fulgeat dignitate , nullo modo in cauſa ciuili nec criminali contra clericum procedere poteſt ēt ipſo clerico conſentiente,& epiſcopo.*

*36 Clericum prohibens trahi coram laico,nō dicitur ius nouū ponere,ſed ab errore ueterum legum recedere;quia clerici nunquam fuerunt de iuriſdictione laicorum .*

*37 Cle-*

37 *Clericus coram iudice ſæculari non poteſt trahi, ſiue agatur reali, ſiue perſonali, ſiue poſſeſſorio, ſiue petitorio, ſiue iudicium ſit ordinarium, ſiue ſummarium.*

38 *Iudex ſæcularis nullo modo poteſt eſſe iudex contra clericū nec principaliter, nec incidenter.*

39 *Clericus ratione contumaciæ non poteſt à iudice ſæculari mulctari.*

40 *Iudex, qui non habet poteſtatem in cauſa principali, licèt poſſit de incidenti cognoſcere, an ſit iudex, tamen hoc fallit in iudice ſæculari contra clericum.*

41 *Iudex ſæcularis eſſe poteſt iudex contra clericum & incidēter per uiam exceptionis.*

42 *Iudex ſæcularis non poteſt clericum in expenſis condemnare, qui diſtulit priuilegium ſui clericatus deferre, & incōpetentiam iudicis allegare.*

43 *Lex ciuilis, nec conſuetudo facere poteſt quod clericus pro crimine conueniatur coram laico, nec in cauſa ciuili. & nu. 45.*

44 *Priuilegium conceſſum clericis ne trahantur coram iudicibus ſæcularibus, eſt de iure diuino.*

46 *Nec tolli poteſt à Papa ſaltem generaliter.*

47 *Cauſa criminalis non poteſt clericis per epiſcopum laico & clerico ſimul committi.*

49 *Clericus delinquens coram iudice eccleſiaſtico non ſuo, poteſt ab eo puniri.*

50 *Epiſcopus ſi mandat iudici laico, ut clericum torqueat, uel uerberet, hoc facere non poteſt, ſed tantum capere ex epiſcopi mandato, & eum ipſi remittere.*

51 *Falſarium punire poteſt, qui habet auctoritatem puniendi, aliàs illum remittere debet ad maiorem iudicem.*

52 *Clericus delinquendo licèt ſequatur forum in loco delicti, id tamen intelligitur de foro eccleſiaſtico.*

53 *Clericus Gallicanus Bononiæ delinquens, licèt non poſſit declinare forum quin conueniatur ſub epiſcopo Bononiē. tamen poterit declinare iudicium iudicis laici Bononien.*

54 *Priuilegium ſui iudicis licèt clericus propter delictum nō perdat, tamen bene amittit priuilegium fori.*

55 *Clericus committens proditionem in aliqua ciuitate, licèt illius efficiatur ſubditus, id tamen uerum arbitratur, ſi efficiatur iudicis eccleſiaſtici ſubditus, nō aūt ſæcularis.*

## CONSILIVM XII.

1 PRima etenim eſt dubitatio, an teſtis de loco Canellarū,
qui falſum depoſuit coram iudice ſui loci, cui tamen
remiſſa fuit examinatio per vicarium epiſcopalem Aquē.
poſſit à vicario ipſo puniri? & perſtringendo rem vt decet,
videtur dicendum quod ſic, per l. nullū, C. de teſtib. vbi eſt
2 tex. ad literam quod † teſtis falſarius punitur ab eo iudice
coram quo falſum perhibuit teſtimonium, & ratio eſt, quia
ratione ſuæ falſæ depoſitionis efficitur de foro ipſius iudi-
3 cis, Et ideo dicit ibi Bart. ꝙ † licèt iudex cārum ciuiliū non
poſſit de crimine cognoſcere, tamen cōtra eum, qui coram
eo committit falſum, vel dicendo teſtimonium, vel produ-
cendo falſam ſcripturam, poteſt procedere; cùm in hoc ei
ſit data iuriſdictio, ſubmota omni præſcriptione fori. Idem
voluit Salic. in l. ſi lis, C. ad l. Cor. de fal. Maran. in ſuo aur.
ſpecu. in carth. 153. in verſ. duodecimus actus, nu. 2. & Bar.
3 in l. ſi quis obrepſerit. in fi. ff. de falſ. vbi † quando in actu iu
diciario fit aliquod delictum corā iudice, vel à parte, vel a
notario, vel a teſte. vel aduocato, tunc iudex poteſt ex offi-
cio punire, & accedēdo magis ad proxima, hoc voluit Bal.
quem ibi ſequitur Sali. in d. l. nullū, col. 2. verſ. quæro iudex
4 Perufinus, vbi inquit † quòd ſi iudex Peruſinus, coram quo
qō ventilatur de neceſſitate iuris, vel de conſenſu partium
remiſit examinationem cuiuſdam teſtis Florentini ad iudi-
cem Florentinum, qui teſtis receptus Florentiæ falſum de-
poſuit, ꝙ pōt puniri per iudicem Peruſinum etiam per viā
inquiſitionis; quia teſtimonium huius teſtis aures iudicis
Peruſini offendit. Idē dixit Bal. in l. neganda, col. 6. verſ. quæ
5 ro an ex illo arbitrio, C. qui accuſa. non poſ. vbi inquit † ꝙ
talis teſtis, qui examinatur de commiſſione, & mandato iu-
dicis licèt non ſit de territorio iudicis cauſæ, tamen eſt effe
ctus ſubditus illius iudicis ratione delicti, d. l nullum, & li-
cèt deponat extra territorium, tamen effectus ſui teſtimo-
nij confertur intra territorium, ſubdēs quod iſtud eſt ſicut
contingit in baliſtante, qui extra territorium baliſtat in
territorio, & in vociferante, qui exiſtens extra territoriū
dicit verba iniurioſa exiſtenti intra territorium. Nam ho-
rum delictorum fit punitio vbi conſumuntur, vt not. in l. 1.
C. vbi de crim. ag. opor. quod dictum referunt, & ſequūtur
Catal. in ſuo tract. ſynd. in verſ. 126. incip. adde quod ſi eſt
datum arbitrium. & Marſ. in l. fi. nu. 150. cum duobus ſequē
tibus, ff. de iuriſd. omn. iudic. hanc quoq; partem ſecuti fue-
runt Anto. de But. Abb. & Aret. in c. fi. de for. cōp. & ibi Fel.
col. 6. verſ. 2. concluſio, ampliantes Aret. & Felin. iſtud etiā
6 procedere, † ſi teſtis ignoraſſet dictum ſuum alibi deferen
dum; quia non attenditur eius animus, per l. eum qui, §. pe.
ff. de iniur. quamuis ibi But. & Abb. teneant contrarium, ſed
7 malè. ſubdunt tamen quod † iudex cauſæ nō puniret ſuo ſta
8 tuto, quia iſta falſitas eſt commiſſa in loco ſuo fictè, & † ſta
tutum non procedit in caſu ficto. Bar. in l. 3. §. hæc verba, ff.
de neg. geſt. cum hac ſententia etiam tranſit Barb. in c. per-
uenit. col. 2. de fideiuſſo. Berthac. in tract. de epiſc. in quinta
parte 4. li. nu. 64. & Pract. Pap. in forma iuramenti teſtium,
in verbo & falſitate. col. pe. vnde in hoc primo capite con-
cludendum arbitror, attēto quod cauſa matrimonialis agi-
tatur corā vicario epiſcopali Aquen. qui eſt ordinarius iu-
dex quod ipſe potuerit punire teſtem forenſem, qui coram
9 eo falſum depoſuit, vel coram alio de mandato ſuo, † ſicut
etiā poſſet facere delegatus Pontificis, vel Principis, vt per
Io. And. in addit. Spec. in tit. de teſte, §. 1. verſ. quid de dele-
10 gato. quia † talis delegatus maior eſt ordinario, c. ſanè. de
offic. deleg. ſecus in delegato inferioris, niſi propter illā fal
ſitatem impediretur proceſſus, quam diſtinctionem ſequū-
tur Io. de Ana. in c. 1. in 12. col. de crim. falſ. Fel. in c. de cau-
ſis, §. præterea, col. 2. in prin. de offic. delegat. & Barba. in d.
11 c. peruenit, col. pen. & ratio eſt; quia † delegatus inferioris
à Principe non habet imperium, & ideo debet illum remit-
tere iudici habenti poteſtatē puniēdi, vt per Bar. in l. diuus.
la 2. ff. de falſ. & Marſ. in l. 1. §. præterea. num. 35. verſ. aut te
ſtis dixit falſum, vbi multos alios citat, quos non tranſcri-
bo, ff. ad l. Corn. de Sica.
12 Deuenio ad ſecundam, quæ eſt; † an teſtis qui depoſuit
falſum in cauſa matrimoniali coram epiſcopo, vel eius vica
rio poſſit puniri per iudicem ſæcularem de falſitate com-
miſſa coram epiſcopo vel vicario; & primò videretur dicē-
dum ꝙ nō, per tex. in d. l. nullū. vbi falſarius punitur ab illo
iudice, corā quo facta fuit depoſitio falſa. & rō eſt; qa aures
eius offendit. Ign. in l. nō aliàs, §. neceſſarios, in prin. n. 463.
13 Secundò facit, † nam iuriſdictio iudicis non extenditur
ad delicta commiſſa extra territorium & iuriſdictionem iu
dicis, l. fi. ff. de iuriſd. omn. iud. & ideo videmus, quod ſtante
14 ſtatuto, † ꝙ iudex de delictis poſſit procedere per inquiſi-
tionem, intelligitur dummodo ſint commiſſa in territorio
ſtatuentium. Bal. in l. cūctos populos. col. 31. de Sum. Trin.
& fid. catho. in verſ. 8. Alex. conſi. 111. col. 1. uol. 1.
15 Tertiò † iudex facultatis etiam incidenter non poteſt co
gnoſcere de cauſa matrimonij, & ſi cognoſceret de falſita-
te contra teſtes, qui depoſuerunt de matrimonio inciden-
ter cognoſceret de cauſa matrimoniali, quod ei nō licèt. c.
16 tuam, de ord. cogn. quia † diuiſa eſt iuriſdictio ſpiritualis
à temporali, gloſſ. in c. cauſam, qui filij ſint legiti.
Quibus non obſtantibus, contraria ſententia eſt de iure
17 verior, quod † etiam iudex laicus poteſt contra talem te-
ſtem falſarium procedere, & eum punire: quia vt dicit Bal.
in ſimili in d. l. nullum, in hoc vterque magiſtratus habet im
perium. & dicit Bal, in l. 1. in fi. C. qūo & quando iud. quod
propter diuerſitatem magiſtratuum quilibet habet iuriſdi
ctionē: quia ſunt diuerſi fori, & in l. executorē. & in 8. col.
C. de exec. rei iud. ꝙ iſtę remiſſiones nō fiūt niſi in locis, q
ſūt ſub eodē dominio: ſed iuriſdictio Eccleſiaſtica eſt diuer
ſa à iuriſdictione iudicis temporalis: ergo non habet locū
remiſſio, neq; poteſt fieri inhibitio, vt per Alex. in addit. ad

18 Bar. in l.iudicium ſoluitur,ff.iudica.ſol.& quod † eccleſia-
ſticus non poſſit auferre iudici ſæculari ſuam iuriſdictio-
nem,nec mandare ei,ne ſuo iure vtatur,voluit Inno.in c.di-
lecti,de ſent.excomm.Arch.in c.de perſona,11.q.1. diſtin-
19 ctæ.n. ſunt iuriſdictiones,† & alius eſt fiſcus epiſcopi, &
alius iudicis ſæcularis;& pœnæ debent applicari ſuperiori
iudici ius dicenti,quæ à nemine poſſunt auferri,vel occupa
ri,vt in tit.quæ ſint rega.Facit ẽt, nã quilibet iudex eſt ma-
20 ior in ſuo tribunali,l.apud eum,ff.de manu.vind.&†conſti
ſtitutio epiſcopi non arctat iudicem ſæcularem,vt in clem.
21 diſpendioſam, de iud. & ꝙ † iudex ſæcularis in huiuſmodi
falſitate poſſit procedere,& punire,profeſſus eſt Affl. in de
ciſ.219.vbi refert ita fuiſſe notatum in ſacro conſilio Nea-
pol.quia per pœnam imponendam falſario per iudicem ſæ
cularem non tollitur pœna imponenda per iudicem eccle-
ſiaſticum pro dicto teſtimonio falſo, per id quod dicit Cy.
in l.2.C.de ſpor.Bal.in l.ſepulcri.ff. de ſepul. viola. & nota.
22 per Io.And.in c.fœlicis,de pœn.in 6.in nouella, vbi † dicit
diſputando fuiſſe determinatum,quod quãdo pœna,quæ im
ponitur per iudicem ſæculare eſt oïno diuerſa a pœna, quæ
imponitur per iudicem eccleſiaſticum,vtraq; poteſt impo-
ni,& vna per aliam non tollitur.hoc idem voluit Maran.in
ſuo aure.ſpe.in char.17.nu.19.vbi tradit,ꝙ ſi eſt aliquod de
lictum de quo poſſit cognoſcere iudex laicus, & eccleſia-
ſticus,& eſt diuerſa pœna canonica à ciuili, prout eſt cri-
men blaſphemiæ,adulterij, vel vſuræ: ſi quis fuit punitus ꝑ
vnum iudicem vna pœna,poteſt per alium puniri alia pœna,
vt per Abb.& Feli.in c.de his,de accuſat.col.fi.Roma.conſ.
385.per tex.in c.felicis,§.per hoc,de pœn.in ſexto,& idem
tenuit Affl.in conſt.reg.in conſtitutione multæ leges. in ſe-
cundo notabili,& ipſe Maran.in dicto ſuo aure.ſpec. in ſex
ta parte in verſ.duodecimus actus in fin.

Non obſtant modo adducta in contrarium, quia ad tex.
in d.l.nullum,reſpondetur, verum eſſe, quod per iudicem
eccleſiaſticum poteſt contra huiuſmodi teſtem falſariũ pro
cedi,& per eum puniri,tamen per hoc non dicitur in tex.ꝙ
etiam iudex ſæcularis non poſſit procedere & punire.Nec
23 refert † quod iudex eccleſiaſticus præuenerit per citatio-
nem,quæ ſufficit,vt in l.ſi quis poſtea,ff.de iudi.& per Marſ.
in l.fi.nu.202.ff.de iuriſd.omn.iud.vbi multis modis fit præ
uentio:quia reſpondetur quòd illa obſtare non habet,cum
vtrique ſuo iure competat poteſtas puniendi ratione qua-
litatis delicti,& particularis offenſæ,ſuæ iuriſdictioni factę
vt in c.1.de offic.iudi.& per Innoc.in c.ſi duobus, de appel.
& in c.per venerabilem,qui filij ſint legit.

24 Similiter non obſtat,quod † iudex ſæcularis etiam inci-
denter non cognoſcat de cauſa matrimoniali: quia reſpon-
detur,quod ſi incidit quæſtio facti,an ſit matrimonium con
tractum,iudex ſæcularis poteſt cognoſcere,Bart. in l.omni
nouatione,C.de ſacroſanc.eccleſi.Affl.deciſ.24.col. pen.in
fi.ſed ſi dubitatur an ſit ibi aliquod impedimentum, vel an
ſit validum dictum matrimonium,vel aliter dubitetur in iu
re an ſit matrimonium,tunc iudex ſæcularis nec incideter,
nec principaliter poteſt cognoſcere.Doc.in l.Titia.ff. ſolu.
25 mat.Alex.in conſil.149.col.2.vol.6. & ideo † iudex laicus
poteſt procedere contra teſtes accuſatos de falſo teſtimo-
nio depoſito coram iudice eccleſiaſtico,nec per hoc impe-
ditur iuriſdictio iudicis eccleſiaſtici quin poſſit punire ſi-
militer ipſos falſos teſtes.Ita Affl. in dicta deciſ. 219. vbi
ſubdit quod ſi iudex laicus abſolueret,& iudex eccleſiaſti-
cus condemnaret teſtes de falſitate;quia meliores teſtes ha
beret,qui deponerent de falſitate teſtium,eius ſententia va
leret per not.per Bal.in c.ſi.de re iudi.

26 Ad tertium de quo quæritur,† an clericus,qui falſum de
poſuit coram iudice ſæculari poſſit ab eo puniri? primo
quidem congreſſu videretur dicẽdum quod ſic,vt expreſsè
determinat Gloſſ.1.in l.nullum C.de teſtib.quam ibi ſequi-
27 tur Cyn.& Bald.vbi dicit hoc eſſe notandum; quia † cleri-
cus delinquendo in iudicio ſe aſtringit foro laicali, & Bal.
ibi ſequitur Marſ.in l.fi.nu.152.ff.de iuriſd.omn.iud.& Ale
xand .in apoſtil .ad Bart.in l.1.ff.de iud.in 2. oppo. & ideo
dicit Bal.in l.1.in fi.C.quomo.& quan.iud. ex mente Feder.
28 de Sen.quod † ſi clericus contra laicum coram iudice ſæ-
culari producat falſos teſtes, & deinde accuſetur de falſo
coram epiſcopo.quod epiſcopus propter pendentiam litis
falſi,non poteſt inhibere iudici ſæculari ne fungatur parti
bus ſuis,quanquam accuſatio falſi ſit præiudicialis, & ma-
ior,& hoc propter diuerſitatem magiſtratuum,quorũ qui-
libet habet iuriſdictionem principalẽ diuerſi fori,& ſi epi-
ſcopus propter hoc excommunicaret iudicem ſæcularem,
excommunicatio eſſet nulla: cum incipiat à præcepto ipſo
iure inualido.& conſilium Fed.ẽ.in nu.88.& Bal.ſequuntur
Affl.in deciſ.30.col.2.& Soc.in conſ.99.col.pen.vol. 3. vbi
refert hoc dictũ not.idem voluit Alex.in addit. ad Bar.in l.
iudicium ſoluitur,ff.de iudi.Nec habet obſtare,ſi dicatur,†
29 † quod diſpoſitio d.l.nullum,non procedit in clerico, qui
ſine voluntate ſui epiſcopi coram alio ẽt iudice eccleſiaſti-
co litigare non poteſt,c.ſignificaſti,de foro cõp.quia reſpõ
detur,id procedere litigando directò; ſecus contrahendo,
& delinquendo,vt per Cur.Iun.in l.1.nu.20.ff. de iud. quia
tunc inducitur prorogatio ſine conſenſu proprij epiſcopi,
c.Romana de foro cõp.cùm ea inducatur magis ex permiſ-
30 ſione legis quàm hominis.Nam† quædam ſunt,quæ directò
prohibentur,quæ per quandam conſequentiã conceduntur,
ſicut in donatione inter viuos inter virum & vxorem, quæ
prohibetur,l.1.ff.de dona.inter vir.& vxo.& quę tñ permit
titur per quandam conſequentiam,l.ſi ſponſus,§.ſi donatio
31 nis,ff.eo. tit. ſic in propoſito † prohibetur clericus coram
laico litigare.auth.ſtatuimus,C.de epiſc.& cler. ſicut mari-
tus vxori donare: & tamen per quandam conſequentiam
32 poteſt.Et ſi dicas de iure canonico † non poteſt fieri pro-
rogatio de perſona ad perſonam,c.1.& gl.de offi. deleg.re
33 ſpondetur, † quod licèt reſcriptum Pontificis vel Princi-
pis ſtrictè ſit intelligendum, nec excedatur de perſona ad
alias perſonas quàm ibi expreſſas, tamen hoc admittitur
per viam principalis prorogationis,ſecus ſi per viam cuiuſ
dam acceſſionis prout in caſu de quo agitur. Nam cum ali-
quid alieni conceditur,etiam omnia conceſſa intelligũtur
ſine quibus id eſſe non poteſt,l.2.ff.de iuriſdi.om.iud.& ſic
patet quod ſi clericus offendit aures alicuius iudicis ſæcu-
laris vacillando,vel falſum dicendo poteſt ab eo puniri.

Quibus non obſtantibus, contraria ſententia eſt de iure
verior, ad quod dicendum moueor ex infra ſcriptis, nam
34 † diſtinctæ ſunt iuriſdictiones à Deo.Papæ enim eſt aſſigna
tum ſacerdotiũ,& omnis iuriſdictio in ſpiritualibus,& Im-
peratori in temporalibus.c.cum ad verum.96.diſt.vnde di-
35 cit tex.in d.auth.ſtatuimus,in verſ.nullo modo,quod† nul
lo modo laicus quacunque dignitate fulgeat poteſt cogno
ſcere in crimine ciuili, & multò magis in criminali contra
clericum,etiam cõſentiente ipſo clerico & epiſcopo ſuo,
36 vnde dicit ibi Bald.in prin.quod † prohibens clericũ trahi
coram laico,non dicitur ius nouum ponere,ſed dicitur re-
cedere ab errore veterum legum, quia clerici nunquã fue-
runt de iuriſdictione laicorum, cùm Deus has iuriſdictio-
nes diſtinxerit.ad idem eſt text.in c.deniq; 96.diſt. vbi cle-
ricus diffinitionibus Principum, & laicorum non debet
ſupponi: quia in eccleſiaſticis non habent iuriſdictionem,
etiã de conſenſu epiſc. vt in auth. vt cler.ap.propr.epiſ.cõ.
Affl.in cõſt.reg.cõſt.de pſonis,in 1.no. Accedit quoq; tex.
37 in c.qualiter,de iud.& ibi Io.And.vbi † clericus coram iu-
dice ſæculari non poteſt trahi ſiue agatur reali, ſiue perſo-
nali,ſiue poſſeſſorio,ſiue petitorio, ſiue iudicium ſit ſum-
marium,ſiue ordinarium.Soc.conſ.13.nu.12.& 30. volum.
4.iura.n.deteſtatur, quòd laicus exerceat iuriſdictionẽ vel
aliquo modo animaduertat in clericum.Gramma. in voto.
18.nu.7.idem dixit Maran.in tract.de ord.vid.in 4.parte di
ſtinct.11.nume.2.bene quadrat ad propoſitum, quod dixit
Abb.in cap.ſi diligenti.colum.penul. de for.comp.vbi tra-
38 dit,†quòd iudex ſæcularis nullo modo poteſt eſſe iudex cõ
tra clericum, nec principaliter nec incidenter, & pro-
39 pter hoc infert † quòd ratione contumaciæ non poteſt
clericatus à iudice ſeculari mulctari. iuxta legẽ ſi quis ex
aliena, de iud.quia illa locum non habet in clerico, &
pro hac ſententia facit tex. in capitulo ſi iudex laicus. de
ſenten.

40 ſenten.excommuni.in ſexto,vbi pat et,†quòd licet aliàs iudex,qui non habet poteſtatem in cauſa principali,poſſit incidenter cognoſcere an ipſe ſit iudex, cap.ſuper literis.de reſcrip.tamē hoc non habet locum in iudice ſęculari contra clericum,d.cap.ſi iudex,quia tali caſu agitur de condemnatione perſonæ clerici,& ſic de re eccleſiaſtica,& ſpirituali,
41 vt ibi dicitur.& ideo,ibi inquit Dominicus†quòd iudex ſæcularis non eſt iudex etiam incidenter. per viam exceptionis.Et per iſta infert Dec.in conſi.241 colum.pe.in prin.in
42 verſiculo primo dicendum, quòd † iudex ſæcularis non poteſt clericum in expenſis condemnare, qui diſtulit, priuilegium ſui clericatus deferre, & incompetentiam iudicis allegare ; quia in talibus expenſis nullam habet auctoritatem:quia nec etiam in his quæ incidenter ueniunt contra perſonam clerici habet poteſtatem, d.c.ſi iudex laicus,& Dec.ſequitur Gramma.in voto.18.colum.fi. & iſtud adeò verum eſt,quòd dixit Dec.in cap.clerici,in vl
43 timo notabili de iud.quod†nec lex ciuilis,nec conſuetudo facere poteſt, quod clericus pro crimine conueniatur coram laico, & idem in cauſa ciuili, vt ibi per Abb. quia
44 hoc priui legium fori, eſt de iure diuino, ſecundum Gloſſ. not.in cap.ſi imperator.96.diſtin.Abb.in cap.ſolitæ.in ſexto not. de maior. & obed. per illum tex. & ideo concludit
45 Roc.in deciſ.10.in titu.de conſuet.in antiq.†non valere cōſuetudinem Angliæ, ꝙ Rex habeat iuriſdictionem in clericos,& propter hoc etiā determinat Cardi.in cap.2.de ma-
46 iorita.& obed.quod†a Papa tolli non poteſt ſaltem generaliter hoc priuilegium:& iſtud in tantùm eſt veriſſimū,ꝙ dicunt ſcrib. & maximè Dec.in cap. decernimus.nu.10.de
47 iud.quod†talis cauſa criminalis non poſſet per epiſcopum laico,& clerico ſimul committi,vt not.tradit Abb.in c.ſignificaſti,de for.compe tenti.

Secundo,ne ſine auctoritatibus, & illotis manibus per-
48 tranſeamus,quod†clericus falſum deponens curam iudice laico non poſſit ab eo puniri,voluit Hoſtien.quem ibi ſequuntur Innocen.But.& Ioan.And.in cap.verum,de for.cōpeten.Ioan.And.in c.at ſi clerici,de iud.per d.authen.ſtatuimus.Angel. de Aret. in tractat. malefic. in verbo falſario in verſiculo quæro teſtis dixit, & ibi Arim. Felinus d.c. at ſi clerici,colum.8.in fin.verſic fortiſico.Bald. in capitulo 2.colum.1.de confeſ. vbi refert ita etiam ibi tenere Berna. Ale.ſibi contrarium in apoſt.ad Bar.in d.l.nullum.Soc.in c. poſtulaſti.q.18.de for.compe.Sali.in d.l.nullum. Cur.Iun. in l.1.nu.23.ff.de iud.Ioan. Longauil. in repetitio. l.Imperium.nu.142.de iuriſd.omn.iud. Anch. in repetitione c.ea quæ.q.18.de reg. iur.in ſexto. Tiraquel.in trac.de re tract. char.327.nu.10.Bertach.in tract.de epiſcop.in 5.par.4.lib. nu.63.& hanc eſſe communem profeſſus eſt.Felin.in d.cap. verum.col.3.ver.contra clericum.&ſimiliter hanc eſſe opinionem canoniſtarū tradit Affl. in deciſ.230.col.2. in prin. vbi etiam citat ſacrum conſilium magis inclinaſſe in hanc partem.& inquit Maran.in ſuo aur.ſpec.in 6.par.in 12.actu num.4.magis communem eſſe contra Bal.per ca.ſi diligen-
49 ti.de for.com.vbi † dicit,quod ſi clericus delinquit coram iudice eccleſiaſtico,non ſuo,verum eſt, ꝙ poteſt per eū puniri,ſecus ſi per ſæcularem, vt per Doct.in d.c.verum; quia iudex ſæcularis non poteſt imponere manum in clericum cauſa puniendi,etiam de mandato ſui epiſcopi, adeo etiam
50 quod † ſi epiſcopus mandaret iudici laico,quod clericum torqueret, vel verberaret, non poſſet hoc facere, ſed capere tantum poteſt ex ſuo mandato,& remittere eum epiſcopo,vt tenet Ioan.And.in c.2.colu. 2.in fin. de crim.falſ. Maran.in d.tract.in 4.par.in 11.diſt.num. 48. & hoc etiam comprobari poteſt,ex not.per Bar.in l.diuus.la.2.ff.de fal.
51 vbi†ille demum de falſitate punire poteſt,qui habet auctoritatem puniendi, aliàs illum remittere debet ad maiorem iudicem.

Non obſtant modo, quæ in contrarium adducta fuerūt: quia ad primum argumentum reſpondetur,ꝙ contra Gloſſ. Bald.& ſequaces,eſt receptior Doct.ſententia,vt ſatis patet ex auctoritatibus ſuprà citatis.

52 Ad ſecundum reſpondetur, quod licet † clericus delinquendo ſequatur forum in loco delicti,ꝙ id debet intelligi de foro eccleſiaſtico loci delicti, non autem de foro iudicis laici,vt in capit.dilecti, de for.compe. ita Affl. in dicta deciſ.330.colu.2.pro cuius confirmatione facit, ꝙ voluit Bald.in authen.qua in prouincia. C.vbi de crim.agi opor. vbi dicit quod per delictū non tollitur priuilegium ſui iudi
53 cis,& ideo†ſi clericus Gallicanus Bononiæ delinquat,non poterit declinare forum, quin conueniatur Bononiæ ſub epiſcopo Bononienſe,ſed bene poterit declinare iudicium iudicis laici Bononienſis:quia per hoc clericus non dicitur declinare forum,ſed iudicem,quod inquit valde notandū. Idem tenuit Abb.in cap.licèt.el.2.col.4.in fi.de for.com.in
54 verſi.ſecundo dicit glo.vbi † inquit ꝙ propter delictū nō perditur priuilegium ſui iudicis,licèt amittatur priuilegiū fori,hoc eſt quod delinquens hic Senis non poteſt declinare forum huius ciuitatis : tamen ꝙ debet conueniri coram ſuo iudice,quia ſi eſt clericus coram epiſcopo, ſi laicus coram poteſtate.Maran.in d.tract.in 4.par.in 12.diſtinct.nu. 18.& ideo ex his aliàs conſului,vt in conſi.meo 4.in 1.vol.
55 quòd†& ſi clericus ratione proditionis cōmiſſæ in aliqua ciuitate efficiatur ſubditus illius ciuitatis, tamen id eſt verum iudicis eccleſiaſtici illius ciuitatis vbi delinquit, non autem iudicis ſæcularis. vnde ex ſupradictis imponendo extremam manum huic noſtræ conſultationi intrepide tenendum arbitror, iudicem ſæcularem ,qui neque directo, neque incidenter poteſt ſe intrommittere de crimine clerici,vt abundè dictum fuit,non poſſe punire clericum,qui coram eo falſum depoſuit: cùm prorogatio per eundem clericum fieri non poſſit, niſi in perſonam eccleſiaſticam, vt ꝑ Soc.in c.ſignificaſti.col.14.verſiculo quartò quæro,de for. compe. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

## SVMMARIVM.

1 *Cauſa criminalis ubi eſt præiudicialis ad ciuilem primo loco motam ſuperſederi debet in ciuili, quouſque cauſa criminalis fuit deciſa.*
2 *Sententia lata ſuper falſitate præiudicat in cauſa homicidij.*
3 *Cauſa criminalis ubicunque abſorbet ciuilem,tunc ſuſpenditur ciuilis,& proceditur in criminali.*
4 *In minori cauſa ſuperſederi debet, donec maior fuerit deciſa.*
5 *Criminalis cauſa eſt maioris præiudicij quàm ciuilis.*
6 *Criminalis cauſa facit ſuperſedere ciuilem cauſa euitandæ contrarietatis,& abſurditatis.*
7 *Abſurdum à iure reiicitur.*
8 *Euentus ſperari non debet cuius effectus eſt nullus.*
9 *Modus quilibet agendi habet ſuam naturam,& ſuum effectum, nec ſupernaturaliter aliquid debet operari.*
10 *Lis inter alios acta alijs præiudicare non debet.*
11 *Falſos teſtes producens licèt condemnetur de falſo,tamen hoc non præiudicat teſtibus,& è conuerſo.*
12 *Falſi accuſatio,ut præiudicet cauſæ ciuili, requiritur quòd accuſatio ſit directò intentata contra mouentes cauſam ciuilem.*
13 *Vel contrà teſtes & partem,& nu.18.*
14 *Teſtes licèt fuerint de falſo accuſati, & condemnati,talis ſententia non præiudicat producenti.*
15 *Sententià lata contra notarium,qui confecit falſum inſtrumentum,non præiudicat domino inſtrumenti.*
16 *Acta uel ſententia ſuper falſitate inſtrumenti non nocē notario non conuento.*
17 *Ius totius cauſæ ubi non conſiſtit in teſtibus accuſatis de falſo,tunc non ſuperſedetur in ciuili, dato etiam quòd ſimul fuiſſet propoſita contra partem,& teſtes.& nu.19.*

CON-

## CONSILIVM XIII.

IN caſu propoſito,prima facie dicẽdum videtur quod pẽdente accuſatione falſi criminaliter intentata per magnificam dominam Lauram de Trotis contra teſtes examinatos ad inſtantiam hominum Salæ,ſit ſuperſedendum à iudicio ciuili cõtra eam formato ex parte dictorum hominũ:
1 quia indubitata eſt iuris concluſio,† quòd vbi cauſa criminalis eſt præiudicialis ad ciuilem,primo loco motam,ſuperſederi debet in ciuili,quouſq; cauſa criminalis fuerit deciſa.Ita Paul.de Caſt.in l.qui prior,colum. 1.ff.de iud. vbi inquit,quòd ſi te accuſaui de aliquo crimine homicidij,& ꝓbaui per teſtes,& tu reaccuſas me, quòd produxi falſos teſtes,quòd cognoſcendum eſt prius de falſitate, & ſuperſederi debet à crimine primo loco intentato.Ita etiam voluerunt Cyn.& Sali. in l.fi. in fi.C. qui accuſ. non poſſ. & ratio
2 eſt;quia † ſententia lata ſuper falſitate, præiudicat in cauſa homicidij.l.fin.§.quod ſi prædictum.C.de fide inſtrum.
3 Secundò facit,vbicunque † cauſa criminalis abſorbet ciuilem,tunc ſuſpenditur ciuilis, & proceditur in criminali. cap.tuam.de ord.cognit. cap.lator.qui filij ſunt legitimi, ſed accuſatio criminis falſitatis iã mota cõtra teſtes abſorbet cauſam ciuilem;quia ſi teſtes conuincerentur de falſo, iudex non deberet ſequi eorum dicta,l.diuus.ff.de re iud.c. cum I.& A.eod.tit.ergo differri debet ciuilis, donec cauſa falſitatis terminata fuerit.Ita Ancha.in conſ.61.colum.2.
4 Tertiò confirmatur hæc opinio,† in minori cauſa ſuperſederi debet donec maior fuerit deciſa, l.per minorem.ff.
5 de iudi.ſed† cauſa criminalis eſt maioris præiudicij,l.fin.& ibi per Docto.C.de ord.iud.Paul.de Caſt. in d.l.qui prior, col.1.dum opponit de d.l.fi.vbi ſoluendo contrarium dicit ꝙ in caſu d.l.fi.1.cauſa erat ciuilis,& ſecunda criminalis,& ideo,ꝙ ſuperſedetur in prima, quia criminalis ſemper cenſetur maior.Idem Paul.in d.l.per minorem.in fi. Ang. in §. Præiudicialis.col.2.verſi.eſt & quartum membrum,inſti.de actio.vbi tradit iudicium criminale potentius eſſe quam ciuile,per caſum in l.1.& ibi gl.C. qui accuſ. non poſ.
6 Quartò,† in cauſa ciuili ſuperſederi debet propter criminalem cauſa euitandæ contrarietatis,& perplexitatis,ne duæ ſequantur ſententiæ contrariæ,vna in criminali,alia in ciuili,quòd omnino à iudice euitari debet,vt Innocen.in c. cum contingat,de offi.delega.prout de intricatione proceſſum dicitur in c.tuam,de ord.cogno.ſed ſi diceremus quòd in vtraq; cauſa procedi poſſet,ſequi poſſet quod iudex cauſæ ciuilis proferret ſententiam in fauorem agentiũ pro vniuerſitate Salæ, & iudex criminalis aliam contrariam cõtra
7 teſtes.vnde ne ſequatur hoc inconueniens,& abſurdum,†ꝙ à iure reijcitur.l.ex facto.§.fi.& ibi not.ff.ad Trebel. Alex. in conſi.61.colum.fi.volum.primo, dicendum venit, quòd melius ſit differre cauſam ciuilem,& criminalem proſequi: quæ affert præiudicium, quàm ciuilem ipſam ſimul proſeq. poſtquam euentus cauſæ criminalis dabit ſibi principium, vel finem c.ſi fortè.de elec.in 6. hoc enim argumento vtitur Anch.vbi ſuprà,col.2.

Quintò,& vltimò facit tex.in cap.fi.de teſtib.vbi pendente accuſatione de crimine contra aliquem non debet accuſatus ad teſtimonium admitti, quaſi eius ſtatus ſit interim in pendenti.

Quibus non obſtantibus contrariam ſententiam arbitror indubiè tenendum, & ſic quòd non debet ſuſpendi cauſa ciuilis primo loco inchoata per dictos homines propter accuſationem falſi motã per dictam magnificam dominam Lauram contra teſtes examinatos ad inſtantiam dicto
8 rum de Sala: quòd demonſtratur; quia † non debet ſperari euentus,cuius effectus ſit nullus,cap.cum contingat,de off. deleg.l. ad probationem. C.de probat. ſed euentus cauſæ criminalis,quæ fuit inſtituta contra teſtes dũtaxat,nullum effectum producere poteſt in cauſa ciuili iam inſtituta cõtra dictam do. Lauram;ergo nõ debet fieri ſuſpenſio ipſius cauſæ ciuilis,maior ſuprà eſt probata, conſequentia etiam
9 de ſe patet,& minor etiam verificatur.Quilibet† modus agẽdi habet ſuam naturam,& ſuum effectum, nec ſupernaturaliter aliquid debet operari.cap.2.de ord.cogn.ſed finis huius accuſationis falſi inſtitutæ contra teſtes ſupradictos eſt,vt ipſi puniantur de falſo, non autem vt iudex non ſequatur dicta eorum, ex quo eorum depoſitionem in forma debita iam fecerũt.l.1.§.pœna falſi.ff.de falſ.ergo nõ debet operari alium effectum ciuilem inter alias perſonas, & ſic nõ debet ſuſpendere cauſam ciuilem,iam per homines Salæ inchoatam contra dictam dominam Lauram.
10 Secundò facit,lis† inter alios acta alijs præiudicare non debet.c.inter dilectos,de fid. inſt.l.ſæpe cũ ibi not.ff.de re. iud.& in terminis noſtris per caſum à contrario probatur in l.Lucius.ff.de his qui no.infam.& in c.cum ſuper,de ord. cogn.Nam dicitur in d.l.Lucius,quòd ſi contra producente teſtes fuit exceptum eos eſſe falſos, & hoc probetur, & iudex ob hoc illorum depoſitionem non ſequatur,non per hoc teſtes afficiuntur infamia: cùm non fuerint in iudicio nec aſſumpſerint defenſionis copiam, & ratio eſt ſecũdum tex.quia non licèt ex ſententia iuſta ſiue iniuſta pro alio habita,alium prægrauari.& text.in d.ca.cum ſuper,in fi.in ſimilem reddit rationem. Si igitur in caſibus illis exceptio ipſa oppoſita contra partes, quod teſtes ſint falſi, non officit teſtibus:ergo à contrario ſenſu videtur dicẽdum, quòd ſola accuſatio teſtium de falſo facta per dominam Lauram non debet generare præiudicium hominibus Salæ, qui non fueruut vocati,vt ex hoc perdere debeant commodum ſuarum atteſtationum,eſſe enim inconueniens,vt ex facto aliorum ipſi homines punirentur,qui forſan ex eorum iniuria, & contumacia,vel per iudicis imprudentiam, vel iniuriam fuerunt condemnati.l.ſi per imprudentiam.ff.de euic.Nam ſi dicti homines fuiſſent vocati,vtiq; potuiſſent dicere cauſam ſuam,& eam defendere.Ita dixit Abb.in conſi. 16.in 2. col.vol.2.vbi etiam refert Bar.idem tenere in d.l.Lucius,ꝗ
11 inquit notandum eſſe ſolenniter ex illo tex.quòd† licet ꝓducens falſos teſtes condemnetur de falſo, tamen hoc non præiudicat teſtibus:& è conuerſo,licèt teſtes condẽnentur de falſo, ſi accuſentur, hoc non præiudicat producenti.
12 Tertiò accedit,nam † ad hoc,vt accuſatio falſi intentata per dominam Lauram præiudicet cauſæ ciuili motæ per homines Salæ,requiritur quòd accuſatio falſitatis fuiſſet de directo intentata contra ipſos homines, vel per viam exceptionis dictum contra eos de falſitate ipſorum teſtium:qa tunc verum eſt,quòd in cauſa ciuili fuiſſet ſuperſedendum, donec cauſa criminalis fuiſſet terminata,cũ ſit præiudicialis ad ciuilẽ,vt per Bald.in l.fin.col.fin.C.de fid.inſtru.Bar. in l.ſi teſtamentum.in fin.ff.de pet.hære.Affl.in cõſti.reg.in conſtitutione ſi ciuiliter.colum.fi.Arim.in addi.ad Ange.in tract.malefic.in verbo inchoata.in verſi. fi.Rui.in conſi.15. in fi.vol.5.& Mara.in ſuo aureo ſpec.char.115.verſi.duode
13 cimus actus col.1.vel & ſecundò qd † accuſatio ipſa falſi fuiſſet in tentata per dominam Lauram contra teſtes,& partem; quia tunc ſuperſederi debuiſſet à diffinitione ciuilis, donec deciſa fuiſſet criminalis. Ita Barto.in dicta l.ſi teſtamentum,in fi.Affl.in deciſ.103.& 229.& in dicta conſtitutione ſi ciuiliter.vbi inquit in ſacro conſilio eſſe votatum, quod poterat procedere in vtraque cauſa,ſed prius è deciſi criminalis.Idem dixit Cap.in deciſ.25.Angel.in d.tract. in verbo comparent dicti inquiſiti, & quilibet eorum, in ver.quid ſi dicat teſtis.Bald.in d.l.Lucius,in 5.notab. ſecus ſi ſolum contra teſtes accuſatio ipſa intentata fuiſſet; quia ſi teſtes ipſi condemnarentur de falſo, hoc producenti non præiudicaret,vnde non debet prætextu ipſius accuſationis ſuperſederi in cauſa ciuili, vt per Bart.in d.l.ſi teſtamentũ. in fin.Affl.in dicta conſtitutione ſi ciuiliter,vbi inquit vidiſſe ita iudicari.Bald.in d.l.fin.C.de fid.inſtru. Maran. vbi ſuprà.Angel.de Are.in dict.tract.malefi.in loco ſuprà citato, & ibi Arim.& Abb.in dicto conſilio 16.colu.2.vbi atteſtatur hanc eſſe communem opinionem,quem ſequitur Rui.in allegato conſi. 15.colum. fin.ſed in caſu pſenti ſolùm actũ fuit criminaliter contra teſtes;ergo &c.& pro confirmatione huius ſententiæ bene facit quod dixit Bart.in l.ſi vteris.
14 C.de fid.inſtru. vbi tradit† quòd licèt teſtes fuerint de falſo accuſati,& condemnati,talis ſententia non præiudicat produ

centi,

centi,niſi iterum accuſetur,ſubdens ita tenuiſſe Ricar. Malumb.in quadã diſputatione, de qua mentionem facit Cyn. in l.1.C.qui accuſ.non poſ.hinc etiam dixit Bar.in l.denun
15 tiaſſe in §.quæritur.ff.de adulter.quod† ſententia lata contra aliquem ex eo quòd falſos teſtes produxerit,non nocet teſtibus.& ſimiliter ſententia lata contra notarium,qui cõfecit falſum inſtrumentum,non præiudicat domino inſtrumenti.pariter inquit Felin.in c.cum Ioannes.vol.7.verſ.ſed
16 fortè,de fid.inſtru.quòd†acta, vel ſententia ſuper falſitate inſtrumenti non nocent notario non conuento.
17 Quartò,& vltimò facit. Nam†vbi ius totius cauſæ, non conſiſtit in teſtibus examinatis, & accuſatis de falſo, tunc nõ ſuperſedetur in ciuili,dato etiam quòd ſimul fuiſſet propoſita contra partem,& teſtes.Ita dixit Glo.in c.in ſumma. 6.q.1.Peruſ.in ca.ſuper eo.col.2.de appel. Bal.in l.1.C.qui accuſa.non poſ.Soc.in tract.de inſtan.in 23.principali argumento,verſ.ſed quæro.Affl.in deciſ.229.col.1.in fi.& d.cõſti.ſi ciuiliter agens,colum.fin.Grammat.in deciſ.60.Boer. in deciſ.25.in 2.limitatione.& Angel.in trac.maleſi.in verbo inchoata,in verſi.eſt talis clauſula,col.2.& in verbo cõparauerunt dicti inquiſiti, & quilibet eorum, verſi. quid ſi dicat teſtis, in fi. quod dicit notandum, ſed in caſu de quo agitur ſine dictis ipſorum teſtium remanet probata intentio ipſorum hominum per alia media; ergo &c.
18 Non obſtat modò adducta in contrariũ:†quia vno pharmaco omnib.obiectis datur ſalutaris medicina,vt ea procedant,quando teſtes,& pars Salæ ſimul, & ſemel fuiſſent accuſati de falſo,vt per Affl.in citata deciſ.229.colum.1.in fi. vbi dicit ad hoc facere omnia illa iura, quæ allegat Anch. in allegato conſi.62.vel quãdo ſola pars accuſata de falſo, vel contra eam per modum exceptionis dictum fuiſſet de falſo,quia tunc ſuperſederi debet in ciuili propter criminalem,ex rationibus ſupra allegatis: ſecus quando ſoli teſtes fuerunt accuſati de falſo,vt in terminis noſtris;quia nõ differtur ciuilis propter criminalẽ:vt:patet ex his,quæ ſatis abunde ſuprà ſcripta fuerunt,& ita vt ſuprà tenendum eſſe arbitror.Sit ergo cautus aduocatus,ſi vult opitulari clien-
19 tulo ſuo in ſimili caſu,† vt intentet accuſationem criminalem contra partem, vel contra partem, & teſtes; quia tunc ſuperſedetur in ciuili, donec diſcuſſa fuerit, & terminata criminalis,vt inſtruit Albe.de Roſa.quem citat Arim.in d. verbo inchoata,in verſi.fi. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

*SVMMARIVM.*

1 *Vſuræ,quæ petuntur,non tanquam uſuræ,ſed tanquam intereſſe, ſunt ne dum de iure diuino,ſed etiam ciuili permiſſæ ad quantitatem fructuum, quos emptor percepit, uel uenditor percepiſſet.*

2 *Emptor cui poſſeſſio rei tradita eſt, licèt fructus non perceperit, ſi pretium uenditori non obtulerit,uſuras æquitatis ratione ei præſtare cogitur, ſed contrà ſecundum communem num.3.*

## CONSILIVM XIIII.

1 STante firma communi Doct.ſententia,quæ habet,quòd † vſuræ,quæ petuntur non tanquam vſuræ, ſed tanquã intereſſe,ſunt de iure tam diuino, quàm ciuili permiſſæ vſque ad quantitatem fructuum, quos emptor percepit, vel quos venditor percepiſſet ſi rem non tradidiſſet, cum loco permutationis potius petantur quàm pœnæ. c.ſalubriter, de vſur.Bald.& alij in l.2. C.de vſur.Doct. in l.curabit.C. de actio.empti.Dec.conſi.39.col.2.conſi.183.col.fi.Pariſ. in conſi.60.nu.16.vol.1.Corn.in cõſi.145.col.2.in fi.vol.2. vbi atteſtatur hanc eſſe communem opinionem, & Pariſ.in conſi.75.col.1.in fi. volu. 4. oritur dubitatio non leuis an dominus Antonius de Ferraris emptor rei ſterilis,& cui ipſius rei traditio facta fuit, teneatur verſus dominum Alex. de Gabiano venditorem ad vſuras pretij non ſoluti. & prima facie videretur dicendum quòd non;quia ad hoc vt venditor vſuras pretij conſequatur,nedum ſufficit quòd ſit res tradita emptori,ſed vltra,quòd fructus rei venditæ perceperit,vel percipere potuerit ipſe emptor: quia tunc dictat æquitas, vt uſuræ debeantur.ne emptor fruatur re,& pretio,& venditor remaneat in damno, vt in d.l.curabit, & in l.Iulianus.§.ex vendito.ff.de actio. emp.ſed in caſu de quo agitur,dominus Antonius nullos fructus hucuſque percipere potuit;quia pars caſtri venditi ſterilis, & molendinũ dirutum;ergo &c.Sed in cõtrarium facit tex.in l.2.C.de vſu.
2 vbi dicit Iuriſconſul.quod†emptor, cui poſſeſſio rei tradita eſt, ſi pretium venditori non obtulerit,vſuras, æquitatis ratione præſtare cogitur.& ſic lex ſolum conſiderat traditionẽ,& moram emptoris,ac eius perfidiam,& ita ibi determinat Bald.in verſi.quæro quid ſi res eſt ſterilis.vbi quærit,quid ſi res vendita eſt ſterilis,ita quòd emptor ex poſſeſſione tradita nullum fructum conſequitur,vel eſt ſylua non cædua,cuius fructus differt ad plures annos, nũq̃d interim debeantur vſuriæ pretij?& primò arguit q; non; quia nihil adeſt emptori, & compenſatio requirit relationem extremorum. Contrarium tamen concludit; quia dictæ vſuræ non præſtantur ratione propoſitionis fructuum, & vſurarum,ſed ratione impletæ fidei;quia venditor impleuit fidẽ tradendo,emptor autem inuenitur in perfidia pretij non ſoluti.& cum Bald.ibi pertranſit Paul.de Caſtr.& in d.l.curabit,dum inquit,ſufficere quòd res fuerit tradita,contractus impletus, & in poteſtate emptoris de illa facere quod voluerit.Idem tenuit Ana. in c.conqueſtus.col.3.de vſur.Ancha.in regula peccatum.de reg.iur.in ſexto. Soci.in l.de diuiſione.in prin.col.pen.ff.ſolut. matri.in conſil.137.col.5. verſic.& ad ea.vol.1.in conſi.176.col.1.vol.2.duplicato in conſ.103.vol.4.& in conſi. 88.col.2.vol.eo. Alex.in conſi. 36.col.penult.in fi.vol.6.Cor.in conſil.59.col.pen.in prin. vol.3.Dec.conſi.119.colum.4.additio ad Bald.in l.in minorum,in verbo traditio.C.in quib.cau.in integrum reſtit.Pariſ.in conſi.60.nu.28.vol.1.& in c. cum uenerabilis. de excep.& Gozad.in conſi. 55.col.3.
3 Quibus non obſtantibus,contrarium eſt de iure uerius, quòd†immo,ut emptor teneatur ad huiuſmodi uſuras,non ſolùm requiritur traditio rei uenditæ, ſed etiam perceptio fructuum.text.eſt ad literam, qui cauillari non poteſt.in d. l.curabit,dicit enim ibi legiſlator, Curabit Præſes prouinciæ cõpellere emptorem, qui nactus poſseſſionem,fructus percepit,partem pretij,quam penes ſe habet cum uſuris reſtituere,quas,& perceptorũ fructuum ratio,& minoris ętatis fauor,licèt nulla mora interceſſerit,generauit. & ſic põderanda ſunt illa uerba,qui nactus poſseſſionem fructus p̃cepit,& ibi,quas, & perceptorũ fructuũ ratio &c.& gloſs. ibi in uerſi.reſtituere,dum dicit reſtituere, hoc quãdo ipſe emptor percipit,ſecus,ſi ipſe uenditor.Ex quibus clarè percipitur,fructuum perceptionem unà cum traditione conſiderandam eſse,& non ſolã traditionem, ut emptor ad uſuras pretij non ſoluti teneatur,& ad illarum ſolutionem cõpelli poſſit.Idem uoluit Gloſs.in l. fructus.in uerbo mora. ibi,cũ habeat fructus C..eod.tit.de actio. emp. Ad idẽ facit tex.in l. Iulian.§.ex uend.ff.eo.tit.ubi dicit Imper.q; in illo iudicio ueniũt infraſcripta,in primis pretiũ quanti res.Itẽ uſuræ pretij poſt diem traditionis, nam cum re emptor fruatur, æquiſſimum eſt eum vſuras pretij impendere, & ſic textus ibi conſiderat vſuras tunc deberi, cùm emptor re fruatur, & idem vult ibi Gloſſ.in verbo poſt diem, vbi dicit vſuras deberi,ſi emptor habet facultatem fructus percipiendi,& hoc etiam dixit ibi Sali. & Paul.de Caſt. vbi inquit quòd competit venditori actio vſque ad quantitatem fructuum perceptorum,vel quod venditor habuiſſet,ſi non tradidiſſet.& hãc partem tenuit etiã Alex.in addit. ad Bar. in d.l.curabit,vbi dicit, & hanc legem intellige quòd quis videatur in mora ipſo iure,ita demum ſi emptor habeat rẽ, & lucratus eſt fructus, ſecus ſi haberet rem, & fructus non lucratur.Idem Alexan.in l.de diuiſione.in princip.col.pen. verſi. item ex hac gloſſ.ff.ſolut. matr. vbi tradit ex illa glo, notan-

notandum eſſe perpetuò,quòd mora de qua ibi,nō contrahitur,niſi vbi ſunt percepti fructus per illum , cui impletū eſt.non enim ſufficit impletum eſſe ex parte implere debētis,niſi impletum accipiens fructus perceperit. & dicit ita ſonare literam d.l.curabit,ſubdens,quòd licèt Bal.in l.2.C. de vſur.dicat,quod emptor conſtituatur in mora per traditionem rei ſterilis, tamen quod putat Bal.non bene loqui , quia text.in dict.l.curabit,innuit contrarium,quoniam ibi res non erat ſterilis,ſed fructuoſa,& fructus erant per emptorem percepti : ergo ſecus,ſi nulli fructus percepti fuiſſent.Alibi idem tradidit Alex.in l.vinum,in 6.colum.verſi. pro iſta opinione,ff.ſi cert.peta.poſt Sali.ibi.Idem etiam voluerunt contra Bal.Aquen.in d.l.de diuiſione,colum.pen.& Lance.Deci.col. fin.vbi dicit ſe anno præterito dum legeret Senis ſe cum Bal.conſuluiſſe in ciuitate Broſeti.hāc quoque patrem amplexi fuerunt Iacob.Butr.Iaco.de Are.Cyn, Bald.Paul.de Caſt.Alberic.de Roſa.& Salic. in l.in minorū, C.in quib.cauſ.in integ.reſt.vbi volunt,ita demum locū habere diſpoſitionem l.curabit,ſi fructus percepit,vel percipere potuit: & ſic volunt ſufficere ſolum implementum factum contrahenti à contrahente.& opinionem Bal.non veram dixerunt.Areti.in conſil.150.colum. penult.in princi. & in l.ita ſtipulatus,colum.5.ff.de verbo.oblig.Corn.conſ. 59.colum.pen.in prin.vol.3.Bauer. in tract.moræ,in 2.par. in num.10.& Didac.in 3.li.varia.reſolut.c.4.verſ.4.hic examinari,& quod iſta ſit veritas patet etiā ex dictis per Bar. in l. atqui natura.§ non tantum.ff.de neg.geſt.vbi expreſsè dicit,quod in contractu emptionis, & venditionis debētur vſuræ venditori,ſi emptor percepit fructus rei , & non ſoluit pretium,vt in cap.conqueſtus per gloſſ.de vſur. & l.curabit. C.de actio.empt.Imol.in l.inſulam.§.vſuras. in fin.ff. ſolut.matri.Pau.de Caſt.in d.l.de diuiſione. Soci. in conſil. 109.col.2.vol.1.Bald.Nouell.in tract.dot.in 7.par.in 3.priuileg.Abb.in conſi.66. colum.1.verſi.quinimo.volum.1.Tiraquel.in tracta.de retract. fol.333.num. 13.hoc etiam tenuit Bald.ſibi contrarius in l.1.colum.2.C.de bon.mater.in verſi. modò quæro,quærit emim ibi Bal. enim fundum,qui mihi traditus fuit , & quoniam poſſideo , & fructus percipio,modo venditor petit pretium,ego dico quod imminet euictio,& lis eſt mihi mota , nunquid tenear ad pretij vſuras?& primo dicit quod videtur ꝙ ſic;quia non eſt æquum quod fructus lucrer,& pretium non ſoluam,allegat.d.l.curabit,tamen poſtea diſtinguit,quod ſi venditor offert mihi fideiuſſorem,ego teneor ad uſuras:ſi autem non offert,non teneor:quia imputanda eſt uenditori culpa ſua , cum ſit in mora in non offerendo fideiuſſorem , nec eſt abſurdum qđ faciam fructus meos;quia ex re mea,& ſic Bald.ibi conſiderat traditionem rei, & fructus perceptionem , vt venditor poſſit conſequi uſuras pretij non ſoluti. & contra Bald.cōmunem,eſſe opinionum teſtatur Cagno. in d.l.curabit.nu. 26.Vnde ex his ſatis liquido apparet huic ſententiæ eſſe adhærendum ſicut Bononienſes Carrocio iux.glo.in l.omnis diffinitio.ff.de reg.iur.

Non obſtant modo adducta in contrarium,& primo tex. in d.l.2.C.de vſur.quia ille text.debet intelligi de traditione rei ex qua percipitur fructus, vt vult ibi gloſſ. in verſic. vſuras.in fin. vbi dicit quod illa uſura non eſt illicita de iure canonico ſecondum Azon.quia loco intereſſe præſtatur & fructuū. & hoc uoluit ibi Odof.in 2.notab.vbi inquit,ꝙ ſicut emptor rei traditæ percipit fructus , ita ex die traditionis ad uſuras pretij tenetur ,aliàs non : & ibi hoc etiam declarat Salic.dum impugnat Bald.ibi.Non obſtat ſimiliter dictum Bald.ibi;quia communiter impugnatum , ut patet ex ſuprà deductis,unde ex omnibus,quæ allegata fuerunt, & quæ in iure nullam recipiunt dubitationem,concludendum arbitror,magnificos dominos iudices huius cauſæ abſoluere debere dictum D. Antonium à ſolutione ipſarum uſurarum . Laus Deo Opt.maximo.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

*SVMMARIVM.*

*1 Inſtantia cauſæ appellationis de iure eſt annalis.*
*2 Inſtantia appellationis trium menſium firmata ex decreto Principis ſubrogatur loco inſtantiæ iuris communis.*
*3 Inſtantia cauſæ appellationis introducta in auditorio principis non currit, contra nu.7.& 11.ubi declaratur.*
*4 Diſpoſitio l.properandum. C. de iudic. locum non habet in cauſa in conſiſtorio Principis introducta,contra nu.8.*
*5 Inſtantiæ tempus ſicut non currit coram Papa uel Imperatore, ita nec coram alio principe habente iura regalia ex priuilegio,uel conſuetudine immemoriali.*
*6 Tempora proſequendæ appellationis in conſiſtorio principis ſunt perpetua,ſicut in curia Romana.*
*9 Declaratio ad tex.in auth.ſed lis.C.de temp. appella.*
*10 Papa,& Imperator execrantur lites.*
*12 Iura ſubuenire ſolent uigilantibus,& non dormientibus.*
*13 Fatalia currunt appellanti, qui non exhibuit reſcriptum in tempore.*
*14 Appellans in proſecutione ſuæ appellationis debet ſumma ope niti.*

## CONSILIVM XV.

DVbium oritur,an in Sacro auditorio Ducali currat in
ſtantia cauſæ appellationis uertentis inter dominū
Ioannem Angelotum appellantem ex una , & dominū Bar-
1 nabam Pazolum appellatum ex altera , quæ † quidem inſtā
tia eſt unius anni,vt diſponitur à iure communi, ut in capi.
cum ſit Romana,de appella.& in clem. ſicut appellationi,
de appel.& per Peruſ.in c.ex ratione, de appel. col.1.Ana.
conſi.1.col.2.in princ.& Alex.in conſi.164.col.2.uol.2.uel
2 trium menſium ex ui decreti ducalis,quæ † tamen ſubroga
tur loco inſtantiæ iuris communis, & eius naturam imita-
tur,ut per Io.And.in addit.Spec.in titu. de appel.§.nūc bre
uiter. Doc.in c.de cauſis,de offi.deleg.Iaſ.in l.properandū,
in princ.col.3.in fin.poſt Bal.ibi C.de iud.Ale.in cōſ.42.co.
2.vol.3.& in cōſ.24.col.2.vo.4.Imol.in l.4.§.1.ff. de damn.
infec.Primaq;facie uidereť dicēdūꝙ ſic,ꝑ tex.in auth.ſed lis,
3 C.de tēp.appel.ubi† lis,quæ ſperatur in cōſiſtorio Principis
inferri abſq; moræ damno manere debet in tacta , donec
ipſe faciat eam introduci,& à proceribus ſecundum morē
dirimi, & ita per illum tex.tenuit Bal.in conſil.217. col.2.
4 uolum.3.ubi dicit, † quod licèt inſtantia cauſæ principalis
finiatur tempore.l.properandum. C.de iud. tamen illa lex
locum non habet in cauſa introducta in cōſiſtorio Princi-
pis.Idem tenuit Sali.in auth.quæ ſupplicatio. C.de precip.
Imper.offer.in l.1.C.de ſenten.præſec. præto. & Maran. in
ſuo ſpec.aur.in char.83.col.1.uer.ſecundo limita.Calca.in
conſi.26.col.4.in fi.quem ſequitur Crauet.in conſ.263.col.
5 6.circa fin.ubi dic † quod ſicut inſtantiæ tempus non cur-
rit coram Papa, aut Imperatore,ita nec coram alio princi-
pe habente iura regalia ex priuilegio,aut conſuetudine im
memoriali.

Secundo iſtud probatur per text.in l.fin.§.ſi tamen.C.de
temp.appel.per quem ita dixit Rui.in conſi.171.nu.11.vol.
4.vbi dicit,quod quando cauſa appellationis , eſt introdu-
cta in conſiſtorio Principis nō perit inſtantia,per tex.in d.
§.ſi tamen,ſicut etiam non perit quando ſperatur, quod lis
in conſiſtorio introducatur , per d.auth.ſed lis.Idē Ruin. in
conſi.77.colum.1.uol.5.Hoc etiam dixit Sal.in d.§.ſi tamē,
6 ubi inquit,† quod in conſiſtorio principis tempora proſe-
quēdæ appellationis ſunt perpetua,ſicut in curia Romana.

Quibus tamen non obſtantibus , contrarium de iure ve-
7 rius eſſe arbitror in caſu de quo agitur,quoniam † contra-
riam ſententiam in primis tenuit Mart.de Lau.in tractat.de
princi.in not. 222. vbi propriè dicit in conſiſtorio Princi-
pis currit tēpus introductæ appellationis per tex.in auth.
de appell.§.1.hanc etiam ſententiam ſequitur Affl.in deciſ.
8 283.colum.2.verſ.2.nullitas,† vbi tradit,quod lex properā
dum,locum habet in cōſiſtorio Principis,per Gloſſ.in §.ad
hæc,in auth.de appella.& Gloſſ.in authen.ut ſponſ.largitas

in §.ad

in §.ad hæc alibi.Idem Affl.in conſtitutione regn. in conſtitutione in hac,in tertio notabili.Idem dixit Bal.ſummando text.in d.authen.ſed lis,dum inquit qđ ſi non ſtat per Principem:quia iudicem deputauit,quòd currunt tēpora.Idem dixit ibi Alber.dum tradit,nota qđ ſi ſtat per Principē non currit tempus;ergo ſi per eum non ſtat,ſentit contrarium. hoc etiam idem ſummando illum tex. voluit. Sali. & Paul. de Caſtr.ibi.ita etiam concludit Mart.de Laud.in dicto ſuo tract.in no.316. quod & firmat Ana.in conſi.1.colu.2.vbi inquit quòd quando ſtat per Principem quominus cauſa introducta ſit:quia Principi hoc notificatum fuit,& ipſe alijs impeditus negocijs non cognouit,nec cognoſcendam cauſam commiſit,procedit text.in dicto §.ad hæc, de appella. ſecus ſi facta notificatione illam commiſit;quia tunc currit inſtantia.& idem voluit ibi Bologn.in addit.in 2.col.verſi. bene uerum eſt,vbi formaliter dicit,quòd quando appellatur ad Papam ſeu ad principem,non currunt tempora data ad appellandum,ſed inſtantia incipit currere ita demũ quãdo per Principem cauſa introducta,& cõmiſſa fuit.hoc idē admittit Affl.in deciſ.78.col.2.verſi.in contrarium facit,& verè iſta opinio probatur per text. in d.§.ad hæc. in auth. de appella.vbi legis lator dicit, quòd quando lis ſperatur inferri in ſacrum conſiſtorium, ſi fortè contigerit Imperatoriam Maieſtatem publicis cauſis,ex mundanis prouiſionibus non poſſe conuocare patres,quatenus cauſa agitetur, non ex hoc litem periclitari, ꝙ enim uitium eſt litigantiũ, ſi culmen Imperatorium occuparetur, vel quis eſt tãtæ authoritatis, vt nolentem Principem poſſet ad conuocandos proceres coarctare, ſed ſi quid tale euenerit cauſa intacta remaneat,donec Imperator monitus ſua ſpõte euocari proceres iuſſerit,& litem inferri patiatur,& omnia ſecundum morem procedere.& ſic ibi text.clarè probat,tunc demum tempus non currere antequam per Principem cauſa committatur,ſecus poſt.Nec habet † obſtare text.in authen.ſed lis,ſumpta ex d.§.ad hæc,vbi text.dicit quod non currit tēpus donec Princeps faciat cauſam introduci, & à proceribus ſecundum morem ſuum dirimi; quia illa verba debent intelligi donec commiſerit cauſam proceribus dirimendã ſecundum morem ſuum.vt ſentit Alexan.in conſi.164.col. 2.uol.2.& ad hoc magis cõuenire uidetur uerbis dict.§.ad hæc,ibi,cauſa intacta permaneat, donec Imperator monitus ſua ſponte,& conuocari proceres iuſſerit,& litem inferri patiatur,& omnia ſecundum morem procedere.& ſic lex ipſa loquitur,donec Princeps patiatur inferri litem,& omnia ſecundum morem procedere,quod eſt quãdo committit cauſam decidendam ſecundũ morem ſuum.Item ſi diceremus quòd legislatores voluiſſent,quòd ſi Princeps cauſã appellationis ſuo conſiſtorio commiſerit,quòd non currãt tempora appellantibus negligentibus,ſequeretur,quod leges darent materiam,cauſas in longum trahi,& partem appellatam expenſis grauari, quòd equidem iuri abhominabile eſt,vt in l.quidam æſtimauerũt.ff.ſi cer.pe.Papa†enim & Imperator execrantur lites, eo quod propter lites multi ſunt ad ſummã redacti egeſtatē,& coacti deſerere patriã, ut dixit text. iu authen.vt differ.iudi.in princ. & ideo dixit Iuriſconſul.in l.item ſi res.§.fin.de alie.mut.iudi.quòd pro bi viri lites execrantur.

Secundò dico quod præmiſſa opinione contraria pro vera,quòd tamen à veritate alienum eſt, quod†ſaltem i la poteſt habere locum,niſi poſtquam Princeps cauſam commiſit,pars appellans fuerit negligens in eam proſequendo; quia tunc currit inſtantia introducta,ſiuè à iure communi, ſiue à decreto; quoniam†iura negligentibus nõ ſolent ſubuenire,ſed vigilantibus.l.non enim.ff.quib.ex cau.ma.l.qđ fortè.l.ſi finita.§.ſi quis metu. ff.de dam. infec.& ita in terminis noſtris declarat Ana.in conſi.1.col.2.vbi inquit, qđ & ſi dicatur quòd quando appellatur ad Papam, tempora appellationis non currant,ut in d.auth.ſed lis.tamen quòd illud uerum eſt,quando ſtaret per principē quominus cauſa inchoaretur,puta;quia eſſet ſibi notificatum,& ipſe alijs occupatus non cognouit, nec cognoſcendam commiſit, ut apertè colligitur in d.§.ad hæc,de appel. ſecus quãdo fuit notificatum Papæ,qui ſtatim cauſam commiſit,ſed appellãs fuit negligens in proſequendo eam in tempore,quo potuiſſet eam dirimi facere infra annum; quia tunc currunt ſibi tēpora,& ad hoc accedit deciſ.Angel.in d.auth.ſed lis, vbi dicit quod id quod legitur in illo tex. quòd cauſa appellationis,quæ ſeparatur in conſiſtorio Principis, manet intacta,& abſque damno moræ,donec Præſes faciat eam introduci,& à proceri. ſecundũ morem decidi, debet intelligi ſi appellans fuit ſolicitus in introducendo cauſam,ſed non potuit,qa nõ habuit aditum ad Imperatorem: aliàs ſecus. & Angel.ſequitur Alexan.in conſi.19.col.2.uol.1.& in cõſ. 164.col.2.vol.2.& Ale.in d.conſi.19.ſequitur Affl.in deciſ. 78.idem dixit Guid.Pap.in deciſ.135.vbi†tradit fatalia currere appellanti; qui non exhibuit reſcriptum infra tempora: quia tunc currunt ſibi fatalia,adeo quod ſententia primo loco data debet uires ſuas habere.hoc idē decidit Grãma.in deci.13.vbi inquit deſertam eſſe cauſam reclamationis in caſu ſuo:qa dominus Pyrrhus nõ fuit proſecutus reclamationem ſuam infra biennium,per not.per Ana.& Ale. vbi ſuprà,ac Ant.de Alexan.in d.auth. ſed lis.Vnde cum in caſu de quo nunc agitur, liquidò appareat de negligentia partis appellantis, quæ eam non proſecutus fuit in tempore,in quo veriſimiliter poterat expediri,imputanda eſt ei, ſi permiſit labi tempora inſtantiæ, & tranſire primam ſententiam in rem iudicatam, quia ſcire debebat quod leges uolunt, quòd † appellans in proſecutione ſuæ appellationis debet ſumma ope niti.l.fin.§ illud. C.de tempo. appella.& Alexand.in conſilio 19.col.2.in fin. & in cõſ.164.col. 2.uol.2.Vnde ſtantibus his,concludendum arbitror,partes ſacri Conſilij Ducalis fore, & eſſe in pronunciando, & declarando fatalia ipſius cauſæ appellationis, culpa, & defectu appellantis lapſa fuiſſe,ſententiamq; iudicis à quo tranſitum feciſſe in rem iudicatam, atque executioni demandãdam,& appellantem in expenſis condemnãdum,iuxta not. per Peruſ.in cap.ex ratione,colum.17.uerſi circa tertium, de appella. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

*1 Dominus utilis dominij nõ poteſt cognoſcere de iniuria perſonali ſibi facta,ſed eius cognitio ſpectat ad ſuperiorem.*
*2 Offenſus ex iniuria perſonali efficitur inimicus capitalis offendentis.*
*3 Iudex quis eſſe non poteſt contra inimicum ſuum, eo illum recuſante.*
*4 Quod amplia procedere etiam,ſi eſſet qualibet minima inimicitia,quamuis non capitalis.*
*5 Iudex in cauſa propria quis eſſe non poteſt.*
*6 Officialis utilis dominij non poteſt cognoſcere de iniuria perſonali facta domino ſuo.*
*7 Tribunal unum,& idem eſt domini offenſi, & eius officialis.*
*8 Epiſcopus eo ipſo quòd eſt ſuſpectus, cenſetur, & ſuſpectus eius officialis.*
*9 Delicta non debent remanere impunita, ne alijs detur materia ſimilia perpetrandi.*
*10 Iniuria ſi fit poteſtati,ut quia percutitur,uel uulneratur,nõ poteſt ipſe delinquentem punire,ſed debet querela reſeruari Principi,uel eius ſucceſſori, & nu. 16.*
*11 Offenſus uel eius officialis,non poteſt cognoſcere de iniuria ſibi illata, ſimiliter nec alij condomini coæquales in iuriſdictione cum offenſo; quia redduntur ſuſpecti, & nu.24. ubi declaratum eſt.*
*12 Offenſus licèt cognitionem habere non poſſit de iniuria perſonali ſibi illata, tamen officialis deputatus ab omnibus condominis, uel ipſi alij condomini poterunt de cauſa ipſa cognoſcere, & nu.15.ac 23.*
*13 Superior non poteſt ſe intromittere de cauſis primis occurrentibus in terris uaſallorum.*

Supe-

14 *Superior licèt aliàs poſſit concurrere in iuriſdictione cum inferiore, tamē hoc locum non habet cum domino feudi.*
17 *Familia unius condomini ſi delinquit, cognitio delicti ſpectat ad alium condominum.*
18 *Delictum perſonale commiſſum per ſubditum contra officialem, licèt non debeat per eum cognoſci, tamen ſub fida cuſtodia poterit reſeruari ſucceſſori, uel alteri, qui de eo cognoſcere poterit.*
19 *Vbicunque aliqui de uniuerſitate, uel collegio redduntur inhabiles, actus poteſt expediri per alios de collegio, qui ſint habiles.*
20 *Suſpicio ceſſat, ubi eſt par ratio affectionis.*
21 *Frater licèt eſſe non poſſit teſtis pro fratre, fallit inter fratres conſanguineos.*
22 *Officiales duo eiuſdem iudicis, ſi inſimul delinquunt, punitio ſpectat ad ipſum iudicē; quia ceſſat cauſa ſuſpicionis.*

## CONSILIVM XVI.

VIſo themate ſupraſcripto, videtur prima conſidera-
1 tione dicendum, quòd † dominus Antonius de Caba
liate, eiuſque officialis non poſſint recognoſcere de iniu-
ria perſonali facta dicto domino Antonio, ſed quòd eius co
gnitio, & punitio ſpectet ad ſuperiorem, quod oſtenditur
vt infrà. Nā primò de ipſo domino offenſo in terminis hoc
decidit Bart. in l. qui iuriſdictioni, in 1. col. verſi. & iſtud no
ta. ff. de iuriſd. om. iud. Abb. in cap. dilectus, in 2. notabili. de
pœn. Doct. in l. 1. C. ne quis in ſua cau. iud. & ratio eſt; quia
2 † cum offenſus ipſe ex iniuria perſonali ſibi illata factus fue
rit capitalis inimicus partis. Bal. in l. his. §. 1. ff. ſolut. matri.
3 Marſi. in conſi. 20. nu. 12. non uidetur conueniens, † quòd ſit
iudex contra inimicum eo illum recuſante. Ita Spe. in tit. de
iudi. deleg. §. ſupereſt, verſi. Item ſi eſt inimicus. not. in c. cū
R. de off. de lega. Abba. & Feli. in c. accedens. in 2. not. vt lit.
non conteſtata. Peruſi. in c. poſtremo, nu. 32. de appella. &
4 Crauet. in conſi. 6. nu. 31. vbi † etiam dicunt ſufficere quam
libet inimicitiam etiam non capitalem. Item & quia de iu-
5 re non recipitur † quòd quis ſit iudex in cauſa propria. d. l.
qui iuriſdictioni, vbi per omnes, & per Docto. in c. cum ve-
6 niſſent, de iud. De ſecundo, & ſic de officiali † quod etiā non
admittatur ad huiuſmodi cognitionem, & punitionem, ſatis
liquet ex dictis Bart. in d. l. qui iuriſdictioni. in 1. colum. vbi
dicit: Nota contra Comites, & Barones, quod non poſſunt
cognoſcere de cauſa, quæ vertitur inter eos, & ſubditos,
nec cauſam alteri cōmittere; quia cum prohibeatur de iu-
re, ne detur iudex delegatus ille, quem pars petit; ergo mul
to fortius ipſa pars dari prohibetur. l. obſeruandum. de iud.
& quia cuius prohibetur poſtulatio, ita & eius effectus. l. 1.
C. de peti. bon. ſubl. lib. 10. & Bart. ſequitur Capi. in deciſ.
7 124. col. 2. Item etiam facit; † quia domini offenſi, & officia-
lis ab eo deputati, unum & idem eſt tribunal. c. nō putamus
de conſue. in ſexto. vnde ſicut tribunal domini eſt ſuſpectū,
ita & eius deputati. Et ideo dixit Imol. poſt Abb. & alios in
8 cap. inſinuante. de inoffic. delega. quòd eo ipſo, † quòd epiſ-
ſcopus eſt ſuſpectus, cenſetur et in conſequentiā ſuſpectus
eius officialis, quod dicit not. Peruſi. in c. poſtremo, in n. 12.
quando iudex, de appel. Marant. in ſuo ſpec. aur. in 6. par. in
2. actu. nu. 28. Cum ergo ipſi non poſſint de huiuſmodi in
iuria & offenſa cognoſcere, vtiq; neceſſariò eſt fatendum,
cognitionem ipſam, & punitionem ſpectare ad dominū ſu-
9 periorem, † ne delicta remaneāt impunita. l. ita vulneratus.
ad l. Aquil. & ne detur materia alijs ſimilia perpetrandi, iux-
ta l. conuenire. ff. de pac. dot. vt in terminis paſſim admitte-
re uidetur Cy. & alij cōmuniter in l. 1. C. ne quis in ſua cau.
10 iud. vbi † dicunt quod ſi ſit iniuria poteſtati; quia percuti-
tur, vel vulneratur, qđ non poterit ipſe iudex punire in ſe
delinquentē, ſed debet querela reſeruari principi, vel eius
ſucceſſori: argumen. l. Senatus. ff. de offi. præſid. Idem uoluit
Old. in conſi. 7. Luc. de Pen. in l. coloni. in 3. q. C. in quibus
cau. colo. libr. 11. & Capi. Deciſ. 124 per totum.
Nec habet obſtare, quod etſi offenſus non poſſit eſſe iu-
dex, nec eius officialis, tamen quòd alij condomini coæqua
les in iuriſdictione cum offenſo poſſunt de huiuſmodi iniu
ria cognoſcere, & delinquentem punire, quia reſpondetur
quod contrarium tenuit Barto. in d. l. qui iuriſdictioni. col.
fi. verſi. ſed nunquid ſi dominus, vbi dicit vidiſſe hanc q. de
facto. & Barto. refert Bru. in conſil. 30. in 2. colum. Item etiā
11 facit † quia cum condomini ſint ſocij offenſi, ratione ſocie-
tatis redduntur ſuſpecti, & ideo licèt recuſari poſſunt, ut
per Spec. in tit. de iud. deleg. §. ſupereſt, verſi. quid ſi eſt ſo-
cius.
Quibus non obſtantibus, contraria ſententia eſt de iure
12 verior, quod licèt † offenſus non poſſit cognoſcere de di-
cta cauſa, tamen quod officialis deputatus ab omnib. con
dominis, uel ipſi alij condomini poterūt in dicta cauſa pro
cedere, & de ea cognoſcere, & non ſuperior, ad quod dicē-
dum moueor ex fundamentis infraſcriptis, & primò. Nam
13 clara eſt doct. ſententia, † quod ſuperior non poteſt ſe in-
tromittere de primis cauſis occurrentibus in terris uaſal-
lorum. Bald. in l. 1. in q. 43. ff. de rerum diui. quem ſequitur
Bru. in conſi. 23. col. fin. & in conſi. 27. col. 3. verſ. quia, conſ.
31. col. 2. & in conſi. 47. col. 2. Abb. in cap. cæterum, colum.
2. de iud. Mart. de Laud. in tract. de prin. not. 13. Cur. Iun. in
conſi. 2. col. 1. & in tract. feud. in prima par. q. 6. col. 2. verſi.
& ideo dixit. Iacob. de Sancto Georgio in ſua inueſtitura, in
verſi. vicarius. col. 1. in fin. vbi inquit, quòd ſi dominus inue
ſtiuiſſet vaſallum de aliquo loco, cū mero, mixto imperio,
& omnimoda iuriſdictione, & ille uaſallus in loco illo con-
ſtituiſſet officialem coram quo inter ſubditos illius uaſalli
agitaretur cauſa, non poſſet ſuperior inhibere officiali va-
ſalli, ne in dicta cauſa cognoſceret, & ratio eſt; qa poſtquā
dominus illum uaſallum de dicto loco inueſtiuit, non po
teſt ſe intromittere de primis cauſis ruſticorum illius loci
ratione utilis dominij, qꝫ habet ibi vaſallus, qꝫ in hoc præfer
tur directo, ut per Bal. & alios, ubi ſuprà, & in tantùm eſt ve
ra hæc concluſio, quod dicunt Bru. in d. conſil. 27. col. 3. &
Feli. in c. paſtoralis. col. 3. verſi. ſextò limita, de offi. ordi. qđ
14 † licèt aliàs ſuperior concurrere poſſit in iuriſdictione cū
inferiore, tamen hoc fallit cum domino feudi.
15 Secunda eſt concluſio, quòd † dominus caſtri, qui habet
coæquales in iuriſdictione, ſi ſit offenſus à ſubdito iniuria
perſonali, poteſt per alios condominos procedi contra ſub
ditum delinquentem, & puniri. Ita Bar. in d. l. qui iuriſdictio
ni, col. fi. uerſi. ſed nunquid, ſi dominus caſtri. Quærit enim
ibi Bart. an dominus caſtri ſit iniuriatus per ſubditum, ille
poterit cognoſcere de tali ingiuria, uel an cognoſcat con-
dominus, ſi ibi ſit dominus alius cum illo, & ad hoc quæſi-
tum reſpondet Bart. tangens primum caſum, & dicit, quod
dominus offenſus, nō poterit cognoſcere, & ad hoc allegat
16 text. in §. ſi uerò egerunt, in authen. de defenſ. ciuit. vbi de
fenſor ciuitatis offenſus non iudicat ipſe, ſed querelam por
rigit ſuperiori, ut ibi in text. Sed de ultimo caſu nunquid cō
dominus poſſit cognoſcere. Bart. hoc intactum reliquit, &
ſic uidetur ſentire qđ ſic, & quòd Bart. ita intelligi debeat,
expreſsè hoc dicit Bru. in conſi. 31. col. 1. ubi propriè inqt,
Nota quod licèt Bar. in d. l. qui iuriſdictioni, & alij dicant, qꝫ
dominus non poſſit cognoſcere de iniuria ſibi facta ꝑ ſub-
ditos, uel alicui de eius familia, tamen quando adſunt plu-
res domini, & iniuria ſit vni, concluditur quod alij condo-
mini cognoſcere poſſint. allegat Bart. in d. l. qui iuriſdictio-
ni, in d. uerſi. ſed nūquid ſi dominus caſtri. Et hoc quod hęc
ſententia ſit uera, ſatis patet ex dictis ipſius Bart. in d. l. qui
17 iuriſdictioni. in prin. verſi. nota ex iſta l. vbi determinat, † qꝫ
& ſi quando ſunt duo domini, & familia vnius delinquat, ip-
ſe non habet cognoſcere, tamen quod alius dominus pote
rit cognoſcere: quia ceſſat ratio illius l. ergo idem, & in ca
ſu noſtro. pro cuius confirmatione accedat, quod dixit Sali.
18 in l. 1. col. penul. C. ne quis in ſua cau. iud. ubi dicit, † qꝫ quā-
do delictum eſt commiſſum per ſubditum ratione iniuriæ
perſonalis erga officialem, ipſe tunc non poterit cognoſce-
re. l. Senatus. ff. de offi. præſi. tamen ſub fida cuſtodia poterit
reſeruare ſucceſſori, uel in manibus alterius, qui cognitio-
nem haberet tradere, quod euenit quando ſunt plures re-
ctores coæqualem iuriſdictionem habentes in eadem ciui-
tate.

tate.& ſic ibi Salic.clar è decidit hanc quæſtionem. & non
eundo per mendicata ſuffragia in terminis,de quibus agitur
hoc in ſpecie decidit Bru.in citato conſi .31.colu.1.& 2.&
Craue.in conſi.232.colum.antepe.ver.ſecundo reſpondeo,
per not.perAlexan.in conſi.48.colum.2.volum. 2.vbi dicit
19 † quòd ubicunq; aliqui de vniuerſitate uel collegio reddũ
tur inhabiles, actus poteſt expediri per alios de collegio,
qui ſunt habiles.c.fi.de procu. c.gratum.de poſtul. prælat.
quia illi non poſſunt recuſari.

Tertiò dicitur,quod officialis in caſu noſtro quamuis de
putatus ab offenſo,& ab alijs condominis,poteſt cognoſce
re de iniuria facta uni ex dominis,& delinquentem punire,
20 quod probatur.Nam † vbi par ratio eſt affectionis,ibi ceſ-
ſat ſuſpicio.l.non ſolum. §.denuo. ff.de ritu nupt. vbi dicit
Bart.quòd per d.§.in fi.in ratione ſui determinantur,& limi
tantur multæ leges,quæ dicunt quòd quis non ſit iudex per
ſonæ ſibi coniunctæ.l.qui iuriſdictioni,de iuriſ.om.iud.Itẽ,
& quòd quis non admittatur in teſtem pro coniuncta per-
ſona: quia debet intelligi, niſi in cauſis inter ipſas perſo-
nas coniunctas in pari gradu: quia par ratio affectionis re-
mouet ſuſpicionem.& Barto.ſequitur Alexan.in conſi.156.
col.2.in fi.vol.5.& in conſil.43. in fin.vol. 7.Idem dixit Ma-
ran.in ſuo aure.ſpec.in 4.par.in ſecũdo actu.nu.30.& Doct.
in d.l.qui iuriſdictioni.Facit etiam quod not.Bar.in l.qui in
teſtamento.§.quod autem.in penul.quæſtio. ff.de teſt. vbi
21 †licet frater nõ poſſit eſſe teſtis ꝓ fratre, fallit inter ipſos
fratres cõſanguineos.glo.in c.conſanguinea.in verbo parẽ
tes.3.q.5.quẽ ſequitur Oria.in c.qm contra.in uerbo,teſtiũ.
verſic.circa prædicta,de probat.Facit etiam quod not.Bar.
22 in l.Senatus.de offi.præſid.vbi dicit, † quòd ſi duo officiales
eiuſdem iudicis inſimul delinquunt, quod iudex erit ido-
neus in cognoſcendo,& in eos puniendo; quia ceſſat cauſa
ſuſpicionis:argumento d.l.non ſolũ.& Bart.ſequitur Ange.
in tract.malefi.in uerſi.hæc eſt quædam inquiſitio. in uerſi.
quæro an iudex.in fi.Sedin caſu de quo agitur eſt par ratio
affectionis:quia poteſtas ab hominibus,& cõmunitate eli-
gitur per rotulum,in quo nominantur tres ex forma con-
uentionionum,aliàs celebratarum inter dominos,& homi
nes,& vnus ex nominatis confirmatur per condominos:
ergo cum ambo concurrant in eius deputatione communi
tas, &condomini, par eſt eius affectio,ita vt omnis hinc in-
de ceſſet ſuſpicio, ita in ſpecie dixit Bru.in citato conſilio
31.col.2.

Non obſtant, quæ ex aduerſo adducta fuerunt:quia bre
23 uitet reſpondetur,† ꝙ primum argumentum, & ſecundum
poſſent locum habere, vbi offenſus fuiſſet dominus inſoli-
dum caſtri,& iuriſdictionis:quia tunc verum eſt,quod ipſe
non poſſet eſſe iudex in cauſa propria,minusq; officialis ab
eo deputatus:quia cum iuriſdictionem nõ habeat offenſus,
minus alteri iuriſdictionem conferre poteſt. & ita proce-
dit dictum Bar.in d.l.qui iuriſdictioni.in princ. & not. per
Docto.in l.1. C.ne quis in ſua cauſa iudicet; ſecus quando
ſunt alij condomini,in quibus non adeſt culpa,uel adeſt of-
ficialis ab homnibus nominatus, & a condominis electus:
quia,& ſi offenſus non poſſit procedere contra delinquen-
tem,& de cauſa cognoſcere,tamen alij condomini,uel offi
cialis nominatus, & electus,ut ſupra,poſſunt de cauſa ipſa
cognoſcere,vt in 2.& 3.argu.partis affirmatiuæ,de quibus
ſuprà, cum eis non militet ratio, de qua in d.l.qui iuriſdi-
ctioni.

Nec ſimiliter obſtat quòd alij condomini tanquam con-
ſocij offenſi non poſſint procedere in cauſa:quia reſponde-
24 tur,quòd concluſio ipſa poſſet militare,ubi alij condomini
habitarent in eadem domo cum offenſo: quia tunc uerum
eſſet quod nõ poſſent eſſet iudices in ipſa cauſa:ſecus quan-
do ſimul,& ſemel non habitarent.Ita declarat Abb. in cap.
accedens.2.col.penult.in princi.ut lit. non conteſta. & Pe-
ruſi.in cap.poſtremo.in 18.ſuſpicione.de appella. Vnde ex
his omnibus reſultat ſolida concluſio,dictos condominos,
qui nullam habent conſanguinitatem,& affinitatem cum of
fenſo,uel officialem,vt ſuprà nominatum,& electum, poſſe
cognoſcere de dicta iniuria, & delinquentem poſſe puni-
re:quoniam iniquum eſſet, vt atteſtatur Crauet. in citato
conſi.232.col.pen.in fi. priuare alios condominos iuriſdi-
ctione,ceſſante eorum culpa. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſul.

## *SVMMARIVM.*

1 *Emphyteuta priuati alienans partem rei emphyteuticæ ſine conſenſu domini,cadit a dicta parte alienata,& non a tota re.& nume.9.ſed contrà,ſecundum communem num. 11.18.& 21.*
2 *Delictum ubi committitur circa rẽ,eatenus res perditur, quatenus in ea peccatur,fallit ubi per dictam alienationem peccatur in perſonam domini; quia per peccatum partis perditur totum,ut in nu.12.& 19.*
3 *Pœna non debet egredi ſuum delictum,& nu.7.*
4 *Feudatarius ſi negat partem rei feudalis eſſe feudalem, non priuatur ſecundum communem toto feudo,ſed parte negata.*
5 *Emphyteuta plurium dominorum ſi alienat rem emphyteuticam de voluntate vnius vel duorum condominorum, ſecnndum communem tantum cadit à parte illa cuius conſenſus domini non fuit requiſitus.*
6 *Feudatarius per alienationem partis rei feudalis non cadit ſecundum communem à tota re, ſed à parte alienata,quod declara,vt in nu.20.*
8 *Argumentum de feudo ad emphyteuſim ſecundum communem valet,& nu.17.*
10 *Contractus libellarius in effectu non differt ab emphyteutico.*
13 *Paria ſunt, quòd emphiteuta nõ ſoluat penſionem,vel quòd alienat rem inconſulto domino.*
14 *Emphyteuta non ſoluens integram penſionem domino ſecundum communem cadit à tota re.*
15 *Delictum grauius conſiſtit in faciendo,quàm in omitendo.*
16 *Emphyteuta ſi deceſſit pluribus relictis hæredibus,quorum alter ſoluit canonem,alter verò ceſſauit per trienium,tota res perditur ſecundum communem, & ſic omnes cadunt.*

## CONSILIVM XVII.

PRæſens articulus,an † emphyteuta priuati alienans par-
1 tem rei emphyteuticæ ſine conſenſu domini cadat à
tota re,iuxta tex.in l.fin.C.de iur.emphy.quamuis ſit utilis
& quotidianus,tamen difficilis eſt. & ideo dixit Cuma. in l.
quidam in iure.§.fin.ff.de dona. quòd ſæpius habuit hanc
quæſtionem de facto,& perquiſiuit per multas chartas, &
nunquam inuenit aliquam deciſ.in hac quæſtione,vt igitur
ueritas huius difficultatis magis in lucem prodeat, primò
arguendum eſſe arbitror, quod per alienationem partis,
res ipſa tota non perdatur, quoniam trita eſt iuris regula,
2 quòd † ubi delinquitur circa rem,eatenus res perditur,qua
tenus in ea peccatur. l.Paulus. l.beneficium, & vtrobique
Bar.ff.ad l.Falcid.ſed in caſu præſenti emphyteuta,quia alie
nauit dictam partem,peccauit circa rem;ergo tantum alie-
3 nata amitti debet, † cum hoc modo pœna non egrediatur
delictum ſuum.l.reſcriptum.ff.de his quib. ut indign.gloſſ.
in capit.1.de vaſal.qui contra conſtitu.Lotha.gloſ.in c.quæ
ſiuit.in fi.de his quæ ſunt à maior.par. ca. & ideo nos vide-
4 mus,quod ſi feudatarius negat partem rei feudalis eſſe feu
dalem,non priuatur toto feudo,ſed tantum parte negata,vt
eſt glo.in verbo ſcientiam.in cap.1.§.vaſallus, el 1. vbi no-
tant omnes, ſi de feud.fue. contro.inter dom. & agna. quã
communem eſſe aſſerit Iul.Clar.in ſuo lib.4.in §.feud.num.
59.Item,& ſimiliter uidemus communem eſſe concluſionẽ
Docto.in l.cõmunis ſeruus.ff.de in ius vocan.& in l.fi. duo
patroni.vbi per Gul.de Cun.Petr. de Bellaper. & Alber. ff.
de iureiuran. & Iaſ. in l.fin. in 13.q.C.de iur.emphy. quòd
5 † emphyteuta plurium dominorum alienat rem emphyteu
ticam

ticam de voluntate vnius vel duorum; quæ erat communis
omnium pro indiuiſo, quod cadit tantùm pro illa parte cu
ius conſenſus non fuit requiſitus, quia non debet puniri ni-
ſi inparte, circa quã decidit. Idem & tertiò videmus in feu-
6 datario, qui † per alienationem partis rei feudalis non ca-
dit a tota re, ſed a parte tantum alienata, vt eſt text. ad lite-
ram in cap. 1. de uaſal. qui cont. conſti. Lotha. ubi ſi vaſallus
alienauit beneficium contra conſtitutionem Lotharij re-
gis, ſi totum, perdit totum, ſi partem perdit partem, & ea ad
dominum reuertitur, & inquit gloſſ. 1. ibi, quod ex ea colli-
7 gitur, quod † non eſt puniendus ultra quam quis delique
rit; quia non debet vltra progredi pœna, quàm reperiatur
delictum. l. ſancimus. C. de pœn. Idem tenuit Gloſſ. in c. 1. §.
illud. in verb. retinet, quæ ſit prima cau. ben. amit. & in ca. 1.
§. callidis. in verbo amittant. de prohibib. feud. alie. per Fri
de. Aluar. & Prępoſ. in cap. 1. §. aut ſi libellario, quibus mod.
feud. amit. in c. 1. de alie. feud. Præpoſ. in cap. 1. §. prædictis,
uerſi. nota. ex text. & uerſi. & illud, quæ ſit prima cau. ben.
amit. Aluar. & Præpoſ. cap. 1. de uaſal. qui contra conſtitu.
Lotha. Aluar. in cap. 1. col. 2. qual. feud. olim. pot. alie. in c. 1.
§. ſi. conclu. 32. quæ ſit prima cau. ben. amit. & in c. 1. §. calli
dis, de prohib. feud. alie. per Fride. col. 2. Affl. in d. §. aut ſi li
bellario. col. 2. ubi inquit ita ibi tenere gloſſ. Iacob. de Bel.
Andr. & omnes regulariter. Idem Affl. in c. 1. §. ſed quia. nu.
9. & 43. q. q̃ ſit prima cau. ben. amit. vbi ſimiliter dicit And.
ita ibi tenere, & ſuprà eodẽ in §. ſed nec eſt alia iuſtior cau
ſa. Affl. in c. imperialẽ, in princ. n. 28. de prohib. feud. alie. ꝑ
Frider. Idem tenuit Dyn. ut refert Prępo. in d. c. 1. de alien.
feud. & Mart. de Laud. ibi. cui ſententiæ etiam aſſentit Gul.
& Angel. in l. penult. C. ad Syllan. Bald. in conſi. 337. col. 2.
vol. 1. & in conſi. 341. volum. 2. vbi inquit, Docto. antiquos
ita tenere. Aret. in conſi. 14. col. 4. Cacialup. in conſi. 67. in-
ter conſilia Corn. col. penul. & fin. uol. 2. & ibi Corn. in ad-
dit. Alexand. in conſi. 99. col. fin. volum. 5. Cur. Iun. in tract.
feud. in 4. par. verſi. reſtat tamen, vbi aſſerit hanc eſſe com-
munem. Alcia. in l. 4. §. Cato. nu. 107. & Crot. nu. 60. ff. de ver
bo. obli. Rui. in conſi. 48. nu. 9. uol. 2. Gram. in deciſ. 49. col.
2. vbi atteſtatur hanc eſſe communem. ſi ergo in feudis ita
à iure diſponitur; ergo idem dicendũ in emphyteuſi, cum
8 † Doct. ſoleant arguere de feudo ad emphyteuſim; vt per
Spec. in titu. de feud. §. quoniam. verſi. 40. in fi. Bal. in c. quæ
in eccleſiarum. de conſtit. Idem Bal. in l. liberti. C. de oper.
liber. Roma. in conſ. 103. in fine Alexand. in conſi. 5. in prin.
vol. 5. Corne. nu. 67. col. 2. vol. 2. Soci. in conſi. 167. num. 24.
vbi atteſtatur hanc eſſe communem opinionem. Socin. Iun.
in cõſi. 70. nu. 11. uol. 1. & in con. ſequenti num. 7. etiam vbi
refert Doct. communiter ſolere arguere de feudo ad em-
phyteuſim, & è conuerſo. Gram. d. deciſ. 49. col. 2.

Nec habet obſtare, ſi dicatur, quòd immo de rigore iuris
per alienationem partis rei feudalis, tota res amittatur;
ſecus de æquitate canonica, ut uoluit Bald. in c. i. qual. feud.
ol. pot. alie. quem ibi ſequuntur Marti. de Laud. & Præpo. vt
idem uoluit Bald. & in c. 1. de uaſal. qui cont. conſtit. Lotha.
& in d. §. aut ſi libellario. & in allegato §. callidis. & in ca. 1.
§. hoc quoque. in 32. conclu. de ſucceſ. feud. & Ioan. Blan. in
ſumma, in titu. quib. mod. feud. amit. co. 23. ver. ſed videtur,
quia reſponderi poteſt ſecundum Aluar. in d. ca. 1. de vaſal.
qui cont. conſtit. Lotha. & Præpo. in d. c. de alliena. feud. qđ
mirandum eſt de Bal. qui ibi faciat diſtinctionem de rigore
iuris, & de æquitate canonica, cum gloſſ. in c. callidis. dicat
expreſsè quòd ſolùm feudatarius priuatur parte alienata,
præſertim cum non reperiant aliquem Doct. excepto Petr.
de Ceruo, qui ſentiat contrarium.

9 Vltimò † in terminis emphiteutæ ita decidit Cuma. in l.
quidam. §. ſi. ff. de dona. Soci. in l. 4. §. Cato. col. 12. de uerbo.
obliga. ubi refert ita conſuluiſſe cum domino Ioan. Maria
Riminaldo. Idem ibi tenuerunt Alcia. num. 107. & Herma.
Dettus nu. 304. Paris. in conſi. 6. col. fi. vol. 4.

Quibus nõ obſtantib. quæ verè non obſtant, contraria ſen
tentia in caſu de quo agitur eſt de iure uerior, quod ratio-
nibus, & auctoritatibus infraſcriptis probatur: ad quas an-
tequam condeſcendam, primò præmittam vnum in iure, ꝙ
10 eſt uerissimum, uidelicet, † quod licèt præſens contractus
ſonet in libellarium, tamen in effectu non differt ab emphy
teutico, ut per Bar. in l. 1. ubi ẽt alij. C. de iure emph. & in l.
ſi finita. §. ſi vectigal. in 4. q. ff. de dam. infec. Alexa. in conſi.
129. col. fina. uolum. 1. Dec. in conſi. 146. colum. 2. & Paris.
in conſi. 70. col. 3. volum. 1. & in conſi. 83. nu. 4. uolu. 3. quo
11 præmiſſo pro cõſtanti admittitur, quod † per alienationem
partis rei emphyteuticæ factæ ſine cõſenſu domini, emphy
teuta tota re priuatur, ꝙ demõſtratur. Nã licèt vera ſit cõ-
cluſio ꝙ per alienationẽ partis, q̃do delinquitur circa rẽ, to
ta res nõ perdatur, ſed pars tantũ alienata, ne † pœna egre
12 diatur ſuum delictum, ut in d. l. reſcriptum, tamẽ altera etiã
uera eſt cõcluſio, quòd ubi per alienationem partis rei em-
phyteuticæ peccatur in perſona domini, per peccatum par
tis perditur totum. Ita Bal. in c. 1. col. 2. verſi. quæro vtrum,
de alienat. feud. per tex. in l. quidam in iure. §. fin. & ibi Bar.
ff. de donat. dum opponit d. l. reſcriptum, & ratio eſt; quia
offenſio facta in perſonam domini nõ poteſt diuidi. Sed em-
phyteuta alienans partem rei ſibi conceſſæ in emphyteuſim
ſine licentia domini offendit perſonã ipſius, quæ pro parte
non poteſt offendi, ut l. vulgaris. ff. de furt. hoc etiam vo-
luit Socin. Iun. in l. 4. §. Cato. in nu. 147. uerſic. nec obſtat. ff.
de verb. oblig. ergo &c.

Secundò probatur hæc ſententia, nam à pari procedunt
13 † quod emphyteuta nõ ſoluat penſionem, uel quod alienat
rem emphyteuticam ſine cõſenſu domini, capit. potuit loc.
Alexand. in conſi. 128. colum. 2. uolum. 5. ſed in primo caſu
14 † ex non ſolutione partis priuatur emphyteuta tota re, ut
not. Paul. de Caſt. & Alexan. in l. in executione. §. ſi ita. ff. de
verbo. oblig. Bald. in c. ſi proponente. de reſcrip. & in rubri.
C. de contrahen. emptio. in 10. q. Iaſ. in authent. qui rem. C.
de ſacroſanctis eccleſiis in lege 2. quæſtione 16. Codice de
iur. emphyth. vbi aſſerit hanc eſſe communem opinionem,
igitur à fortiori hoc dicendum uenit, in hoc ſecundo caſu,
15 cum † grauius ſit delictum, quod conſiſtit in faciendo, quã
in omittendo. l. moraliter ff. ſoluto. matri. l. mora. §. fin. ff. de
vſur.

Tertiò confirmatur hæc ſententia ex communi conclu-
16 ſione, quæ habet † ꝙ ſi emphyteuta deceſſit relictis pluribus
hæredibus, quorum alter ſoluit canonem, alter uerò ceſſa-
uit per triẽnium, tota res cecidit in commiſſum, & ſic om-
nes cadunt. Ita gloſſ. ordinaria in l. communi diuidundo, in
princip. in gloſſ. magna. ff. commu. diuidun. & ratio eſt: quia
quò ad euitationem pęnæ non ſufficit particularis ſolutio.
l. in executionem. §. fin. ff. de uerbo. obligatio. ita Alberic.
de Roſa. in d. l. 2. C. de iur. emphy. & ibi Iaſ. in q. 17. Alcia. in
d. §. Cato. num. 110. & Herma. Dettus nume. 293. cum duo-
bus ſequen. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem: er-
go idem dicendum uidetur in caſu, de quo agitur.

17 Quartò facit. Nam ut dixi, ualidum † eſt argumentum de
feudo ad emphyteuſim, ſed in feudo ſi illud alienatur in par
te ſine commemoratione quod ſit feudalis, totum amitti-
tur; ſecus ſi pars alienatur cum dicta commemoratione, q̃a
tunc ſola pars alienata amittitur. Ita in terminis dixit Ioan.
And. in c. 2. de feud. Bal. in c. 1. de uaſal. qui cont. conſtit. Lo-
tha. quia per dictam alienationem partis in totum offendi-
tur perſona domini, quæ eſt indiuidua. & Bal. ſequitur Iaſ.
in l. 3. q. 14. C. de iur. emphy. Crot. in §. Cato, n. 60. & Paris.
in conſi. 14. col. 2. vol. 1. vbi aſſerit hãc eſſe communem opi
nionem, quem ſequitur Gram. in deciſ. 49. col. 3. in prin. er-
go idem dicendum uidetur in emphyteuta, ut amittat totã
rem, ſi partem alienauit ſine commemoratione quòd pars
illa alienata eſſet emphyteutica.

18 Vltimò † in terminis terminantibus ita Raphael Cuma.
in cõſ. 41. in fi. Iaſ. in l. 3. q. 14. C. de iur. emphy. Idẽ ſentit ipſe
Bald. in d. §. callidis. col. 1. verſi. & quid in emphyteuta, dum
dicit quod facit in argumentum leg. quidam in iure. §. fin.
de donatio. & Crot. in d. §. Cato. nu. 60.

19 Non obſtant † modò, quæ adducta fuerunt in contrariũ,
& primo, quod vbi delinquitur circa rem, eatenus res per-
ditur, quatenus in ea peccatur; quia reſpondetur, illud pro-
cedere quando delinquitur circa rem, & non principaliter

circa

circa perſonam prout in caſu de quo agitur,ubi per alienationem contemnitur perſona domini,quæ nõ poteſt diuidi d.l.uulgaris,& per alia,quæ ſuprà deducta fuerunt,

Secundò non obſtat ꝙ in feudo per alienationem partis non perdatur totum,ſed tantùm pars alienata?quia reſpondetur,præmiſſas glo.tex.& auctoritates ſuprà allegatas ꝓ-
30 cedere,†ubicunque in alienatione partis rei feudalis facta fuit cõmemoratio ꝙ res eſſet feudalis : aliàs ſecus,ut in caſu præſẽti,in quo alienatio facta fuit,ut de re ꝓpria:quo caſu communis eſt Docto.ſententia,ut per Paris.in d.conſilio 14 colu.2.quod tota res perdatur. Et ex his concludendum uidetur in fauorem magnifici domini Pauli Aemilij Bardalonæ collegæ mei,& eius fratrum dictum emphyteutam per alienationem partis emphyteuticę factam ſine conſenſu domini, & abſq; ſupradicta commemoratione amiſiſſe totam rem emphiteuticam. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſulus.

## *SVMMARIVM.*

*1 Venia ratione reuerentiæ peti debet.*
*2 Veniam petere non ſufficit, niſi & ea à prætore obtineatur.*
*3 Veniæ petitio concedi debet parte non citata,*
*4 Veniæ poſtulatio cum citatione conceſſa uim admiſſionis habet.*
*5 Nullus excuſatur à præſtatione reuerentiæ.*
*6 Quod amplia procedere ſiue fuerit ignorans, ſiue ſciens, ſiue in craſſa ignorantia,ſiue non : quia iſtud ius eſt quaſi naturale.*
*7 Vaſallus poteſt uenia non petita uocare matrem domini ſui in ius,ſed contra nu.30.& 34.*
*8 Vaſallus ſecundum communem,non tenetur petere ueniam a domino ſuo,ſed contra nu.11.declara ut in num.15.*
*9 Dominus directus non eſt de perſonis comprehenſis in edicto prætoris,de quo in titulo de in ius uocan.*
*10 Prohibitiones pœnales locum non habent,niſi in caſibus à iure expreſſis.*
*12 Vaſalli æquiparantur libertis.& nu.35.*
*13 Libertus non poteſt uocare patronum in ius ſine uenia,& num.31.*
*14 Argumentum de libertis ad uaſallum etiam in materia pœnali ualet.*
*16 Principi ſuo mouere quæſtionem quis non poteſt, niſi petita uenia.*
*17 Nec fiſco.*
*18 Princeps omnibus eſt pater communis.*
*19 Filius uocare non poteſt patrem in ius ſine uenia, ſiue ſit emancipatus,ſiue non.*
*20 Quod amplia procedere etiam ſi ſit in dignitate cõſtitutus.*
*21 Item ſiue agatur iure actionis,ſiue officio iudicis.*
*22 Princeps dicitur pater communis impropriè;*
*23 Adoptiuus pater non eſt propriè pater,ſed fictus.*
*24 Adoptiuus filius dicitur per fictionem.*
*25 Adoptiuus filius non poteſt uocare patrem in ius ſine uenia.*
*26 Defenſor ciuitatis ſine uenia in ius uocari non poteſt.*
*27 Similiter, nec presbiter parochianus.*
*28 Nec ſocer,quia parentis loco habetur.*
*29 Declaratio ad glo.in c.1.de mil.uaſal.qui contu.eſt, non procedit in principe,nec in fiſco,*
*32 Parentum appellatione in materia ueniæ ueniũt mater,& alij deſcendentes utriuſque ſexus.*
*33 Adam a quo omnes proceſſimus,ſi hodie uiueret, nemo poſſet eum uocare in ius ſine uenia.*
*36 Dominus maioris auctoritatis eſt erga uaſallum,quam patronus erga libertum.*
*37 Patronus non eſt uerè dominus, ſed abuſiuus.*
*38 Vaſallus ſicut adulterando uxorem domini ſui priuatur feudo,ita etiam ſi adulterauit matrem domini ſui.*
*39 Reuerẽtia,quæ debetur uxori domini ſui,ẽt matri debetur.*
*40 Proceſſus factus contra matrem ſuperioris ſui uenia non petita, ualet ſecundum communem, quod declara, ut in nu.44.& 46.*
*41 Petitio ueniæ non eſt de ſubſtantia iudicij, declara, ut in nu.47.*
*42 Dominus poteſt remittere petitionem ueniæ, ſed contra nu.48.*
*43 Pœna vocantis dominum ſuum, patrem, uel patronum in ius ſine uenia,eſt quinquaginta aureorum.*
*45 Citatio habetur pro circunducta,quando citatus non comparet.*
*49 Beneficium,quod quis habet ne conueniatur ultra quàm facere poſſit,& de quo in l.alia.in §.eleganter.ff.ſolu.matri fundatum eſt in reuerentia.*
*50 Nullitate actus aliquando data quis incidit in pœnam.*
*51 Declaratio ad id,quod dicitur,quòd per appoſitionem pœnæ tollitur nullitas proceſſus.*
*52 Filius, & libertus,qui non petita uenia uocauerunt in ius patronum uel dominum; ſi uellent ſoluere pœnam quinquaginta aureorum proceſſus adhuc eſſet nullus.*
*53 Tutela principis debetur matri.*
*54 Ipſo etiam inuito,& reluctante.*
*55 Præſtitis illis fideiuſſoribus, quos inuenire poterit quamuis non ſufficientes ad facultates principatus.*
*56 Tutor & curator,qui habent a lege plenam,& liberam adminiſtrationem, regulariter non poſſunt donare : tamen fallit in tutoribus,uel curatoribus principum. num.59.*
*57 Donandi poteſtas in mandato quantumcunque generali, & cum libera,& plena adminiſtratione, non uenit.*
*58 Tutor,uel curator,adminiſtrator,& ſimiles quantumcunque habentes liberam adminiſtrationem,non poſſunt remittere gratis ius pupilli,minoris, uel ciuitatis.*
*60 Regum & principum propriè eſt donare.*
*61 Donatio remuneratoria poteſt fieri per tutorem, declara, ut in nu.66.& in nu.69.*
*62 Tutor poteſt donare magiſtro pupilli.*
*63 Prælatus æquiparatur tutori,*
*64 Prælatus ex cauſa remunerationis poteſt alienare res eccleſiæ.*
*65 Tutor uel curato principis licèt poſſit donare:tamen id uerum arbitratur de his,quæ princeps defunctus conſueuerat donare, ſecus de his,quæ rariſſimè largitus eſt.*
*67 Prælatus eccleſiæ pro cauſa remunerationis non poteſt donare immobilia.*
*68 Item nec tutor,uel curator principis.*
*70 Epiſcopus uel prælatus non poteſt facere magnam donationem etiam monaſterio de rebus mobilibus.*
*71 Merita debent eſſe condecentia donationi.*
*72 Venditio rerum immobilium minoris,ut ualeat,neceſſe eſt quòd exiſtat urgens cauſa alienandi.*
*73 Nec ſufficit quod in inſtrumento uẽditionis allegatur quod iuſta cauſa uendendi fuerit æs alienum.*
*74 Item quod debitum pupilli de bonis mobilibus ſolui non poſſit.*
*75 Plus debet liquere iudici pèr diſcuſſionem bonorum antequam procedatur ad uẽditionem rerum immobilium, quod in facultate minorum uel pupillorum non erant bona mobilia ex quibus poſſet ſolui æs alienum.*
*76 Venditio rèi minoris, ut ualet,opus eſt,ut uendatur res minus damnoſa.*
*77 Regalia non niſi ex vrgentiſſima cauſa concèdi poſſunt.*
*78 Regalia concedi non poſſunt, niſi cum clauſula ex certa ſcientia,uel motus proprij.*
*79 Facultas faciendi gratias in pœna ſanguinis ſolum poſt ſententiam ſpectat ad principem.*
*80 Relegato uel miſſo in exilium non potèſt dare iudex licentiam ueniendi,& reuertèndi, ſed ſolus Princeps.*
*81 Princeps non poteſt remittere pœnam corporalem delinquenti ſine cauſa,etiam quod interſit parti pecunialiter, aliàs ſi id facit,peccat mortaliter.*
*82 Pœnarum corporalium commutationes, non niſi ex iuſta cauſa fieri poſſunt.*

83 *Decretum iudicis requiritur in alienatione rerum mino-*
*ris.*
84 *Subhaſtatio neceſſaria eſt in uenditione rerum minoris.*
85 *Malæfidei poſſeſſor dicitur, qui contra iura mercatus eſt,*
86 *Extraneus ſi emit rem minoris, uel pupilli ſine debitis ſo-*
*lennitatibus, emptio non ualet.*
87 *Malæfidei poſſeſſor tenetur ad fructuum reſtitutionem.*

## CONSILIVM XVIII.

1 IN præſenti conſultatione, † vbi tractari conuenit de peti
titione veniæ non petitæ, & quæ ratione reuerentiæ pe-
ti debet, ut per Docto. in §. pœnales, inſtitu. de actio. & in l.
2 1. C. de in ius vocan. cuiuſque † poſtulatio non ſufficit, niſi
& ea à Prætore obtineatur. §. fi. & ibi Angel. Inſti. de pœn.
teme. litig. & per Curt. Sen. in l. venia. in nu. 6 C. de in ius vo
3 can. quamuis † parte non citata concedi debeat, vt per Bal.
in l. ea quæ. colum. pen. verſic. vlti. C. quo. & quan. Iud. Ro-
ma in l. quamuis. ff. de. in ius vocan. & in ſing. ſuo incipien.
vtrum. Bald. in addit. Spec. in tit. de inquiſ. ver. regulariter,
& Ioan. Andr. in addit. ad Spe. in rub. de iureiur. in fin. Ant.
de Alex. in l. fi. & ibi Curt. in addi. C. de in ius vocan. quod
dicit not. Aret. in conſi. 117. Gomes. in §. pœnales. num. 38.
4 de actio. & Dec. in l. venia. colum. 1. de in ius vocan. & † cu-
ius petitio cum citatione conceſſa habet vim admiſſionis,
vt per Aret. in citato conſil. 117. & Dec. in l. fin. colum. 1. C.
5 de in ius vocan. & † à qua præſtatione reuerentiæ nullus ex
cuſatur, vt per Angel. in d. §. pœnales colum. 5. in fi. in ver-
6 ſicu. in ea gloſſ. in fi. vbi inquit, † quòd nullus excuſatur in
præſtanda reuerentia ſuperiori ſuo, vt patri uel liberto, vel
domino, ſiue fuerit ignorans, ſiue ſciens, ſiue in craſſa igno-
rãtia, ſiue non: quia iſtud eſt ius quaſi naturale, vt not. in l.
2. C. de in ius vocan.

7 Primò videndum erit, an † hic nob. uaſallus potuerit vo-
care matrem ſuperioris ſui in ius venia non petita? & prima
8 facie dicendum videtur, quòd ſic: quia † ſi vaſallus non te-
netur petere ueniam a domino ſuo, multò minus à matre
eiuſdem domini. Quòd autem dominus à vaſallo poſſit tra-
hi in uetitum examen nulla petita venia, hoc vult expreſsè
gloſſ. in ca. 1. de mil. vaſal. qui cont. fue. quam ſequuntur ibi
9 docto. ratio enim ſecundum eos eſt; quia † dominus non eſt
de perſonis comprehenſis in edicto prætoris, de quo in ti.
10 de in ius vocand. vnde † cum eæ prohibitiones ſint pœna-
nales, immo verius ambages, non debent locum habere, ni-
ſi in caſibus à iure expreſſis. Idem voluit Ioan. de Plat. in l.
1. C. de colla. donat. lib. 11. Ioan. Fab. in §. & in eum, inſtit.
de actio. Angel. in §. pœnales. inſtitu. eo. & ibi Iaſ. nume. 72.
& Gomes. num. 82. hoc etiam admittit Bald. in cap. 1. §. fin.
colum. 4 verſi. dubitatur, de prohib. feud. alie. per Frider. Ia-
cob. de Sancto Georg. in inueſtitura ſua, in verſic. dictique
vaſalli. in 24. cauſa, & in tracta. de homag. colum. 6. verſicu-
lo ſextò principaliter. Alexand. in l. generaliter. in 3. colu.
verſiculo quid in vaſallo. ff. de in ius vocan. & Iaſ. in l. ſi non
ſortem §. ſi libertus. colum. 8. an quemadmodũ. ff. de cond. in
deb. Clar. in lib. 4. ſuarum ſententiarum. §. feudum. q. 25. vbi
omnes in dictis locis atteſtantur hanc eſſe communem Do-
ctorum ſententiam.

11 Sed præmiſſis non obſtantibus, † contrarium in caſu no-
ſtro de iure verius eſſe arbitror, vt in terminis decidit Spe-
cul. in titul. de feud. §. quoniam, verſiculo 17. Iaſ. in l. gene-
12 raliter. colum. 2. ff. de in ius vocan. ubi † inquit, ita in trepi-
dè tenendum propter generalitatem ipſius legis: tum quia
vaſalli æquiparantur libertis, Bald. in l. liberti. colum. fina.
in princ. C. de lib. & eo liber. gloſſ. in l. ſolo. C. de lib. cauſ.
Additur, & Afflict. in c. 1. §. ſed & qui delator, quæ fuit pri-
ma cauſ. ben. amit. vbi inquit, quòd iura, quæ loquuntur in
libertis, locum etiam habent in vaſallis ex antiqua interpre
tatione gloſſ. & Docto. cuius non extat memoria in contra-
rium, quæ vetuſta interpretatio habet vim priuilegij ſeu le-
13 gis conſtitutæ. Vnde † cum libertus non poſſit vocare pa-
tronum in ius ſine venia. l. venia. C. de in ius vocan. & toto
titu. ff. eo. ergo nec vaſallus. Tertiò etiam facit ſecundum
14 Iaſ. quia † etiam in materia pœnali vbi agitur de priuatio-
ne feudi, gloſſ. arguit de libertis ad vaſallum, vt per gloſſ. in
l. 1. §. cum patronus ff. de offic. præfec. vrb. Nec obſtant ſecũ
dum eum not. per Bald. in dicto cap. 1. de mil. vaſal. qui con-
tu. eſt, dum vult, quòd iſtæ prohibitiones tanquam pœnales
non debent extendi? quia reſpondetur, ꝙ ex quo iſta mate-
ria ex parte perſonarum, quę debent vocari in ius eſt fauo
rabilis, quæ extendenda uenit, iuxt. glo. in l. ſed ſi hac. §. prę
tor. ff. de in ius vocan. & Docto. in l. venia. C. eo. tit. & idem
videtur ſentire Alua. in d. c. 1. dum ſe vlti. loco remittit ad
Spec. vbi ſuprà quem dicit omnino videndum.

Verum: quia Docto. communiter tenent primam partẽ,
15 ideo fœdere diſtinctionis dico, † quòd dicta communis li
mitatur locum nõ habere, quãdo vaſallus vocat in ius prin-
cipem ſuum, vt hic; quia tunc venia petenda eſt: ſecus quan
do vocaret in iudiciũ dominum à principe inferiorem; qa
tunc illa communis de qua ſuprà, locũ habere videtur. Ita
fœdere diſtinctionis dixit Iacob. de Sancto Georgio, in di-
cto tractat. de homag. in 6. colum. verſiculo principaliter
quæro, vbi inquit, in hac veritate Docto. ſæpius conſuluiſſe,
hominem poſſe vocare dominum ſuũ in ius ſine venia, ſed
quòd in principe venia requiritur, per not. per Bald. in l. be-
ne Zenone in aliquibus lecturis. C. de quadr. præſcript. vbi
16 † quis nõ poteſt mouere quæſtionẽ principi ſuo, niſi prius
petita uenia, ꝙ inquit etiã dicendum in fiſco. & ideò conſu-
17 luit, quod † quando quis vult contendere in iudicio contra
tales perſonas, vt ante omnia petat veniã. hoc etiam voluit
ſequendo Bald. in dicta l. bene à Zenone. Iſer. in capitulo 1.
in princip. de lege Corra. & Afflict. in capit. 1. §. præterea. el
ſecundo, de prohib. feud. alie. per Frider. nume. 63. vbi pro-
priè inquit, quod ſi uaſallus vult agere contra fiſcum debet
petere veniam. Roman. in ſingul. 9. incipien. an ſi. Felin. in
capit. 1. verſic. ſexto declara. de probatio. ergo multo for-
tius quando contra dominum, auth. multo magis. C. de ſa-
18 croſan. eccle. Pro qua ſententia faciunt. Nam princeps † om
nib. eſt pater cõis, ut in auth. neque uir ꝙ ex dot. col. 8. in fi.
Luc. de Pen. in l. qui cõditioni. col. 2. C. de his qui ſpon. mu.
pub. lib. 10. & in l. 1. colum. 2. C. de ſuperindic. libro eo. Af-
flict. in c. 1. §. ſed nec eſt alia, nu. 57. quæ ſit prima cauſ. ben.
19 amit. & in c. 1. nu. 2. de prohib. feud. alie. per Lotha. Sed † pa-
ter à filio in ius vocari non poteſt ſine venia, ſiue ſit eman-
20 cipatus, ſiue in poteſtate. l. fi. C. de in ius vocan. etiam † ſi ſit
poſitus in dignitate, ut per gloſſ. & Ange. in §. pœnales, de
actio. & gloſſ. ordinariam in l. cogi. §. ſi pater. ff. ad Treb. &
21 hoc † ſiue agat iure actionis, ſiue officio iudicis, vt in d. l. ve
nia, & ibi Docto. ac Iaſ. in d. l. fin. C. de in ius vocan. Alexan.
in d. l. adoptiuum. in fi. ff. de in ius vocan. ergo nec princeps,
qui loco parentis habetur. Nec habet obſtare, ſi dicatur
22 † qđ, & ſi princeps cõmunis pater dicatur, quod id eſt im-
23 propriè; quia reſpondetur, quod † etiam pater adoptiuus
non eſt propriè pater, ſed fictus, vt per Bald. in l. ſi non ſpe-
ciali. colum. 2. in fin. C. de teſta Sicut etiam videmus, quod
24 † filius adoptiuus dicitur per fictionem, ut per Alexan. in l.
25 adoptiuum. col. 2. de in ius vocan. & tamen † ipſe non po-
teſt vocari in ius ſine venia, vt in l. adoptiuum. ff. de in ius
26 vocan. & per Docto. in d. §. pœnales. Idem uidemus † in de
fenſore ciuitatis, qui etiã nõ poteſt vocari in ius, niſi prius
petita venia: & hoc quia parentis loco habetur. §. fi. in auth.
vt iud. ſin. quo. ſuffrag. & tamen non eſt pater propriè, ut ꝑ
Angel. Paul. & alios in l. generaliter. ff. de in ius uocan. & ꝑ
27 Docto. in d. §. pœnales. Pariter † id dicitur de præsbytero
parochiano, qui non poteſt ſimiliter ſine uenia uocari in iu
diciũ, ut dicunt Alber. de Roſa. Alex. & Iaſ. in d. l. generali-
ter, Angel. in d. §. pœnales. & Affl. in c. 1. §. præterea. el 2. n.
28 63. de proh. feud. alie. per Fride. Id etiam uidemus † in ſoce
ro, qui parentis loco habetur, l. quia patentis. ff. ſolut. matr.
ut per Doct. in d. l. generaliter, & in d. §. pęnales, ergo idem
in principe, cum ſit pater communis omnium.

Non obſtant modò not. per gloſſ. & Doct. in d. c. 1. de mil.
29 uaſal. qui cont. eſt, quia reſpondetur, † quod gloſſ. ipſa non
loquitur in fiſco, nec in principe, ut dicunt ibi Præpo. Mart.
de Laud. & Affl. nu. 118. & Iacob. de S. Georg. in d. tract. de
homag.

homag. in 6. colum. verſic.ſexto principaliter. Vnde ex
30 præmiſſis concluditur, quod † ſicut dominus non poteſt in
ius vocari ſine venia per vaſallum, ita nec eius mater, per l.
31 venia, C.de in ius vocan, vbi † libertus nõ poteſt vocare in
32 ius ſine nenia patronum, liberos, & parentes: quorum † pa-
rentum appellatione, in materia, de qua agitur, ueniunt ma
ter, & alij aſcendentes vtriuſq; ſexus, vt in l.4. §.ꝑtor ait.ff.
de in ius vocan. & ibi Iaſ. in 5. notab. & ideo dicit gl. in d.§.
33 pœnales, quod † ſi Adam, a quo omnes proceſſimus, hodie
viueret, nemo poſſet eum vocari in ius ſine venia, & hoc
34 cauſatur à reuerentia. l.1. C.eodem tit, quæ † ſicut debetur
domino, ita & eius reſpectu matri. d.§.prætor ait. ergo idẽ
35 dicendum venit de uaſallo, qui † ſecundum iura ſuprà alle
gata ęquiparatur liberto, gloſ. in c.1. §.fea & qui delator,
quæ fuit pri.cau.ben.amit, ibi vaſallus ęquiparatur liberto,
36 & dominus patrono. Nã † maioris auctoritatis eſt domi-
37 nus erga vaſallum, quam patronus erga libertũ: quia † pa-
tronus nõ eſt verè dominus, ſed abuſiuus. Bal. in l.fi.col.pe.
C.de edic. diui Adr.tol. & princeps eſt verus dominus ra-
tione dñij, ꝙ hẽt in feudo. & pro iſta opinione bene facit, ꝙ
voluit Iacob. Ardizo. in ſua ſum.ti.quib.mod. feud. amit. in
38 rubr. Vtrũ idẽ ſit in matre domini, vbi inquit, ꝙ † ſicut va-
ſallus priuatur feudo in adulterãdo vxorem dñi ſui; ita ẽt
39 ſi adulterauit matrem domini ſui; quia † illa reuerentia,
quæ debetur dño, debetur vxori, & matri eius. Aluar. in c.1.
in vltima colum. quibus mod. feud. amit. & Curt. Iun. in
tract. ſuo feud. in 5. parte, in verſiculo octaua cauſa priua-
tionis.

Venio ad ſecundum caput, in quo prima fronte dicendũ
40 videtur, qđ † proceſſus factus contra matrẽ ſuperioris ſui,
per dictum dñm. H. vaſallũ venia nõ petita, valeat, & teneat
41 vt in terminis dixit Bar. in l.fin. C.de in ius vocan. quia † pe-
42 titio veniæ non eſt de ſubſtantia iudicij. qđ petat, quia † pa-
tronus, & ſic dominus poteſt eam remittere. l.quamuis. ff.
de in ius vocan. quod eſſe non poſset, ſi eſſet de ſubſtantia-
libus iudicij. Idem voluit Fulgo. in d.l.fi. & Alexand. in con-
ſilio 166. in 1. colum. volom. 2. duplicato conſi. 101. volum.
4. & hanc eſſe cõmunem firmat Gomeſ. in d. §. pęnales.
43 num. 33. & hoc † ſatis ſuaderi poteſt propter pœnam, quæ
apponitur vocanti dñm, vel patronum, ac eorũ parentes in
ius ſine venia, quæ eſt quinquaginta aureorum, dicta l.quã-
uis, & in §.fi.inſtit.de pęn.teme. litigan. quæ appoſitio vide
tur tollere nullitatem proceſſus, per ea quæ not. Barto. in l.
prætor. in princip. ff.de nou.ope.nunc.

Quibus non obſtantibus, cõtraria ſententia in terminis
noſtris eſt de iure verior, & amplectenda: quoniam iſta eſt
44 clara Doct. ſententia, qđ † quando dominus, & eius parẽtes
ſunt citati in ius ſine venia, ſi non comparent, & contradi-
cunt, quòd proceſſus redditur nullus. ita Franc. Tigr. Bart.
45 Paul. & Alex. in d.l.quamuis, quia † quando citatus non cõ
paret, citatio habetur pro circunducta. nam cum in tali cõ-
miſſione citationis requiratur cauſæ cognitio. l.ſed ſi hac.
§.prætor. de in ius vocan. ſi illa cognitio cauſæ non interue
nit, citatio eſt nulla. ita etiam tenuit. Cy. in l.ſi per alium. §.
in eum, ſi quis in ius voca, non ierit. Paul. in d.l.ſed ſi hac. §.
ſi libertos, de in ius vocã. Iaſ. in d.l.quamuis, in fi. Alex. Ant.
de Alex. Iaſ. & Doct. in l.ſi. C.de in ius vocan. Cor. conſil. 11.
in 1. col. uol. 4. Idem ſentit Alex. in citato cõſi. 166. in 1. col.
vol. 1. & hanc partem, ut magis communem ſequitur Alex.
in d.l.quamuis, ſed in caſu noſtro domina ipſa non compa-
ruit, ergo &c.

46 Non obſtãt modò adducta in contrarium; † quia primò
ad dicta per Barto. in dicta l.fina. & ad alios ſuprà citatos,
reſpondetur, quod dicta eorum intelligi debent, quando
pars comparuit, & non contradixit: quia tunc bene valebit
proceſſus, non vigore citationis, ſed comparitionis, pro-
pter quam videtur conſentire, ut per Doct. in d.l.fi. & Cor.
ac alios, vbi ſuprà, ſecus quando non comparuit, vel com-
paruit, & contradixit, vt in caſu de quo agitur, igi-
tur &c.

47 Non obſtat etiam, quod petitio veniæ non ſit de ſubſtan
tialibus, cum remitti poſſit, vt in dicta l.quamuis: quia reſ-
pondetur, quod d.l. loquitur de remiſſione pœne, quam pa-
tronus remittere poteſt poſtquam fuit ſibi quæſita: argu. l.
pen. C.de pac. ſed petitio veniæ remitti non poteſt à patro-
no, quia venia fundata eſt in reuerentia. d. l.1. C. de in ius
48 vocan. & tali beneficio, † quod propter reuerentiam con-
ceditur, renũtiari non poteſt. l.alia. §.eleganter. ff.ſolu.mat
tri. ita Dec. in d.l.venia. col.fi. & in l.fin. col.1. eo. tit. & licẽ-
tex. in d.§.eleganter, loquatur in beneficio ne quis conue-
49 niatur vltra quàm facere poſſit. idem † eſt ſecundum De-
ciũ vbi ſuprà, in impetratione veniæ; quia vtrunque bene-
ficium fundatũ eſt in reuerentia. dict. l.1. C.de in ius vocan.

Vltimò non obſtat, quòd per appoſitionem pœna tolli-
tur nullitas proceſſus; quia reſpondetur ſecundum Ang. in
d.§.pœnales, verſicul. in ea gloſſ. ibi. l.quamuis: quod hæc
non eſt bona conſequentia, incidit in pœnam, igitur actus
50 eſt validus, quoniã † etiam data aliquãdo nullitatis actus,
quis incidit in pœnã, ut eſt tex. & ibi Bald. in l.2. C.de epiſ.
& cle. & in l.ſi quis in graui. §.ſiue in iure. ad fi. ff.ad Syllan.

Secundo reſpondetur ex mente Curt. Sen. in d.l.fina. qđ
51 † quando nullitas tendit tantùm in præiudicium exercẽtis
actum, & non in præiudicium alterius, tunc pœna concur-
rit cum nullitate, ut ibi latius per eum, & demonſtratur hęc
opinio ueriſſima ex his, quæ not. Cyn. & Iaco. de Aret. in d.
52 l.fin. vbi volunt, † ꝙ ſi filius, & libertus, qui non petita ue-
nia vocauerunt in ius patronum, uel dominum, uellent ſol-
uere pœnam quinquaginta aureorum, quod nihilominus
proceſsus eſſet nullus: quia poſſunt opponere, & petere pę
nam l.exceptiones l.ultima in fi. ff.de excep. quod & voluit
Cyn. in d.l.ſi per alium. §. in eum quia ipſis opponentibus,
& inuitis, citatio fuit nulla. & proceſſus nullus, ita etiam te-
nuerunt Alber. Alex. & Cur. Sen. ac alij in d. l.fin. Vnde ex
his concluditur, dictum proceſſum formatum contra dictã
dominam per N. vaſallum nulla petita venia fore nullum,
ac ipſum incidiſſe in pęnam dictorum quinquaginta au-
reorum.

Circa tertium caput, in quo de meritis cauſæ tractare cõ
53 uenit. prima facie dicendum videtur, ex quo † tutela Illu-
ſtriſs. A. matri ſuæ, cui de iure dari potuit, iuxta not. in l.1.
54 C.de tutel. Illuſt. perſo. ipſo † etiam inuito, & reluctante,
vt in c.grandi, de ſupplen. negl. præla. & Alber. de Roſa. in
55 l.1. in fi. C.quan. tut. eſse deſi. & cui † ſatis fuit præſtare il-
los fideiuſsores, quos inuenire potuit, quãuis nõ ſufficiẽtes
ad facultatis principatus, ut per Vber. de Bob. in l.de crea-
tionibus. C.de epi. aud. quem ibi ſequuntur Fulgen. & Alb.
de Roſa. vbi dicit quod cõſultus fuit dum legeret in ſtudio
Vercellenſi ex regno Franciæ, an regina Blanca mater Re-
gis pueri, quæ tutelam impuberis patri in regno ſuccedẽ-
tis acceperat, & quoſdam fideiuſſores nobiles dederat, qui
tñ non ſufficiebãt ad regnum, cum alios diceret ſe dare non
poſse, excludi deberet à tutela? conſuluit ꝙ non, per d.l.de
creationib. quã partẽ etiam amplexus fuit Mart. de Laud.
in tract. de offi. dom. conc. 4. Barb. in conſi. 11. colum. 4. vol.
3. & Iacob. de S.Georg. in inueſt. ſua feud. in verſ. Carolus.
in fi. ꝙ ea vti tutrix dicti Ill. B. potui donare domino N. ca
ſtrũ V. & alia de quib. in inſtrnmento ipſius donationis: qa
56 † & ſi regulariter tutor & curator, qui hẽnt à lege plenã, &
liberã adminiſtrationẽ, vt eſt gloſ. fi. in l.mandato generali,
de proc. non poſſint donare. l.1. poſt prin. ff.de tutel. & rat.
diſt. l.prohibere. §.planè. ff.ꝙ vi aut clam. l.Lucius. la 3. §.fi.
vbi Bar. ff. de admin. tuto. Iaſ. in l. contra ius. colum. 2. ff.de
57 pac. quia † in mandato quantuncunq; generali, & cũ libera,
& plena adminiſtratione, nõ venit poteſtas donandi. l. filius
fa. ff.de don. Bal. in l.ſi procurator. C.de procu. Doct. in l. ſi
præſes. C.de tranſa. & in l.pactum curatoris. C. de pac. Iaſ.
58 in cõſ. 116. col.1. vol.1. Abb. in conſi. 45. in fi. vol.1. vbi † tu-
tor, adminiſtrator, & ſimiles quantũcunq; habẽtes liberam
adminiſtrationem, nõ poſsunt remittere gratis ius pupilli,
59 ſeu minoris, vel ciuitatis, tamen † hoc fallit in tutoribus, &
curatoribus Principum, vt vult glo. in c.grandi, de ſupl. ne
60 gl. præl. cum † regibus, & principib. ſpeciale ſit, & propriũ
donare. Alex. Iaſ. & Cur. in d.l.pactum curatoris. Neuiza. in
conſi. 12. in 3. ratione, col. 2. & ideo qđ talem donationem

61 facere potuerit,& eo † maximè,cum illa facta fuerit ex cau
ſa remuneratoria,q̃ à tutore fieri poteſt.glo.in d.l.contra
iris iu.§.fi.in uerſi.habere, † vbi tutor pôt donare magiſtro
p pilli,& alia facere, quæ ratio iuſta permittit.prout hanc
eſſe communem opinionem teſtatur Aret.in conſil.24.col.
fi.idem uoluit Roma.in conſi.50.Iaſ.in l.ex hoc iure.ff.de
62 iuſti.& iur.in 11.effectu.Nec mirum, † quia idē videmus in
prælato,qui æquiparatur tutori, ut per Innoc.in c.cum de
putati.vbi etiā Abb.circa fi.de iud.gl.in c.qualiter,& quan-
64 do.el 2.de accuſ.qui † ex cauſa remunerationis pôt aliena-
re res eccleſiæ,c.per tuas,de dona.c.relatū.el 2.de teſtam.
Alex in conſi.55.in 3.col.vol.1.Iaſ.in l.ſi non ſorte.§.liber
tus.in 7.effectu.de cond.indeb.&in d.l.ex hoc iure.in 8.ef-
fectu.Nā ex cauſa remunerationis multa permittuntur,quæ
aliàs non permitterentur,ut abundè per Iaſ.vbi ſupra,&
Soc.in conſi.84.col.antepenult.uerſi.tertia ratio.volum.3.
Cur.Iun.in conſi.67.col.fi.& in conſi.142.nu.4.

Quib. non obſtantibus, altera pars de iure eſt tenenda,
ꝙ immo donatio ipſa fieri non potuit,ꝙ rationib.& autho-
65 ritatib.demonſtratur.Nā † licèt tutor, uel curator Princi-
pis donationem facere poſſit,tamen id intelligitur,& locū
habet de his quæ Princeps conſuetus erat donare,ſecus de
his,quæ rariſſimè largitus eſt,Inno.in d.c.grandi, quem ſe-
quitur Barba.in c.1.in princ.de dona,vbi dicit, ꝙ licet tu-
tor vel curator regis non poſſit donare bona regni, tamen
liberalitatem exercere poterunt, & largiri,ſecundum,qđ
conſueuit regia maieſtas,ꝙ inquit Barba,intelligendum de
his,quę conſueuit Rex largiri,non autem quæ rariſſimè lar-
gitus eſt:arg.tex.in l.fiſtulas.§.frumentum.ff.de contrahen.
emp. IdemBarb. in c.ꝙ tranſlationē,nu.57. de offic.deleg.
vbi inquit,ꝙ coadiutor,vel tutor regis pupilli pôt exerce-
re illam liberalitatem ex mandato generali,quam conſue-
uit Maieſtas regia facere,ꝙ dicit menti tenendum pro tuto
ribus illuſtrium pupillorum.ꝙ ſubdit admittendū eſſe reſ-
pectu eorum,quę cōmuniter conſueta erant fieri per regē,
& vt plurimū,ſecus ſi de mille uicib. vna conſuetus eſſet fie-
ri:quia tunc tale non videretur mandatū in generali manda
dato,l.Seio.§.medico.ff.de an.leg.Hac quoq; iniam ample
ctitur Lup. in rep.rub.de dona.inter vir.& vxor. §.9.col.2.
verſi.& nō ſolū.in §.45.nu.12.& in §.16.nu.30.Bon.de Cur.
til.in trac.nobil.in 5.parte.nu.16 Sed illuſtriſſ.q.G.pater q.
illuſtriſſimi B.cuius erat tutrix illuſtriſſima do.eius mater,
non erat ſolitus donare caſtra cum homagio fidelitate ho-
minū,regalijs,& cum poteſtate gratias faciendi, pęnas cor
porales cōmutandi in pecuniarias,q̃ ſunt de reſeruatis Prin
cipi in ſignum ſuperioritatis,vt perDocto.in titul.quę ſint
regal.ergo in neceſſariam conſequentiam ſequitur, qđ ip-
ſa illuſtriſſima domina non potuit extendere manus ſuas ad
huiuſmodi donationem,rationib.& cauſis ſuprà allegatis.

Nec habet obſtare.ꝙ ex cauſa remunerationis illā fecit,
66 per ea quæ ſuprà citata fuerunt. quia reſpondetur,† qđ cū
prælatus,tutor, & curator in ſimili caſu æquiparentur,vt p
67 Docto.in d.l.pactum curatoris,ſicut † prælatus eccleſiæ ꝓ
cauſa remunerationis nō poteſt donare immobilia, ſecūdū
Bar.& Paul.de Caſt.in l.iubemus.C.de ſac.ſan.eccl. Ab.in c.
cum in officijs.de teſta.Iaſ.in conſi.116.col.1.vo.4.& in l.ex
68 hoc iure,in 8.effectu,de iuſt.& iur.ita † etiā & curator vel
tutor Principis non poſſint donare immobilia,vt volunt in
terminis noſtris Moder. in d.§.45. nu.12.dum dicunt, qđ
licèt tutor regis non poſſit donare bona regni,tamen pote-
rit exercere liberalitatem.

Secūdò dicitur.ꝙ etiā dato(ſed non conceſſo)ꝙ ex cauſa
69 meritorum poſſit donare, tamē id locum habet, † quando
merita ſunt æquiualētia donationi, vt videmus in Epiſcopo
70 vel alio plato, q.† non poſſunt facere magnā donationē, ēt
monaſterio de reb. mobilib.puta,de pecunia numerata,ſe-
cūdū d.Abb.in c.cum olim.el 2.de priuil.hoc ēt voluit Ale.
71 in conſi.55.col.3.vol.1.vbi inquit,†ꝙ attendi debet quali-
tas meritorū,quæ ſint condecētia donationi, prout ēt tenēt
Bal.in l.illud in 4.q.C.de ſac.ſanct.eccl.Bru.cōſ.12.n.17.Iaſ.
in citato con.116.col.1.in fi.Soc.in cōſi 84.nu.11.vol.3.ſed
in caſu de quo agitur nullus eſt, qui vnquam dixerit hanc
matronā fuiſſe dignā dimidia parte tanti muneris ſed benè
multos nobiles cognoui reprobantes tantam liberalitatē
vſam erga eam,cō hæc nō fuerit prima,ſed multę aliæ hanc
pcceſſerint, quę aſcedūt pluſquā ad decē millia ſcuta.Vnde
ex his concludendū vī,ꝙ huiuſmodi donatio tanquā nō cor
reſpōdēs meritis donatariæ factaq; cōtra morē,d.Illuſtriſſ.
G.q caſtra cū talib.qualitatib.nō donabat,reddat nulla: &
ꝙ d. bona ab hærede eius auferēda ſint,ſeu auferri debeāt.

Verum q̃a abſoluto pręſēti reſpōſo certior redditus ſum,
caſtrū de quo ſuprà cū qualitatib.infraſcriptis,& ſupraſcri
ptis nō fuiſſe doctatū,ſed pretio ſcutorum duorū millium ven
ditum,& in dictam D.M.tranſlatum, operæ pretium eſt vi-
dere:ſi huiuſmodi contractus venditionis celebratus à præ
dicta Illuſt.domina tutrice de iure ſubſiſtat?& omiſſis nō ne
ceſſarijs,dicendum vī indubitanter,contractū ipſum nullū,
72 ꝙ probatur,Nā ad hoc,ut venditio rei immobilis pupilli,
vel minoris,valeat,neceſſe eſt,q̃ exiſtat vrgens cauſa alienā
di l.ob æs.C.de præd.minor.l.magis puto.§.ne paſſim.ff.de
reb.eo.Affl.in deciſ.249.in princ.Corn.in conſi.207.col.1.
vol.3.Paris.in cōſi.99.in princ.vol.1.& in cōſi.85.col.2.vo
73 lum.3.adeò † ꝙ non ſufficit, qđ in inſtrumento venditionis
allegetur,q̃ iuſta cauſa vendēdi fuerit ęs alienum,quoniam
neceſſe eſt,ꝙ creditores dicti æris alieni cū effectu vrgeant
ipſum pupillum,ſeu eius tutores, ad eis ſoluendum.l.tutor
vrgentibus creditorib.ff.de mino.& in d.§.ne paſſim,verſi,
ſi modò vrgeat creditor.& ibi Bar. qui inquit, ꝙ iudex dēt
habere cauſę cognitionem,an creditor inſtet, & petat ſibi
ſolui,qu a aliàs nō eſt ſibi ſoluendū,eſto ꝙ ſit creditor,& in
tātū hoc eſt verum,ꝙ dicūtCorn.in conſ.50.in prin.vol.3.
& Paris.in conſ.98.col.2.vol.1.ꝙ uerbis inſtrumēti dicenti
bus creditores inſtaſſe,& petiiſſe ſibi ſolui, non eſt ſtandū,
cum per ea non probetur inſtantia ipſa, & coactio, ex quo
aſſerunt a notario,tāquā d.à tutrice,&contrahente cū ipſo,
ſed in caſu de quo agitur,nō conſtat de præmiſſis:ergo &c.

74 Secundū requiritur,†ꝙ debitū pupilli ex bonis mobilib.
ipſius ſolui non poſſit.d.§.ne paſſim.& §.in primis, ea l.&
hoc adeo certū eſt,ꝙ dixit Ang.in auth.de eccle.reb.immo.
alie.quę refert,& ſequitur,Paris.in conſi.98.col 2.& 99.co
lum.1.ac ſequen.col.2.vol.1.& in cōſi.85.col.2.vol.3.Cor.
in conſi.50.in princip.uol.3.& in conſi.22.col.2. vol.4. qđ
75 † antequam procedatur ad venditionem rei immobilis mi
norum, debet liquere iudici per diſcuſſionem bonorum, ꝙ
in facultate minorum non erant bona mobilia, ex quibus
poſſit ſolui æs alienum, quod & voluit Afflic. vbi ſuprà.

76 Tertiò † vt dicta alienatio ualeret, opus eſſet,vt vendita
fuiſſet res minus damnoſa,vt per Affli.ubi ſupra.& Paris in
allegato conſi. 100.col. 1.ſed venditio huius caſtri modo
quo ſupra,& infra facta,multum eſt damnoſa;quia ultra qđ
ſint vendita taxa equorum,ordinariæ compoſitiones,& ex-
traordinariæ,prouentus,fictus,cēſus,prædia cultiua,& vi-
neata,prata,nemora,ac merum,& mixtum imperiū, & om-
nimoda iuriſdictio,ſunt etiam alienata pedagia, molēdina,
& venationes,cum iure pedagianti, molendi, & vendandi,
77 ac omnia,& quæcunq; regalia, † quæ non niſi ex vrgentiſſi
ma cauſa cōcedi poſſunt,vt per Affl.in rub.quę ſint reg.col.
9.nu.72.& Io.Ign.in l.neceſſarios.§.nō aliàs, in ver.nouiſ-
78 ſimè,nu.34.ff.ad Sillan.ac † cum clauſula ex certa ſcientia,
vel motus proprij, ut per Mart.de Laud.in c.1.col. 4.verſi.
nota tamen vnū,qui feud.dar.poſ. quē ſequitur Iaſ. in vſib.
feud.char.26.in fi.verſi.& circa,de quo alias latiſſimè dixi-
mus ſuprà in cōſ.1.& ſuper his,quæ ſunt de reſeruatis prin
cipi,ut in d.tit.quę ſint regal.Fuit ēt ei data facultas gratias
79 faciendi a pœna ſanguinis, † quæ ſolum poſt ſententiā ſpe
ctant ad principē.l.ad beſtias.ff.de pęn.Iſer.in c. 1.in verſi.
& bona committentium, col.2.quæ ſint regal.Affl.in d.c.1.
in princ.nu.43.& inverſi.pœnarum,nu.30. & Pariſ.de Put.
in tract.ſyndic.in verſi.compoſitio, colum.1. & in verſi an
pacta, quod & voluit Bartol.in l.relegati.ff.de pœnis,dum
80 inquit,ꝙ † relegato,uel miſſo in exilium, non poteſt dare
iudex licentiam veniendi,& reuertendi,ſed ſolusPrinceps,
& non alius. Dicit etiam Iſer.vbi ſupra quem ſequitur Pa-
ri in d.verſicu. compoſitio, & Thom.Gramma.in voto 35.
colu.

81 col.penu.ꝙ † princeps non poteſt remittere pœnam corporalem delinquenti ſine cauſa,nec etiam ꝙ intereſt parti pecunialiter:alias ſi id facit peccat mortaliter,cũ non id iure, ſed de abſoluta poteſtate faceret, ac etiam conceſſiæ com-
82 mutationes pœnarum corporalium, quæ † ſimiliter non niſi ex iuſta cauſa fieri poſſunt,vt latè per Luc.de Pen.in l. 1.C.de deſerto.lib.12.& Afflict. in d.c.1. verbo pœna. Iſer. in verſi.& bona committentium.col.2.& Thom. Gramma. in citato uoto 35.col.pen.quo caſu cum reperiatur multũ damnoſa hæc alienatio, inficiari non poteſt quin ea funditus reddatur nulla.
83 Quartò etiam fuit nulla: † quia poſt omnia ſupra ſcripta non interuenit decretum iudicis in dicta venditione.l.1.ff. de reb. eo. l.lex,quæ tutores. Codice de adim in.tuto.Affli vbi ſuprà.verſi.7.Paris.in conſi. ſupra citatis. Corn.in alle gato conſi.207.col.1.& 3.uol.3.Bald.conſi.258.in princip. vol.5.& in conſi.259.col.1.vol.4.Boer.q.80.col.2
84 Vltimò † non interuenerunt ſubhaſtationes,quæ tamẽ neceſſariæ ſunt l.2.§.ſi fine,iuncta gloſſ.ff.de mino.Affl.ubi ſupra verſi.8. Corn.conſi.94.litera D.vol.4. Paris.conſil.99. col.2.verſi.accedat,conſil.100.col.2.uolum. 1.vbi atteſtatur hanc eſſe communem opinionem.Corn.conſi.50.col.1. vol.3.vnde conſideratis his omnibus,quæ nullã penitus recipiunt dubitationem,concludendum arbitror,venditionẽ ipſam nullam,& ipſum d.F.hæredem matris,& tanquã malæ
85 fidei poſſeſſorem,quia † cõtra iura mercatus eſt,& qui nullum titulum validum habet,teneri ad reſtitutionem dicti caſtri,vnà cum fructibus perceptis, & percipiẽdis, ex no.per Bar.in l.ex diuerſo.ff.de rei vendi.Ang.in §.ſi quis à non domino,inſti.de rer.diuiſ.& per Pract.Papiens.in for.libel.in actione reali,in uerſi.ſimul cũ fructibus.Quod autem ſit malæ fidei poſſeſſor,& pro tali præſumatur,ſatis liquet ex cõmuni concluſione,quæ habet,ꝙ qui mercatur contra iuris diſpoſitionẽ,dicitur eſſe in mala fide,vt per Crauet. in cõſ. 134.nu.16.& 142.nu.12.& in terminis noſtris eſt tex.& ibi Doct.in l.1.C.de fide.inſtrumen.& iur. haſt. fiſca.lib.10. &
86 Soc.in conſi.22.colu.fi.vol.1.vbi expreſſe inquit,† ꝙ ſi extraneus emit rem pupilli,vel minorum ſine debitis ſolenni-
87 tatibus,emptio nõ valet d.§.ne paſſim,& talis emptor,† vt malæ fidei poſſeſſor tenetur ad fructuũ reſtitutionem,vt in d.l.1.C.de fid.inſtru.& iur.haſt.fiſca.& per l.2.& 3.C.ſi quis ignorans rem minoris,& dicit ibi Luc.de Pen. in fi. d.l.1.ꝙ immo non præſumitur tantum mala fides in eo, quod actũ eſt debitis ſolennitatibus non ſeruaris,ſed falſum id præſumitur,ꝙ agitur debitis ſoẽnitatibus prætermiſſis.per l.nul li.C.de numer.& actuar.lib.12. Laus Deo Opt. & Max.

Rolandus à Valle Iuriſconſul.

## *SVMMARIVM.*

*1 Iudex originis poteſt procedere per uiam inquiſitionis contra originarium delinquentem extra territorium, & nu.7.ubi eſt communis.& num.21.ubi declaratur.*
*2 Veritas magis attendi debet,quàm opinio.*
*3 Puniri quis poteſt de delictis in tribus locis.*
*4 Delicti ratione quis effici poteſt reus in tribus locis.*
*5 Contractus, & delicta quò ad ius fori parificantur, declara,ut in num.25.*
*6 Iudicis delicti ſicuti intereſt prouinciam malis hominibus purgare,ita & iudicis originis,uel habitationis,declara.ut in nu.23.*
*8 Iudex ſolus delicti per uiam inquiſitionis poteſt procedere contra delinquentem,& num.20.ubi eſt magis cõmunis.*
*9 Conueniri quis non poteſt ſine accuſatione.*
*10 Iudicis officium ulterius non extenditur, quam eius iuriſdictio extendatur.*
*11 Inquiſitio regulariter eſt prohibita, niſi in caſibus à iure expreſſis.*
*12 Inquiſitio ad publicam uindictam ulciſcendam tendit, quæ debet per patres ciuitatum ulciſci, & non occultari.*
*13 Iniuria fieri dicitur toto populo,ubi quis uulneratur.*
*14 Puniri quis in eo loco debet, ubi deliquit.*
*15 Incluſio unius,eſt alterius excluſio.*
*16 Iniuria uindicanda eſt, ubi plectibilis eſt orta præſcriptio.*
*17 Iudicium noſtrum debet ſe conformare cum iudicio Dei.*
*18 Deus,qui eſt ſupremus omnium,inquiſiuit ex officio ſuo contra delinquentes in territorio ſuo.*
*19 Apoſtolus non eſſe debet ſupra eum, qui illum miſit.*
*22 Iudex non debet imponere falcem in alienum territorium.*
*24 Banniti de una patria in alia honorantur.*

## CONSILIVM XIX.

1 QVæſtio iſta, quæ proponitur, † And.Prætor Vuadæ iudex originis domini Alexandri, potuerit contra eum inquirere pro homicidio per eum perpetrato in territorio Alexandrino? eſt valde dubia,ut per Alexand.in cõſ. 111.in 1.vol.col.1.do.meũ Rui.in cõſi.74.nu.9.volum.4.& Socin.Iun.in cõſ.76.nu.8.vol.3.ac Marſi.in pract. ſua crim. in §.cõſtante.nu.90.& in conſil.110.nu.15.cum ſequen. & Barba.in capitulo cum contingat.colum.7.in princip.de foro comp.quia legũ vertices vario modo in ea loquuti ſunt, & diuerſas,ac contrarias opiniones firmauerunt,ut per Pariſ.in conſilio 159.in princip.volum.4.iccirco,vt ipſius ve-
2 ritas habeatur, † quæ magis attendi debet,quàm opinio,ſecundum Paul.de Caſtr.in conſilio 33.in prima,& vltima colum.adducam primò nonulla fundamẽta, & deciſiones pro parte affirmatiua,deinde in medium afferam,quæ pro parte negatiua tàm per antiquos,quàm per modernos deducuntur,& allegantur.vltimò verò loco obiectis dabitur reſpõſum, ex quibus manifeſtè apparebit de veritate, & iuſtitia dictæ quæſtionis.

Primò etenim pro parte affirmatiua facit tex.in l.1.C.vbi
3 de crim.agi opor.vbi † de delicto quis poteſt puniri in tribus locis,primò, in loco commiſſi delicti. ſecundò in loco originis,vel domicilij, tertiò in loco litis conteſtatæ,vt ẽt in l.1.C.de iuriſd.om.iud.Abb. in capitulo cum contingat. colum.2.de for.comp.in conſil.24.col.2.volum.1.& Gand. in tract.ſuo malef.in rubrica, vbi puniantur delinquentes;
4 quia † ratione delicti quis poteſt effici reus in pluribus locis.ita Bald.in l.etiam.col.7.C.de execu.rei iud.& in conſi. 124.col.2.vol.5.ſed dominus Ale.inquiritur in loco originis,& domicilij,ergo &c.
5 Secundò accedit. † Nam quò ad ius fori parificantur cõtractus,& delicta.l.omnem.ff.de iud.§.hoc conſiderantes. in auth.vt omnes obed.iud.ſed ratione contractus quis poteſt conueniri in loco ipſius contractus,& domicilij,l.hæres abſens.§.fi.ff.de iud.ergo, & delinquens põt conueniri coram iudice originarij delinquentis.ita Salic.in l.1.in 3.q. C.ubi de crimi.agi opor.
6 Tertiò probatur hæc opinio.Nam † ſicut intereſt iudicis delicti purgare prouinciam malis hominibus l.congruit.ff. de offi.præſid.ita etiã intereſt iudicis originis,vel domicilij, caſtigare ſubditum,& purgare prouinciam ſimilibus hominibus,licèt alibi deliquerint.l.præſes.ff.de off.præſid.Bald. in d.l.etiam,& Abb.vbi ſuprà.
7 Quartò & vltimò iſtam partem amplexi, & ſequuti fuerunt.Cyn.diſputatione ſua Rector Ciuitatis Senarum, quẽ refert,& ſequitur Bar.in l.cunctos populos.colum.2.circa. fi.C.de Summ.Trin.& fid. catho. & ibi Bald.colum.penult. Barto.in l.ſi cui.§.fi.in fi.ff.de accuſa.dom.Pet. de Piſ.& do. Philip.de Caſali,de Regio.in conſ.311.inter conſilia Bal.võlum.4.Bald.in l.fin.colum. 2.in fin.verſiculo.circa tertiam. ff.de iuriſd.omn. iud. in l. 1. §.in initio. colum. 3.verſiculo ulterius nota.ff.de offi.præſid.in l.1.C.vbi de crim.agi.opo. in fin. du. ſe remittit ad not. per eum.in d.l.cunctos populos,& in lege etiam, in ſeptima columna.circa finem.Codice de execut.rei iud.Ioan. Andr. in capitulo primo de rap. Arch.in capitulo fi.de for.compet. Ioan.de Ligna. in clem. paſto-

paſtoralis,de re iud.Ange.in l.ſi vacantia.C.de bon.uacan. lib.10.& in diſputatione incip.Bononiæ bannitus.col.2.& in l.fi.ff.de iuriſ. omn. iud. Ange. in tract.maleſi. in verbo hæc eſt quædam inquiſitio,in verſi.quæro,an in delictis cõmiſſis,& in uerſ.exiſtens Florentiæ.in princip. & ibi Arim. Ana.in c.1.col.pen.de cler.percuſ.Abb.in c.cum cõtingat. col.2.poſt.But.de for.compe.& in conſi. 24.col.2.volu.1. Butr.in c.fi.de for. compe. Feli.in d.c.cum contingat.col. 1.Franc.in c.vt animarum.§ ſtatuo.in fi.de conſt.in 6.Guid. Pap.in q.202.& hanc partem ſequi cõmuniter Docto. Moder.tradit Bald.in conſi.124.colum.3.in princip.volu.5.& eam eſſe communem profeſſi fuerunt idem Bald.in d.l.cunctos populos.Ang.Arim in addit.ad Ange. in dicto verſic. quæro an in delictis.& Bolog. in conſil. 57.col.2. vbi dicit han eſſe communem,ueram,& approbatam, & ita fuiſſe iudicatum,refert Angel. in d.l.ſi vacantia, & Sylua.in conſil. 103.col.2.refert hanc eſſe communem.

Verùm præmiſſis non obſtantibus, quæ ſi rectè ponderentur non obſtant,in contrarium puto eſſe veritatem, quòd
8 † ſolus iudex delicti per inquiſitionem potuit procedere contra dictum dom.Alexandrum, & non iudex originis.

Primò,nullo iure cauetur, ꝙ originarius ratione delicti perpetrati extra iuriſdictionem ſui iudicis poſſit ab eo inquiri & puniri: ergo cũ lex aliqua hoc non dicat,debemus relinquere hunc caſum omiſſum diſpoſitioni iuris cõmunis.iuxta l.commodiſſimè.ff.de lib.& poſthum. quæ eſt qđ
9 † ſine accuſatione quis non conuenitur.l.reſcripto.§.ſi ꝗs accuſatorem.ff.de mune.& honor.igitur ſequitur quod ceſſare debet inquiſitio.
10 Secundò, † officium iudicis ulterius non extenditur,quã eius iuriſdictio extẽdatur,ut not.in l.1.ff.de iuriſ.omn.iud. ſed iuriſdictio huius iudicis Vuadæ non extenditur extra territorium ſuum.l.fin.ff.eodem titul.ergo &c.
11 Tertiò facit.† Nam inquiſitio eſt à iure regulariter prohibita,niſi in caſibus à iure expreſſis. l.2.§.ſi publico.ff.de adulter.Bartol.in l.congruit.ff.de offi.præſid.Mar. in cõſ. 110.nu.17.quia contra regulas iuris,quæ habent,ꝙ ſine accuſatione nemo damnatur.l.reſcripto.§.ſi ꝗs.ff.de muner. & hon.& ſimiliter cõtra ius diuinũ ꝓcedens ex ore Chriſti relatũ per Io.& in c.8.dum dixit,Mulier,vbi ſunt,q̃ te accuſant?& deficiente accuſatore,dixit,Nec ego te cõdennabo, vt per Maran.in ſuo aur.ſpec.in 6.par.cha.290.n.6.& char.
12 325.nu.5.Item † & tendit ipſa ad vindictam publicam vlciſcendam quæ debet per patres ciuitatum vlciſci,& non occultari.§.ꝙ ſi delinquentes, in auth.de mand.princ.& in §. ſancimus.in auth.de arm. coll. 6.Sed ꝑ delictũ homicidij ꝑpetratũ in territorio Alexandrino per dictum Dom.Alexandrũ originarum Vuadæ nulla facta fuit offenſa prætori dicti loci,ſed iudici loci perpetrati delicti, & toto populo
13 illius loci.l.ſi ꝗs.ff.de iniur.nã † vbi quis vulneratur, toto populo dicitur fieri iniuria:arg.l.ꝙ ſenatus.ff.de iniur.l.licitatio.§.ꝙ illicitè.ff.de publica.&omnibus redditur,quod vni pro voto omnium indulgetur.l.reſtituendæ.C.de aduo. diuer.iud.Vnde ex his ſequitur,ꝙ iudex originis nõ potuit per inquiſitionem procedere cõtra ſuum originarium, qui deliquit extra territorium, cum ſuam tantum iniuriam,& non alienam vindicare poſſit.l.iniuriarum.ff.de iniur.
14 Quartò facit,Nam † in loco,in quo quis deliquit, ibi iuri ſubiacere debet,& puniri l.1.l.ſi cui §.pen. ff.de accuſat. authen.qua in prouincia.C.ubi de crim.agi opor.l.deſertorem,in prin.ff.de re mili.Soc.Iun.in conſi.76.nu.6.vol.3.ergo non alibi;argumen.l.cum.prætor,ff.de iud.l.maritus.C.
15 de procur.ubi † unius incluſio,alterius eſt excluſio.bene
16 facit text.in c.ſi illic.23.q.4.vbi dicit Papa ibi,†Vindicetur iniuria,ubi plectibilis eſt orta præſcriptio.c. ſi peccauit.2. q.1.ubi inquit tex.vbi contingit malum,ibi moriatur.

Quinto accedit text.in capit.Deus omnipotens.2.q.1.& in capit.qualiter.el 2.de accuſat.qui inducitur hoc modo,
17 † iudicium noſtrum debet ſe cõformare cum iudicio Dei, capit.vt noſtrum,ut eccleſiaſti. benefi.& ſimiliter dixit Cicero de ſenect. In hoc ſumus ſapientes quòd naturam tan-
18 quam Deum ſequimur. Sed Deus † ipſe, qui eſt Princeps ſupremus inquiſiuit ex officio ſuo contra delinquentes in territorio ſuo; quia domini eſt terra,& plenitudo eius,optimo teſtante Propheta,& habetur in cap.tua de decim.Si ergo ſempiternus Deus ex officio inquiſiuit contra delinquẽtem in territorio ſuo,multò magis iudex terrenus debet inquirere de delicto commiſſo in iuriſdictione ſua, & non ex
19 tra,non enim † debet eſſe Apoſtolus ſupra eum, qui illum miſit. Ita Barbat.in d.cap.cum contingat.nume.35.verſic. præterea adduco.
20 Sextò † in terminis quæſtionis,ita decidunt Specul.in ti. de adit.iud.comp.§.1.& ibi Ioan.And.in addit.incip. antequam.in uerſicu.longè plus.Oldr.in d.l.cunctos populos, Odoſ.in diſputatione relata per Ioan. And.ubi ſupra, & in l.fi.C.de iuriſd.omn.iud.& ibi Iac.de Beluiſ.& Guil.de Cuneo.Idẽ de Beluiſ.in l.1.C.vbi de crim.ag. opor. Bal.in l.1. C.de ædili.actio.in addit.ad Spec.in tit.de ſententia.in verſ. ſententia lata ex inquiſitione, in repetitione magna.d. l.cũctos populos,char.antepenult.verſic.de ſecundo membro, ut citat dominus meus Rui.in conſi.74.num.9.uol.4.in cõſi.292.uolu.4.& in conſi.124.col.2.uol.5.vbi refert,ꝙ olim ita ſeruabatur de facto,& ita tenebant Docto.antiqui.Sali. in l.ſeruos.C.ad l.Iul.de vi pub.Bonifa.Vitali.in tracta.maleſic.in tit.de inquiſi.num.54.Gand.in fin.ſui oper.in loco de quo ſuprà.Barb.in c.cum contingat.nu.26.vſque ad 33. de for.compe.Vber & Ray.in l.4.in princ.ff.de dam. infec. quos refert,& ſequitur Homod.in conſi.128.Feli.in c.cùm à nobis.de ſenten.excommunic.in 4.quæſt.Marſ.in l. fi.nu. 53.cum ſequ.de iuriſ.om.iud.in conſi.14.nu.9.cõſi.57.col. pen.conſi.67.colum.penul.& conſi.110.num.15.cum ſequ. Paris.in conſi.159.col.2.uolum.4.& in conſi.169.num.17. volum.eo.Marc. Anto. Maraſco.in rep.capit.ut animarum. §.ſtatuto,de conſtit.in 6.Boer.in deciſ.270.per totum.Azo. ut refert Bald. in l.fi.ff.de iuriſdict. omn.iudi.columna 3.& hanc eſſe communem opinionem atteſtatus eſt Alberic. de Roſa in tract.ſtat.in 3.par. quæſt. 36.& magis communem faſſi ſunt.Bologni. ſibi contrarius in conſi. 8.col. 2.Marſ.in dict.§.cõſtante.nu.90.& Thom.Gramma.in deciſ.26.col.3. & 4.in fin.& idem dixit Bald.in conſilio 393.colum. fin. volum.1.quem ſequitur Boer.ubi ſuprà,tutius eſſe procedendum in loco originis, uel domicilij,ſi ibi delinquens accuſetur,& procedatur per accuſationem,& nõ per inquiſitionem iudicis officio,ut fit quotidie inſtãte procuratore Domini loci domicilij, & miror ꝙ Sylua.in d.ſuo cõſi.103.ita ſupinè dixerit,ꝙ crebrior opinio ſit contra hanc partẽ negatiuam;q̃a & pondere & numero præualent Doct.tenentes hanc ſententiam,& maximè hoc dicendum uenit,cũ Bologn.Marſil.& Grammat.atteſtentur hanc magis communem,quos credo eum non vidiſſe,& iſtam partem in practica eſſe ſeruandam credit Barba.ubi ſupra,tanquàm æquiorem,& fulcitam fortioribus rationibus.

Non obſtant adducta in contrarium; quia ad primum ar
21 gumentum reſpondetur, quod † illud procedit per viam accuſationis,ut in ſpecie dixit Homod.in d.conſil.128.vbi propriè dixit,nam licèt aliàs per viam accuſationis in loco originis cõtra criminoſũ poſſit ꝓcedi.l.1. C. vbi de crim. ag.opor.non tamẽ per viam inquiſitionis, ad quam procedere debet fama publica loci delicti.l.iuſtiſſimos.C.de off. rect.prouin.quã ſumere non poſt iudex originis reſpectu loci delicti.l.fi.ff.de iuriſd..omn.iudic. Cùm ad ipſum condeſcendere oporteat.l.4.in princ.ff.de damn. infec.ꝙ face-
22 re non poteſt,cùm† in alienũ territoriũ falcẽ imponere nõ debeat.l.fi.ff.de off.pręfec.vrb.& in l.3.ff.de acq.rer.domi. & ita ẽt reſpondent Gand.vbi ſuprà.col.pen.in fin. Alb.de Roſa.in dict.quæſt.36.Odofr. in d.l.1.in princip. & fin. C. vbi de crim. ag. opor. & Boer. in citata deciſione. 270.colum.2.in fi.
23 Secundò non obſtat,quòd†expedit Reipub.purgare prouinciam malis,& delinquẽtibus, quia dictum illud reſtringitur ad ibi delinquẽtes,ſecus ſi alibi delinquerunt,& in loco domicilij honeſtè uiuant;quia ſufficit,quòd iudex domicilij ſit paratus reddere ius conquerentibus,de illic delinquentib.& pro hoc benè facit tex.valdè ſingularis.in l.2.§.

poſteà

poſteà deinde.ff.de orig.iur.& ibi Bald.vbi per illum tex.di
14 cit,quod † banniti de vna patria,honorantur in alia,& hoc quia banniti nõ ſunt infames,ut dixit Glo.in l.1.C.de mod. mulcta. & in l.fi.C.de ſuſpec.tuto. & iſtud probatur in d.l. congruit, vbi dicitur, ꝙ congruit bono, & graui Præſidi, vt pacata,& quieta ſit prouincia,quam regit,& ſic loquitur de prauis hominibus inquietãtibus prouinciam delinquendo;& ſic per conſequens loquitur contra delinquentes in illa prouincia,ergo ſecus ſi alibi delinquant,quia ex tali delicto non offenditur prouincia domicilij,nec efficitur impacata,& inquieta,& ſic rectè intelligendo illum tex.facit cõtra opinionem Cy.Bartol. & aliorum.Ita Barba. in d.c.cum contingat.num.31.cum ſequenti.

15 Similiter ad tertium dicitur,quod † licèt quo ad ius fori parificentur contractus,&delictum,tamẽ iſta parificatio debet admitti cum qualitatibus ſuis:& ſic ꝙ ſicut contrahens poteſt conuenire debitorẽ in loco contractus,& domicilij per d. l.hæres abſens. §. fina. ita & delinquens habet poſſe conueniri in loco delicti,& domicilij, non autem qđ iudex domicilij poſſit contra originarium delinquentẽ extra territorium ſuum per inquiſitionem procedere,quia nemo ſine accuſatore damnatur.d. §.ſi quis accuſatorem . Item & quia parificatio non eſſet æqualis , ita Gand.vbi ſupra.col. penult.in fin.verſicu.ſolutio . Et ſic ex his remanet firmata concluſio,quòd iudex originarius ſtante proceſſu inquiſitionali inchoato per iudicem delicti,non potuit inquiſitionem prædictam formare contra dictum dominum Alexan. originarium loci Vuadæ. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſul.

## SVMMARIVM.

*1 Pupilli,viduæ,& miſerabiles perſonæ in prima inſtantia cõuenire poſſunt aduerſarios coram principibus ſuis,& nu. 4.dummodo ſint pauperes , ut nu.8.ſed contra nu.10.ſed ueritas in contrarium ſecundum communem,ut num.12. 18.& 20.*

*2 Regum eſt omnibus iuſtitiam facere, oppreſſos liberare de manibus calumniantium,& pupillis,viduis, & peregrinis ſuum præbere auxilium,& fauorem.*

*3 Principes ſunt patres , & defenſores miſerabilium perſonarum.*

*5 Iudex pro miſerabilib.perſonis poteſt interponere eius officium in dando eis tutores,quamuis imploratũ non eſſet.*

*6 Priuilegium conceſſum viduis intelligitur de uitam honeſtam ſeruantibus.*

*7 Vidua honoranda eſt, quæ verè uidua eſt , non quæ delicijs uacat,quæ uiuens mortua eſt.*

*9 Pupillus,vel orphanus,tunc inter miſerabiles enumeratur, quando eſt pauper, & non aliter.*

*11 Vidua oppreſſa quamuis diues habet beneficium conueniendi immediatè ſpoliatorẽ ſuum coram iudice eccleſiaſtico.*

*13 Cauſa miſerabilium perſonarum,ut ſunt viduæ, & pupilli licet dicatur ſummaria,& cognoſci debeat de plano,ſine ſcriptis,& ſolutione ſportularum , tamen illud procedit in uiduis,& pupillis pauperibus,ſecus in diuitibus , quia tunc non dicuntur miſerabiles,nec earum gaudent priuilegio.*

*14 Iudex, & ſi inquirere poſſit pro iniuria illata pupillo , uiduæ,& ſic miſerabilibus perſonis, hoc tamen ſane intelligi debet de pauperibus,alias ſecus.*

*15 Aduocatus pauperum tenetur etiam pro pupillis aduocare, quando ſunt pauperes,ſecus ſi diuites, quia tunc non dicerentur miſerabiles .*

*16 Viduæ,& miſerabiles perſonæ quando dicantur ſub protectione eccleſiæ.*

*17 Iudex eccleſiaſticus eſt protector , & defenſor viduarum, & pupillorum.*

*19 Paupertatem allegans,illam probare tenetur,*

*21 Declaratio ad cap.ex parte B.de for.compet. & nu.22*

## CONSILIVM XX.

1 QVoniam † pupillis , & viduis conceſſum eſt ab Imperatoribus priuilegium aduerſarios ſuos trahendi immediatè coram tribunalibus ſuis , ut in l.1. C.quan.Imper. inter pupillos,& viduas,ac ſimiliter miſerabilib.pſonis,ut ſenibus decrepitis, & diuturno morbo fatigatis,debilib.ac alijs omnib.de quib. mouetur natura ad miſerandum, ut ꝑ Azo.ſum.eiuſdem tituli.quem referunt,& ſequuntur Soc.in c.ex tenore,colum.1.de for.compet.& Affl.in deciſ.257.in princip.& per Odof.in rubrica ipſius tituli,ac pleniſſimè vltra alios per Inn.in ca.ſignificantibus , de off.delega. ubi inter miſerabiles , multos alios enumerat:quia † Regum eſt,
2 omnib.iuſtitiam facere,& liberare oppreſſos de manib.calumniantium,& pupillis,uiduis, & peregrinis ſuum ualidè præbere auxilium , & fauorem, ut in c.Regum 23. q.5.cũ
3 † talium perſonarum ſint patres,atq; defenſores, ut in §.fi. in authent. ut hi qui oblig.ſe per.hab. res mino.Iccirco in præſenti conſultatione uidendum erit , an Magnificæ dominę Iacobinæ Mariæ competat beneficiũ trahendi d.Ambroſiũ Mariam eius filiũ coram Auditorio,& ſacro conſi.Ducali,& Marchionali Montisferrati: & prima facie uidetur di-
4 cẽdum,ꝙ ſic,quia † pupillis,& viduis,quæ in hoc priuilegio æquiparantur,ut in d.l.1.competit hoc beneficiũ; quia miſerabiles perſonæ,ut de pupillis dixit Alexand.in l.1.col.2.
5 ff.de iuriſdict.omn.iud.ubi † inquit,quòd iudex pro miſerabilib.perſonis,prout ſunt pupilli , poteſt interponere officiũ in dando eis tutores,quamuis non eſſet imploratum, ut in l.Titiæ textores.col.2.in fi.verſic.item quia cauſa pupillarum.ff.de lega.1.& de vidua,vt per Abb.in c.licèt. de for. compe.Bald.de Bertol.in l.1.n.464.ff.ſolut.matr.& de vtriſque in d.l.1.& Azo.ubi ſuprà,ac Doct.in cap.ex tenore,de for.compe.ſed dicta domina Iacobina eſt uidua : ergo &c. & maximè hoc dicẽdum uenit,cũm ipſa ſit nobilis,pudica, & bonis moribus ornata,ut per Iſer.in conſtit. reg.in conſtitut.ſtatuimus,& Afflic.in conſtit.lege præſenti col.2.Neuiza.in Syl.ſua nup.char.25.col.3.& Fely.in c.ſignificantibus de off. delegat. per §.ſi uerò, in authen. quibus.mod.
6 nat.eff.ſui, col.7.ubi † priuilegium cõceſſũ uiduis, intelligitur de honeſtam uitam ſeruantib.& per Bald & Sali.in l.his ſol is.C.de reuocan.donatio.Socin.in d.c.ex tenore , in fin. Feli.in c.ſignificantibus,de off.delega.col.2.ac Luc.de Pen.
7 in l.3.colu.2.de priuileg.ſcho.lib.12.ubi † dicit illam eſſe uiduã honorandam, quæ verè uidua eſt,non quę delitijs vacat,quæ uiuens mortua eſt, ut prima ad Timoth.ca.6.nam , non luxuriantibus,ſed pudicis,lex poſita eſt.d.§.ſi uero,latè per Didac.in lib.varia.reſol.c.7.col.2.
8 Nec habet obſtare, † quòd ex aduerſo obijcitur , dominã Iacobinam non eſſe miſerabilem ,quia quamuis uidua, non tamen pauper;& ideo cum in ea non ſit qualitas paupertatis,quod frui,& potiri non debeat huiuſmodi priuilegio,vt per Spec.in titul.de inſtru.edit.§.nũc verò,& verſi.& ſcias,
9 el 2.& Alexand.in cõſi.121.col.fi.vol.1.vbi inquit:ꝙ † pupillus uel orphanus tunc enumeratur inter miſerabiles perſonas,quãdo eſt pauper,& non aliter,ut per Card. & Imol. in c.ſignificantibus,de off.delega.quia reſpondetur,ꝙ quamuis uidua diues ſit,tamen miſerabilis perſona dicitur,vt ꝑ Inno.in c.ex parte B.de for.comp.Azo.in fi.tituli quan.imper.inter.pupil.&ſe.Alberic.de Roſa.in d.l.1. Andr.de Iſer. in conſt.ſtatuimus,& Card.in dict.cap.ſignificantibus , vbi
10 dicit † ꝙ uidua quamuis diues, dicitur perſona miſerabilis habitu,c.ex tenore de for.compet.& hoc reſpectu iudicij, in quo nõ poteſt proprias cauſas adminiſtrare,ſed per aliũ. Neuiz.in ſua Syl.nup.char.25.col.3. in princip. & quod vidua ſimpliciter habeat priuilegium illius l.uoluit Bal.in cõſilio 449.uol.5.& melius probatur in d.c.ex parte, ubi illa Regina vidua egit poſſeſſorio corã iudice eccleſiaſtico, & tamen non conſonat,ꝙ Regina illa eſſet pauper:& ideò di-
11 cunt ibi Doct.ꝙ † vidua oppreſſa quamuis diues habet beneficium conueniendi immediatè ſpoliatorem,ſuum corã iudice eccleſiaſtico,nulla data negligentia iudicis ſæcularis,quæ alias requiritur,ut in c.tranſmiſſa, de for. compet.

Sed præmiſſis non obſtantibus, altera opinio eſt de iure
12 ſuperior, quoniam indubitata eſt iuris concluſio, quòd † ad hoc, vt vidua, uel pupillus poſſit gaudere beneficio d. l. requiritur quòd vidua, uel pupillus ſit pauper, & nõ diues, ut voluerunt Inno. Abb. Imol. Card. Felin. & Barb. in c. ſignificantibus, de offi. delega. Spec. in d. titul. de inſtru. edit. §. nũc ve rò, verſi. & ſcias, & Alexan. in citato cõſi. 121. colum. fina. volum. 1. & in l. 1. ff. ſolut. mat. in illo articulo an cauſa dotis poſſit agi coram iudice eccleſiaſtico. Iaſ. in l. Titię textores. de lega. 1. Tiraquel. in l. ſi unquam. in verbo facultatum. colum. 2. in princ. C. de reuocan. donatio. & Rip. in d. l. 1. num. 48. vbi atteſtatur hanc eſſe communẽ. & in terminis de quibus agitur, ita tenuerunt And. de Iſer. in conſti. regn. in cõſt. ſtatuimus, & Affl. i cõſtit. lege præſenti. in 2. nota. & in cõſt. ſtatuimus, in 3. notab. Maran. in ſuo aur. ſpecu. in 4. part. ch.
13 204. num. 78. & ſequen. ubi tradit, quod † licet cauſa pauperum, & miſerabilium perſonarum, prout ſunt uidua, & pupilli, dicatur ſummaria, & uideri debeat de plano ſine ſtrepitu, & ſolutione ſportularum, ut eſt tex. in §. ſit tibi quoque in aut. de manda. princ. col. 3. & ibi Ba. & Docto. & ſimiliter iſtæ perſonæ miſerabiles poſſint trahere ſuos aduerſarios coram Imperatore, & facere cauſas earũ decidi ab ipſo Imperatore. d. l. 1. tamẽ illud procedit in pupillo, & vidua pauperib. ſecus diuitibus; quia tũc nõ dicuntur miſerabiles perſonæ, nec gaudent earũ priuileg. Idem Maran. in 6. part. col.
14 334. nu. 232. & ſequen. vbi inquit † quòd & ſi iudex poſſit inquirere pro iniuria illata pupillo & viduæ, & ſic miſerabilib. perſonis, hoc tamen ſanè intelligi debet, quando ſumus in pupillo, vel uidua paupere, alias ſecus. Idem dixit And. de Iſe. in cõſt. reg. hac lege præſenti, & ibi Affl. colum. 2. ac in cõſtitutio. ſtatuimus. in 3. notab. & Rebuff. in conſt. regn. Franti. de ſent. prouiſ. arti. 3. glo. ult. nu. 3. & Paul. de Caſt. in rub. d. ti. C. quan. Imper. in fin. vbi dicit, quod tũc pupilli, & orphani dicuntur miſerabiles perſonæ, & habent priuilegiũ ex illa lege quando ſunt impotentes, & non habent defenſorem, ut plenè per Innoc. in d. ca. ſignificantiib. vbi idẽ tenet. & ideo nõ mirum ſi dixit Bar. in dic. l. 1. in fi. quòd an pupilli, vel viduæ dicantur miſerabiles perſonæ, relinquitur arbitrio iudicis, quaſi uoluerit inferre, quod non omnes pupilli, & uiduæ dicantur miſerabiles perſonæ.

Accedit quoque pro confirmatione præmiſſorum, quod not. Affl. in conſtitutione lege præſenti. in 2. notab. ubi in-
15 quit, † quod Aduocatus pauperum tenetur etiam aduocare pro pupillis, id eſt, pro pupillis pauperibus; aliàs autem ſi ſint diuites nõ; quia tunc non dicerentur miſerabiles perſonæ, per not. per Docto. in dict. capit. ſignificantibus, ac Specul. Alexand. & Iſer. ubi ſupra, & idem ſubdit in tertio not. de vidua.

Vltimò facit, quod uoluit Butr. in ca. ex tenore. col. 2. de
16 for. comp. ubi dicit, † quòd licèt dicatur, quòd uidua, & miſerabiles perſonæ ſint ſub protectione eccleſiæ, tñ aduertẽdũ eſſe, quod quædam ſunt miſerabiles perſonæ: & oppreſſæ quædam miſerabiles, ſed nõ oppreſſæ, nec pauperes; & quædam non miſerabiles, ſi miſerabilis perſona eſt oppreſſa, ſtatim eſt ſub foro eccleſiaſtico, & immediatè abſque negligẽtia iudicis ſæcularis. ſi miſerabilis, & non oppreſſa, ſed pauper, & idem; quia immediatè ſubmittitur iudici eccleſiaſtico, ut coram illo agere poſſit, ut no. in cap. ſignificantibus. de off. delega. ſit verò ſi perſona miſerabilis, ſed non oppreſſa, nec pauper, & tunc non poteſt adire iudicem eccleſiaſticum immediatè, ſed ſolũ in negligentiã iudicis ſæcularis. ſi ergo in caſu de quo ſuprà miſerabilis perſona, quæ nõ eſt pau
17 per, non poteſt adire iudicẽ† eccleſiaſticum protectorẽ, & defenſorẽ uiduarũ, & pupillorum, vt in c. 1. §. 1. ne cler. uel mona. & per Albe. in d. l. 1. col. 1. & doct. in d. c. ex tenore, ergo idem dicere debemus in caſu de quo agitur, ut uidua dives, & non pauperò debeat gaudere beneficio d. l. Hoc idẽ uoluit in effectu Abb. ibi in 1. notabili, ubi formaliter inquit, nota primò quòd licèt uidua ſit ſub protectione eccleſiæ c. ſuper qu ibuſdam. de uerb. ſignifi. & 80. dictio. per totum, tamen non poteſt alium conuenire coram iudice eccleſiaſtico in petitorio, non data negligentia ſæcularis, quòd tamen intelige, quando eſt tantũ uidua, ſecus ſi uidua, & pauper, uel uidua, & oppreſſa, quia ſecus, per not. in dict. cap. ſignificantibus. ſubdens ita intelligedũ eſſe d. capit. ſuper quibuſdã.

Non obſtant, modò ex aduerſo allegata; quia reſponde-
18 tur, † quod adducta in cõtrariũ poſſunt militare in viduis, uel pupillis pauperib. ſecus, ſi in diuitib. ut eſt perſona dictæ dominæ Iacobinæ, quæ talis præſumitur, cum de cõtrario non edocuerit, iuxta not. per Alex. in citato conſi. 121.
19 col. fi. uol. 1. Nam † qui ſe fundat in paupertate, tenetur illam probare, cum ſit fundamentum intentionis ſuæ, gloſ. in l. ſi uerò. §. qui pro rei qualitate, vbi Paul. de Caſt. Ale. & Iaſ. ff. qui ſatiſda. cog. Affl. in deciſ. 377. colum. fina. & Rui. in conſilio 81. col. 2. vol. 5.

20 Non obſtant anctoritates ſupra citatę, quia † dicitur, communem opinionem eſse in contrarium, ut ſatis patet ex deciſ ſuprà relatis.

Similiter non obſtat capitulum ex parte B. quia duobus
21 † modis reſpõdetur, & primò quod licet tex. ille loquatur in Regina, tamẽ quòd etiã poteſt dici Regina, pauper inſpecta perſona ſua: arg. l. ſed ſi ſuſceperit, in verſic. modica. ff. de iud. ita reſpondeta d illum tex. Dec. in ca. cęterum. col. 10. uerſi. non autem de iud. Tiraquel. in l. ſi vnquam. in verbo facultatum col. 2. de reuocan. dona.

Vel & ſecundò melius reſpondetur † quod tex. ille lo-
22 quatur in uidua oppreſsa, & ſpoliata, quæ quamuis diues, poteſt agere immediatè coram eccleſiaſtico iudice, etiã nulla data negligentia iudicis ſęcularis; quia hoc inductũ fuit in fauorem uiduarũ oppreſsarum, & cõtra ſpoliatores, ac in eorum odium. Ita Innocen. in d. c. ex parte B. & ibi Abb. col. pen. verſi. uenio ad gloſ. & Butr. col. 2. quia tunc vidua cenſetur eſse de foro eccleſiaſtico quò ad habitum, & actum, ita Doctores ibi, ſed in caſu de quo agitur, domina Iacobina quamuis vidua, non eſt oppreſſa, nec ſpoliata, ergo; &c. & ſic patet quòd malè allegatur Innocen. in d. c. ex parte B. ad terminos q. p ropoſitæ. Vnde ex his concludendum arbitror, ſupradictam dominam Iacobinam beneficio dictæ l. primæ gaudere non debere, alio non edocto: ſed ſi filium trahere uult in petitũ examen, quod illum conuenire debet coram domino Vicario ciuitatis Caſalis eorum iudice ordinario. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

1 *Actio perſonalis, quæ oritur ex pacto de retrouendẽdo, licèt ſpatio triginta annorum tollatur, tamen fallit quando in promiſſione de retrouendendo actum fuit, quòd uenditor poſſit rem uenditam quandocunque redimere, & nu. 23. ſed contrà num. 24. 28. 41. & 42. ſecundum magis communem.*
2 *Actio redhibitoria licèt ſit ſemeſtris, tamen ſi ſit conuentum, ut perpetuò fiat redhibitio, ualet, declara tamen ut in num. 44.*
3 *Verbum quandocunque, uel perpetuo, appoſitum in promiſſione operatur, ut non currat præſcriptio ſtatutaria, uel legalis, ſed contrà nu. 43.*
4 *Verbum quandocunque, eſt uniformiter comprehenſiuum omnium temporum.*
5 *Contrahentes cenſentur habere notam diſpoſitionem iuris communis.*
6 *Fideiuſſor ſimplex de iudicio ſiſti licèt liberetur lata ſententia, tamen ſi promitta quandocunque ſiſtere, tenetur etiam poſt ſententiam. declara, ut in nu. 49.*
7 *Contrahentium uerba ubi ſunt apta ſignificare, infinitatẽ, tunc infinitas admittitur, declara, ut in nume. 50.*
8 *Quod amplia procedere etiam ſi ex multiplicatione actum damnum poſſet multiplicari, vel intereſſe.*
9 *Verbum quandocunque, eſt aptum ad infinitatem.*
10 *Item, & uerbum totiens.*
11 *Promittens aliquem præſentare toties, quoties fuerit requiſitus, non liberatur bis eum præſentando.*

12 Nota-

*12 Notarius cautus eſſe debet,ut faciat promittere fideiuſſorẽ de ſiſtendo toties, quoties.*
*13 Præſcribi non poſſunt,quæ ſunt meræ facultatis,declara,ut nu.51.*
*14 Præſcribi non poteſt facultati eundi per uiam publicam.*
*15 Conſuetudo non introducitur in his , quæ ſunt meræ facultatis ex longæua obſeruantia,declara,ut in nu. 52.*
*16 Contrahentium mens attendi debet.*
*17 Syllaba in contractu non debet eſſe ſuperflua.*
*18 Emptor promittens quandocunque retrouendere, cum ſcit ſe obligatum,dicitur eſſe in mala fide,ſi nõ retrouendit.*
*19 Mala fides impedit præſcriptionem,& perſonalem ſecũdũ communem,declara,ut in nu.53.& 55.& 57-*
*20 Vbicunque aliquid eſt diſpoſitum clarè de iure canonico, illud etiam ſeruari debet in foro Cæſaris, ſi agitur de materia peccati.*
*21 Emptor,qui eſt in mala fide,non poteſt præſcribere pactum de retrouendendo.*
*22 Verba,omni tempore,tollunt præſcriptionem.*
*25 Promiſſio de ſemper ſoluendo præſcribitur ſpatio triginta annorum.*
*26 Actioni de dote præſcribitur ſpatio triginta annorum.*
*27 Dotis cauſa ſemper & ubique fauorabilis eſt.*
*29 Ruſticitati conſultum eſt in caſibus à iure expreſſis.*
*30 Actiones perpetuæ etiam uocantur,quibus preſcribitur ſpatio triginta annorum.*
*31 Verbum perpetuò,quò ad effectum agendi tollitur ſpatio triginta annorum.*
*32 Lex in dubio per uerba perpetuò,uel in omni tempore , non uidetur tollere præſcriptionem.*
*33 Præſcriptio longiſſima,non tollitur per uerba nulla præſcriptione obſtante,prolata à contrahentibus,uel à teſtatore.*
*34 Statutum diſponens , quod nulla præſcriptio apponi poſſit non tollit præſcriptionem triginta annorum.*
*35 Actio præſcriptis uerbis , uel ex uendito oritur ex pacto de retrouendendo quandocunq;, quod declara,ut in nu. 48.*
*36 Præſcriptioni per pactum renuntiari non poteſt . & nu. 47.*
*37 Pactum non ualet,quod ſine præfinitione tẽporis,& ſic uſq; ad infinitum emptor non teneatur retrouendere.*
*38 Præſcriptio triginta annorum odioſa eſt & nu.46.*
*39 Præſcriptiones longiſſimi temporis introductæ ſunt contra deſides,& ſui iuris contemptores.*
*40 Iura ſubueniunt uigilantibus,& non dormientibus.*
*45 Actiones perſonales tolluntur ſpatio triginta annorum.*
*54 Notitiam habens rei alienæ dicitur eſſe in mala fide.*
*56 Iuri adeundi,ſeu immiſcendi præſcribitur ſpatio triginta annorum.*
*58 Lucrum perdere,& damnum pati,paria non ſunt.*
*59 Ius quærendum facilius tollitur,quam ius quæſitum, & radicatum.*

## CONSILIVM XXI.

VIſis his,quæ in facto proponuntur , & in iure allegan-
tur, prima facie dicendum videtur , quod magnifica
domina Iſabella Fontana,exceptione præſcriptionis trigin
ta annorum non excludatur à pacto de redimendo domũ ,
1 de qua agitur:quoniam † & ſi actio perſonalis , quæ oritur
ex ipſo pacto,tãto tempore tollatur, ſecũdum Ang.in cõſ.
55.col.2.per l.ſi quis emptionis,& l.ſicut C.de præſcr. tri-
gin.anno & per Alex.in cõſ.228.col.fi.uol.6.& Rui. conſil.
167.nu.15.vol.1.& in conſ.71.nu.7.uol. eo.tamen conclu-
ſio ipſa locum habere non uidetur,cum expreſsè in promiſ
ſione dictum ſit,quod uenditor poſſit illam quandocunque
redimere,quod primo probatur ex l.quod ſi nolit.§.ſi quid
2 ita. ff. de ædil. edic. vbi † licèt actio redhibitoria ſit ſeme-
ſtris,ſi tamen cõuentum fuerit,vt perpetuò fiat redhibitio ,
valet conuentio.& ideo per illum tex.dicunt Bal. & Ange.
ibi,& in l.1.vbi etiam Imol.ff.de vſucap.& Soc.in conſ. 86.
col.fi.verſ.2.probatur.vol.1.Barba.in conſ.51.col. 11.vol.
3 1.Ant.de Petr.in l.1.nu.218.ff.de iureiur.quod † vbi in pro-
miſſione verbum apponatur quandocunque uel perpetuò,
non currit præſcriptio ſtatutaria,vel legalis.Cùm ergo di-
cta domina Iſabella ; pactui conuenerit cum magnifico do
mino Auguſtino de Burgo de redimendo domũ ipſam quã-
docunque ſibi placuerit , certè dicendum videtur,quod ei
obſtare non habeat exceptio dictæ præſcriptionis trigin-
ta annorum oppoſita , ſed quod ſit in mera eius facultate
4 reemere illam quandocunque ſibi videbitur;† quia dictum
verbum eſt vniformiter comprehenſiuum omnium tempo
rum,vt ſic ſit idem quolibet tempore,vt declarat Bal. in l.ſi
quis ad declinandam.col.3.verſ.reſtat dubium.C. de epiſc.
& cleri.facit tex.in l.cũ debere,ff.de ſeruit.vrba.prædi. vbi
verbum perpetuo comprehendit omne tempus.Rui.in cõſ.
121.nu.9.vol.3.

Secundo probatur hæc opinio per tex.in l.2. C.de pact.
inter empt.& vendit.vbi habetur, quod per verbum quan-
docunque,poſitum in illo tex.competit venditori omni tẽ
pore actio præſcriptis verbis,vel ex vendito ad cogendum
emptorem retrouendere.& ita per illum tex.not.ibi Bal.&
in margar.ſua in verbo præſcriptio,in princ. cùm igitur in
caſu noſtro ita actum eſſe comperiatur, quod quandocun-
que poſſit redimere,certè ſequi videtur , ꝙ tali pacto præ-
ſcribi non poſſit:quia ad alium finem non videtur appoſitũ
dictum verbum,niſi vt impediatur præſcriptio:cùm veriſi-
5 milè ſit quod contrahentes,† qui habent notam diſpoſitio
nẽ iuris , l. leges ſacratiſſimæ,C.de legibus. diſponendo ꝙ
ſpatio triginta annorum tollantur actiones præſcriptis ver
bis,& ex vendito , quæ oriuntur ex pacto de retrouenden-
do,ideo legem contractui ipſi apponere voluerunt l. 1.§.ſi
conuenerit,ff.de depo.vt impediretur dicta præſcriptio.

Tertio facit;quod voluit Bart.in l.ſi quis reum,de cuſto.
6 reor.vbi vult † quod ſimplex fideiuſſor de iudicio ſiſti libe-
retur lata ſententia, & ſic præſcribatur actioni contra eum
dicto tempore , tamen ſi promittat quandocunque ſiſtere,
tenetur etiam poſt ſententiam , & ſic impeditur dicta præ-
ſcriptio,vt illud verbum quandocunque,operetur.& Bart.
ſequitur Rom.in l.græcè,§.& poſt litem.ff.de fideiuſſ.Alex.
in l.ſi finita,in prin.ff.de damn.infec.& Crem.in not. 11.idẽ
voluit Marſ.in rub.de fideiuſſ.nu.140.

7 Quarto facit,† vbicunque verba contrahentiũ ſunt apta
ſignificare infinitatem, tunc infinitas admittitur l. ſi ita ſti-
pulatus à Seio,& ibi Bart.de fideiuſſ.Alex.in conſ.145.col.
1.uol.2.quem ſequitur Marſ.in rub.ff.de fideiuſ.nu.100.vbi
8 † ſubdit, hoc etiam eſſe verum, ſi ex multiplicatione actuũ
multiplicari poſſet damnum, vel intereſſe , vt probatur in
d.l.ſi ita ſtipulatus,ſecundum Ioan.de Imol.ibi,qui hoc exẽ
plificat in dictione quandocunque,quia tunc toleratur infi
nitas ex mente diſponentis.Idem Alex.in l. ſi Stichum. §.1.
col.2.verſ.nec obſtat,ff.de verb.obliga.per l.cum quidã. ff.
9 de vſur.ſed dictum † verbum quandocunque , eſt aptum ad
infinitatem,vt per Alex.in conſ.145.col.1. verſ. ſed hoc nõ
obſtãte,vol.2.Idem dixit Bar.in l.qui bona.§.fi.ff.de damn.
10 infec.vbi Imol.& Alex.vbi † inquit quod verbum quando-
cunque,& toties,importat infinitatẽ,& ideo dixerũt Imol.
Roma.& Alex.in l.ſi finita in princ.ff.de damn.infec. repre
hendentes Ang.ibi,& in l.2.§.redhiberi , de cuſto. reo. qui
11 voluit,† quod qui promiſit aliquem præſentare,toties,quo
ties fuerit requiſitus,liberatur ſi bis præſentauit , vt euite-
ter infinitas,quod eius dictum non eſt verum ; quoniam ea
verba important aptè infinitatem,Paul.de Caſt.& Iaſ. in l.
12 duobus,§.quod ſi reus.ff.de iureiur.vbi Paul.dicit , † nota-
rium cautum eſſe debere, vt promittere faciat fideiuſſorẽ
de ſiſtendo toties quoties.

13 Quinto adiuuatur hæc opinio.† Nam ea, quæ ſunt facul
tatis,præſcribi non poſſunt,vt eſt text.in l.uiam publicam,
14 & ibi glo.& Bart.ff.de via publ.vbi dicitur,quod † nunquã
præſcribitur facultati eundi per viam publicam;quia iſtud
poſſe ire,non eſt ius,ſed quædam facultas.Idem not.Abb.in
15 c.inter cæteras,circa.fin.de reſc.vbi † inquit , quod in his ,
quæ ſunt facultatis,ex longæua obſeruantia non introduci
tur conſuetudo,vel præſcr.Card.in conſ.38.col.1.verſic.2.
qa,ſed ꝙ dominæ Iſabellæ liceat qñcunq; redimere domũ
venditã,eſt in eius facultate;ergo facultati ipſi nõ pſcribit.

Sexto

Sexto confirmatur hæc ſententia. Nam ſi nos diceremus
ꝙ dicta domina Iſabella non poſſet vigore dictæ præſcri-
ptionis redimere domũ,ſequeretur ꝙ remaneret decepta,
cum voluerit ſibi conſulere,& alias non vẽdidiſſet, niſi ſibi
perpetuò redimere liceret ex conuentione, vnde cum hæc
16 fuerit † mens contrahentium,† quæ attendi debet,l.fin. C.
quæ res pigno.oblig.poſſ.l.blanditus,C.de fideiuſſ,meritò
dicendum venit,ꝙ ne illud verbum quandocunque, ſit ſine
effectu operãdi,contra l.ſi quãdo,ff.de leg. 1, & Bal.in rub.
17 C.de cõtrahen.empt.vbi† nec ſyllaba debet eſſe ſuperflua,
ꝙ per illud verbum tollatur præſcript, & pro hac opinio-
ne facit,quod in ſimili dicitur in l.vlt.C.de pac.int.empt.&
vend.vbi formaliter dicitur, Cum enim venditor non alia
l.ius ſuum transferre paſſus ſit,niſi tali fretus cõuentione
quomodo ferendum eſt aliquam captionem ex varia pati
eum interpretatione? & bene facit etiam tex.in l.1.§.magi
ſtrum autem,ibi,alioqui contrahentes deciperentur, ff. de
exer.actiò.

Septimo contra præſcriptionem allegatam facit. Nam
18 † emptor,qui promiſit quandocunque retrouendere,nega
re non poteſt: quin ſciuerit ſe obligatum ad dictam retro-
uenditionem, & per conſequens videtur ꝙ fuerit in mala
fide,quæ impedit præſcriptionem,c.fin.de præſcript. quod
19 † etiam procedit in actionibus perſonalibus,vt ab omnib.
20 ſcribitur in dicto loco.& cùm † hoc clarè diſponatur de iu
re canonico,vt in c.poſſeſſor.de reg.iur.in 6.non eſt dubiũ,
tale ius in hac materia ſeruandum eſſe,etiam in foro ſæcula
ri,quidquid de iure ciuili diſponatur,cum ſimus in materia
peccati,vt per gl.& doct.in d.c.poſſeſſor,& Ale.in cõſ. 51.
col.3.vol.5.Bar.& legiſt.in l.priuilegia.C.de ſacr.ſanct.ec-
21 cle.& Doct.in d.c.fin.de præſcr.& in terminis † ꝙ propter
eius malam fidem non poſſit præſcribere,decidere videtur
Fulg.in conſ.123.col.1.Barba.in conſ.51.col.9.verſ. faciũt
ad prædicta,vol.1.Moder.in tract.de emp.& vend.in 3.q.7.
q.principalis.& Rui.in conſ.111.col.3.vol.1, & in cõſ.150.
num.13.volum.4.

Octauo accedit,quod not.gl.& ibi Ang.in l.1. ff. de con-
22 cuſſ.vbi † illa verba omni tempore,tollunt præſcriptionẽ.
& Ang.ſequitur Rui.in citato conſ.150.nu.4.in fi.ergo idẽ
quãdo promittit per verbum perpetuò,vel quandocunq;,
cùm hæc verba comprehendant omne tempus. l. eum debe
re,ff.de ſeruit.vrba.prædio.

Nono † in terminis præſentis quæſtionis ita determinat
23 Fulgo.in conſ.123.Barba.in conſ.51.col.10,vol.1. conſ.18,
col.7.vol.3.& in conſ.22.col.2.vol.4.Sayſel.in l.nemo põt,
in fi.commen.de leg.1.vbi etiã Crot.num.81.vbi dicit,ſe ita
conſuluiſſe.Bal. in ſua margarita,in verbo præſcr. in princ.
Moder.in tract.de empt.& vendit.in 3.par.7.par.principal.
Cœpol.in caut.78.ſi petens,& in caut.75.incip.cautel.Soc.
in conſi.86.col.pen.verſ.2,probatur,duplicato,in cõſ.166.
in 2.vol.Purpur.in l.petens.C.de pact.& ibi Alciat. vbi di-
cit hanc partem æquiorem, & conſcientiæ aptiorem, & in
rub.de præſcr.nu. 64. vbi inquit hanc opinionem tanquam
æquiſſimam in practica tenendam.Paris.in conſ.92. vol. 4,
Io.Ign.in repet.l.in cognitione.nu. 76, vſque ad 173. ff. ad
Syllan.Caſſan. in conſuet. Burgun. in rub.des rentes §. 1.
nu.8.vbi tradit Bal.& Salic. in aliquibus conſilijs ita tenuiſ
ſe,& in conſ.11.vbi citat Ricar.& Sali.ita tenuiſſe. & Crot.
in l.1.nu.5.ff.ſolut.matr.vbi inquit hoc eſſe notandum:quia
ſæpius verſatur iſta quæſtio in facto.

24 Quibus nõ obſtantibus,altera pars eſt de iure verior† ꝙ
dictus D.Franciſcus poteſt ſe tueri huiuſmodi præſcriptio
25 ne triginta annorum.ad quod dicendum moueor.Nã † prò
miſſio de ſemper ſoluendò præſcribitur ſpatio triginta an-
26 norum.l.in rebus,§.fin.C.de iur.dot. vbi † actioni de dote
præſcribitur ſpatio dictorum triginta annorum.Bal.in cõſ.
27 125.in 4.vol.& tamen in l.1.ff.ſolut.matr.dicitur † ꝙ dotis
cauſa ſemper & vbique fauorabilis eſt.Ita Bal.in d.l. 1.col.
vlt.verſ.quæro ſi promitto.Rip.in l.nemo poteſt,nu.121.de
leg.1.Rub.Ale.in conſ.3.col.2.Felin.in rub. de præſcr. col.
antepen.in fi Rom.in l.1.ff.de vſucap.& in l. in cognitione,
per illum text.iuncta gl.in verb.accuſare,ff. ad Syllan.& in
28 rub.de arbit.col.15.verſ.12.ex cauſa.vbi † idem dicit de di
ctione quandocunque.& Tiraqu.in tract.de retract..in §.a
tel.tempſ.nu.10.vbi pro iſta opinione addit duos tex.ſimul
iũctos idẽ ꝓbãtes,in c.1.de reſt.in integrũ.& in c.1.e.tit.in
6.na in priori ſcribitur,eccleſiã,ſemper debere,illæſã ſer-
uari,ex qua dictione ſemꝑ Ala.Guil.Naſo.& Goffr.Docto.
antiqui dicebãt eccleſiã in diſtinctè poſt quadrienniũ eſſe
retuẽdã;& tñ cõtrariũ deciditur in poſteriori loco. Ad idẽ
allegat tex.in l.fi.C.de teſt.vbi ſcribitur in princ.ſemꝑ ruſti
29 citati fuiſſe legibus conſultũ,† & tamen certum eſt idẽ nõ
ſubueniri in multis caſibus collectis à gl.in l.fi.C.de iur.&
fact.igno.ſi ergo dictio ſemper, nõ impedit præſcriptionẽ,
vtique idem dicendũ venit in terminis noſtris ꝙ dictio quã
docunq;,non tollat huiuſmodi pręſcriptionem triginta an
norum.idem voluit Camil.Viſitar.in l.1.num.92.ff. ſol,mat.

Secundo confirmatur hæc ſententia per text.in l.minor.
§.ſtatuliberum, ff. de euictio. cùm dicitur euictionis nomi-
ne perpetuò obligatus, & tamen ſatis conſtat, quod dictæ
actioni præſcribitur triginta annis,vt per Tiraq. vbi ſuprà
30 nam† & actiones perpetuas vocamus,quibus præſcribitur
ſpatio triginta annorum,vt in l.prætor ait,§.hoc interdictũ
ꝑpetuò,ff.de nou.oper.nũciatio.vbi glo.exponit perpetuũ,
id eſt,ad triginta annos,per tex.inſt.de perpet.& tẽp.actio.
Boer.deciſio 182.nu.6.accedit ꝙ not.Camil.Viſitar. in l.1.
31 nu.92.ff.ſolut.matr.vbi dicit,ꝙ† verbum perpetuò,quo ad
effectum agendi reſpicit tempus duntaxat triginta annorũ,
& ꝙ dictum verbum in materia præſcriptionis intelligitur
de triginta annis:ergo & idem fatendum venit, quando in
pacto eſt appoſitum dictum verbum quandocunque.Et pro
hac parte bene facit,quod ſubdit ibi idẽ author,vbi inquit,
32 † quod in dubio lex per dicta verba perpetuò, & in omni
tempore,non videtur tollere præſcriptionem;quia illa ver
ba recipiunt interpretationem ab alia l.vt per Alex.in l.2.
ff.ſolut.mat.& ideo ꝙ intelligitur vſque ad triginta annos.

Tertio facit,quod voluerũt Iac.de Belui.Nicol.de Neap.
Bal.Mart.de Laud.Alua.Card.Alex.in c.1.de c.Corra.& ibi
33 Affl.nu.33.vbi dicunt,ꝙ † ſi iſta verba,videlicet nulla præ-
ſcriptione obſtante,dicantur à contrahentibus, uel a teſta-
tore,quod non comprehenditur pręſcriptio lõgiſſima. idẽ
34 voluit Paul.de Caſtr.in l.1.C.de bon.mater.col.fin. vbi † ſi
ſtatutum dicit,ꝙ nulla poſſit opponi præſcriptio,debet re-
ſtringi ad præſcriptionem minoris temporis triginta anno
rum,per text.& gl.in d.c.1.quod dicit perpetuò mentitenẽ
dum,& iſtam gl.not.& approbatã dicit Iaſ.in l. 1. col. pen.
in princ.C.de ſer.fug.quam ſequuntur ibi Bal. & alij ordi-
narij.Affl. deciſ.254.verſ.dicebant quidam,ſi igitur vigore
dictorum verborum non tollitur pręſcriptio triginta anno
rum,vtique id dicendum venit & in caſu,de quo agitur.

35 Quarto adiuuatur hęc ſententia. Nam † ex pacto de re-
trouendendo cum dictione quãdocunque,oritur actio præ
ſcriptis uerbis,uel ex uendito,l.2.C.de pact.in empt.& vẽ-
dit.& quælibet iſtarum actionum eſt perſonalis, ut ibi per
Doct.quia per quamlibet earum ex contractu ortam inten
dit aduerſarium ei dare, aut facere oportere, reuẽdere,&
domum reſtituere,quod proprium eſt actionis perſonalis,
§.1.inſt.de perp.& temp.actio. Sed actionibus perſonalib.
pręſcribitur ſpatio triginta annorũ.l.pen.ff.de conſt.pecu.
l.ſicut C.de præſcr.triginta annorum. ergo ex his actioni-
bus,& earum qualibet dicitur præſcriptum per curſum tri
ginta annorum.Ita Gozad.in d.l.2.nu.75.verſ.ergo reſpon
deo,& alij,ubi fatentur dictis actionibus cum dicto verbo
quandocunque ſpatio triginta annorum præſcribi.

Quinto accedit,quod not.communiter Docto.in l.nemo
36 poteſt.ff. de leg.1. † vbi admittunt legum vertices pręſcri-
ptioni per pactum renuntiari non poſſe.Bal.in l. Centurio.
in fi.ff.de uulgar.& pupill.Felin.in rub.de præſc.Boer.in de
37 ciſ.182.nu.8.Bal.in conſ.303.vol.1.vbi † concludit,nõ ua-
lere pactum quod ſine temporis pręfinitione vſque ad infi-
nitum emptor teneatur retrouendere rem venditori: quia
38 infinitas euitanda eſt,item,& quia† pręſcriptio triginta an
norum odioſa eſt,cui per pactum renuntiari non poteſt, vt
per Bart.in d.l.nemo.pot Rom.cõſ.200.col.2.& iſta eſt cõ-

munis,

munis,vt etiã atteſtatur Tiraq.in trac.de retract. in §. a tel
39 temps.nu.13.Soc.Iun.in conſ.145.col.4.vol. 1. nam † contra deſides,& ſui iuris contemptores introductę ſunt huiuſmodi præſcriptiones longiſſimi temporis, cum differentia eſſe debeat inter deſides,& vigilantes,l.vt perfectus,l.fi.C.
40 de anna.exceptio.nam † vigilantibus, & non dormientib. iura ſubuenire ſolent.l.pupillus.in fi.ff.de his quæ in fraud. cred.vnde ſtante hac communi concluſione, in conſequétiam ſequitur,quod virtute dicti verbi quandocunque,non fuerit ſublata ipſa præſcriptio triginta annorum: quia non eſt credendum,legem vno generali verbo totam illam præſcriptionum obſeruantiam multis vigilijs excogitatã, atq; inuẽtam,velle radicitus euellere.l.ſi qñ.C.de inoff.teſta.

Sexto propius accedendo ad terminos,facit gl.in l. 1. in verbo præſcriptionem,C. de bon. mat. ibi, nullam poterit opponere præſcriptionem filijs quandocunque vendicantibus rem ſuam, & tamen illud intelligetur ſecundum glo. niſi ſint lapſi triginta anni:& ita illum tex.ſolus Corn. paulò ante fi.in id expendit,dicens hoc perpetuò menti tenendum, & Corn. refert & ſequitur Tiraqu.in tract.ſuo de retract.in d.§.a tel temps.nu.9.pro qua ſententia etiam facit,
41 quod voluit Rom.in rub.de arb.col.15.verſ.12. ubi † promiſſioni de ſoluendo quandocunque,præſcribitur triginta annis,Accedit etiam c.1.iuncta glo.in verbo quandocunq;, de feud.dat.in vic.l.comm. vbi illud verbum quandocunq; non tollit præſcriptionem,& illam gl.ſequitur Soc. Iun. in conſ.143.nu.47.vol. 1.

42 Vltimo in terminis quæſtionis noſtræ,† ita in ſpecie concludit Ang.in conſ.55.vbi decidit, quod dicto pacto, non obſtante ipſo verbo quandocunque,præſcribitur ſpatio triginta annorum;quia in tali promiſſione ſubintelligitur iſta conditio,ſi retrouẽditio fuerit petita intra triginta annos, Anch.in cõſ.233.vbi dicit vnum,quod eſt fortius, ꝙ immo dicto pacto præſcribitur decem annis,licèt à legibus veteribus hoc non admittatur,vt per Fel.in c.cũ acceſſiſſet.col. 12.de conſt.& per Ruin.conſ.111.colu.2.uolu.1.& in conſ. 150.col.3.vol.4.& Ang.ſuprà,ſequitur Dec.in conſ.164.in fi.col.Iaſ.in l.ſi mater.col.pen.C.de inſt. & ſubſt. vbi inquit ſæpius ita reſpondiſſe,& verum dicit, vt patet in conſ. 92. col.pen.vol.3.idem Iaſ.in l.petens, col. 2. & ibi Pute. Dec. Curt.Iun.& Iacob.de Sancto Geor.col.2.verſ. amplius, C.
43 de pac.ac Sayſel.† vbi etiam dicit hoc procedere, etiam ſi dictum fuiſſet in perpetuum,& D. meus Ruin. in conſ. 167. verſ.17.vol.1.Idem tenuit Homod.in conſ. 139. Felin. in c. cum acceſſiſſent.col.12.verſ.2.declaratur,de conſti.Io.Fab. in l.cum notiſſimi,C.de præſcr.trigint. anno. Paul.de Caſt. in conſi.429.in princ.vol. .Rui.in conſ.110.col.3.in princ. vol.1.dum reſpondet ad l.ſecundam,C.de pact. int. emp.& nend.& in conſ.150.nu.4.vol.4.Affl.in tract.de iur.protho. in verbo non licèt,col.antepen.verſ.item quæro.Gerard in ſing.18.Beltr.in conſ.181.col.2.uol.3.Rip.in l.fin.q.69. C. de reuocan.dona.& in l.nemo poteſt,num.121. ff. de leg.1. Crauet.in conſ.71.col.2.& in tract.de antiq.temp.in 4 par. in ſectione circa præmiſſa,num.35.in fi.Alex.in conſ.46.in 2.dub.col.3.dum dicit, ꝙ in caſu ſuo non erant lapſi triginta anni,ſed clarius in cõſ.170.in 2.col.vol.7.Tiraq.in tract. de retract.folio 81.nu.23.Manſuer.in tit.de empt.& vend. §.item ſæpe in vend.Boe.in deciſ.351.nu.6.Camil. Viſitar. in l.1.nu.93.ff.ſol.mat.Parpa.in l.2.col.2.eo.tit. Ioa. Annib. in l.nemo poteſt.nu.357.verſ.2.facit lex,& hanc eſſe cõmunem opinionem atteſtati ſunt Balbu.in tract.de præſcrip.in 4.par.5.par.prin.in 3.q.Gozad.in l.2.C.de pact. inter emp. & vend.nu.94.& in d.l.petens,nu.9.& Cagn.ibi nu.78.Purpu.in d.l.petens,licèt teneat cõtrarium,vt ſuprà dixi.Rub. Alex.in conſ.3.vbi inquit ab hac ſententia non eſſe recedẽdum;quia vera & communis,& in conſ.75.col. 2. Soc.Iun. in conſ.145.col.6.vol.1.vbi tradit hanc eſſe communem,& vidiſſe ita conſultum per ſolennes Doct.& iudicari.Boer.in deciſ.182.col.3.ubi plus dicit ita ſeruari in Curijs, vt dixit in §.1.in gl.1.q.vlti.de præſcr.& in conſ.14.& iſtã tanquam magis receptam ſequuti ſunt Rebuff.in repetitione l. 1.nu. 98.C.de ſententijs quæ pro eo quod intereſt profer.vbi inquit ita obſeruari,& hanc partem tenẽdam; quia verior eſt & communior,& in iudicando, & conſulendo amplectãdã, & ita fuiſſe iudicatum in parlamento Pariſien.prout refert Montolon.in ſuo iuris promptu.in verbo emere.Tiraqu. in d.tract.in §.a tel temps.nu.29.vbi citat, quod cum hæc opinio arreſto ſupremę curię ſuę fuerit approbata,ea omnino ſequenda eſt:cum ſit communior, & doctores maiores ſunt doctrina & auctoritate.Immo plus dixit Ang.in d. cõſ.55. quem ſequitur Tiraq.vbi ſuprà nu.7.iſtud procedere etiam ſi dictum ſit expreſsè,quod poſſit venditor omni tempore, & non obſtante aliqua pręſcriptione redimere,& ad hoc facit dictum Bal.in d.conſi.303.col.fi.vbi reſpondit, non valere pactum,quod ſine præſcriptione temporis, & vſq; ad infinitum non teneatur emptor reuendere venditori.

Deuenio modo ad allegata in contrarium, & primo ad text.in d.l.quod ſi nolit,§.ſi quid ita,quia reſpõdetur,quod
44 † ibi verbum in perpetuum,exponitur,id eſt, vſque ad triginta annos,vt per Gozad.in d.l.2.num.86.arg.tex.inſti.de perpet.& temp.actio.& in l.petens,col.3.in fi.C.de pact.ac
45 Soci.Iun.in allegato conſ.143.nu.52.quia† tantum durant regulariter actiones perſonales,l.ſicut,l.omnes,C. de præſcrip.trigin.vel quadragin.anno.& per tex.in d.l. minor,§. ſtatuliberum,ff.de euictio.ibi,euictionis nomine perpetuò obligatur,& tamen conſtat illi actioni præſcribi ſpatio triginta annorum,vt per Tiraq.vbi ſuprà in 5.arg.& per text. in l.Prętor ait.§.hoc interdictũ perpetuò,ff.de no.ope.nũc.
46 Secundo reſpondetur,quod † ille text.locum non habet in præſcriptione odioſa,prout eſt pſcriptio trigin.anno.vt ibi dicit Ang.& in l.nemo poteſt,ff.de leg.1.& Dec.in l.petens,nu.7.C.de pac.ac Tiraq.in d.tract.de retrac.in §. a tel
47 temps.nu.26.cui † renuntiari non poteſt,ut per Bart.Alex. & alios in d.l.nemo poteſt,& Soc.Iun.in d.conſ.145.nu.54. ubi dicit,quod ille tex.non loquitur in præſcriptione cauſata in defectum prouiſionis hominis, cui renuntiari põt, ſed nos loquimur de præſcriptione legali, publico fauore inducta,& in odium negligentis,ut in l.fi.C.de ann. præſcr. cui ut dictum fuit renuntiari non poteſt, & ita etiam illum intelligit Cœpol.in cautela ſua.75.incip.ſi petens.& cautela incip.cautela quod in contractu.Felin.in rub. de præſcr. in 5.limi.ubi allegat Bald.in l.receptitia,ult.col.C.de cõſt. pecu.& in l.2.C.de ædil.actio.idem dixit Rub.Alex.in citato conſi.3.nu.8.

Non obſtat text.in l.2.C.de pac.inter temp.& vend.quia
48 † ille tex.dum loquitur de uerbo quandocunque, intelligitur infra triginta annos,ut ibi per Gozad.nu.86.& Cagno. nu.28.& Rub.Alex.in d.conſ.3.nu.8.in fi.& Ang.in d.conſi. 55.& Io.Annib.in l.nemo.nu.575.

Nec obſtat quod mens cõtrahentium fuerit, uelle quod dictum pactum uigore uerbi quandocunque excludat præſcriptionem:quia reſpondetur,quod cum hę dictiones quãdocunque ſemper,perpetuò,eius ſint naturæ ut non tollãt præſcriptionem triginta annorum,conſequens eſt, ut ipſi idem contrahentes uideantur,& hęc uerba in eodem pacto appoſita intellexiſſe,ut ius commune diſponit,ſeq; legibus de ea re loquentibus aſtrinxiſſe.l.ſi duo.ubi Paul. & alij, ff. de acq.hæred.unde ſi legem uenditor ſibi apertius non dixerit,imputet ſibi.l.ueterib.ff.de pact.

Non obſtat tertium;quia reſpondetur,quod in caſu Bar.
49 non erat prohibita præſcriptio, quia † ſi fideiuſſor uoluiſſet etiam ſe obligare poſt ſententiam potuiſſet; quoniam lex non reſiſtit immo permittit,ut per Alex. in l. ſi finita. in prin.ff.de damn.infec. ideo nõ mirum ſi poteſt renunciari; ſecus in caſu de quo agitur,ubi præſcriptio eſt prohibita, ut ſupra; quia lex reſiſtit.Ita Annibal in d.l.nemo poteſt, nu.573.& Rip.ibi.

Ad quartum reſpondetur,illud locum habere poſſe, niſi
50 † infinitas illa induceretur per modum reprobatum à iure,prout eſſet in caſu de quo agitur: quia ſi uellemus dicere,quod per uerbum quandocunque,induceretur infinitas agendi,id eſſet per modum renunciationis præſcriptionis, odio negligentis introductæ,cui ſecundum opinionẽ Bart. in d.l.nemo poteſt, communiter approbatam renũtiari nõ poteſt,

poteſt,ut etiam uoluerunt Abb.in rubri.de pręſcrip.& Fel. ac alij.de quibus ſuprà.

Nec obſtat,quod verba videantur apta ad infinitatẽ,quæ toleratur:quia reſpondetur,minimè uerum eſſe, quod contrahentium mens fuerit velle dictum verbum importare in finitatem,ſed eorum intentionem fuiſſe,uelle ſe conformare cum diſpoſitione legis diſponentis,quòd actioni præſcriptis verbis,vel actioni ex vendito , quæ cauſantur ex dicto pacto,præſcribatur ſpatio triginta annorum:& ſi eorum voluntas fuerit inducere perpetuitatem, & tollere præſcriptionem , quòd ea non ſit ſeruanda , ut per Socin.Iun.in d. conſi.145 .num.50.& 58.

Similiter nec obſtat quintum argumentum,quod facultati nunquam pręſcribitur;
51 † quia reſpondetur , argumentũ procedere in ſimplici facultate, non procedente ex aliqua actione,vt ire ad Sanctum Iacobum,& in his terminis loquitur Barto.in l.viam.ff.de via pub.non autem quando facultas procedit ex aliquo contractu, & actione inde orta,nam tunc ſicut præſcribitur actioni ſpatio triginta annorum,ita & in conſequentiam præſcribitur facultati aliquid faciendi,quæ eſſet ſequela actionis,& proueniret contractu,prout eſt facultas,& ius offerendi ſecundo creditori, cui præſcribitur.l.cum notiſſimi.§.ſed cùm illud,verſi.eod.iure.C. de præſcript.triginta anno.& ita declarat Bartol.in l.pignori,verſicul.& dic quandocunque.ff.de vſucap. quem communiter Docto.ſequuntur. Sed in propoſito noſtro iſta facultas,ſeu ius ſoluendi, & reſtituendi pretiũ emptori, quod in effectu dicitur facultas, ſeu ius redimẽdi oritur ex contractu, & dicitur ſequela actionis ortæ ex dicto contractu, de qua in dict.l.2.C.de pact.inter emptorem , & venditorem, ergo ſequitur,quòd huic facultati ſeu iuri offerendi,& redimendi ſimul cum ipſa actione præſcribitur Ita Angel.in dicto conſilio 55.quem ſequuntur Fel.& nouiſſimè Boer. vbi ſuprà.& Socin.Iun.in allegato conſi.145 .num.39.Tiraquel. in dict.§.à tel temps.numer.28.& Crauet.in tract.de antiq. temporum,in quarta par.ſectione circa præmiſſam. num.
52 35. vbi propriè inquit , quòd † licèt in his, quæ ſunt meræ facultatis,& uoluntatis,non inducatur conſuetudo, aut pſcriptio,tamẽ id limitatur non procedere , quando in eis nata eſſet,& cõpeteret actio: quia tũc tali actioni præſcribitur: cùm omnes actiones tollantur ſpatio temporis triginta uel quadraginta annorũ.l.ſicut.l.omnes C. de præſcrip. triginta vel quadraginta annorum.puta promittit quis rẽ vendere quãdocunque ſoluitur certa quantitas, licèt enim ſit in facultate eius,cui promiſſio facta eſt,an cogat promittentem ad rem vendendum,tamen tali facultati præſcribitur triginta annis,quia erat nata actio, & competebat contra promittentem,vt venderet etiam ante oblationem pretij, licèt eligi poſſit exceptionis ope ante ſolutionem precij, allegat Ang.in d. conſi 55.& alios de quibus per eum, ac etiam Rui.in allegato conſi.167.nu.16.

Ad ſextum reſpondetur,non eſſe verum,quòd deciperetur uendens,ſi non poſſet etiam lapſis triginta annis reemere rem,ex quo ſcire debuit iura diſponentia præſcriptionem habere locum,& ꝙ pacto pręſcriptio tolli non poteſt, ſecundum communem,vt per Feli.in rubric. de præſcrip.& Docto.in dict.l.nemo poteſt,& alios de quib.ſuprà,ita Gozad.in d.l.2.nu.86.verſi.non obſtant quod eſſet decipere.

Vltimo non obſtat argumentum de mala fide;quia reſpõ
53 detur,quod † licèt attento iure canonico non currat præ-
54 ſcriptio cum mala fide,c.fi.de præſcr.& in mala † fide quis dicitur,quando quis habet notitiam rei alienæ,ut per Doc. in d.c.fi.quod venditor ante oblationem pretij, quæ debet fieri per emptorem non dicitur eſſe in mala fide,quia nõ apparet quid ille redimere velit.Ità reſpondet Dec. in terminis noſtris,in l.petens,nu.7.C.de pac.qui mouetur ex dictis Anch.in c.ſine poſſeſſione,col.9.de reg.iur. in 6. vbi inquit,
55 † quod licèt actioni perſonali non præſcribatur cum mala fide,id procedit quo ad creditorem,cui competit actio: ſecus ſi nondum competit,ſed competere poteſt,acceptãdo: ut in legatario quantitatis,vel ſpeciei, quia antequam acceptat hæres contra eum præſcribit in actione perſonali, licèt ſciat legatum factum,nec tunc dicitur præſcriptor malæ fidei,poſtquam non apparet legatarium agnouiſſe legatum.quod dictum eſſe nouum inquit ibi Anch. ſubdens , ꝙ ita reperit conſuluiſſe Bal.quem Ancha.ſequuntur Balb. in tract.de præſcr.in 5 .par.5 .partis principa.q.3.in fi.Paris.in conſ.7.col.pen.in fin.vol.1 .& Dec.conſ.554. col. 1 .& ſeq. Anch.vbi ſupra conſuluit Socin.in conſ.63 .col.3 .verſ. præ
56 terea,quod † iuri adeundi ſeu immiſcendi , ſpatio triginta annorum pręſcribitur,etiam in fauorem cohæredis ſcietis tale ius competere,quia illa ſcientia antequam conſtet, an ille velit adire,vel ſe immiſcere,propter dubium cum poſſit repudiare,uel abſtinere,non dicitur inducere malam ſidem,taliter,vt præſcriptionem impediat. cum hac ſentẽtia etiam tranſit Balbus.in d.tract.in 2.par.3 partis principal. verſ.3 .limitatur,vbi dicit,quod prædicta concluſio, de qua
57 ſuprà procedit,vbi agitur de iure iam quæſito tollendo;ſecus ſi agatur de iure quærendo:quia iſto caſu mala fides nõ impedit præſcriptionem : tunc enim propriè non eſt dare malam fidem,vbi adhuc non eſt ius quæſitum parti,quæ eo caſu non dicitur pati damnum , ſed non acquirere : & non
58 † ſunt paria lucrum perdere, & damnum pati, faciliuſque tollitur ius quærendum,quàm ius quæſitum & radicatum, vt not.in l.non amplius.in prin.ff.de leg.1 .& in terminis noſtris ita firmant Bal.in conſ.303 .col.fi.vol5 ..Balb. in d. 9.q. in fi.& in 4.par.5.par.princip.in 3.q.Rub.Ale.in cõſ.3 .col. fi.Io.Rebuf.in l.1.nu.100.C.de ſent. quæ pro eo ꝙ intereſt, & Soc.iun.in conſ.145.nu.70.vol.1. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

*1 Dominus vtilis,non poteſt cogere homines ſuos ad molendũ in ſuo molendino,vel ad coquendum in furno ſuo.*

*2 Aedificare cuilibet licet regulariter in ſuo,etiam vſque ad cœlum,poſito quod alteri noceat,dummodo principaliter non faciat,vt alteri noceat,ſed vt ſibi proſit.declara, ut in nu.31.*

*3 Res quælibet præſumitur libera,niſi de contrario conſtet.*

*4 Ordinatio domini reſpiciens vtilitatem propriam, uti ambitioſa,& reſpiciens priuatam utilitatem,non ualet ,ſecus ſi publicam.*

*5 Neceſſitas publica præualet priuatæ.*

*9 Prohibitio domini utilis,facta hominibus ſuis de non accedendo ad alia molendina,uel ad alterius furnum, eſt reprobata de iure communi.*

*7 Dominus recognoſcens ſuperiorem,licèt habeat facultatem ordinandi,tamen non poteſt facere pragmaticas contra diſpoſitionem iuris communis,præſertim in præiudicium ſubditorum.*

*8 Malateſta dominus Peſauri non potuit paciſci cum Hebræis,quod lapſo anno liceat eis uendere pignora non requiſito debitore; quia talis conuentio eſt contra ius commune.*

*9 Monopolium non poteſt fieri,niſi à non recognoſcentibus ſuperiorem.*

*10 Diſponere de re ſua unuſquiſque poteſt ad libitum ſuum.*

*11 Libertas eſt naturalis facultas de re ſua ad libitũ diſponere,unde illam coarctare contra rectum dictamen rationis,eſt contra ius naturale,& contra ius commune.*

*12 Conſuetudo quod quis uendere conſorti cogatur , eſt reprobata.*

*13 Statutum communitatis,per quod directè uel indirectè coguntur homines ire ad eius molendina, & non particularium,non ualet,& nu,16.ac 17.ubi dantur remedia.*

*14 Statutum debet eſſe honeſtum, & ad commodum ſubditorum.*

*15 Prohibitio domini de qua ſupra,deuiat à uero,& iuſto,quia fundata in radice cupiditatis.*

*18 Detrahere aliquid alteri,& hominem hominis incommodo ditari,magis eſt contra naturam, quàm mors.*

*19 Statutum,per quod diſponitur , quod euntes ad oliuariam com-*

*cōmunis, habeant certam franchiſiam, ſi uerò ad aliam ſoluant certam pœnam, ab his, qui præſunt tolerandum non eſt.*

20 *Præſcriptio non datur in his, quæ ſunt meræ facultatis, & nu. 34.*

21 *Longiſſimo tempore ſi iui ad tuum molendinum, non per hoc poteris me cogere, ut in futurum ibi molā, quia iſtud ire eſt per modum facultatis, declara, ut in nu. 23. niſi interuenerit prohibitio, & prohibiti acquieuerint per longiſſimum tempus ſufficiens ad præſcriptionem.*

*Quod amplia procedere, etiam ſi prohibitio facta fuiſſet extraiudicialiter, nu. 24.*

22 *Hoſpitatus, ſi eſt Epus vel nobilis aliquis in domo mea p multos annos, & ſimiliter eius anteceſſor, nō p hoc cātur conſuetudo, uel præſcriptio per quam in futurum teneat.*

25 *Tempus triginta, uel quadraginta annorum dicitur longiſſimum.*

26 *Tempus centum & decem annorū dicitur immemoriale.*

27 *Dominus loci licèt non poſſit prohibere ſubditis ſuis uenationem, & ſi prohibeat, dicatur eis facere uiolentiam, tamen cautela eſt pro domino, quod faciat per proclamata pœnalia, & prohibitiones, publicari quia ſi ſubditi nō cōtradicunt, & deſiſtant à uenando, dominus conſtituitur in quaſi poſſeſſione prohibendi, & ſi per longa tempora ſubditi acquieſcant, præſcribit tale ius prohibendi.*

28 *Barones, & domini terrarum non poſſunt prohibere piſcari in fluminibus publicis, niſi ex conſuetudine ius pinguius eſſet ipſis acquiſitum, puta, quia aliquando prohibuiſſent ſubditos, & ipſi acquieuiſſent prohibitioni per longiſſimum tempus.*

29 *Seruitutum quædam ſunt affirmatiuæ, quædam uerò negatiuæ.*

30 *Sequentia declarant præcedentia.*

32 *Dominus quando prohibet ſubditos, ne eant uenatum, uel ad aliud molendinum, quam ad ſuum, cautela eſt quod immediatè prohibitioni ſe opponant, & ab ea appellent.*

33 *Dominus licèt non poſſit ſtatuere, quod nullus poſſit uenari in tali loco, tamen hoc fallit, ſi interuenit conſenſus eorū, quorum intereſt.*

## CONSILIVM XXII.

1 QVod † Magnificus dominus Iacobus Maria Spinola nō potuerit prohibere vaſallis ſui Caſtellarij cōſtructionem furnorum, & Molendinorum, nec eos cogere ad molēdum in molendinis ſuis, & ad coquendum in furno pariter
2 ſuo, primò ſe præſentat in aciem regula triuialis, † quæ habet, quod cuilibet licitum eſt regulariter in ſuo ædificare, etiam uſque ad cœlum, poſito quod alteri noceat, ſed ſibi proſit, l. fluminum §. fi. cum duabus ſeq. ff. de dam. infec. Ale. in conſ. 174. col. 2. in fi. uol. 2. Dec. in cōſ. 489. col. 3. in prin. Calca. conſi. 49. col. 2. & Iaſ. in conſ. 32. col. 1. vol. 2. quoniā
3 † quælibet res præſumitur libera, niſi in contrarium de ſeruitute debita conſtet, l. cum eo. ff. de ſeruit. ruſt. prædio. l. ſicuti, §. ſed ſi quæratur, ff. ſi ſerui. vend. ſed in caſu de quo agitur, non conſtat de aliqua ſeruitute: ergo &c.

Secundo facit, quod decidit Bald. in conſ. 410. uol. 5. ubi
4 poſt longam diſputationem inquit, quod † quando ordinatio domini reſpicit priuatam utilitatem, id eſt, propriū patrimonium ipſius, vt quia molendina ſint ſua, & quæſtus ſimiliter priuati iuris: quia tendit in burſam domini, talis ordinatio tanquam ambitioſa, & tendens ad priuatam utilitatem non valet, l. ambitioſa, ff. de decret. ab ord. fac. ſecus ſi ordinatio reſpiceret rempublicam: quia molendina eſſent fiſcalia, & quæſtus ſeu reditus inde proueniens ſeruiret publicis neceſſitatibus, quia hoc caſu ualeret, ſi talem ordina
5 tionem † exigit publica neceſſitas: quia propter eam recedimus à priuata. l. unica, prope fi. C. de cad. tol. l. munerum, §. item. ff. de mune. & hono. & hoc d. Bal. ſequuntur Iaco. de S. Geor. in inueſt. ſua, in verbo, & cum molendinis. col. 2. & Crauet. de antiqui. temp. in 4. par. ſectione circa præmiſſa nu. 3. cū ſeq. & Boer. in 1. c. in dec. 125. col. 2. in 2. vol. Sed in propoſito noſtro molendina, & furni ſunt domini Iacobi, & priuati patrimonij, ac ſimiliter quæſtus, ideo ordinatio, & prohibitio nulla, & minimè obſeruanda.

6 Tertio probatur hæc concluſio alio modo. Nam † ordinatio, & prohibitio de qua ſuprà, eſt a iure communi reprobata, quoniam dominus Iacobus Maria recognoſcit ſupe-
7 riorem, uidelicèt Illuſ. Rempub. Ianuæ, unde † licèt dominus recognoſcens ſuperiorem habeat facultatem ordinandi, tamen non poteſt facere pragmaticas contra diſpoſitionem iuris cōmunis, l. 2. ff. de off. præfec. preto, Clem. ne Romani, de elect. & præſertim in præiudicium ſubditorum, ut per Inno. in c. fi. de off. deleg. Pau. de Caſtr. in conſ 148. col.
8 fin. verſ. conſtat autem, ubi † inquit, Malateſtam Dominum Peſauri, qui recognoſcit eccleſiam non potuiſſe inire cum Hæbreis, quod elapſo anno liceat eis vendere pignora non requiſito debitore: quia contra ius commune eſt huiuſmodi conuentio. l. ſi conuenerit, ff. de pign. actio. l. creditor, C. de diſtrac. pigno. ſed hæc ordinatio, & prohibitio, continet monopolium, quod patet, nam ordinare quod tantum ad molendinum ordinantis iri poſſit, non eſt ad publicum ſubditorum commodum, ſed ad priuatum, & ſic monopolium,
9 † quod fieri non poteſt, niſi à non recognoſcentibus ſuperiorem. l. unica, vbi Bald. C. de monopol. Et quod ordinatio
10 ipſa ſit contra ius commune ſatis conſtat, quoniam † de iure communi, vnuſquiſque ad libitum ſuum de re ſua diſponere poteſt, l. in re mandata, C. mand. qui autem habet arbitrium reſtrictum, non dicitur habere illud liberum, quoniā
11 † libertas eſt naturalis facultas de re ſua ad libitum diſponere, unde illam coarctare contra rectum dictamen rationis, eſt contra ius naturale, & contra ius commune: quia ſola uoluntate procedit, l. dudum, C. de contrahen. empt. vbi
12 † reprobatur conſuetudo, quod quis uendere conſorti cogatur. Ità Soc. in conſ. 172. col. 3. uerſ. 4. quem ſequitur Bru. in conſ. 56. col. 1.

Quarto confirmatur hæc opinio ex his, quæ not. Ancha. in conſ. 398. quem ſequitur Soc. in d. conſi. 172. colum. 4. in
13 prin. vbi bonis fundamentis concludit, † non valere ſtatutum communitatis, quo mediante directè uel indirectè homines cogantur ire ad molendina communitatis, relictis molendinis particularium perſonarum: quia non debet ſtatuens proprijs utilitatibus inhiādo in aliorum præiudiciū
14 ſtatuere. c. cum omnes, de conſt. Item † debet eſſe ſtatutum honeſtum, ac ad cōmodum ſubditorum, 4. diſt. erit autem
15 lex. Sed † huiuſmodi ordinatio prohibitoria deuiat à vero & iuſto: quia fundata in radice cupiditatis, & auaritiæ, ut in d. c. cum omnes, igitur &c.

Quinto comprobatur hæc ſententia ex dictis per Rip.
16 in reſponſo 11. ubi determinat, † quod uniuerſitas Montilij non potuit ſtatuere, quod quilibet teneatur ire ad molendum in molendino communitatis ſub certa pœna in præiu
17 dicium aliorum habentium aliud molendinum, aliàs † ꝙ officio iudicis reſcindenda eſt, l. qui ſe grauatos. C. de cenſ. & ſuccurritur grauatis per tale ſtatutum remedio appellationis, l. 1. §. ſoleant, ff. quando appell. ſit. vel doli exceptio-
18 ne. l. 1. in fi. ff. de dol. except. quia † detrahere aliquid alteri, & hominem hominis incommodo ditari, magis eſt contra naturam, quam mors, vt inquit Cicero lib. 2. de off. Idē Rip. in l. quominus, nu. 131. verſ. 3. quæritur, ff. de flu.

Sexto accedit, quod voluit Cacialup. in repe. l. omnes po
19 puli. nu. 94. in fi. ff. de iuſt. & iur. vbi † inquit, non eſſe tolerandum ab his, qui præſunt, ſtatutum, per quod ordinatum fuerat, quod euntes ad oliuariam communis habeant certā franchiſiam, & non euntes ſoluant certam pœnam, quia per talem ordinationem olіueta ciuium deſerebantur. & Cacialup. ſequitur Rip. in d. reſponſo. 11.

Septimo, & vltimo facit, quod in terminis etiam decidit Anch. in conſ. 155. & Ioan. Calder. in conſil. 12. inter conſil. Ancha. & ibi Ancha. conſil. 13. & 292. ubi dicit accidiſſe talē quæſtionem de facto. Archiepiſcopus Spoletanus habebat extra ciuitatem aliqua molendina, & ſimiliter commune Spoleti alia, & homines Spoletani poterant ire quò uolebant ad molendum. Commune Spoleti ſtatuit quod ciues qui

qui extra ciuitatem irent cauſa molendi,tenerentur ſolue-
re in ingreſſu portæ certam menſuram,&quod accedentes
ad molendina communitatis non tenerentur aliquid ſolue
re in ingreſſu:vigore cuius ſtatuti ſic factum fuit,quod om-
nes ibant ad molendina communitatis,& non ad molendi-
na epiſcopi.Vnde Archiepiſcopus dixit, tale ſtatutum non
valere, quia ſibi præiudicabatur . ex aduerſo communitas
dicebat quod valebat.Quæſitum fuit ab Ancha. quid iuris.
Vnde ipſe dicit,quod totum collegium Bononiæ conſuluit,
prout etiam ipſe conſuluerat,tale ſtatutum non valere,quã
partem ſequuntur Iaſ.in d.l.quominus,q.25.de flum.ubi at
teſtatur hanc eſſe magis communem,& in conſ.161. col.4.
in 3.dubitatione,col.2.Ripa in citato reſponſo. 11. vbi in-
quit,quod licèt Ancha.loquatur in ſtatuto,per quod præiu
dicabatur molendinis eccleſiæ, tamen quod rationes ſuæ
pro maiori parte concludunt, idem quando præiudicaba-
tur molendinis cuiuſcunque laici, idem dixit Cacialup. in
d.l.omnes populi.

Nec habet obſtare,quod dicti homines longiſſimo tem-
pore ſunt ſoliti molere,& ire ad molendina, & furnos præ
dicti magnifici domini Iacobi Mariæ, & ideo quod debent
perſeuerare.c.ſignificante,de appella.quia reſpondetur, ꝙ
20 † in his,quæ ſunt meræ facultatis, vel in his, quæ gratuitè
conceduntur,non poteſt dici acquiſitũ ius,nec præſcriptio
cauſata,nec per hoc in futurum naſcitur obligatio.c.poſſeſ
ſiones.16.q.1.gl.fi.in fi.in l.ſolent.ff.de off.proconſ.& leg.
Bald.in tract.de præſc.in 4.par.5.par.principalis.q.1.Hinc
dicũt in ſpecie ad caſum noſtrum Cy.Bal.& alij.in l.1.C.de
21 ſeruit.& aq.quod † ſi per longiſſimum tempus iui ad molẽ
dum ad tuum molendinum,non per hoc potes me in futurũ
compellere,vt ibi molam propter reditum tui molendini,
eo quia iſtud ire fuit per modum facultatis.idem tenet Cy.
in l.2.C.quæ ſit long.conſuet.Accedit quoque quod no.In-
noc.in c.Cum Eccleſia Sutrina,de cau.poſſ.& propr. quem
ſequitur Abb.in c.quod translationem,col.2.de offi. deleg.
22 in c.Abbate Sancti Syluani.de verb.ſign.vbi † ſi aliquis mul
tis annis ipſe & ſui anteceſſores hoſpitati ſunt in domo ſua
nobilem aliquem, vel epiſcopum, non per hoc cauſaretur
conſuetudo vel præſcriptio . per quam in futurum tenere-
tur. Ita Balb.vbi ſuprà verſ.& ex hoc infertur.& ita in ter-
minis de quibus nunc agitur,citando Cyn.& Bal.vbi ſuprà
tenuerunt Iaſ.in d.l.quominus,col.6.& Rip.nu.132, Iacob.
de Sancto Georg.in d.verbo & cum molendinis,col.2.verſ.
ſed ponamus,Rip.in c.cum eccleſia Sutrina,nu.44. de cauſ.
poſ.& propr. vbi multas quæſtiones ad propoſitum addu-
cit,& Craue.de antiqu.temp.in 4.par. ſectione,materia iſta
nu.98.Guid.Papa in deciſ.298.

Sed præmiſſis non obſtantibus, in caſu præſenti contra-
rium eſt de iure verius,quoniam & ſi præmiſſa concluſio ſit
vera,& communiter recepta,quod ſi quis habeat molendi-
num,vel furnum in aliqua uilla,& homines dicti loci iã lon
giſſimo tempore iuerint ad molendum, vel coquendum in
molendinis,vel furno domini,non poſſunt in futurò aſtrin-
gi ad coquendum,vel molendum in dictis furnis,& molen-
23 dinis per dictam rationem;quia † in his, quæ ſunt faculta-
tis non cadit præſcriptio:tamen hæc ſententia limitatur ẽt
ſecundum aliam communem concluſionem, vt non proce-
dat,quando interueniſſet prohibitio,& volentes ire ad fur-
nũ,& molendina fuiſſent prohibiti, & prohibitioni acquie
uiſſent per longiſſimum tempus ſufficiens ad præſcriptionẽ
complendam;quia tunc bene acquiritur ius prohibenti, ut
poſſit in futurum cogere eos ad coquendum, & molẽdum.
Ita Abb.in c.ſignificante,per illum tex.de appell.in 1.nota.
vbi inquit,quod poteſt alicui in certo loco ius competere.
vt alibi quàm in locis ſuis victualia non vendantur . & ſub-
dit idem dicendum in furno,& molendino, ut poſſit ex con
ſuetudine,vel priuilegio competere hoc ius in illo loco.&
ſecundum eum induci poteſt conſuetudo, ſi alibi volentes
hoc exercere inhibiti fuerint,& acquieuerint prohibitioni
per longiſſimum tempus ad præſcriptionem complendam,
allegat Cyn.in l.2.C.quæ ſit long.conſue.& Abb.ibi ſequũ-
tur omnes ſcriben.Idem Abb.in c.fin.de reſt.ſpolia. & in c.
Abbate Sanct.Syluani.col.2.de verb.ſign.vbi per illum tex.
24 iuncta gl.extendit etiam hoc dictum, † ſi prohibitio facta
fuiſſet extraiudicialiter, & etiam ſi ei fuiſſet obtemperatũ
pro bono pacis:ſubdens ibi eſſe text.quem dicit ſe ne ſcire
alibi.& Abb.ſequuntur Iaſ.in d.l.quominus.in 5.col.verſ.ſi
verò volentes.Balb.in tract.de præſc.in 4.par.5.partis prin
cipalis.in 5.q.col.2.verſ.hanc concluſionem limita, vbi ci-
tat hanc eſſe communem.Iacob.de S.Geor.in d.verbo,& cũ
molendinis.col.2.in fi.verſ.& hanc concluſionem, vbi etiã
aſſerit hanc receptam Docto.ſententiam.Brun. in conſ.59.
col.1.Iaſ.in conſ.162.col.3.vol.2.Boer.in deciſio. 125.col.
4.Craue.in tract.de antiq.temp.in 4.par.ſection. circa pr̨
miſſa nu.29.circa finem.Sed in caſu de quo agitur, conſtat,
quod homines Caſtellarij acquieuerunt proclamationi p̨
nali factæ per quondam dominos de Languilia auctores di
cti magnifici domini Iacobi,de eundo ad coquendum in eo
rum furnis,& illi nunquam contradixerunt, nedum per de-
cem,& uiginti annos,ut ſufficere videtur ſecũdum Petr.Iac.
de Auriaco in ſua pract.in libello de furno, quem ſequitur
Boer.in deciſ.125.col.5.in fi.ſed per triginta,& quadragin
25 ta annos,quæ † tempora dicuntur longiſſima, ut per Balb.
in tract.de præſc.in 2.par.prin.in 1.q.& in 2.par.3.par.prin
cipa.in 6.q.verſ.quid autem,& in 1.par.4.par. prin. in 1.q.
vbi dicit de hoc eſſe gl.magiſtram in §.1.in verbo conſtitu
tionibus.inſt.de perpet.& temp.actio.& ſufficientia ad com
plendam præſcriptionẽ, & ut in terminis noſtris per Affl.
in deciſ.388.Iaſ.in d.l.quominus.in 6.col.in prin.in verſ.&
ſecundum prædicta.Bru.in conſ.56.col.1.& Boer. in deciſ.
26 136.col.5.in fi.ſed etiam † per ſpatium temporis immemo
rialis centum,& decem annorum,quod dicitur immemoria
le,vt tradit Cyn.in l.2.in 10.q.C.de ſeruit.& aqu.& Balb.in
tract.de præſc.in 2.par.3.par.princ.in 6.q.col.4.verſ. quod
autem dicatur.ergo concludendum eſt,dictum D.Iacobum
potuiſſe,& poſſe cogere dictos homines ad coquendum in
furnis ſuis : & ſimiliter ad molendum in ipſis molendinis
ſuis:cum luce clarius appareat eoſdem potuiſſe proclama-
tionib.dominorũ dicti loci publicatis de anno 1474.1505.
1515.1520. & multis alijs ſubſecutis per ſpaciũ nedũ qua-
draginta annorum,ſed multò ultra,quibus nunquam cõtra
dixerunt,ſed ſemper & inuiolabiliter paruerunt, iuxta no.
per Scriben.in locis ſuprà allegatis.

Secundo principaliter pro iſta parte facit, quod ſcribit
Iacob.de Sancto Georg.in inueſt.ſua,in verbo,& cum vena
27 tionibus, col.1.ver.nunc veniendo, vbi † dicit quod licèt
dominus non poſſit prohibere ſubditis ſuis venationem,&
ſi prohibeat,dicatur eis facere violentiam:tamen quod cau
tela eſt pro dominis terrarum,quod faciant per proclama
ta pœnalia prohibitiones:quia ſi ſubditi non contradicũt,
& propter talia proclamata deſiſtant à venando, dominus
terræ conſtituitur in quaſi poſſeſſione prohibendi: & ſi per
longa tempora ſubditi acquieſcant, dominus præſcribit ta
le ius prohibendi,per no in l.1.& 2.C.de ſeruit.& aq.ac gl.
& Doct.in l.qui luminibus,ff.de ſeruit.vrba.prædio. & Iac.
ſequitur Balb.in d.ſuo tract.in 4.par.5.par.prin.q.5.Rip.in
d.l.quominus,nu. 33.& in c.cum Eccleſia Sutrina, nu.151.
de cauſ.poſ.& propr.

Tertiò accedit,quod tradit Iacob.de S.Geor.in d.ſua in-
28 ueſt.in uerſ.& cum piſcationibus, vbi quærit, An † Baro-
nes,& Domini terrarum poſſint prohibere piſcari in flumi
nibus publicis ? & ibi concludit ex mente Ioa.Fabr.in §.flu
minum.inſt.de rer. diui. quod ſicut Pr̨ſides prouinciarum
non poſſunt prohibere,ita nec iſti domini terrarum ſeu Ba
rones,l.3.§.planè,ff.quod ui aut clam.ubi ſubdit,ita ſeruari
in Francia,quod dictum tamen intelligit procedere, niſi ex
conſuetudine ius pinguius eſſet ipſis Baronibus acquiſi-
tũ,puta:quia aliquando prohibuiſſent ſubditis ſuis, ne irẽt
ad piſcandum in tali flumine publico, & ſubditi non con-
tradixiſſent illi prohibitioni:immo propter illam deſtite-
runt longo tempore:nam tunc eſſet acquiſitum ius prohibẽ
di:Aegid.in conſ.7.in 2.col.& pro confirmatione facit,ꝙ in
quit Bald.in l. lapilli.in 3.q.ff.de rer. diui. Quærit enim ibi
Bal.nunquid aliquis poſſit præſcribere,quod ipſe ſolus, &
ſui

ſui poſteri habeant molendinum in tali villa, ita ꝙ alius nõ
poſſit ibi facere molendinum ? dicit videri ꝙ ſic,per l.quiſ-
quam,ff.de diuerſ.& temp.præſc. quod dicit eſſe verum , ſi
prohibuit alios facere,& illi acquieuerunt:nam à tempore
inhibitionis incipit currere tempus præſcriptionis, quæ ſi-
ne prohibitione acquiri non poteſt,& per hoc infert,quod
tali modo quis poteſt ſibi acquirere ius in præiudicium
vicinorum,quod ipſe ſolus poſſit habere molendinũ,& erit
ſeruitus prædialis,& cum Bald.ſententia etiam pertrãſeunt
Balb.vbi ſuprà Iaſ.in d.l.quo minus,col.6.Belt.conſ.4.col.
1.vol.2.& in conſ.128.col.pe.vol.eo.
Quarto additur & id,quod not.Bald.in l.1.col.2.verſ.3.
opponitur.C.de ſeruit.& aq.quem ſequuntur Belt.in d.cõſ.
4.col.1.& Rip.in allegato ca. cum Eccleſia Sutrina. nu. 50.
29 vbi dicit, † quod ſeruitutum quædam ſunt affirmatiuæ , ut
ſeruitus aquæ ducendæ , iter,actus:quędam verò ſunt nega
tiuæ,vt ſeruitus,ne altius ædifices,vt in caſu noſtro:ne fur-
num etiam in tuo,vel facias,vel habeas,vel ne in alio furno
quam tali panes tuos decoquas , & in tali ſeruitute negati-
ua inquit,non acquiri poſſeſſionem , niſi vicinus volens vti
libertate ſibi de iure conceſſa,fuerit prohibitus,ne potire-
tur,& ipſe prohibitus huiuſmodi prohibitioni paruerit:qa
ex hoc tempore inhibitionis, & ſecutæ obedientiæ incipit
inhibens eſſe in poſſeſſione ſeu quaſi,& præſcribere ſeruitu
tem,& non ante.Ex quibus omnibus demõſtratur,ꝙ dictus
dominus Iacobus virtute iuris ſibi acquiſiti potuit , & põt
inhibere dictis hominibus ſuis conſtructionem furnorũ &
molendinorum,ac eos cogere,ſi alibi ad molendum,vel ad
coquendum panes ire voluerit,quàm ad molendina,& fur-
nos ſuos,vt alio non accedant:& tanto magis hoc dicendũ
venit cum agentes pro vniuerſitate ipſa cõduxerint dictos
furnos , & molendina per vigintiquatuor annos à quodam
genitore prædicti domini Iacobi,cum conditione,quod du
rante ipſa conductione,locans ipſe non poſſet alios furnos
nouos facere,nec molẽdina.ex quibus detegitur,quod ipſi
erant obligati accedere ad dictos furnos , & ipſa molendi-
30 na,nam † ex ſequentibus declarãtur præcedẽtia,l.ſi ſeruus
pluriũ , §.fi.ff.de leg.1.l.hæredes palã.§.ſin aũt .ff.de teſta.
Non obſtant modò,ex aduerſo oppoſita , & allegata , &
31 primo,quod † cuilibet licet regulariter in ſuo ædificare :
quia illud habet locũ , & procedit , niſi ille qui habuit fur-
nos,& molendina probet ſibi deberi hãc ſeruitutem, quod
nullus alius,(vt in caſu noſtro ) poſſit ibi habere furnos,vel
molendina;vel quod omnes teneantur,& debeant eorũ pa-
nes decoquere in ſuo furno,vel ire ad molẽdum ad ſua mo
lendina : & hoc ex pacto , vel quia aliàs cum vniuerſitas &
homines vellent facere furnos,vel molẽdina,vel ire ad alia
loca ad coquendum,vel ad molendum,fuerit eis inhibitum
per dominum habentem furnos,& molendina, ne alia con
ſtruerent,vel alibi non irent,& per inhibitos eſſet paritum
& acquietum inhibitioni,& poſtea occurriſſet tantum tem
pus,per quod poſſeſſio & præſcriptio inchoata à tempore
inhibitionis,& ſecutæ obedientiæ completa extitiſſet, ſecũ
dnm Doct .communiter in d.c.ſignificante,& alijs locis ſu-
prà citatis.
Ad ſecundum reſpondetur unà cum alijs vſque ad ſeptì-
mum,quod prædictæ deciſiones locum habent,quando per
ſubditos,& grauatos opponitur,& cõtradicitur ordinatio-
nibus, & proclamationibus per viam appellationis , vt in-
ſtruit Iacob.de S.Geor.in inueſt.ſua in verbo, & cum vena-
tionibus,col.1.vbi inquit,quod quando dominus prohibet
32 ſubditis,cautela eſt,quod † immediate cùm ſubditi habeãt
notitiam de proclamate,ſe opponant,& appellent.& Iaco.
ſequitur Balb.in trac.de præſcr.in 4.par.5.par. principalis
in 5.q.& Neuiza.in conſ.43.nu.4.vel alio medio,& infra tẽ
pora,de quibus per Bart.in l.ambitioſa.col.pen.verſ.quęro
infra quantum tempus,ff.de decre.ab ord.fac.ac Dec.in ca.
cum omnes in 5.not.de conſt.& in c.conſuluit.in pen. & fi.
col.de appell.ſecus ſi ipſi conſenſerunt,& acquieuerũt per
longiſſima tempora:quia tunc valent . Vnde cum per dictã
præſcriptionem cauſatam ex dictis inhibitionibus cũ obe
dientia ſubſequuta acquiſitum ius fuerit inhibentibus , ne-
ceſſario fatendũ venit,quod cogere poſſit inhibitos ad ob-
ſeruationem ordinationum,& proclamationum factarum,
prout & iſtud vult Dec.in conſ.197.col.2.poſt Hoſt.& Ioa.
33 Andr.in c.non eſt,de decim.vbi dicit,quod † licèt Dominus
non poſſit ſtatuere quod nullus poſſit venari in tali loco,ta
men hoc fallit,ſi interueniat conſenſus eorum, quorum in-
tereſt,puta populi.
Non obſtat vltimum;quia reſpondetur,quod & ſi appro
34 bata ſit Docto.ſententia,quod † ea, quæ ſunt meræ faculta
tis non poſſint præſcribi;tamem id locum non habet inter-
ueniente prohibitione præſcribentis,& patientia aduerſa-
rij per tempus ſufficiens ad præſcribendum.Ita Crau.vltra
alios ſuprà citatos in tract.de antiq.temp.in 4.par.ſection.
materia iſta.nu.99.vbi propriè ponit exemplum de eo,qui
volebat alibi molere , aut coquere , & prohibitus fuit , ac
prohibitioni per lõgiſſimum tempus acquieuit, & in ſectio
ne circa præmiſſa.nu.36.& Rip. in c.cum Eccleſia Sutrina.
nu.50.& ratio eſt ſecundum Bal.in l.1.C.de ſeruit.& aqua.
quia natura horum iurium conſiſtit in actu prohibitiuo , &
ſecundum Rip.in d.l.quominus,nu.132.quia poſt prohibi-
tionem non dicuntur amplius homines accedere iure facul
tatis.d.c.ſignificante,& per gl.in l.qui liminibus.ff.de ſerui
tu.vrba.prædio.& Cœpol.in tracta.de ſeruit.vrba.prædio.
in rub.de furno q.2. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

*SVMMARIVM.*

*1 Sacrum conſilium eſt iudex competens in cauſa poſſeſſoria beneficiali reintegrandæ,non ſolum inter laicum,& clericum,ſed etiam inter clericum,& clericum,vt in nu.5. ſed contra nu.6.& 16.vbi declaratur.*
*2 Poſſeſſorium cauſæ beneficialis non eſt quid ſpirituale,ſed tẽporale.*
*3 Poſſeſſorium nihil habet commune cum petitorio.*
*4 Laicus poteſt eſſe arbiter de cauſa poſſeſſoria beneficiali.*
*7 Laicus non poteſt conuenire clericum coram iudice ſæculari.*
*8 Actor tenetur ſequi forum rei.*
*9 Conſuetudo quod laicus poſſit cõuenire clericum coram iudice ſeculari non valet.*
*10 Priuilegium fori conceſſum clericis,eſt de foro diuino.*
*11 Cui Papa derogare non poteſt.*
*12 Clericus debet conueniri coram ſuo iudice , ſiue conueniatur à laico,ſiue à clerico.*
*13 Quod ampliatur procedere ſiue conueniatur actione perſonali,vel reali , etiam ſi conueniatur reali pro bonis ſuis patrimonialibus.*
*14 Clericus trahẽs clericum coram iudice ſæculari debet cauſam perdere.*
*15 Quod amplia procedere,etiam ſi interuenerit voluntas aduerſarij,& proprium eius iuramentum.*
*17 Iudex laicus non eſt competens de cauſa inter laicum , & clericum ſuper poſſeſſorio adipiſcendæ,retinendæ,vel recuperandæ.*
*18 Papa poteſt committere cauſam ſpiritualem laico , & facultatem excommunicandi , ac poteſtatem conferendi beneficia.*
*19 Papa poteſt committere fœminæ, ut iudicet clericum quantuncunque ſit perſona eccleſiaſtica.*

## CONSILIVM XXIII.

IN cauſa præſenti poſſeſſoria beneficij Sãcti Chriſtophori intentata per Reueren.dñ.Georgium Aſnardum contra Reueren.dominum Baptiſtam Variſſellum coram ſacro conſilio Ducali prima facie uideretur dicendum,quod in ipſa cauſa poſſeſſoria,quæ eſt reintegrandæ, ſacrum conſilium fuerit,& ſit iudex competens ſecundum opinionem Vincent.relatam per Io.Andr.in c.fi.de iud.& Abb.in c.literas.col.3.de iura.calum.poſt glo.ibi,& Aufr.in addit. Tho

los.

los.470.Guid.Pap.in deciſ.1.71.85.207.& in.conſ.208.col.
1.& 68.col.1.Dec.in l.fi.col.5.C.de edic.diui.Adria.tol. &
in conſ.220.Rip.in l.naturaliter,§.nihil commune.nu.19.
ff.de acq.poſ.& in reſponſ.vlti.in 2.par.vbi citant hanc eſſe
communem.Aufr.in addit.ſua ad clem.pap.de off.ord. in 2.
reg.in fallen.24.Gul.Bened.in rep.c.Raynutius,nu.330. de
teſt.Marant.in ſuo Aur.ſpec in 13.diſt.nu.3.dum ſe remittit
ad dicta per Abb.in d.c.literas.Boer.in deciſ.69 .nu.23.Io.
de Sylua.in tract.benef.in 7.q,nu.16.Crau.in conſ.322.col.
2.& latè diſputando hanc quæſtionem ad partes tenuit in
poſſeſſorio nedum retinendæ,& recuperandæ,ſed ēt adipi-
ſcēdæ Io Igne.in repetitio.l.neceſſarios.§.nō alias. in uerſ.
ſed cum a pleriſq; nu.17.ff.ad Syllan.& Dec.in d.conſ.220.
in princ.ac Crau.in conſ.258.col.2.hanc quoq; ſententiam
amplexi ſunt Io.Coraſ.in rep.l.naturaliter.§.nihil commu-
ne.nu.17.ff.de acq.poſſeſ.& Ant.Petruc.in l.1.nu.410.ff.de
iureiur.vbi refert ita tenere communiter Doct.poſt glo.in
2 d.c.litteras,& ratio eſt;† quia poſſeſſorium cauſæ beneficia
lis nō eſt quid ſpirituale,ſed temporale.Ita Anch.in c.1.de
reſt.ſpol.Card.in clem.2.in 10.q.de iud.Guid.Pap.in deciſ.
ſupra citatis prima & 71.ac in conſ.68.col.2.& 78.in fin.
Gul.de Monte Laud.in clem.1.de cauſ.poſ.& propr.Boer.in
d.deciſ.69.nu.23.Crau.in alleg.conſ.258.col.1.Bald.in c.1.
apud quem contro.feud.vbi tradit poſſeſſorium cauſæ ſpiri
tualis,non eſſe ſpirituale;quia non tangit medullam verita
tis, quod dictum nota vbi.dicit Affl.nu.5.idem Bal.in l.ſi de
proprietate,col.2.verſ.nūquid poſſeſſorium, C.ſi a nō cōp.
iud.& Petr.in d.l.1.num.410 vbi ſic inquit,Iudex ſæcularis
cognoſcere poteſt de & ſuper poſſeſſorio beneficiorum,&
aliarum cauſarū ſpiritualium: quia præmiſſum poſſeſſoriū
non eſt quid ſpirituale,ſed temporale:nec eſt inconueniēs,
quod reſpectu eiuſdem rei,petitorium ſit ſpirituale, & poſ
3 ſeſſorium temporale:cùm† nihil commune inter ſe habeât.
d.§.nihil commune. Accedit etiam quod voluit Guid.Pap.
4 in deciſ.69.quem ſequitur Petr.vbi ſupra.vbi dicit† laicum
ſolum poſſe eſſe arbitrū in & de cauſa beneficiali:quia tunc
quæſtio non cenſetur eſſe ſpiritualis,ſed temporalis:& in ta
tùm eſt vera ſupraſcripta cōcluſio,quod ea etiam procedit
non ſolum quando quæſtio eſt inter clericum,& laicū, ſed
5 † etiam inter clericum,& clericum, vt inquit Guid. Pap. in
d.dec.1. vbi quæſtio poſſeſſoria erat inter priorē Canei ex
vna parte,& priorem Sancti Roberti ex altera,ſubdens ibi,
& in deciſ.85.idem fuiſſe iudicatum inter dictos presbyte-
ros.Dec.in citato conſ.220.in princ.& Crau.in d.cōſ.258.
Quinimo plus dixit Guid.Pap.in d.deciſ.1.iudicatum fuiſ-
ſe in curia parlam.Delphin.iſtud etiam locum habere non
obſtante quod prior Sancti Roberti in d.cauſa oppoſuerit
exceptionem declinatoriam,aſſerens quod curię parlamen
ti non competebat cognitio dictæ cauſæ poſſeſſoriæ.

Sed præmiſſis non obſtantibus,in caſu de quo agitur,cō-
6 trarium de iure verius eſſe arbitror,videlicet† Reuerendū
dominum Georgium non potuiſſe intentare dictum reme-
dium poſſeſſorium reintegrandæ Beneficij Sancti Chriſto-
phori contra Reuerendum Dominum Baptiſtam coram au
ditorio Ducali,quoniam vera eſt academia legiſtarum, &
7 canoniſtarum,quod † ſicut laicus non poteſt conuenire cle
8 ricum coram iudice ſæculari,c.1.2.3.& 4.11.q.1.quia actor
tenetur ſequi forum rei,c.experientiæ,& in c.ſi quiſque.ea
dem quæſtione c.cum nō ab homine.de iud.c.2.de for.cōp.
9 Dec.in c.cum ordinem.nu.5.de reſcr.Adeò q; † cōſuetudo
in contrarium non valet,c.clerici,vbi Abb.& alij.de iud. &
ibi Dec.num.18.Alex.in conſ.8.col.1.uol.1.Rip.in reſp.13.
col.1.in 1.par.& Soc.in c.ſi quis clericus.in 19. fall. de for.
10 comp.quia† priuilegium fori conceſſum clericis eſt de iu
re diuino ſecundum Gl.in c.ſi Imperator.95.diſt.Soc.in c.ſi
11 clericus.in 25.declaratione, de foro comp.cui† etiam Pa-
pa non poteſt derogare,ſecundum Abb.in c. at ſi clerici.in
prin.col.7.de iud.Felin.in ca.ſi diligenti.in 5.col.vbi etiam
alij,de for.comp.ita nec clericus clericum,c.ſi clericus,ca.
peruenit.10.q.1.c.ſi quis clericus,& ibi Soc.in prin.de for.
12 comp. vbi † dicit not.eſſe, quod clericus debet conueniri
coram ſuo iudice,ſiue conueniatur à clerico,ſiuè à laico;qa
actor tenetur ſequi forum rei idem Soc.ibi in 3.declaratio
13 ne col.2. Quod † ampliatur locum habere ſiue conuenia-
tur clericus actione perſonali,ſiue reali, etiam ſi conuenia
tur reali pro reb.ſuis proprijs patrimonialibus,vt per Soc.
& alios in c.ſanè, de for.comp.& in c.ſi clericus. in 25. de-
claratione,& in c.ſi diligenti,col.2.verſ.5.not.eo.tit.& hoc
adeo verum eſt,q; dixit Spec.in ti.de cōp.iud.adit.in princ.
14 & in verſ.& breuiter ſcias,quod † clericus trahens clericū
coram iudice ſeculari;debet cauſam,ideſt,rem petitam per
dere p ſententiam,& dabitur connēto.& priuari cōmunio-
ne ſacramentorum,vel etiam fidelium;quia excommunica-
bitur,niſi ſuper hoc ſatisfacere velit,per tex.in c.ſi diligen-
15 ti.de for.comp.vbi etiam hoc locum habet, ſi † aduerſarij
voluntas acceſſerit,& proprium iuramētū interuenerit, ad
idem eſt text. in c.inolita.11.q.1.& ideo cum dicti domini
Georgius,& Baptiſta ſint clerici beneficiati,videtur dicen-
dum quod dominus Baptiſta non potuerit à domino Geor-
gio conueniri coram iudice ſęculari,& ſic coram ſacro cō-
ſilio Ducali,ſed ſi volebat uti contra dictum d.Baptiſtā re-
medio reintegrandæ poſſeſſionis, quod eum cōuenire dēat
coram ſuo epiſcopo,qui in contentioſis iuriſdictionem or
dinariam habet in clericos ſuæ diœceſis.c. cum ab eccleſia
rum,de off.ord.c.ſi quis contra, de for. comp. vnde cū hoc
non fecerit,ſequitur quod patres ſacri conſilij Ducalis de-
beant abſtinere ſe à cognitione huiuſmodi cauſæ,& partes
cauſamque ipſam remittere epiſcopo, vel eius vicario, ne
incidāt in pęnam,de qua in c.nullus iudicum, 11.q.1.maxi-
mè ſtante exceptione declinatoria oppoſita per conuentū,
ne puniretur pęna extraordinaria,vti trāſgreſſor canonis,
vt p Bal.in l.1.C.de indi.vid.tol,vbi inquit hoc notandum.

Non obſtant modo,quæ ex aduerſe adducta fuerunt; qa
16 reſpondetur,quod † prædicta ſententia,quæ in ſe eſt vera,
locum habet,vbi clericus intentaſſet remedium reintegrā
dæ poſſeſſionis beneficij contra laicum coram iudice ſæcu-
lari:quia tunc militat regu,c.ſi diligēti.de for.comp,quod
actor debet ſequi forum rei ſecus vbi laicus, vel clericus
conueniret clericum pro poſſeſſorio beneficiali coram lai
co:quia tunc ceſſat dicta ſententia ex rationibus ſuprà alle
gatis;quia dato quod dictum poſſeſſorium non ſit ſpiritua
le,ſed temporale,tamen iure cautum non reperitur, quod
pro rebus etiā prophanis clericus à clerico,vel laico poſ-
ſet conueniri coram iudice ſæculari,ſed totum oppoſitum,
vt per iura,& deciſiones ſupra citatas, & per Affl. in conſt.
regn.in conſt.de burgenſaticis.nu.9. verſ. nota primo, vbi
17 dicit,quod † iudex laicus non eſt competens de cauſa inter
laicum,& clericum ſuper poſſeſſorio adipiſcendæ,retinen-
dæ,vel recuperandę.& pro confirmatione huius ſolutionis
facit etiam quod conſuluit Guid.Pap.in conſi.ſuo.149.vbi
inquit,quod licèt iudex ſæcularis poſſit cognoſcere de poſ
ſeſſorio rei ſpiritualis, & ſic beneficij,ſecūdum opinionem
Vincen.ſuprà relatam,tamen ejus dictum ſano modo debet
intelligi,vbi ageretur de poſſeſſorio beneficij cōtra laicū,
qui ſpoliaſſet clericum ſuo beneficio, quia tūc iudex laicus
eſſet competens in tali poſſeſſorio,etiam rei ſpiritualis,ſe-
cundum Gl.Vincen.& alios de quibus ſuprà:ſecus vbi age-
retur contra clericum in foro temporali de poſſeſſorio;qa
tunc iudex ſecularis eſt incōpetens,vt in c.ſi quis clericus,
de foro comp.Idem voluit Affl.in deciſ.85.vbi etiam in ter
minis noſtris poſſeſſorij concludit proceſſum factum per
ſacrum conſilium contra monaſterium Sanctæ Trinitatis,&
ad inſtātiam laici nullum,& ita notatum fuiſſe in deciſ.24.
maximè in 3.col in verſ.nec obſtant, vbi cōcludit in indiui
duo,quando clericus fuit ſpoliatus a clerico quod rex per
modum ordinariæ iuriſdictionis,& cum cauſæ cognitione,
vt iudex non poteſt procedere contra clericum; quia diui-
ſum imperium cum Ioue Cæſar habet. & per c. ſi diligenti.
de for.comp.Alibi tenet idem Affl.in deciſ.2.per totum, &
latè in conſtitutionibus regn.in conſt.de burgenſaticis, in
8.q.ubi determinat,quod iudicio poſſeſſorio non poteſt cō
ueniri clericus coram iudice laico, etiam de re prophana,
& multo fortius de poſſeſſorio eccleſiæ, vel rei ec-
cleſiaſticæ.

Nec

Nec obſtat, quod curia parlamenti ſæpiſſimè iudicauerit in cauſa poſſeſſoria beneficiali inter presbyteros: quia aduertendum eſt quod ſi dicta curia fecit illa arreſta vigore bullæ Martini Papæ deſcriptæ in 1.q.ipſius Guid.Pap. bene egit; quia pontifex id concedere potuit, vt patet ex his, quę dicunt Dec.in c.præterea.nu.8.de off.deleg.& ſcrib.in c.2.
18 de iud.& maximè Dec.in nu.12.vbi † Papa poteſt committere cauſam ſpiritualem laico, & facultatem excommunicandi, ac poteſtatem conferendi beneficia. & multò magis poſſeſſoriam, authen.multò magis.C.de ſacr.ſan.eccle. Accedit etiam, quod dicit glo.in c.paruerit.7.q.1.quam ſequi
19 tur Alex.in conſ.74.nu.9.vol.4.vbi † Papa poteſt committere fœminæ, vt iudicet clericum quantumcũque ſit perſona eccleſiaſtica. ſi verò mota ex diſpoſitione iuris communis, & malè, quia vt ſuprà dictum fuit, iudex laicus non eſt competens in cauſis ſpiritualibus, & temporalibus poſſeſſorijs inter laicum, & clericum, vel inter clericos: & quia eſt iſta vera reſolutio huius articuli, ideo vlterius nõ me x tendo, finem imponendo huic conſultationi. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

## SVMMARIVM.

1 *Iudex ſecularis punire poteſt laicum vulnerantem alium laicum in eccleſia.& nu.6.vbi eſt communis.*

2 *Iniuria ſi irrogetur ſacerdoti per laicum, puniri poteſt laicus à iudice ſæculari.*

3 *Impoſitionem illicitam qui poſuerit aduerſus eccleſiam, vel eccleſiaſticam perſonam, vel exegerit vltra refuſionem tripli, punitur banno imperiali per iudicem ſæcularem.*

4 *Templa manu facta frangentes, & dona Dei noſtri auferentes tanquam ſacrilegi per iudicem ſæcularem, vel viui exuruntur, vel furca ſuſpendũtur, aut ad beſtias condemnantur.*

5 *Delinquens in eccleſia puniri debet per iudicem ſæcularẽ, qui delinquentem iudici eccleſiaſt.co remittere non debet.*

7 *Eccleſia licet non ſit de diſtrictu iudicis ſecularis, tamẽ eſt de territorio, in quo eſt ſituata.*

8 *Eccleſia exempta remanet de diœceſi in qua eſt ſita.*

9 *Iudex eccleſiaſticus & ſecularis poſſunt punire vulnerantẽ aliquẽ in eccleſia, videlicet eccleſiaſticus de ſacrilegio, & ſæcularis de vulnere, quod declara, ut in nu. 13.*

10 *Exemptio inducta in fauorem eccleſiarum non complectitur delinquentes in eccleſia.*

11 *Iudex laicus punit eum, qui deliquit in clericum uel eccleſiam, etiam ſi epiſcopus remittat faciendo pacem, uel concordiam, cum delinquente.*

12 *Puniri quis poteſt uarijs ex pœnis pro eodem delicto, quando ex eo reſultat diuerſæ ſpecies delicti.*

14 *Sacrilegium eſt mixti fori.*

15 *Iudex ſæcularis laicum delinquentem in eccleſia ab ea extrahere non poteſt.*

16 *Sed iudex eccleſiaſticus debet illum capere, & iudici ſæculari tradere, quod declara, ut ibi.*

17 *Et ſi tradere noluerit, extrahi poterit ab eccleſia à ſæculari*

## CONSILIVM XXIIII.

1 IN caſu propoſito, in quo dubitari contingit, An † dominus Hieronymus puniri poſſit per iudicem laicum de vulnere per eum illato cum maxima ſanguinis effuſione in eccleſia, & in perſonam Io.Antonij laici. Omiſſa opinione Petr.& Cyn.in l.præſenti C. de his qui ad eccl. confug. qui tenuerunt cognitionem, & punitionem ſpectare ad iudicẽ eccleſiaſticum, & non ad ſæcularem; quia delictum dicitur eſſe perpetratum in iuriſdictione & territorio eccleſiæ, in qua iudex ſæcularis nullam habet iuriſdictionẽ, per no.per glo.in authen.item nulla cõmunitas, C.de epiſc.& cler. cui fundamento infrà reſpondebitur, videtur dicendum, quod ad iudicem ſæcularem ſpectat cognitio, & punitio, primò
2 per tex.in l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſ.& cler.vbi † ſiue ſacerdotibus vel aliquo loco irrogetur aliqua iniuria, Præſes, & ſic iudex ſecularis de capitali ſententia iudicabit. Ad idem eſt text.in §.quia verò, l'vltimo. in authen. vt matri & auiæ.vbi Imperator iubet, quod ſi quis talis inuenietur in venerabilibus locis alienæ vxori, de qua in ſuſpicione eſt poſt tres conteſtationes loqui, liceat marito vtraſque perſonas defenſori eccleſiæ, aut alijs clericis tradere, & ab eorum periculum diuiſi, ita ſeruetur, donec iudex hoc cognoſcens mittat ad epiſcopum ciuitatis, quatenus ei iſti tradantur, vt debeant ſuſtinere tormentum ſecundum leges, quæ interdicunt adulteros à Sanctiſſimis eccleſijs vindicari. Ter
3 tio accedit tex.in authen.item nulla cõmunitas.C.de epiſc. & cleri.vbi † qui illicitam impoſitionem poſuerit aduerſus eccleſiam, vel eccleſiaſticam perſonam, vel exegerit vltra refuſionem tripli, per iudicem ſæcularem punitur banno imperiali. Quarto facit tex.in ca.fin.de immu. eccl. vbi Papa mandat publicè nunciandum eſſe delinquentes in eccleſia non debere gaudere immunitate eccleſiarum, & ſic non mandat per ſe tales puniri, quod equidem feciſſet, ſi ſortiti fuiſſent forum eccleſiaſticum. Penultimo confirmatur hæc
4 opinio. Nam † qui manufacta templa fregerunt, & dona Dei noſtri tulerunt, vel viui exuruntur per iudicem ſæcularem, vel furca ſuſpenduntur, vel ad beſtias damnantur tanquam ſacrilegi.l.ſacrilegi.ff.ad l.Iul.pecula. Vltimo hæc cõcluſio confirmatur auctoritate Bar.in l.ſi cui §. cum ſacrilegiũ. ff.
5 de accuſat.vbi expreſsè dicit, quod † ſi factum eſt aliquod delictum in eccleſia, quod puniri debet delinquens per iudicem ſæcularem, & non eccleſiaſticum: & quod iudex laicus non debet eum remittere iudici eccleſiaſtico, per tex.in d.l.ſi quis in hoc genus, & in c.inter alia, de immu.eccl.idẽ voluit Salic.in d.authen.item nulla cõmunitas, col. 1. verſ. quæro laicus.C.de epiſc.& cleri.& in l.fideli.C. de his qui ad eccle.confug.in fi.Pau.de Caſt.poſt Bald.in d.l.ſi quis in hoc genus.Ang.in d. §. quia verò, in authen.vt matri & auię. Ang.in tract.malef.in verbo.in ſcalis, & Augu. de Arim. in addit.Bald.in repe.l.cunctos populos, & ibi Caccialup. nu. 188.C.de Sum.Trini.& fid.cath.Petr.de Ancha.in c. poſtulaſti, in 4.col.de for.comp.Abb.in c.cum ſit generale, & ibi Soc.de for.comp.& Alex.in conſi.111.col.2.vol.1. Dida.in lib.variar.reſolu.fol.681.verſ.35.& verſ.7.

6 Nec obſtant quæ ex aduerſo adducta fuerunt: quia † contra Petr.& Cyn.tenent communiter Docto.ſuprà citati, nec refragatur quod delictum ſit commiſſum in eccleſia quę eſt de iuriſdictione, & territorio iudicis eccleſiaſtici: quia reſpondet Bal.in d.l.ſi quis in hoc genus, quod immo iudex
7 ſæcularis cognoſcit de tali crimine: quia † licèt eccleſia nõ ſit de diſtrictu iudicis ſecularis, tamen eſt de territorio, in quo eſt ſituata quantùm ad probationem, licèt non quantũ ad impugnationem. Idem dixit Paul.de Caſtr.ibi, vbi dicit eſſe notandum caſum in quo iudex procedit contra ſubditum ſuum delinquentem in eccleſia loco ſibi non ſubdito, cum eccleſia non ſit ſubdita iudici ſæculari, ſed eccleſiaſtico.l.2.C.de Sum. Tri.& fid.cath.ſubdit tamen quod eccleſia ipſa bene eſt infra territorium, licèt exempta, & inquit Abb.in capit.cum ſit generale, nume. 27.de foro comp. ꝙ eccleſia non habet territorium, niſi reſpectu clericorum: & ideo non ſe impedit de delictis laicorum commiſſis in eccleſia. Ita etiam cõcludit Arch.in c.poſtulaſti.col.4.de for. comp.& Alex.in conſ.ſuprà citato 111.col.2.ubi tradit iudicem ſæcularem punire delinquentem in eccleſia ſecundũ legem ſuam: quia licèt locus eccleſiæ ſit exemptus, tamẽ remanet de territorio, ſi non exemptus ibi deliquit, ſicuti di-
8 citur de eccleſia exempta, † quæ remanet de diœceſi, vt per Io.And.in c.ſi propter, in prin. de reſcrip. in 6. in nouella, huic etiam aſſentit Abb.in c.inter alia.nu.29.de immu.eccl. Similiter non obſtat gl.in authen.item nulla communitas, quia reſpondetur ſecundum Salic.ꝙ gl.non benè loquitur, vel & ſecundo, quod ea intelligi debet, quãdo quis deliquit in eccleſia ipſam collectando, vt ibi dicitur, vel aliter bona ipſis rapiendo, tunc.n.punitur ratine ſacrilegij, ut ibi dicitur. Ita dixit Abb.in d.c.cũ ſit.num.27.in fi.& Soc.161.col. 12.in princ.verſ.nec obſtat glo.

Verùm præmiſſis non obſtantibus,in terminis noſtris te
9 nendum eſſe arbitror,† vtrumque iudicem poſſe procede-
re contra talem delinquentem,videlicet per iudicem eccle
ſiaſticum de ſacrilegio cōmiſſo in eccleſia:quia polluta ſan
guinis effuſione,c.cum pro cauſa,cū ibi no.de ſent. excom.
Abb.in c.fi.de immu.eccl.& Steph.Aufr.in trac. de poteſta.
ſęcul.ſuper eccle.in 4.regul.nu.21.& Io.de Viſchis in trac.
de immu.eccle.nu. 16.& per iudicem ſæcularē de vulnere,
vt ſupra; quia cum hoc crimē ſit mixtum per eccleſiaſticū,
& ſecularem reſpectiuè procedi pōt.c.cum ſit generale,&
ibi Doct.de for.compe.Et ꝙ ita veritas ſe habeat,probatur
primò ex no.per Abb.in c.inter alia.nu.29.de immu.eccle.
vbi dicit,ꝙ ſi quæratur nunquid eccleſiaſticus poſſit punire
delinquentem in eccleſia,diſtinguendum eſſe.Aut quæritur
nunquid poſſit punire de ſacrilegio,& credit ꝙ ſic, per d.c.
cum ſit,quia delinquēdo iſte in eccleſia,& eam violādo,cō-
miſit ſacrilegium.Nam ſicut non licet inde aliquem violen
ter extrahere,ita & fortius nec verberare,nec occidere, al
legat d.c.cum pro cauſa.Aut quæritur nunquid poſſit eum
directè punire de crimine ſæculari ibidem commiſſo,& tūc
non, quia eccleſia non habet territoriū niſi reſpectu eorū,
quæ ſunt ſeu pertinent ad forum eccleſiaſticum,per ea quæ
not.in c.poſtulaſti,de for.cōp. & Abb. ibi ſequitur Aug. de
Arim.in addit.ad Ang.in d.verbo in ſcalis. Idem dixit Abb.
in c.fi.eo.tit.nu.5.verſ.credo tñ,& Anch.in citato c.poſtula
ſti.in 4.col.quem ſequitur Alex.in conſ.111.in 2.col.vol.1.
10 vbi † inquit,ꝙ exemptio inducta in fauorem eccleſiarū nō
complectitur eos,qui intra eccleſiā deliquerunt.d. c. inter
alia,& licèt eccleſia poſſit contra talem delinquentem pro
cedere tanquam ſacrilegum,vt not.in c.conqueſtus,de for.
comp.tñ laicus ratione talis delicti pōt ĕt per ſuum iudicē
puniri,ità ꝙ contra talem accumulatur forum foro, d.c.cū
ſit generale.hanc quoq; ſententiā amplectitur Affli.in cōſt.
regn.in conſt.multæ leges.nu.6.in fi.Steph.Aufr.in tract.de
poteſta.ſæcul.ſuper eccle.in 4.regu.num.21.Io.de Viſch.in
tract.de immu.eccle.in prin.nu.17.& Soc.in d.c.poſtulaſti.
in q.16.& Bertach.in tract.de epiſc in 2.par.4.lib.nu. 7.vbi
11 etiā inquit † quod iudex laicus punit de delicto,contra cle
ricum,vel in eccleſia commiſſo,etiam ſi epiſcopus remittat
faciendo pacem,vel concordiam cum delinquente, ſecūdū
Bal.in d.l.ſi quis in hoc genus, nec hoc aliqua admiratione
12 dignum eſſe videtur; quia † pro eodem delicto quis puniri
poteſt varijs pœnis, quando ex eo reſultat diuerſa ſpecies
delicti,vt per Bar.in l.ſenatus.ff.de accuſat.& Abb.in termi
nis in d.c.fi.de immu.eccle.& Stepha.Aufr.vbi ſuprà, ac Di
dac.vbi ſuprà q.35.in fi.quæ tamen ſupradicta ſunt, illa in-
13 intellige procedere, † quando iudex eccleſiaſticus proce-
dit de ſacrilegio, & iudex ſæcularis de vulnere, vt in caſu
de quo agitur,ſecus vbi iudex temporalis incępiſſet proce
14 dere de ſacrilegio, & vulnere; quia † cum ſacrilegium ſit
mixti fori,in quo iudex ſęcularis eſt ita competens,ſicut ec
cleſiaſticus,vt in allegato capit.cum ſit,& per Ioa.Ign.in l.
neceſſarios,§.non aliàs,in verbo, ſed cum à pleriſque. nu.
35.ff.ad Syllan.tunc locus fuiſſet præuentioni, vt in ſpecie
notat Soci.in d.c.poſtulaſti.q.16.& ſic iudex eccleſiaſticus
non poſſet procedere contra delinquentem in eccleſia, &
illum punire.

Venio ad ſecundum caput,in quo ſuccinctè loquendo,di
15 co†quod iudex ſæcularis delinquentem laicum in eccleſia
non poteſt ab ea extrahere,vt in auth.ſi quis ei. C. de adul.
& in authen.vnde ſumitur,& ita per illum text.tradit Ang.
in d.tract.maleficio.in verſ.in ſcalis.col.2.vbi inquit aduer
tendum eſſe,ꝙ ſi delictum ſit cōmiſſum in eccleſia, vel eius
cœmeterio,quod iudex laicus non poteſt malefactorem ca
16 pere,& eum de loco religioſo extrahere, ſed † epiſcopus
debet eū capere,& iudici ſæculari tradere,allegat. d.auth.
ſi quis ei.ſecus autem ſi deliquerit extra eccleſiā, & poſtea
in eccleſiam fugit;quia per iudicem laicum poteſt capi, &
extrahi.§.ſed neq; homicidæ,in auth.de manda.prin.col.3.
Idem quoque tenuit Iacob.de Beluiſ.in pract.ſua in rub.de
fug.reor.nu.8.Soc.in c.poſtulaſti.in 16.q.de for.comp.Bel-
luga.in ſpecul.Princip.in rub.11.q.§.& quia.nu.27.& Sali.
17 in d.authen.ſi quis ei,col.fi.vbi plus dicit, quod † ſi iudex
eccleſiaſticus noluerit delinquentem in eccleſia ſibi trade-
re, quod poteſt ſæcularis illum ab eccleſia extrahere, per
tex.in d.§.ſed neque.& Sali.ſequitur Auguſ.de Arim.in ad-
dit.ad Ang.in d.uerbo in ſcalis,dum ſe remittit ad eū in d.l.
authen. ſi quis ei. vnde vt ſuprà dictum eſt, ita iudicandum
eſſe arbitror. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

*SVMMARIVM.*

*1 Pacto de retrouendendo quandocunq; placuerit uenditori ſecundum cōem præſcribitur ſpatio triginta annorum.*
*2 Pacto de retrouendendo iurato non præſcribitur ſpacio 30. annorum,& nu.8.& 20.*
*3 Iuramentum regulatur ſecundum naturam contractus,ſeu actus,ſuper quo interponitur,immo addit robur,ut in nu me.21.25.& 27.ubi declaratur.*
*4 Præſcriptio principaliter fuit inducta ob publicam utilitatē,ne dominia ſint ſub incerto, & odio negligentium, ut nu.6.ſed contra ſecundum communem nu.12.& 17.*
*5 Iuri publico per pactum iuratum renuntiari non poteſt.*
*6 Iuris idem eſt de eo,quod ſtatutum eſt principaliter fauore publico,& de eo, quod ſtatutum eſt principaliter fauore publico, & de eo quod ſtatutum eſt principaliter fauore priuatorum,& in conſequentiam fauore publico,quando fauores non poſſunt ad inuicem ſeparari nu.7.ſed contra nu.10.& 28.*
*9 Pacto iurato licèt tollatur præſcriptio,id tamen admittitur ſi expreſsè fuit derogatum præſcriptioni,ſecus ſi iuramē tum reperiatur appoſitum ſuper obſeruantia contractus, ſed contrà,ut in nu.29.*
*11 Alienatio fundi dotalis non ualet,etiam conſentiente uxore,fallit ſi cum iuramento facta ſit.*
*13 Inſinuatio ſecundum communem tollitur iuramento.*
*14 Senatuſconſulto Velleiano per mulierem cum iuramento renuntiari poteſt.*
*15 Donatio inter uirum,& uxorem ſecundum magis communem iuramento firmatur.*
*16 Solennitatibus quibus per ſimplex pactum non poteſt renū tiari,tamen cum iuramento renuntiatur.*
*18 Iuri introducto in odium alterius cum iuramēto renuntiari poteſt.*
*19 Iuramentum perpetuat actionem ad quadraginta annos.*
*22 Interpellatio ad conſtituendum quem in mora,non requiritur ſecundum communem,quando adeſt iuramentum.*
*23 Emphyteuta priuati,uel eccleſiæ,qui iurauit ſoluere ſingulo anno canonem & non ſoluit,ſecundum communem cadit à re emphyteutica lapſo anno.*
*24 Donatio inter patrem,& filium, quæ habet tacitam conditionem,ſi filius ſuperuiuat patri,nō ſoluitur,ſi in ea adeſt iuramentum.*
*26 Iuramentum habet uim litis conteſtatæ.*
*30 Cautela ad impediendum præſcriptionem eſt,ut in fine inſtrumenti apponatur iuramentum.*

## CONSILIVM XXV.

DIxi aliàs in cauſa Magnifici domini Alexandri de Bur-
1 go contra dominam Iſabellam Fontanam,quod † pa-
cto de retrouendendo quandocunque placuerit uenditori
reemere,oblato,uel reſtituto pretio,præſcriptū fuerat ſpa
tio triginta annorum, ſecundum communes ueras Docto.
ſententias.Nūc aūt reſpōſum à me petitur ex parte Magnifi
2 ci domini Hippolyti de Regibus,an†dicto pacto iurato prę
ſcriptū ſit contra Magnificū dominū Antoniū de Fulco? pri
ma quidē facie uideretur dicendū ꝙ non,ex his,quę ſcribit
Ang.in conſ.55.ubi inquit,quod ſicut in promiſſione de re-
trouendendo quandocunque pretium redderetur,ſubintel
ligitur cōditio,ſi retrouenditio fuerit petita infra triginta
annos:ita,& quando in dicto pacto eſt appoſitum iuramen
3 tum,debet intelligi ipſa conditio:cùm†iuramentum regu-
letur ſecundū naturā contractus,ſeu actus ſuper quo inter-
ponitur, l.fin. C.de non numera.pecu.& Angel.ſequitur
Iaſ.

Iaſ.in l.mater.col.pen.in fi. C. de inſt. & ſubſtit. hanc quoq;
ſententiam amplectitur Rebuff. in l.1.nu.101.C.de ſen.quæ
pro eo quod int.profe.& dicit Soc.Iun.in conſi.145.nu.62.
in fi.vol.1. ꝙ propter auctoritatem dictorum poſſet dici in
hoc puncto quod iſta ſit communis opinio,quamuis primo
loco illam communem dixerit Balb.in trac.de pręſ.in 4.par.
5.par.prin.q.3.& communiorem Boer.in deciſi.182.nu.7.
4 Secundò facit. Nam † præſcriptio fuit inducta principa-
5 liter ob publicam vtilitatem.l.1.ff. de vſucap.ſed † iuri pu-
blico per pactum iuratum renuntiari non poteſt. c. ſi dili-
genti,de for.compe.Barto.in l. ſi quis pro eo.ff. de fideiuſſ.
quia vt dicit Bart.in l.ius publicum quando cauſa quæ mo-
uet legiſlatorem ad ſic ſtatuẽdum fuit fauor publicus, licèt
vtilitas inde proueniẽs non ſit publica,& licèt pertineat ad
6 priuatos,renuntiari non põt illi publicæ vtilitati;ſed † prę-
ſcriptio, vt dixi, eſt introducta fauore publico, ne dominia
ſint in incerto, & odio negligentium.d.l.1.Bald.in l.fi.C.de
temp. ap. auth. quas actiones. C. de ſac.ſanct.eccleſ.& in l.
paciſci.ff.de pac.ergo, &c.
Tertiò accedit. Nam poſito quòd præſcriptio non eſſet
inducta principaliter fauore publico, ſed ſecundariò, &
principaliter ad priuatam vtilitatem, adhuc idem dicendũ
videretur,ꝙ cum iuramento ei renuntiari non potuit; quia
7 † idem iuris eſt de eo, ꝙ ſtatutum eſt principaliter fauore
publico, & de eo quod principaliter fuit ſtatutum fauore
priuatorum,& in cõſequentiam fauorę publico,qñ fauores
non poſſunt ad inuicẽ ſeparari.l.de die.ff.de pac.dot.Bar.in
d.l.ius publicum.ergo ſicut in primo caſu non valeret iura-
mentũ ad derogandũ pręſcriptioni,ita nec in ſecundo caſu.
8 Quartò, quòd † dicto pacto iurato non poſſit tolli præ-
ſcriptió,voluit Cum.in conſ.169.Crot.in l.nemo poteſt.n.
*18 Diſpoſitio d.l.interdum §. qui furem. ff. de fur. ſecundum communem, locum habet quando reus condemnatur per confeſſionem ueram,ſecus ſi per contumaciam.*

*19 Contumacia, eſt ficta confeſſio, quæ nocet, niſi ſuper eo ad quod directè agitur.*

*20 Sententia ſuper damnis,& intereſſe debet eſſe certa,& illud debet probari antequam feratur ſententia.*

CON-

## CONSILIVM XXX.

VIſo proceſſu inquiſitionali formato contra Herculẽ
Falzonum, & ſententia condemnatoria contra eum
lata ad furcas,& in qua ſimiliter condemnatus reperitur ad
reſtituendũ Bernardo Ferro bona capta,& ad damna,& inte
1 reſſe per eũ paſſa.prima † facie dicendũ uidetur condemna
tionem dictorum bonorum captorum , vel eorum æſtima-
tionem,& valorẽ vnà cum dictis damnis, & intereſſe de iu-
re validam fuiſſe,& bene latam, per not.per Bar.in l.inter-
2 dũ.§.qui furẽ.ff.de fur.vbi † inquit,ꝙ licèt latróculator co
gnoſcere nõ poſſit regulariter de cauſa ciuili l.ſolemus.§.
latrunculator.ff.de iud.tñ fallit incidenter:& ideo ꝙ iudex
ipſe, q principaliter cognoſcit de crimine ad uindictã,põt
ẽt incidenter reum cogere ad reſtitutionẽ rei,ſeu ad emen
dam damni paſſi.Idem dixit Bartol.in l.defuncto.ff.de pub.
iudi.in l.medicus,de uarijs & extraordina. crim.in l.2.§.1.
col.1.in fin.ff.ui bon.rap.in l.4.§.ſi dicatur.ff.fin.reg.& in l.
penul.ff. de calum. cuius ſententiam ſequuti fuerunt Paul.
de Caſtro in l. quos retrahi C. ſi aduer. lib. Bald. in not.,
ſuis in uerbo iudex maleficiorum,& in uerbo iudex ex pro
ceſſu,in l.1.C.ſi a nõ comp.iud.& in l.1.C.de appella. ac in
conſi.273.vol.1.Aug.de Arim.in addit.ad Ang.in ſuo tract.
de malef.in verbo per iudicem in 1.addi.& in verbo etiam
veſtem cœleſtem, & Hieron. Tort. in dicto tractatu in
verbo vel ad querelam.in vltima addit.vbi dicit Doc.ita cõ
muniter tenere.Socin.in conſi. 62.in fin.vol.1.& in cõl.60.
col.1.vol.4.Corn.in conſi.8.in 3.dubio vol.5.Sali. in l.1.in
6.oppoſi.& in fin.col.C.quan.ciuil.act.vbi etiam Cy.Pract.
Papien.in for.inquiſitionis.col.3.dom. meus Rui. in cõſ.4.
volum.4.in conſi.87.col.1.vol.eo.& in conſi.35.col.1.vol.
5.Crauet.in conſi.14. col. 2.Ang.in d.l.1.& in l.ſi vacantia,
C.de bon.vacan.lib. 10.Curt. Iun.in l.2.nu. 44.ff. de iuriſd.
3 om.iud.& ratio eſt,quia † quamuis pro eodẽ delicto ſimul
& ſemel eodem tempore non poſſit agi criminaliter, & ci-
uiliter.l.interdum.ff.de pub.iud.l.2.§.1.ff. de vi bo.rapt.tñ
quando ciuilis,& criminalis nõ proponitur principaliter,
ſed criminalis principaliter,& ciuilis incidenter,tũc cõcur
ſus vtriuſque admittitur, & toleratur,ut p Bart.& alios ſu
prà citatos,& Angel.in d.l.1.vbi concludit, quod quis po-
teſt criminaliter accuſare,& petere ſibi reſtitui damna,ex-
penſa ,& intereſſe.l.qui crimen.C.qui accuſa. poſ. ſubdens
quod ita practicatur.cuius ſententiã etiã amplectitur Rui.
in citato conſi.87.col.11.& Arim.in d.addit.ad Ang.in ver.
etiam veſtem cœleſtem , & Felin. in ca.cum oporteat.poſt
Inno.de accu.Et ideo dixerunt Imol.& Alex. in l.diuus ff.dẽ
re iud.quos ſequuntur Socin. in citato conſi.60.col.1.vol.
4 4.& Crau.in citato conſi. 14.col.2.quod † accuſans aliquẽ
quod falſos teſtes produxerit, poteſt incidenter petere, &
cumulare iudicium ciuile,quod ſententia lata prætextu fal
ſorum teſtium retractetur,per d.§.furem , per quem etiam
inquit Bald.in terminis noſtris in l.1.colu.2. C.de appella.
quem ſequitur Felin.in d.c.cum oporteat,col.pen.de accu
ſa. quod fur in eadem ſententia mittitur ad furcas , & con
demnatur ad reſtitutionem ablatorum, ſubdens ſe ponere
nouum modum , quod vbi imponitur pęna mortis, poteſt
cumulari ciuilis,& criminalis. Idem uoluit Arim.in d.ver-
5 bo etiam ueſtem cęleſtem.nec mirum;quia † incidẽter mul
ta permittuntur,quæ aliàs non permitterentur,ut not.in l.
nullum.C.de teſt. l.quoties C.de iud.& per Cur.Iun.in l.2.
nu.42.cum ſequen.ff de iuriſ.omn.iud.

6 Nen habet obſtare,ſi dicatur quod † nota.per Bart.in d.
§.qui furẽ, & in alijs locis ſuprà citatis procedunt, quãdo
agitur per uiam accuſationis,non autem quando per viam
7 inquiſitionis:quia † inquiſitio ad priuatam utilitatem,& ad
priuata iura non extenditur.c. ad noſtram , de iureiur.cap.
cum oporteat,de accuſa.& vtrobique per Inno quia reſpõ
detur,quod opinio de qua ſuprà locum habet ſiue agatur p
uiam accuſationis,ſiue inqſitionis, ut voluit in ſpecie Ang.
in d.l.ſi uacantia, in fin.Prac. Papien.in d.for.inquiſitionis.
col.3.Angel.de Arim.in addit.de qua ſuprà ad Ang.in verſi.
per iudicem maleficiorum,& Rui.in allegato conſi.87.col.
2.& Mar.de Fan.ut refert Cyn.in l.ſi quis homicidij. C.qui
accuſ.non poſ.de quo facit mentionẽ Pract.ubi ſuprà. Bal.
in l.obſeruare.in §.profiſci,in fi.6.quę.ff.de offic.procon.&
lega.vbi inquit , hoc eſſe magis notabile dictum in inquiſi-
tione,quam in accuſatione , cum inquiſitio ad priuata iura
non extendatur.d.c.cum oporteat,niſi incidenter.Idem uo
luit Fel.in d.c.cum oporteat.col.fi.& Alex.in addit.ad Bar.
in d.§.qui furem.

Non obſtat ſimiliter quod cõcluſio de qua ſuprà locum
non habeat,niſi quando à damnum paſſo petitur reum con
demnari ad reſtitutionem rerum ablatarum, vel ad eorum
ualorem & ad damna,& intereſſe;ſecus autem quãdo pars
non petit: & ſuper hoc iudicis officium non implorauit, ut
in terminis noſtris expreſsè præſupponit Bar.in d.§.qui fu
rem,dum vult quod formetur libellus, in quo petatur reũ
puniri,& condemnari,& rem reſtitui:tunc enim ſecundum
eum dicitur agi criminaliter per viam accuſationis , & im-
8 plorari ciuiliter officium iudicis; quia reſpondetur † quod
contrariũ ſentit Bal.in l.2 in fi.C.de eden. Quærit enim ibi
Bal.utrum ex proceſſu inquiſitionali probetur damnum vel
intereſſe partis, quæ non interfuit proceſſui ? & reſpondet
quod ſic ; quia hoc uenit incidenter per d.§.qui furem , &
9 ideo inquit † quod latro,qui confitetur in inquiſitione , ex
eadem confeſſione poteſt damnari ad intereſſe partis , ſine
alio proceſſu,ut not.Inno.in c.cum oporteat,de accuſa. Itẽ
& ex quo permiſſa eſt inquiſitio , debet prodeſſe ei cuius
10 intereſt.l.poſthumus.§.ſi quis.ff.de inoffi.Et quia † inquiſi-
tor repræſentat partem,vbicunque permittitur inquiſitio.
per not.per Innoc.in c.ad noſtram, el 2.de iureiuran.& ſic
Bal.ibi clarè decidit reum poſſe condemnari per inquiren-
tem ad intereſſe partis, ea non inſtante , nec hoc inquiren-
te,& Bald.ibi ſequuntur Ale.colum.fi.Curt. Iun.nu.115.&
Purpur.ſub nu.142.

Secundo prohac ſententia facit,quod uoluit Bald.ind.§.
11 proficiſci.in 6.q.vbi dicit, quod † ſi condemnas aliquem dẽ
culpa criminaliter,debes etiam acceſſoriè eum condemna
re ad rei reſtitutionem,ne fiſcus ſuorum ſubditorum com-
moda negligere uideatur,allegat.d.§.qui furem.

Quibus non obſtãtibus,contraria ſententia in terminis,
de quibus agitur,uidetur eſſe de iure verior;quod ex infra
ſcriptis demonſtrabitur. & primò, quoniam indubitata eſt
12 iuris concluſio,quod † licèt diſpoſitio §.qui furem, locum
habeat quando agitur per viam inquiſitionis , ut iam dictũ
13 fuit,tamen † quod iudex maleficiorum non poteſt reum cõ
demnare ad reſtitutionem rerum ablatarum,ſed ad eorum
ualorem,& eſtimationem,nec etiam ad damna,& intereſſe,
ſi non fuerit aditus à damnum paſſo,& officium eius implo-
ratum,ut preſupponere uidetur Bar.in d.§.qui furem dum
vult quod formetur libellus, in quo petatur reum puniri &
condemnari,& rem mihi reſtitui,tunc enim dicitur agi ſe-
cundum eum criminaliter per uiam accuſationis,& implo-
rari officium iudicis ciuiliter ſuper reſtitutione.Idem dixit
Sali.in l.ſi quis à ſe fundum in fin.1.col.verſic.his ſic colle-
ctis.C.ad l.Iul.de vi pub.quem ſequitur Rui in.in conſi.53.
colum.2.verſic.2.principaliter.uolum.5.& in conſ.87.col.
1.in fi.cum ſeq.uol.4.Augu.de Arim.in addit.ad Ang.in ver
bo.Etiam veſtem cœleſtem,ubi inquit,ꝙ id quod dicitur in
ipſa l.quod vi deiectus poteſt accuſare principaliter, & iu-
dicis officium implorare incidenter ſuper reſtitutione poſ-
ſeſſionis,habet locum ſi à iudice ſit petitum;quia tunc vigo
re incidentiæ,& conſecutiuè ad condemnationem criminis
poterit ſimiliter condemnare accuſatum ad ipſam reſtitu-
tionem , ad purgationem criminis;quod non purgatur quo
ad partem,niſi,& res ſubtracta,uel ſpoliata reſtituatur.hoc
idem dixit alibi ipſe Sal.in d.l.1.col.fi.in fi.ibi,vel potes di-
cere quod ibi reſtitutio fuit petita conſecutiuè, ex officio,
quod fieri poteſt.Idem dixit Bartol.in l.prætor. §.hoc edi-
cto.ff.de ui bon.rapto.col.1.verſi.ſed ſi uelit, ubi inquit qđ
licèt criminalis,& ciuilis ſimul, & ſemel non poſſint inten-
14 tari,tamen † ſi quis uelit intentare accuſationem crimina-
lem principaliter,& petere reſtitutionem rei ablatæ inci-
dẽter per officium iudicis, vel reſtitutionem expenſarum,

bene

bene poſſet,per l.qui crimen.C.qui accuſa.non poſſ.& dict. §.qui furem,ſed in caſu præſentis conſultationis non apparet de aliqua petitione facta per Bernardum Ferrum,nec d' aliqua imploratione officij iudicis, ergo dicta cõdemnatio nulla,& ita in terminis conſuluit Rui.in conſi.87.col.2.vol. 4.& in conſi.35.col.1.in fi.volum.5.Nec habet obſtare,qđ Docto. præſcripti loquantur in accuſatione, non autem in inquiſitione,in qua non requiritur aliqua petitio,nec opus eſt implorare officium iudicis, per doctrinas ſuprà citatas;
15 quia reſpondetur,quod † cum inquiſitio ſuccedat loco accuſationis,vt in c.qualiter,& quando, de accuſa.& ſic eius naturam affirmat.l.1.§.hæc actio.ff.ſi quis teſta.lib.eſſe ius. fue.& per Sali.in l.ſi quis homicidij,col.2.verſic.quæro qđ ſi.C.de accuſa.Boer.deciſ.26.nu.2.ſicut in accuſat.requiritur quod pars petat,& imploret officium iudicis pro reſtitutione rerum ablatarum,vel eius ualore,& pro damnis,& intereſſe:ita & quando per inquiſitionem proceditur, quia iudicis officium quod competit,nõ debet impartiri per iudicem,niſi fuerit petitum.l.4.§.hoc autẽ iudicium,de dam. infec.cùm iſte non ſit de caſibus exceptis,de quibus ibi per Doct.& ita in terminis inquiſitionalis proceſſus conſuluit Ruin.in conſi.87.col.2.uol.4.quod confirmatur ſecundum
16 eum;quia,† vbi imploratur officium iudicis nobile,ſicut in caſu de quo agitur ſecũdum Bart.in d.§.qui furem.& Ang. ac alios ſuprà citatos,debet libellus offerri,ſicut quando ꝓponitur actio.c.ſi.de iud.not.Barto.in rub.ff.de interroga. actio.& latius in l.ne quicquam.§.vbi decretum.ff.de offi. proconſ.& lega.ſi ergo libellus omittatur,proceſſus & ſententia non ualet.authẽ.offeratur.C.de lit.conteſta.not.in l.
17 prolatã.C.de ſenten.& interloc.omn.iud.& † fatuus eſt iudex,qui pronunciat ſuper non petitis.l.fin.C.de fideico.li. & quod quãdo proceditur via inquiſitionis,requiratur talis petitio,& ſimiliter imploretur officium iudicis, uoluit Corn.de quo Rui. mentionem non fecit in conſi.8.in 3.dubio,volum.3.

Secundo pro iſta parte facit alia communis concluſio,
18 quæ habet,† quod diſpoſitio l.interdum §.qui furem.ff.de furtis,locum habet,quando reus condemnatur per confeſſionem veram, ſecus ſi per contumaciam: quia tunc iudex maleficiorum non poteſt in damnum inquiſiti ad præmiſſas condemnationes in fauorem damnum paſſi deuenire, ut ꝓbatur ex dictis per Bald.in l.qui crimẽ.colum.penul.verſi. item in criminali.C.qui accuſ.non poſſ.vbi inquit,iudicem maleficiorum non poſſe condemnare reum ad reſtitutionẽ rei ablatæ,niſi quando conſtat de maleficio per confeſſionem;quia tunc iudicis officium deſeruit confeſſioni,nõ criminali accuſationi: ſecus ſi probatio reſultaret aliter quã per confeſſionem, quia ex ea non oritur officium iudicis.l. ſed & poſſeſſoris.§.fin.ff.de iureiur.Idem voluit Bald.in l. cunctos populos.in 6.char.verſi.incidenter iuxta hoc.C.d' Sum.Tri.& fid.catho. quia confeſſio faceret fidem in ciuili, ſed nõ teſtes, & cõtumacia in alio iudicio,ſi ad aliud agat. c.ueniens.de teſtibus,& prout agitur,quando agitur ad vin
19 dictam,& aliud quando ad intereſſe: & quia † contumacia eſt ficta confeſſio,quæ non nocet, niſi ſuper eo ad quod directè agitur.l.2.ff.de iure fiſ.ut not.Spec.in titul.de inquiſi. §.nunc videndum,verſiculo quid ſi actum eſt,& Bal.ſequitur Rui. in conſil.35.uolum.5.& quamuis,in conſi.4.colum.2. volu.4.& Arim.in addit. ad Angel.in verbo per iudicẽ maleficiorum,de quo Ruin.recordatus non fuit,aliter videantur dicere reſpectu teſtium,dicendo quod Bal.in hoc legitimè non loquitur, tamen reſpectu contumaciæ nullus eſt, qui eum impugnet:immo plus dicitur quod etiam reſpectu teſtium,ſequendo Bald.idem dixerunt Ale.in addit.ad Bar. in d.§.qui furem.Felin.in c.cum oporteat,de accuſat.col.fi. & Rui.in citato conſilio 35.col.2.vol.5.ſed directè hic non eſt actum ad reſtitutionem rerum,ſeu earum valorem,nec ad damna,& intereſſe,ergo &c.

Tertiò principaliter dicitur,quod etiam dato ꝙ præceſſiſſet petitio,quod dicta ſententia eſt nulla,in quantum continet huiuſmodi reſtitutionem ac damna,& intereſſe; quia incerta.§.curare,inſtit.de action.nam & ſi vbi agitur ad intereſſe,& alia de quibus ſupra,petitio poſſit eſſe incerta:qa illius certificatio non pendet a poteſtate actoris,ſed à ſubtilitate iudicis,& in ea non ſit neceſſe exprimere certã quãtitatem l.4.C.de inutil.ſtip.gloſſ.& Bartol.in d.l.certi conditio,& Ruin.in conſi.29.col.2.in princip. volum.5.affirmã
20 tem han eſſe communem.Tamen † ſententia ſuper damnis, & intereſſe debet eſſe certa,& intereſſe debet probari, antequam feratur ſententia.ut per Bartol.in l.2. C.de ſenten. quæ ſin.cer.quãt.& per omnes in l.certi cõditio, in prin.ff. ſi cert.peta.Vnde cũ in caſu, de quo agitur probatio dictorum damnorum ante ſententiam facta non fuerit,ſed tantũ quæratur,ut ea fiat, & declaretur in executione ſententiæ, certè ſequitur quod ea eſt nulla, ut not.gloſſ.in dict.l.certi condictio,in princip.quæ dicit expreſſe,quod quando agitur ad intereſſe,debet illud probari,& deinde ferri ſententia certa ſuper intereſſe, per d.§.curare.Idem dixit Rui.in citato conſil.29.col.1.in fin.cum ſequent.& in terminis noſtris ita conſuluit Ruin.in citato conſilio 87.col.2.& conſi. 35.colum.2.verſic.3.vbi propriè inquit, quod ſententia in qua inquiſiti fuerunt condemnati ad reſtitutionem rerum ablatarum,ſiue raptarum,ſiue ad earum valorem,& æſtimationem in quadruplum Comiti Gerardo eſt nulla ratione incertitudinis,per l.pe.& ſi.C.de ſent.quæ ſin.cer.quant. & per d.§.curare, quia quamuis fortè procederet libellus, in quo peteretur reum condemnari,& puniri, ac cogi ad reſtitutionem rerum ablatarum, uel ad earum æſtimationem,rebus non ſpecificatis, neque expreſſo certo valore,ꝑ not.per Innoc.in c.cum dilectus,de ord. cog. & per Bartol. in l.1.in princip.ff.d' eden.dũ volunt quod libellus incertus procedit ſuper eo,quod petitur per quandam conſequentiam,uel incidenter, puta,peto fundum à quo me deiecisti cum rebus ibi extantibus tempore deiectionis, certè ſatis eſt, fundum declarare,res autem non habeo neceſſe declarare:quia non habeo neceſſe probare, ſed ſtatur iuramẽto meo.l.ſi quando.C.vnde vi, & ideo ex tali libello reus reddit certus,an velit cedere vel cõtendere.illud eſt, uerum quantũ ad libellũ tantũ,non quò ad condemnationẽ ferẽdã, niſi poſtea in proceſſu declarẽtur res,vel earũ æſtimatio,ſecundum Innocen.in d.c.2.& Alber.de Roſa.in l.ſi quando. C.unde ui.quod confirmat Ru.alijs medijs, quæ non tranſcribo,cum uideri poſſint.

Non obſtant modo quæ in contrarium adducta, & allegata fuerunt: quia reſpondetur,quod illa procedunt, & locum habẽt,vt patet ex auctoritatib.ſupra citatis,quando cõſtabat de delicto latrunculatori per veram confeſſionẽ delinquentis,uel per teſtes ſtante uera opinione Ruin. de qua in dict.conſi.40. & damnum paſſus petit reſtitutionem ablatorum ſibi fieri, & pro eorum conſecutione implorauit iudicis officium,& ulterius probauit valorem dictorum bonorum, damna, & intereſſe ante condemnationem latam. alias ſecus,vt in terminis noſtris,in quibus hæc omnia ceſſant. Vnde ex his concludendum uidetur, dictam condemnationem nulliter latam. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſulus.

## *SVMMARIVM.*

1 *Debitor non ſoluens in tempore contractus iurati, efficitur periurus,& incidit in pœnas l.ſi quis maior.C.de trãſac.*

2 *Lex ſi quis maior ſecũdum communem,locum habet in omni contractu iurato.*

3 *Emptor,qui non ſoluit in termino partem pretij promiſſi cũ iuramento, redditur indignus omni commodo contractus,& omni proprietate carere debet,quam ex illo contractu conſecutus fuerat.*

4 *Emptor fundi pro mille, cui fuit facta obligatio de euictione ad duplum per uenditorem,ſi ſoluit nouem centum,& reliqua promiſit cum iuramento ſoluere in certo termino,ſi non ſoluit,liberat uenditorem ab euictione,& ab eo non poteſt repetere nouem centum ſoluta, immo cogi poteſt ad ſoluendum ſcuta centum reſtantia.*

7 *Cauti eſſe debemus, ut in omni contractu apponatur iuramentum*

*mentum:quia operatur infinitos,& mirabiles effectus.*
6 *Iuramenti magna eſt uis.*
7 *Promittens ex tranſactione iurata ſoluere ducatos ſeptingentos in ſeptem terminis,ſi in uno defecit,ſtatim ad ſolutionem totius reſidui non expectatis alijs dilationibus ratione periurij compelli poteſt.*
8 *Debitor,qui non ſoluit in tempore; quod iureiurando promiſerat,non excuſatur à periurio,eo prætextu quod creditor ei viciſſim aliquid daturus erat.*
9 *Principes inducias quinquennales debitoribus concedere poſſunt,& ſolent.*
10 *Litteræ ſalui conductus obtentæ per debitorem obreptitiè non ualent.*
11 *Habilitatio à iuramento ad effectum agendi obtenta, redditur nulla ſi mentio facta non ſit in eius impetratione, quod cum iuramento in tranſactione renuntiatum fuit non impetrare reſcripta,uel priuilegia.*
12 *Subreptionem inducit taciturnitas iuramenti.*
13 *Princeps ſæcularis non poteſt concere litteras quinquennales debitoribus aduerſus contractus iuratos.*
14 *Iuramentum non poteſt remitti, niſi per Papam, & cum cauſa.*
15 *Creditorum minor pars, & ſi compellatur conſentire maiori parti uolenti dare inducias quinquennales debitori, uel ſaluum conductum,tamen hoc fallit,quando creditor diſſentiens haberet debitorem obligatum cū iuramento.*
16 *Quod amplia,etiam ſi reſcriptum Principis interueniat.*
17 *Litteræ quinqnennales debitori non proſunt, ſi impetratæ fuerunt circa cauſam, quæ iam erat deducta in iudiciū.*
18 *Reſcriptum impetratum nulla facta mentione de litis pendentia,redditur ſubreptitium.*
19 *Quod ampliatur procedere,etiam ſi in eo eſſet clauſula motu proprio.*

## CONSILIVM XXXI.

QVia præſens conſultatio(ni fallor) modicam in ſe ha-
bet difficultatem,ideo paucis me expediam:cum mo
ris mei ſemper fuerit,nō conterere tempus, vbi non expe-
1 dit.& dico † quod ex quo dominus Antonius Vaſallus non
ſoluit in paſchate Magnifico domino Sigiſmundo Bozarel-
lo ſumā ſcutorū octocentū, de quib.in inſtrumento iurato,
ꝙ effectus fuit periurus , & incidit in pęnas.l.ſi quis maior
2 C.de tranſac.quæ† lex ſecundum Bar.ibi ac alios communi
ter,locum habet in omni contractu iurato , vt ēt atteſtātur
Ale.in conſi.85.uolum.& in conſi.126.uolum.eo.ac Dec.in
conſi.451.col.ſecunda.quod autem hæc concluſio ſit vera,
probatur ex dictis per Alexandr. in conſilio 92. uolum.
3 1.vbi inquit, † quod quando emptor non ſoluit in termino
illam partem pretij, quam promiſerat cum iuramento,red
ditur indignus omni commodo contractus , & omni pro-
prietate carere debet, quam ex illo contractu conſecutus
fuerat.ſequitur Dec.in citato conſilio 451.col.2.vnde ſi do
minus Hieronymus egit ad prædictam ſummam octocen-
tum ſcutorum contra debitorem , optimè fecit ; quia vt di-
4 cit Mathæſ.in not.51.per dict.l.ſi quis maior,ſi † vendam ti
bi fuudū pro mille , & obligauero me tibi de euictione ad
duplum , & tu ſoluiſti mihi nouemcentum , & reliqua cen-
tum promiſiſti ſoluere ad terminnm , puta ad calendas Au-
guſti,& iuraſti obſeruare contenta in contractu,& non cō-
trauenire,poſteà non ſoluis centum in termino ſecundū diſ
poſitionem d.l.ſi quis maior,ego venditor liberor à pericu
lo euictionis,& tu non potes repetere nouemcentū,ſoluta,
& ꝙ plus eſt cogeris ad ſoluendum ſcuta centum reſtan-
tia,quod dictum uti notabile ſequuntur Iaſo. in dict.l.in 3.
col.& Curt. Sen.in 1.colum. vbi inquit ad Matthæſ. ſemper
5 eſſe recurrēdū,& ideo † quod cauti eſſe debemus,vt in om-
ni contractu apponatur iuramentum;quia operatur infini-
tos, & mirabiles effectus.ſubdens ſe habere pro uoto,& fir
mo propoſito non contrahere cum aliquo, niſi iuret in eo.
Idē dixerūt Dec.in allegato cōſ.451.col.2.& Brun .cōſ.48.
6 colum.fin.magna † enim eſt uis iuramenti,ut iuquit Cagno.
in d.l.ſi quis maior.nu. 36.vbi tradit poſt Seuer. in tract. de
7 tranſac.& Moder.Brixien.in cautela 20.ꝙ † qui ex cauſa trā
ſactionis iuratæ promiſit ſoluere ducatos ſeptuaginta in ſe
ptē terminis,ſi in vno termino defecit , ſtatim ad ſolutionē
totius reſidui,non expectatis alijs dilationibus ratione per
iurij compelli poterit.Facit etiam quod dixit Parpal.in d.l.
8 ſi quis maior,nu.37.vbi inquit † quod debitor, qui non ſol-
uit ſuo tempore,quod iureiurando promiſerat,non excuſa
tur à periurio eo prætextu quod creditor ei viciſſim aliqd
daturus erat,ꝙ non dedit.Cū igitur dominus Hieronymus
in caſu noſtro non adimpleuerit promiſſa cum iuramento
in termino inter ipſas partes conuento, nimirū ſi cōueniri
potuit ad ſolutionem debitam,& in ea cum legitimis expē-
ſis condemnari debeat.l.eum quem temerè.ff. de iud.mitius
enim egit dominus Hyeronymus contra debitorem,quam
agere debebat, vt ſatis patet ex ſupradictis, cum incideret
in pœnas,de quibus in d.l.ſi quis maior,ad quas noluit age
re,ſed tantū ad ſummā ſibi reſtantem. Qua cōcluſione ſtāte,
9 nō videntur † obſtare litteræ ſalui conductus impetratæ ab
illuſtriſs.Duce Placentino prorogātes dilationē ſolutionis
cōuentionalē,ad quinquēniū,quas Principes cōcedere ſo-
lent,&poſſunt,ut in l.quoties,& in l.vniuerſa.C.de precib.
imper.offer.& quæ dilatio currere incipit poſt dilationem
conuentionalem,vt per Ale.& alios in l.fi.C.de repud.hęr.
10 quia plurib.modis reſpōdetur,& primò ꝙ † huiuſmodi lit
terę ſunt ſubreptitæ,& non expreſſerit debitor in impetra-
tione earum ꝙ obligatus erat ſoluere in paſchate cum iura
mento,& quod promiſerat non impetrare reſcriptum,quo
caſu dicunt Cyn. Sali.& Paul.de Caſt.in l.fi. C.ſi contra ius
uel utilit.publi.ꝙ ſi contraximus ad inuicem,& promiſiſti
cum iuramēto ñ impetrare ſuper hoc aliquod reſcriptum,
ſi impetras nō valet,niſi de tali pacto vel iuramento facias
mentionem;quia non eſt veriſimile ꝙ princeps cōceſſiſſet,
ſi de hoc eſſet facta mentio,ne detur materia ueniendi con-
tra propriū iuramētū.Idē dixit Parpal.in d.l.ſi quis maior,
nu.36.verſi.quintò limitatur,&Alb.de Roſa.in d.l.quoties.
col.2.Bal.in c.conſtitutus,in 3.col.extra de reſcript. Acce-
dit etiam ꝙ uoluit Affl.in deciſ.220.col.2.verſ.ſecunda ſub
11 reptio, vbi inquit † quod habilitatio à iuramento obtenta
ad effectum agendi,redditur ſureptitia, ex eo quòd coniu-
ges,de quib. in caſu ſuo,non fecerunt mentionem, ꝙ in in-
ſtrumento tranſactionis renuuciauerunt cū iuramento non
impetrare priuilegia & reſcripta.pro cuius confirmatione
faciunt,quæ ſcribit Ancha.in conſ.308.vbi dicit,ꝙ conceſ-
12 ſio Papæ abſoluens † aliquam à promiſſione,quam fecerat
per pactum iuratum,non ualet, ſi non fuit facta mentio iu-
ramenti.idem uoluit Roma. in cōſi.379.colu. 4.vbi inquit,
quod taciturnitas iuramenti inducit ſubreptionem.
Secundò reſpondetur, quod etiam dato quod facta fuiſ-
13 ſet mentio de dicto iuramento, quod † Princeps ſæcularis
non potuit, nec poteſt concedere litteras quinquennales
aduerſus contractus iuratos.Ita Cy.& Sali.in d.l.fi. quærūt
n.ibi,pone ꝙ cōtraxi tecum , & promiſiſti mihi centū in pa
ſchate ſub pœna,& iuraſti nō impetrare reſcriptū, & impe
traſti poſtea reſcriptū ab Imperatore,ꝙ nō tenearis ſolue-
re,niſi uſque ad quinque annos , nunquid incidiſti in pœnā
& periuriū ſi non ſolueris in tempore conuento?& reſpon
det, quod licet aliqui voluerunt per gloſſ.in l.adigere.ff.de
iur.patro.ꝙ valet tale reſcriptum,ſi facta eſt mentio de pa-
14 cto,& iuramento,†tamē ꝙ veritas eſt,quod non ualet;quia
tale iuramentum non poteſt niſi ꝑ Papā remitti,& cū cauſa,
ꝑ.c.quando,c.ſi verò.c.quemadmodū,de iureiur.Idem uo-
luit ibi Paul.de Caſt.in fi.vbi inquit,ꝙ licèt quando fit men-
tio de iuramento poſſet valere reſcriptum,id tamen intelli
gi debet in reſcripto impetrato à Papa,qui poteſt diſpenſa
re ſuper iuramento,& ipſum remittere,ſecus in principe ſę
culari,q. hoc non poteſt, cū iuramentū non ſit de foro ſuo.
hanc quoq; partem tenuerunt Albe.de Roſa.in d.l.quoties.
col.2.Iaſ.in l.vninerſa.colu.1.C.de precib.Impe.offer. Ale.
in conſi.205.in fi.vol.2.conſi.38.col.2.& 3.vol.3.& in cōſ.
62.colum.fin.uol.7.Feli.in cap.conſtitutus.col. 3.verſi.ſta-
tuta,& colum.4.in fin.verſic.conſidera duo, de reſcrip. Iaſ.

in conſi.173.colu.pen.uol.4.Affl.in deciſ.5.in fi.& in deciſ.
111.nu. 13. Bru.in conſi. 49. Corſe. in repe.rubricæ de iu
reiur.priuil.22.Rom.ſing.ſuo 155.Anto. de Petru.in repe.
15 l.1.in 25.effectu.ff.de iureiur.vbi tradit, quod † & ſi minor
pars creditorum compellatur conſentire maiori parti vo-
lenti dare inducias quinquennales debitori,uel ſaluum cō-
ductū.l.fi. C.qui bon.ced.poſ.l.maiorem. C.de pact. tamen
hoc fallit,quando creditor diſſentiens haberet talem debi-
torem cum iuramento obligatum,prout communiter,& vt
plurimum fieri conſueuit,nam tunc eo inuito, & non con-
ſentiente, alij creditores non potuerunt deinde ſaluum cō
ductum concedere, minusque in præiudicium ipſius cōtra
16 dicentis,etiam † ſi reſcriptum principis interueniat.hoc et
tenuit Ioan.de Sylua,in trac.de benef.par.3.q.13.nu.22.
17 Tertio reſpondetur,quod † dictæ litteræ quinquennales
non poſſunt prodeſſe dicto do.Antonio;quia impetratæ cir
ca cauſam,quæ iam deducta fuit in iudicium,vt dixit Bar.in
l.fin.C.vt lit.pēden.ubi inquit q͏̃ nullo modo licet impetra
re priuilegiū ſup cauſa,quę agitatur,ut in auth.ut in medio
litis,in princ.coll.8.quē in terminis ſalui conductus ſeq̃tur
Bru.in conſi.46.in fin.faciunt not.per Affl.in deciſ.220.nu.
18 13.vbi † inquit,reſcriptum impetratum nulla facta mentio
ne dependentia litis redditur ſubreptitium,per not.in c.cæ
terum & in c.ſuper litteris.de reſcrip.Dec.in c vt debitus.
col.4.de appellat.per gl.in c.prudentiam.§.ſexta. uerſi.iu-
ſti. & ibi Abb. de off.delega.Iaſ.in l.2.C.ut lit.pend.ubi for
9 tius dixit † quod tale priuilegium & reſcriptum impetratū
à Principe lite pendente,etiam motu proprio Principis,nō
nocet parti aduerſæ,quia Princeps nō intendit præiudicare
tertio,etiā ſi faciat motu proprio,ut per Hoſtien.But.Imo.
& panor.ac d. Franciſcum de Are.in c. cauſam.2.de teſtib.
Vnde ex his concludendum arbitror,littera ipſas quinquē-
nales nullo modo prodeſſe debere dicto do.Antonio, ſed
ipſum compellēdum eſſe per omnia fortiora iuris remedia
ad ſolutionem ſcutorum octo centum, de quibus in citato
inſtrumento,una cum expenſis. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

### *SVMMARIVM.*

1 *Actore non probante,reus debet abſolui.*

2 *Notarius qui eſſe non præſumitur,niſi probetur.*

3 *Notariatus qualitas non ineſt à natura; quia nemo notarius naſcitur.*

4 *Clericatus qualitas non ineſt à natura.*

5 *Clericū aliquē allegans,tenetur illum probare eſſe clericū.*

6 *Notariatus debet probari,quando opponitur contra inſtrumentum,quod non eſt authenticum.*

7 *Inſtrumentū producēti incūbit onus probādi de notariatu.*

8 *Notario ſi data fuit licentia a iudice leuandi,& authenticandi inſtrumenta notarij defuncti, talis licentia nihil operatur,non conſtito quod rogatus de inſtrumento eſſet notarius,& nu.15.*

9 *Et non ſufficit probare illum fuiſſe ſimpliciter notarium,ſed eo tempore,quo fuit rogatus de inſtrumento.*

10 *Fundans ſe in tempore oportet quod articulatè,& limitatè probet de tempore.*

11 *Ex præſenti non præſumitur in præteritum quod aliquis fuerit notarius.*

12 *Modus probandi tabellionatum,quando opponitur,inſtrumentum non fuiſſe confectum a tabellione.*

13 *Inſtrumento,ut detur fides,opus eſt probare illud ſcriptum fuiſſe manu notarij de eo rogati,*

14 *Notarius,qui dicitur recepiſſe inſtrumentum,ſi non uiuit, ſed mortuus eſt,debet fieri probatio per comparationem ſcripturarū, quod ſcriptura ex qua ſumptum eſt dictum inſtrumentum erat ſcripta manu notarij dafuncti.*

16 *Notarius,cui committitur a iudice ordinario autboritas redigendi in publicam formam notas notarij prædefuncti,licet poſſit illas in publicam formam redigere,tamen id uerum arbitratur,quando ne authoritate apparet.*

17 *Et alio modo quā per aſſertioē dexēplantis inſtrumētū,& aſſerentis alium notariū de dicta auctoritate rogatū eſſe.*

18 *Licentia exemplandi inſtrumenta in publicam formam non citatis his,de quorum intereſſe agitur,non valet,tamen de conſuetudine valet,ut in num.21. ſi tamen uetuſtiſſima ſit,ut in nu.24.*

19 *Et ſi certi ſint,ſecus ſi incerti, quia tunc in genere citari debent.*

20 *Pars in productione inſtrumenti citari debet.*

22 *Conſuetudo attendi debet,cum ſit actus practicus.*

23 *Conſuetudo,quia facti probari debet.*

25 *Inſtrumēto leuato ab alieno prothocollo fides non eſt adhibēda,niſi exhibeatur prothocollum.*

26 *Sumpto extracto a prothocollo nullo,fides præſtanda non uenit.*

27 *Prothocolla debent habere omnia ſolennia requiſita in inſtrumentis publicis.*

28 *Prothocollum carens rogitu notarij non ualet.*

29 *Rogitus notarij ſecundum communem in dubio non præſumitur.*

30 *Notarius authenticans rogationes alterius notarij,non poteſt aliquem defectum ſupplere circa ſubſtantialia.*

31 *Princeps ſolus ualidat inualidum.*

32 *Verbum actum,poſitum in prothocollo præſumptionem rogitus notarij inducit,& nu.33. & 34. ubi declaratur.*

36 *Notarius,cui commiſſum eſt a iudice, ut in publicam formam redigat notas notarij prædefuncti,nō poteſt ſecūdū communem authenticare inſtrumentum,& illud exemplare,ſi non ſit in eo ſignum notarij,& eius ſubſcriptio.*

36 *Declara,ut infrà.*

## CONSILIVM XXXII.

VIſo proceſſu cāæ principalis vertentis corā dn̄o Prętore Sāctæ Agathę inter Dn̄i cum de Ferrarijs ex parte
vna agentē, & Antoninā de Ramollis ex altera ſe defēdētē:
vr̄,dicēdū, q͏̃ dicta Antonina abſoluenda veniat, per regula
1 vulgarem,q̃ hēt,† q͏̃ actore non probante reus dēt abſolui.
l. q accuſare.C.de eden.l.ei qui dicit.ff.de proba.l.Actor,q͏̃
aſſeuerat.C.eo.tit. Nam ex parte dicti Dominici iuſtificatū
non reperitur q͏̃ aſſertum teſtamentum Gulielmi Amiſani
per eū in iudicio exhibitum,& in quo fundare uidetur intē
tionem ſuam,ſit authenticū, ſed ſcriptura priuata, ut a rea
cōuenta oppoſitum fuit:quoniam de allegato teſtō dicitur
eſſe rogatus Stephanus Parona,& tn̄ nō cōſtat illud eſſe ſcri
ptum nec trāſumptum manu ipſius Stephani,ſed manu Ioa.
Matthæi de Maſicarijs,quo caſu cum negatum fuerit prædi
ctū teſtamētum fore ſcripturam publicam,primò probādū
fuerat,q͏̃ dictus Stephanus,qui aſſeritur de eo rogatus, fuiſ
2 ſet notarius;cum † notariatus in facto tm̄ conſiſtat, q͏̃ nō p̄
ſumitur,niſi probetur.l.quæcunq. ff.de publ.l. in bello.§.fa
ctæ.ff.de ca.Item & quia notariatus officium non confertur
nobis à natura,ſed ab hōibus dignitatem habentib.& nō ab
omnib. ſed à paucis,vnde cum talis qualitas nō cōualeſcat,
ſed conferatur,meritò per allegāntem debet probari, vt p
Socin.conſil.33.nu.2.& 3.volu. primo. idem dixit excellen
3 tiſsimus inter modernos Crauet.in conſi.72.colu.2.vbi†di
cit,q͏̃ qualitas notariatus non ineſt à natura: quia nemo no
4 tarius naſcitur,iō probari debet,ſicut†dicimus clericatu.
Satis.n.eſt opponere tu non es notarius,tu non es clericus
quia opponens habet intentionem fundatam de iure com-
5 muni,& naturali:ob†id allegans aliquē clericum, tenetur
probare illum eſſe clericum,vt per Dec.in c.cum adeò.col.
6 2.de reſcrip.& in conſi.125.col.2.Et in terminis † notaria-
tus,qđ probari debeat,qn̄ opponitur contra inſtrumentū,
quod non eſt authenticum,tradit Spec.in tit. de inſtru. edi.
§.reſtat,verſicu.& ſcias,& verſicul.illud autem notandum,
& plenè Doct.in c.1.de fid.inſtru.vt citat Alex.in cōſi. 198
colum.1.volum.7.& Craue.alios referens in dicto cōſ.72.
col.2.& in conſi.122.num. 16. & in conſil.150.in princ.idē
voluit Alex.in conſi.97.num.3.volu.7.& iſtud adeò verum
eſt,quòd dixit Alex.in conſi.166.col.2.vol.2.& Soci. in di-
7 cto conſil.33.col.2.in princ.quòd † onus huiuſmodi proba
tionis incumbit producenti inſtrumentum, quod vtiq. fa-

ctum non reperitur,ergo teſtamento ipſi nulla fides adhibē da venit.Plus voluit ibidem ipſe Alex.in d.conſi.166.col.2.
8 quod† etiam ſi data fuerit facultas a iudice notario leuādi, & authenticandi prothocolla ſer Andreæ defuncti,quòd ta lis licentia nihil operatur,non conſtito ꝙ eſſet notarius:for tius dicit,quod etiam dato quod probaretur dictum Paro- num fuiſſe notarium,tamē† iſta probatio ſimplex nihil ope
9 raretur, quia opus fuiſſet verificare ipſum fuiſſe notarium eo tēpore quo dicitur ipſum fuiſſe rogatum de ipſo inſtru mento teſtamenti.Ita Alex.in citato conſi.166. col.2. & in
10 conſi.97.nu.4.volum.7.quia † ille, qui ſe fundat ex tempo re,oportet quòd articulatè & limitatè probet de tempore.
11 l.eum actum.ff.de neg. geſt. & quia†in talibus ex præſenti non præſumitur in præteritum, & ſic non ſequitur hodie, aliquis eſt tabellio:ergo fuit heri,vel pridie, vt magiſtrali- ter declarat Bald.in l.ex perſona.in 2.col.C.de prob. Bald. in l.qui adulterij.C.de adult.Idem conſuluit Alex.in ſæpius allegato cōſ.198.col.2.vbi poſt Ioa.And.Ant.d' But. & Imo.
12 in c.1.de fid.inſt.tradit modū ꝓbādi tabellionatū,† q̄do op ponitur inſtrumentum non fuiſſe confectum ab eo,qui eēt tabellio,ꝙ practica,& remedium eſt,ꝙ capituletur,& pro- betur,quòd tempore,quo fuit confectum inſtrumētum ,de quò eſt quęſtio,talis qui illud cōfecit,fūgebatur publico of fic.tabellionatus:arg.l.3.ff.ad Maced.cui opinioni etiam ad hæret Boer.deciſ.36.colu.pen.qui licèt dicat,ꝙ notariatus uidetur probatus,quando plura inſtrumenta antiqua repe riuntur confecta,ſiue poſt illud de cuius ualiditate agitur, & hoc propter difficultatem probationis, quod tamē apud me dubium uidetur ꝑ ſupra dicta, tñ dictum eius nihil facit in propoſito,de quo agitur,vbi inſtrā aliqua dictiParoni nō fuarunt exhibita, & producta .
13 Secundò,† vt dicto teſtamēto fides adhiberi poſſet, opus erat per domi. Dominicum probari , quòd illud ſcriptum fuiſſet manu ſer Stephani Paroni,cum potuiſſet eſſe quòd il le,qui ſcripſit non eſſet ille Stephanus, cuius nomen eſt in- ſertum in ſubſcriptione Io.Secundi,qui illud authenticauit & leuauit,vt voluit ī indiuiduo Ale.in citato cōſil.198.col.
14 1.ver.3.oportebat,qui inquit,ꝙ †lq̄n notarius, qui dicitur recepiſse inſtrumentum,nō viuit,ſed mortuus eſt, ꝙ debet fieri probatio per comparationem ſcripturam, ꝙ illa ſcrip tura ex qua erat ſumptum dictum inſtrumentum , erat ſcripta manu dicti ſer Stephani , vt in leg. ſi quis decurio. C.de falſ.gloſ.in authen.& ſi contractus.C.de fid.inſt.alibi. idem Alex.in conſi.97.nu.3.vol.7.& in allegato conſi.166. col.2.vbi ēt traditionus hmōi probatiouis incumbere ꝓdu centi teſtamentum.Nec habet obſtare ſm eum ꝙ ſatis ꝓba tum eſt per licētiam datam ſer Io. Scd'o de authenticādo in ſtrumēto ex rogationib.& prothocollis ſer Stephani defun cti,iuxta id,ꝙ habetur in c.cum P.tabellio.de fi. inſtru.quia
15 † reſpōdet Alex.per dictam licentiam non eſse probatū,ꝙ illud inſtrumentum ſit de rogationib. & prothocollis dicti ſer Stephani,nec etiam quòd dictum inſtrumentum leuatū ſit ſcriptum manu eiuſdem ſer Stephani,& Alexād.ſequitur Cagnol.in l.ſi librarius.ff.de reg. iur.

Tertiò dicitur,quòd exemplum ſumptum per ſer Io. Se- cundū,nihil valet,ex rationib.& cauſis infraſcriptis. & pri-
16 mò,quia licèt vera ſit Docto.concluſio,ꝙ † notarius,cui cō mittitur a iudice ordinario,vel ab alio habente authorita- tem,ꝙ in publicam formam redigat notas notarij prædefū cti,poſſit illas in publicam formam redigere,vt not.per Do ctor. in capit. cum P. tabellio , de fid. inſtrumen. per illum text.& per Alexand.in conſi.153.colum.3.in fin. volum.2. Guid.Pap.quæſtio.2.quæſtio 221.num.6.& 404.tamen iſta ſententia limitatur procedere,& vires ſuas extendere, quā do de ipſa commiſſione appareret,vt in d.c.cum P.tabellio. & per Alexand. in conſil. 198. colum. 1. verſic. ſecundum
17 uol.7.& alio † modo,quam per aſsertionem exemplantis teſtamentum prædictum , & aſſerentis alium notarium de dicta licentia rogatum,vt inquit Alexand.in conſil.187.co- lum.fin.vol.6.per l.ſi.C.de fid.inſtrum. & in authen. ſi quis alquo.npr.de edeu.Guid.Pap.deciſ.204.&Boer.deciſ.36. Cicol.3.in in.Sed in caſu de quo agitur,Io.Secundus in ſub ſcriptione exēplationis,prothocolli atteſtatur ſe habuiſſe licentiam exemplandi dictum teſtamentū à d.Vicario Aſtē- ſe,ut patet inſtrumento recepto per do.Baptiſtam Paronū, de qua non apparet;ergo,&c.Nec habet obſtare ſi dicatur, ꝙ & ſi dicta atteſtatio Secundi facta in ſubſcriptione inſtru menti ſumpti ab allegato prothocollo nō ualet ratione ꝓ- miſſa,ꝙ ſaltem debet ualere licentia præſentata ſub die 26. Nouembris anni præteriti ,in qua datur facultas Secūdo ꝑ Vicarium Aſtenſem leuandi, & extrahendi, & in publicam formam redigendi notas,& protho colla inſtrumentorū re ceptorum per Stephanū Paronum; quia reſpōdetur,ꝙ nul latenus conſtat teſtamentum prædictum receptū fuiſſe à di cto Stephano,nec ab eo rogatum , minuſq; eius manu ſcri- ptum,unde cū non apparet de præmiſſis,ſub quib.fundatur ipſa licentia,ualere non poteſt dicta exemplatio , tanquam facta à non habente poteſtatem exēplandi dictum teſtamē- tum,cùm ea tantum extendatur ad notas & prothocolla , quæ habent omnem ſolennitatem.Ita Paul.de Caſt.in conſi. 291.col.fin.circa fi.uol.1.

18 Secundò dicitur,† ꝙ dicta commiſſio & licentia extrahē di,exemplandi,ac exemplaria faciendi, & in publicam for- mam redigendi inſtrumenta de prothocollis,& rogationi- bus ſer Paroni non ualet,quia non fuerunt citati hi,de quo rum intereſſe agitur,ut per Hoſtien.Ioan.And.Bal.& Anto. But.in d.c.cum P.tabellio.ubi Doc.paſſim hoc admittunt,ꝙ
19 in tali commiſſione , † citandi ſunt hi, de quorum intereſſe agitur,ſi ſunt certi,alias ſi incerti,in genere,ut per Alex.in dicto conſi.198.col.1.& 2.verſi.circa ſecundum, per l.ſi eo tempore.C.de remiſ.pig.& in l.prima in fin. ff.de uentr. in- ſpic.Soci.conſi.187.nu.8.Boer.deciſ.37.nu.7.& Affl.in con ſtit.Baiulos,nu.61.ubi citat hanc eſſe receptam Doct.ſentē tiam,ꝙ iudex debet citare illos,quorum intereſt ſuper reaſ
20 ſumptione inſtrumenti,quia † ſi in productione inſtrumen ti pars debet citari:alias ea nō probat,ut uoluit Bal.in l.ſan cimus.col.pen .C.de iud.& in l.ſi quando. C.de teſtib.& in tranſumptione , ut ꝑ Bart.in l.chyrograph. ff.de adminiſt. tuto.à fortiori in reaſſumptione inſtrumēti a prothocollo notarij mortui,iudicis authoritate,quia ubi pars poteſt læ- di,ſēper per iudicē citanda uenit.l.de unoquoq; de re iudi . Bar.in l.adoptio.ff.de adopt.Idē dixit Guid.Pap.in q.2.col. 2.in fi.cum ſequen.& Didac.in trac.pract. q.fol.149.colu. 3.uerſ.8.vbi etiam ſequitur communem de qua ſupra.
21 Nec habet obſtare,ſi dicatur,† ꝙ de conſuetudine in hu- iuſmodi cōceſſione non ſolent euocari hi,quorum intereſt, ut atteſtatur Guid.Pap.in d.q.2.ſeruari in parlamento Del
22 phi.ac in alijs curijs patriæ Delphinalis , quæ † conſetudo attendit debet,cū ſit actus practus ſecundū Bal. in l.quicun que.C.de ſer.fug.& uim ſolennis decreti habeat,Bal.in c.1. col.3.qui feud.dar.poſ.& per Soc.in conſi.277.nu.5.vbi ēt aſſerit ex conſuetudine id ſeruari in ciuitate Senarū:q̄a reſ
23 pondetur,ꝙ † cum cōſuetudo ſit facti,ꝙ ea probari debuit ut in l.2.cū ibi not.C.quæ ſit lōg.conſue.c.1.de conſt.in 6. & ita in terminis noſtris dixit Ale.in iam ſæpius citato cōſ.
24 198.col.3.uol.7.Plus dicitur,ꝙ ad ho c † ut valeat ipſa con ſuetudo,requiritur ꝙ ſit vetuſtiſſima tan ti tēporis cuius ini tij memoria non ſit in contrarium , non autem quod ſit de- cem,vel viginti annorum,quia eſſet conſuetudo contra ius, ut in ſpecie dixit Affl.in d.conſti.Baiulos.nu.62.in fi.

Tertiò dicitur,ꝙ dicto teſtamēto trāsūpto ex exēplato ꝑ ſer Secundū nulla eſt adhibēda fides,ex his , q̄ decidit Cag. in l.ſi librarius.nu.34.de reg.iur.vbi inq̄t, q̄d † ſi inſtr̄m le- uatū fuerit ab alienis notulis,aut prothocollis,niſi exhibea tur prothocollum,non facit fidem.auth.ſi quis in aliquo,C eden.not.in c.cū.P.tabellio.de fid.inſt.&ꝙ aliàs practicādo dixit,ꝙ licèt in primo termino ad opponendū aſſignato,nō fuerit facta oppoſitio contra tale inſtr̄m ab alienis notu- lis,ſeu prothocollis leuatum,non cōſtare de licentia,ſeu cō miſſione leuandi, nec poſſe amplius opponi in patria ſua ꝑ pter normā Ducalis decreti, & tradita per Ale.in cōſ.166. col.3,vol.2.tñ ſi non conſiet de notulis, ſeu prothocollis, à quib.dicitur leuatū inſtr̄m fides non eſt adhibēda, per te. in d.auth.ſi quis in aliquo,& nota.per Paul.de Caſt.in cōſi. 195.in

195.in nouis,& alios in l.eum qui §.qui ita.ff.de uerbo.ob-
liga.& Dec.in conſi.302.nu.15.ponit non credi notario aſ-
ſerenti aliud inſtrumentum à ſe rogatum,& receptum, niſi
actualiter producatur: quantò minus ergo inſtrumentum
ab alienis notulis,ſeu prothocollis leuatũ ex commiſſione
iudicis probauit,nõ cõſtante de prothocollo?& ſubdit idẽ
Cagnol.quod ubi pars dictam oppoſitionem facit,ſolet fie
ri interrogatorium, utrũ uelit ſtare inſtrumento producto
tanquam legitimè tranſumpto,quo negatiuè reſpondente,
petitur, & requiritur aſſignari partem ad uindedum fieri
extractum,& inſtrumentum exhibitum collationari cũ pro
thocollo in tali loco,& hora,aut compelli notarium ad fa-
ciendum fidem de prothocollo,qui liber proprius eſt nota
rij,& productio in ipſius poteſtate, ut per Alexan. in l.Præ
tor,in princip.ff.de eden.& niſi exhibeat,poterit puniri, ut
tradit Felin.in c.cum P.tabellio. colum. 2.& in capit. acce-
pimus. colum.fi.de fid.inſtr.& Bald.in rubr.C.de fid.inſtr.
ſed in caſu de quo agitur non fuit exhibitum prothocollũ,
ergo &c.

Quarto dicitut,quod † dicto tranſumpto fides adhiberi
26 non debet, quia cum prothocollum ſit nullum,etiam tran-
ſumptum ex eo eſt nullum, tanquam extractum, & proce-
dens à radice infecta,& uitioſa.Ita Corn.in conſi.70.col.2.
vol.4.& conſi.118.col.2.uol.eo.Pariſ.conſi. 27.col.3.uol.
27 2.debent † enim prothocolla habere omnia ſolennia, quæ
requiruntur in inſtrumentis pu licis,ut præſupponere ui-
detur Ioan.And.in addit.ad Spec.in tit.de inſtru.edi.§.vidẽ
dum,& per Bald.in rubr.C.de fid.inſtrument.q.3.ubi dicit,
imbreuiaturã debere eſſe publicam & perfectam, quò ad
ſolennitates,ad hoc,vt fidem faciat.Idem firmat Ab.in c.cũ
P.tabello.colum.3,verſic.ultimò quæritur, de fid.inſtrum.
vbi concludit,notam ſiue imbreuiaturam pro nihilo habe-
ri,ſi in ſe non contineat ſolennitates.Afflict.in conſt. reg.in
conſt.baiulos.n.54.& abundè per Pariſ.conſi. 27.colum.1.
vol.2.Crauet.in conſil.216.num.5.ſed dictum aſſertum ꝓ-
28 thocollum caret rogitu notarij,quod † eſt de ſubſtantiali-
29 bus inſtrumenti, & † qui non præſumitur in dubio ſecun-
dum communem,vt per Alex.in conſi.48.colum. pe.volu.
5.Affl.deciſ.245.num.9.Deci.in cap.1.nu. 20.de fid. inſtru.
ubi etiam aſſerit hanc eſſe communem. Butigel. in l. ſcien-
dũ.nu.58.cum ſeq.de verbo.obl.Dom.meus Ruin.in conſi.
12.nu.15.vol.2.& in conſi.144.col.2.uol.4.Ange. in conſi.
220.col.1.hoc idem uolũt Inn. & alij in d.c.1.vbi dicit uti-
le eſſe ꝙ notarius in inſtr̃o atteſtetur ſe fuiſſe rogat, aliàs
autem ſi hoc non faceret, & decederet uotarius, uel aliter
cõſtare non poſſet de rogitu, inſtrumentum pro nihilo eſ-
ſet,& Inn.ſequitur Alex.in d.conſi.153.col.3.in princ. vol.
2.vbi ẽt inquit,opus eſſe ad hoc,vt ſcriptura tabellionis fa
ciat fidem,quod conſtet ſe rogatum fuiſſe de actu,& magis
communem eſſe quod rogitus non præſumitur, niſi probe-
tur.Cum ergo non appareat quod ſer Paronus fuerit de di
cto teſtamento rogatus,uidetur impoſſibile poſſe dici ſer
Secundum illud potuiſſe in publicam formam redigere, cũ
30 † notarius authenticans rogationes alterius notarij, non
poſſit aliquem defectum circa ſubſtantialia ſupplere,ſecun
dum Ioan.And.in add.ad Specul.in tit.de inſtru.edi.§.oſtẽ-
ſo,in addi.incip.in uerſi.ſequen.& ratio eſt, quia cum talis
defectus a principio reddiderit actũ nullũ.l.cũ hi.§.prætor
31 ff.de tranſ.nihil poteſt tabellio ſupplere,cũ † ſolus Pinceps
ualidet inualidum,iuxta no.per gl. in c.quantò de tranſ. &
Rui.in citato conſi.144.col.2.& in conſ.159.col.2.in prin.
32 vol.4.Nec habet obſtare,ſi dicatur,ꝙ † immo rogitus pro
batur,quia in ꝓthocollo dicitur,Actum in ciuitate Aſt.per
quã clauſulam rogitus præſumitur ſecundũ Bal.in authen.
quod ſine.C.de teſtam.quem ſequitur Alex.in conſi.14.co-
lum.3.verſi.5.in fin.vol.6.Pau.de Caſt.conſi.111.col.1.vol.
1.conſi.291.col.2.& 307.col.2.uol.eod.Pariſ.in conſil.61.
colum.2.uolum.3.Iaſ.in l.Gallus. §.idem videndum. in fin.
ff.de liber.& poſthu.Rui.conſi.159.colnm.4.uolum.4.& in
conſi.1.col.4.uol.3.Quia reſpondetur,quod & ſi dicta clau
ſula actum in tali loco, denotet rogitum, tamen id verum
33 eſſe arbitratur, † ſi poſita fuerit in fine prothocolli, ſecus
ſi in princip.ut uult Paul.de Caſt.in d.l.hanũ conſultiſſima
in fi.ibi,& ideo ad ſignificandam rem perfectã,notorij ſub-
ſcribunt hoc modo,Actum tali loco,in præſentia mei nota-
rij &c.Paul.de Caſt.conſ.204.ſm̃ antiquam impreſſionem.
col.2.verſi.item continet illa verba,Actum,&c.Ex quib.ap
paret quòd habuerit voluntatem pro perfecta, & conſum-
mata,& quòd nolebat aliquid plus diſponere.Card.in cõſi.
133.colum.2.Ang.in tract.de teſta.in verſi.factum.Alex.in
conſi.14.num.14.verſi.ita ergo in propoſito,volum.6.Bar-
ba.conſi.32.colum.9.volu.1.Soc.conſi.142.colum.1.Curt.
Iun.conſi.162.in fi.& ratio eſt,quia cum poſt dictam clauſu
lam fuerint facta plura legata,inſtitutio hæredis,& aliæ diſ
poſitiones, datur intelligi quod actus non erat perfectus,
quia volebat adiicere alia.Ita Pariſ.conſi.27.colum.3.in fi.
verſi.prout etiam obiectio ceſſat,vol.2.& vlterius illud ha
34 bet locum, † quando manu notarii reperiretur ſcriptum,
Actum tali die.Ita Paul.de Caſt.in l.ſi is qui.col.1.in ſi.ff.de
teſta.& dicta l.hac conſultiſſima.in fi. ibi ſubſcribunt. Cur.
Iun.in d.conſil.161.col.2.in fi.

35 Quintò facit.Nam † notarius,cui committitur a iudice,
ꝙ in publicam formam redigat notas notarij prædefuncti,
non põt authenticare inſtrumentum, & illud exemplare,ſi
nõ ſit in eo ſignum,& ſubſcriptio notarij.Ita Cor. in citato
conſi.70.col.2.& 118.col.3.vol.4.quia ſecundum magis cõ
munem,de qua per Boer.in deciſ.37.num.8.& Cagnol.in l.
ſi librarius.nu.14.de reg.iur.iſta ſunt de ſuſtantialib. inſtru
menti. Nec habet obſtare quòd immo ſi in rogatione,vel
abbreuiatura non ſit ſubſcriptio notarij, vel eius ſignum,ta
men poteſt publicari notario mortuo,interueniẽte iudicis
anthoritate,per not.in c.cum P.tabellio.ſm̃ Cyn.in l.ſi con
tractus.C.de fid.inſtrumen. vbi aſſerit ita de conſuetudine
ſeruari,& ibi clarius Salice.in 6.q. vbi ẽt citat, ꝙ ita ſeruat
conſuetudo.Pa.de Ca.conſi.291.col.fi.vol.1.Ale.in cõſi.14
col.2.vol.6.& Cur.Iun.in conſi.161.col.2.Dec. in cõſ.447.
col.2.& Dominus meus Rui.in conſi.144.col.2.vol.4. & in
conſil.159.num.11.& 12.quia reſpondetur quod licet præ-
36 dicta opinio ſit vera,tamen † quod ea locum habet, & pro
cedit,quando nullum aliud apparet uitium in prothocol-
lo.Ita Bald.in l.fideicommiſſa.§.1.ff.de leg.3.vbi inquit,qđ
licet ex imbreuiatura poſſit fieri inſtrumentum publicum
per notarium ſubrogatum loco defuncti notarij,licet non
habeat ſubſcriptionem,neque ſignum,per l. primam de of-
fic.conſ.tamen quod hoc eſt verum, ſi illa imbreuiatura ſit
redacta in mundum,& nullum ibi appareat vitium, quãuis
deficiat ſubſcriptio,& ſignum notatii, quia authoritate iu-
dicis poteſt perfici,& Bal. ſequitur Rui. in allegato conſil.
159.nu.11.in fi.ſed in caſu de quo agitur multa ſunt uitia.
Nam primò non conſtat de notariatu dicti ſer Paroni,necꝙ
prothocollum ſcriptum ſit manu eiuſdem:minus de eius ro
gitu;igitur dicendum uenit ꝙ non potuit in publicam for-
mam redigi dictum teſtamentum. Pro cuius confirmatione
facit,qđ not.Ale.conſi.153.col.3.in fi.verſic. nec prædictis
obſtat,vol.2.quem ſequitur Rui.in citato conſi.144.colu.2.
vbi reſpondendo dictis Cyn.in d.l.contractus,cum quo cõ
cordat ibi Bal.& Sali.inquit,quod ipſi loquuntur, quando
conſtat,per teſtes vel alio modo, quod talis tabellio, tanq̃
rogatus ſcripſerit ſcripturam,ſeu coram partib. publicaue
rit:alias dicit impoſſibile eſſe illud procedere,ſi in ſcriptu-
ra non appareret,quòd ipſe notarius defunctus fuiſſet ro-
gatus.Crauet. in citato conſi.216.num.7. Idem dixit Alexa.
in conſilio 14.in fi.& in conſi.94.colum.2.in fin. vbi fortius
voluit,quòd etiam ſi conſtaret quòd imbreuiatura eſſet ſcri
pta manu notarii defuncti,ſed quòd de ea non fuerit roga-
tus ipſe notarius,quòd non probat, & ex ea non poſſit ſu-
mini ſtrumentũ publicum,quicquid dicant Cyn. Bald. & a-
lii,quos citat Alex.in allegato conſi.14.quia iſta ſtant ſimul,
quod notarius eam ſcripſerit, & tamen de ea non fuerit ro
gatus;quia ſæpenumero notarii faciunt notulas,& antequã
rogentur,vel in ipſo rogitu ſuꝑuenit aliqđ impedimẽtũ,ꝑꝑ
ꝙ rogitus non poteſt perfici,ut per plura concludit Corn.
in conſi.94.col.2.uolu. 4. Idem uoluit in effectu Crauet. in
citato conſil. 72. numer. 4. vbi inquit, quòd poſito( & non

conceſſo) quod ſignũ non eſſet de ſubſtãtia prothocolli, tñ in illo caſu erat neceſſarium, quia ex quo inſtrumentum erat ſcriptum manu aliena, requirebatur ſubſcriptio, aut ſignum notarij, ut poſset apparere inſtrumentum fuiſse ſcriptũ ꝑ aliũ de eius uolũtate; ergo & multo fortius fuiſse, cõfirmandum uenit in caſu præſentis cõſultationis, ubi deficiũt tot ſubſtantialia inſtrumenti. Vnde ex his, quę dicta ſunt, cõcludendum arbitror ſtantib. defectib. de quib. ſupra, ꝙ ſicut prothocollo nullo fides aliqua adhiberi non debet, ita nec ſumpto ex eo: & ſic quod dicta ſcriptura redditur omnino inutilis, & nullius momenti. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

1 *Teſtes duo ſecundum communem faciunt plenam probationem, quando concordant ſe in eundem rei finem, licet per diuerſa verba, declara vt in num. 22.*

2 *Corpus perfectum fit ex corpore humano, & ex multis mẽbris ſibi inuicem cohærentibus.*

3 *Formæ nihil detrahi poteſt.*

4 *Teſtes ſingulares tendentes ad eandem concluſionem finalem probant.*

5 *Teſtis ſi in dicto ſuo aliquam falſitatem annectat, valet eius depoſitio, dummodo falſitas ipſa non tangat ſubſtantiam, vel circunſtantias negotij, ſuper quo deponit.*

6 *Teſtis licèt deponat vnus plus alio, non tamen illi dicuntur contrarij.*

7 *Teſtis non dicitur uarius, licèt ſibi cõtradicat in modico.*

8 *Teſtes melius dicuntur probare quando per diuerſa uerba deponunt in eundem rei finem, quàm ſi per eadem, tũc .n. dicerentur teſtificari per eundem præmeditatum ſermonem, quæ probatio a iure non admittitur.*

9 *Singularitas duplex eſt, una obſtantiua, & altera adminiculatiua.*

10 *Probatio facta per unum teſtem de numeratione, & per alium de confeſſione, facit plusquam ſemiplenam probationem, ita quod locus erit iuramento ſuppletiuo.*

11 *Teſtium uarietas in uerbis, ut ab alio prolatis, ut quia unus teſtis dixit, Titium hæredem inſtituo, & alius Titius hæres eſto. licèt non probet, tamen id procedit, ubi eſt differentia in uerbis, aliàs ſecus.*

12 *Teſtes deponentes per eadem uerba, redduntur aliqualiter ſuſpecti.*

13 *Teſtes deponentès ſe recordari de uerbis formalib. deponunt non uerisimilia.*

14 *Teſtium dicta non ſunt calumnianda, ſed adiuuanda.*

15 *Teſtes interrogati de formalitate uerborum, ſi diuerſimode deponant, non probant, ſi inter partes erat contentio de formalitate uerborum, declara, ut in nu. 23.*

16 *Actore non probante reus debet abſolui, etiam ſi nihil præſtiterit.*

17 *Teſtibus ſingularib. & uarijs nulla eſt danda fides.*

18 *Probatio facta per unum teſtem tantum ualet, quantum per mille ſingulares.*

19 *Teſtium ſingularitas operatur quòd ſimul non iungũtur, & ſi iungerẽtur, non facerent ſemiplenam probationem.*

20 *Teſtes interrogati ſuper formalitate uerborum, ſi diſcordant in cortice uerborum, ſecundum communem non probant, & ſunt ſingulares.*

21 *Diuerſitas uocis inducit ſingularitatem, cum litteræ uocales non ſint eodem modo compoſitæ.*

## CONSILIVM XXXIII.

VIſis, ac diligenter perſpectis, & conſideratis dictis teſtiũ examinatorum ad inſtantiam Bartholomæi Scaroni, uidetur prima fronte dicendum, ſententiam in eius fauo-
1 rem proferendam eſse, quoniam per duos teſtes, † qui ſecundum communem faciunt plenam probationem, ut per Doct. in l. admonendi. ff. de iureiu. Alexand. conſi. 113. nu. 6. uolum. 4. & conſi. 186. in princ. uolum. 7. ſatis uerificata uidetur ipſius intentio de ſcutis ducentum contra Dom. Eraſmum Daneum, cum concordent ſe in euudem rei finem, licèt per diuerſa verba, iuxta tex. ubi no. omnes in l. qui ſententiam, ibi, in unum concordantes rei finem. C. de ſenten. quem vnicum dicit eſſe in iure Bal. in c. in Geneſi, de elec. & aureum in c. licèt cauſam. col. 6. de proba. & in c. Quintaualis, de iureiur. glo. in c. dudum, in uerſi. ſubſtantia. de cõuer. coniungat. & in c. cum Eccleſi a Sutrina. in uerſi. uacillaſſe, de cauſ. poſ. & propr. Ioan. de Ana. in conſi. 76. in prin. & Bologn. ibi in addit. Alexand. in conſ. 78. col. fi. uol. 1. cõſ. 53. nu. 4. uol. eo. cõſi. 88. n. 11. uol. 5. & in cõſ. 186. col. 2. in prin. vol. 7. Rui. in cõſ. 149. col. 1. uol. 5. Crauet. conſi. 267. col. fi.
2 ſicut. n. † ex corpore humano ex membris multis ſibi inuicẽ cohęrentib. fit perfectũ corpus. l. rerum mixtura, de vſuca. & in melodijs ex multis conſonantijs conſtat harmonia, & quædam eſſentia: eſt enim eſſentia integritas quædam ex ꝓ-
3 prijs ſuis partibus conſtãs, quę † & forma dicitur, cui nihil eſt detrahẽdum. l. is qui quadraginta. §. quædam. ff. ad l. Fal. & in muſicis, eſt reperire tonum, & ſemitonum, quæ cõcur-
4 runt ad vnam conſonantiam, ita † eſt in teſtib. ſingularibus tendentibus ad eandem concluſionem finalem, & habentib. caudas, & ſimilitudines, ac conſonantias, colligatas. d. l. qui ſententiam; per quã l. dicebat Oldr. qđ teſtes ſingulares nõ probant, quando in diuerſum tendunt: ſed quando tendunt ad eundẽ finem, ita qđ animus iudicis rectè informatur, tales teſtes nõ dicuntur ſingulares, nec diſcrepantes, ſed contextuales, & conferentes, ſiue concurrentes ad eliciendum vnam debitam concluſionem. Ita Barba. in conſi. 25. colu. 2. vol. 2. Cur. in tract. de teſtibus. concl. 12. Iaſ. in l. 2. col. pen. C. de bon. poſ. ſecundum tab. in conſi. ſuo 42. col. 3. volu. 1. & in conſi. 61. colum. 3. in fin. volum. eo. Hinc multum congruè dixit in propoſito, Specu. in tit. de teſte. §. 1. verſi. item quod aliquid addit, quem ſequitur But. in c. cum cauſam, in
5 fine extra de teſtib. quod † ſi teſtis in dicto ſuo aliquam falſitatem, etiam ſcienter annectat, ualet eius depoſitio, dummodo falſitas illa non tangat ſubſtantiam, uel circunſtantias negocij ſuper quo deponit: ut ſi dicat, contrahentẽ eſſe aliunde quam ſit, uel alterius affinem quam ſit, uel quod domus in qua confectum ſit inſtrumentum, ſit alterius parochiæ quam in ueritate ſit, prout refert accidiſſe in perſona Ioan. And. alibi dicunt But. & Ioan. de Imo. in c. 1. per gl.
6 ibi primam de offi. de leg. quod † licet teſtis deponat unus plus altero, non per hoc illi dicũtur contrarij, quod inquit eſſe valde utile in practica Iaſ. in citato conſi. 42. col. 2. in fi. Rui. in conſi. 145. nu. 10. uol. 5. & in conſi. 1. num. 5. uol. 1. vbi
7 etiam dicit, † quod teſtis non dicitur uarius ex eo, quod ſibi contradicat in modico, ut not. ꝑ gl. in c. 2. de regul. Alex. in conſi. 24. in 2. uol. conſi. 186. nu. 3. uol. 7. idem Rui. conſil. 19. nu. 13. vol. 4. Immo fortius dicit Ioan. And. in c. nihil ob-
8 ſtat, de uerb. ſignifi. quod † melius dicũtur probare teſtes, quando per diuerſa deponunt in eundem rei finem, quam ſi per eadem uerba: quia tunc dicerentur teſtificari per eundem præmeditatum ſermonem, quæ probatio à iure nõ admittitur. l. 3. ff. de teſtib. & Ioan. And. ſequitur Alex. in conſ. 47. col. 2. uol. 2. in conſi. 105. col. fi. uol. 4. Iaſ. in l. quæ extrinſecus, colum. 2. ff. de uerb. oblig. Curt. in tract. de teſtib. in 5. concl.
9 Secundo facit. Nam † duplex eſt ſingularitas, quædã contradictoria, & obſtatiua, & iſta deſtruit, & infringit teſtimonium. l. teſtium. C. de teſtibus, l. ob carmen. ff. de teſtibus, & dicitur obſtatiua, quando ſingulares teſtes non cõferunt in eundẽ rei finem, ideo tunc producẽs nõ dicitur habere aliquẽ teſtem & propter talem ſingularitatẽ ſeu uarietatẽ nulla fides adhiberetur. c. licèt cauſã, de probat. Altera eſt ſingularitas adminiculatiua, quæ eſt, quando teſtes non diſcordant in eundem rei finem, ſed teſtificantur per diuerſa media, & per diuerſas coniecturas inuicem patrocinantes, puta, vnus teſtis de ueritate, duo uel vnus de confeſſione, & iſta non infringit, ſed potius coadiuuat l. 3. ff. de teſtibus Bald. in authen. rogati, in fine Codice de teſti. ubi inquit, † quod probatio facta per unum teſtem de nu-

de numeratione,& dictum alterius de cõfeſſione,facit,pluſ
quam ſemiplenam probationem, ita ꝙ erit locus iuramen-
to ſuppletiuo.Pau.de Caſt.in conſ.300.Barba.in d.conſ.25.
col.2.Cur.in l.admonendi,nu.268.de iureiur.& ita Cacial.
nu.125.ſed in caſu de quo agitur,teſtes ipſi,& ſi ſingulares
ſint,tamẽ ſunt ſingulares ſingularitate adminiculatiua,quo
caſu probant,ergo &c.

Non obſtat ſi dicatur,quod teſtes huiuſmodi peccant in
cortice verborum,quia vnus deponit de verbis promiſſio-
nis uno modo,& alius alio,quo caſu dicit But.in c.nihil ob
11 ſtat.de uerbo.ſignifi.ꝙ † licèt ſit diuerſitas verborum, dum
detur idem intentus,& eadem mens in ſubſtantia,non diuer
ſificat dictum, nec contrarietatem inducit: nihilominus qđ
ſi teſtes uariant in uerbis, ut ab alio prolatis, ut quia unus
teſtis dicat,talis dixit Titiũ hæredẽ inſtituo,alius dicat Ti
tius hæres eſto,ꝙ talis diuerſitas verborum uitiat dicta ip
ſorum teſtium.& But.ſequitur Math.de Peruſ.in c.fi.de do-
nat.vbi dicit:ita ſecũdum prædictam opinionem conſuluiſ
ſe,& iudicatum fuiſſe,vt refert Corn.in conſil.68.in princi.
vol.1.qui approbat dictam conſultationem Bar.in conſi.3.
col.11.in fi.uol.2.quia reſpondetur,quod licèt But.ubi ſim
pliciter hoc dicat,tamen in c.cum Eccleſia Sutrina. col.10.
verſi.hæc puto vera,de cauſ.poſ.& propr.declarat quod di
ctum illud procedit, quando eſt vis, uel differentia in ver-
bis:alias ſecus.& But.ſequitur Corn.in conſi. 148.col.pen.
uol.3.vbi dicit,ita vidiſſe conſultũ & cõſuluiſſe, & verũ di-
12 cit,ut patet in conſi. ſuo 63.litera e.vol.1.vbi ſubdit, † qđ
teſtes,qui deponunt per eadem verba, ſunt aliqualiter ſuſ-
pecti.l.3.§.tu magis.ff.de teſtib.& maximè hoc dicendũ ve-
nit ſecundum eum,quia elapſis pluribus annis non ſolẽt te-
ſtes recordari de verbis formalibus, eſſet enim quid mirũ,
ſi punctualiter de verbis formalibus recordarẽtur,maximè
quando non ſunt prolata cũ maxima lucubratione,ſed quo
dammodo per functoriè teſtibus non adhibitis ad hoc. Im-
13 mo plus dicit, quod † ſi dicti teſtes dicerent ſe recordari
de verbis formalibus,deponerent non veriſimilia,& ſic ve-
riſimiliter falſa,prout ſumitur ex doctr.Bald.in l.ſcripturæ.
14 C.de fid.inſtru.nam † dicta teſtium non ſunt calumnianda,
ſed adiuuanda. Bald. in l. quibus.ff.de ll.in fin.idem Corne.
in conſi. 172. litera 3.cum ſeq.uolum.ſecundo.& in conſil.
148.colum.penult.uerſic.nec obſtat quod aliqui,uolum.1.
& in conſi.170. litera K.eo.uolum.ubi dicit illud dictũ But.
in d.c.nihil,ita generaliter ſumptum eſſe dubium,& contra
But.conſuluit Barba.in conſi.9.colum.9.uolum. 1.verſicu.
modò,& cum etiam declaratione But.in d.ca.cum Eccleſia
Sutrina,pertranſit Cacialup.in repet. l.admonendi numero
15 116.de iureiuran.& 120. vbi inquit bene eſſe notãdum † ꝙ
non curatur de formalitate verborum, niſi teſtes depoſue-
rint interrogati de formalitate verborum, vt quia de illa
formalitate erat contentio inter partes, quia tunc diuerſi-
tas verborum faceret ſingularitatem aduerſatiuam, & ſuſ-
pectam:& teſtes in hoc diſcordantes non probarent plenè,
nec ſemiplenè, Barb.in conſi.15.volum.3.Iaſ.in l.2.colum.
fin.C.de bon.poſſeſ.ſecundum tab.Bru.in tracta. de forma,
ſub rubri. ex quibus cauſis form.verſic.43.& ſub rubri.de
probat.& præſumpt.fol.86.colum.3.vbi ponderat interro-
gationem, & articulationem, vel articulationem tantum.
Socſ.conſi.258.col.1.& Alcia.in d.l.quæ extrinſecus,uerſi.
ſed & ſi.in fine de verbor.obligatio.ſed in caſu de quo agi-
tur non eſt differentia,neque diſcordia inter partes de for-
malitate verborum,nec de uerbis formalibus eſt articula-
tum;ergo &c.

Quibus tamen non obſtantibus, altera pars eſt de iure
uerior,uidelicet Dominum Eraſmum omnino abſoluendũ
eſſe a petitis per Scaronum,per regulam triuialem, quę ha
16 bet † quod actore non probante reus debet abſolu, etiã
ſi nihil præſtiterit.l.qui accuſare,& ibi Doc.C.de eden.l. ei
qui ff.de probat.cum ſimilib.Quod autẽ parte dicti actoris
fundata non reperiatur eius intẽtio,probatur,quoniã duo
tantum teſtes, uidelicet Petrus Iordanus, & Sebaſtianus
17 Perronus fuerunt examinati, qui † reperiuntur ſingulares
& contrarij,quibus nulla fides datur leg.iuriſiurandi, vbi
Bald.C.de teſtib.Doct.in l.admonendi.de iureiuran.vbi di-
18 cunt † quòd tantum valet probatio facta per vnum teſtem,
quantum per mille ſingulares,ſecundum Specu.in tit.de te-
ſtib.§.nunc videndum,verſicu.ſi autem ſemiplenè,quem ſe
quitur Alex.in conſi.19.in fi.volum.4.in conſi.82.colum.fi.
vol.eo.Barba.conſi.25.col.2.& ideo ratione dictæ ſingula-
19 ritatis dicit Alex.in conſi.32.in fin.volum.1.quòd† ſingula
ritas teſtium operatur quòd ſimul non iunguntur, ca. licèt
cauſam,de proba.c.bonæ.de elec.Idem Alex.in cõſi. ſupra
citato 19.col.fi.& in conſi.68.num.3.vol.3.dup.in cõſ.36.
vol.5.Crauet,in conſi.267.col.2.in princ.vbi etiam ſubdit,
quòd ſi ſimul iungerentur,non facerent ſemiplenam proba
tionem.Quòd autem ſint ſingulares,& contrarij, oſtẽditur
quia interrogati a iudice de formalitate verborum promiſ
ſionis factæ per d.Eraſmum diſcordant in multis,vt facilius
eſt videre quàm referre,quo caſu ſuccedit communis ſentẽ
20 tia ſcribentium, quæ habet† quòd teſtes interrogati ſuper
formalitate verborum, ſi diſcordant in cortice verborum,
nullam penitus fidem faciunt,vt in ſpecie dixit Bal. in c.bo
næ.col.6.de elect.vbi dicit quòd ſi teſtes habentes depone-
re ſuper promiſſione facta per Titium Seio fuerunt interro
gati per iudicem, quibus verbis vſi fuerunt contrahentes,
& vnus reſpondit quod Titius dixit, promitto dare Seio vi
gintiquatuor denarios,alius verò dicat duos ſolidos,quòd
iſti teſtes dicantur ſingulares.& Bald.ſequitur Alex.in con
ſil.47.colu.2.verſi.nec obſtat,quod not.Anto.de But. vol.2.
in conſi.150.col.1.in prin.volu.5.in conſi.176.col.1.vol.7.
Idem Alexan.& Iaſ.in l.quæ extrinſecus.ff.de verbo.oblig.
alibi ipſe Alexan.in l.1.§.fin.ff.de verb.obliga.& in addit.ad
Barto.in l.3.§.ideoque.ff.de teſtib. Felin. in c. licèt ex qua-
dam.colum.3.de teſtib.vbi dicit hoc bene notan. Socin. in
conſi.229.verſ.confirmatur,in fi.Barb.in conſ.25.col.3.ver
ſicu. facit.quod vol.2.& in conſi. 47.colu. 1.vol.eo.Dec.in
conſi.163.num.10.in fi.Crot.in l.1.§.eadem auth.num.29.
ff.de uer.obl.& dominus meus Rui.in con.150.num.10. vo
lum.5.ubi in dictis locis paſſim admittũt ſupradicti patres,
quòd teſtes interrogati de qualitate uocis,quibus uerbis
uſi ſunt contrahentes, ſi diſcordant in uerbis formalib. di-
21 cuntur ſingulares,& contrarij: † quia diuerſitas uocis fa-
cit ſingularitatem,cùm literæ nocales non ſint eodem mo-
do compoſitæ, ut per Bald.in d.c.bonæ, quod dictum bene
notandum dixit Cacialup.in repet.l.admonendi,de iureiu.
num.116.vnde ſtante dicta contrarietate, & diſcordia te-
ſtium interrogatorũ de qualitate uocis,uidetur concluden
dum ipſis nullam fidem præſtandam eſſe.

Non obſtant modò adducta in contrarium,& primò,qđ
teſtibus concordantibus in eundem rei finem,quamuis per
diuerſa uerba, ſit ſtandum,& eis plena fides adhibebda,qa
22 reſpondetur †communem ipſam ſententiam admittendam
eſſe,ubi teſtes non fuiſſent interrogati a iudice de formali-
tate uerborum,aliàs ſecus:ita dictam communem ſententiã
limitat Iaſ.in d.l.quæ extrinſecus,ac Barb.in citato cõſ.47.
col.2.uerſi.ex hac doctrina,& hoc fatentur ingenuè omnes
Doc.ſupra citati,quos amplius nòn tranſcribo.

Nec obſtat, quòd præmiſſa ſententia de formalitate uer-
borum ſolum procedat ubi fuit articulatum de qualitate
uocis,& inter partes erat differentia de uerbis formalibus;
quia primò reſpõdetur quòd hoc poſſet dici erroneum ex
his,quæ ſcribit Corn.in dictis conſilijs ſuis 63.col.2.uerſi.
uel dictum d.Antonij,& 172.litera q.uol.2. ubi reſpõdẽdo
ad dictnm Anton. de Butr. in c.nihil,inquit,quod ſententia
Butr.poſſet habere locum quando eſſet inter partes uis in
forma uerborum, uel fortè quando teſtes deponerent de
uerbis, ut quia dicerent, talis protulit hæc uerba &c. &
uariarent in uerbis. nam tunc fortè eſſent uarij, ex quo
deponunt de uerbis potius quam de mente: & ſic ibi Cor-
nel. demonſtrant, quòd etiam ſi non eſſet articulatum de
formalitate uerborum, nec inter partes eſſet diſcordia de
ui uerborum,ſi teſtes deponerent de uerbis formalib. & in
ter eos eſſet diſcordia;quòd tanquàm contrarij,& ſingula-
res non probarent,uerũ quia hæc ſentẽtia ab alijs non reci
pitur,ut patet ex dictis p Bal.in d.c.bonæ.dum uult,quod ſi

vnus à ſe deponat de duobus ſolidis,& alius de viginti qua tuor denarijs: ſi non ſunt interrogati de verbis formalib. & de qualitate vocis,quia idem eſt ſenſus,ꝙ probant,quod & voluit Barba.in citato conſ.25.colu.3.& 47.colum.2.ac Ale.in allegato conſi.47.col.2.uerſ.nec obſtat. Ideo & ſecũdò dicitur ꝙ nõ ſolũ quã do eſt articulatũ, & capitulatũ de qualitate uocis,teſtib.nõ creditur,qui ſint diſcordes in cortice uerborum:ſed etiam quando non fuit articulatum,ſed à iudice teſtes fuerunt interrogati de qualitate uocis,quia ſi non in ter ſe conuenirent in formalitate verborũ,nullatenus ipſis datur fides,ut per doc.ſuprà citatos,qui expreſsè in dictis terminis loquuntur.

Vlterius non obſtat,ꝙ vbi concurrit ſingularitas adminiculatiua non reiicitur à iure,ꝙ teſtes admittantur,& faciũt plenã probationem,uel talem in eius ſupplementũ deferatur iuramentum ſuppletiuum,ut per Doct. cõmuniter in d. l.admonendi, & in alijs locis ſupra citatis, quia reſpõdetur ſecundum Barba.in d.conſi.47.col.2.ꝙ illud obiectum poſſet militare quando teſtes non fuiſſent interrogati de corti ce verborũ,ſecus ſi interrogati fuiſſent, & variaſſent in ver bis,qa tunc talis inſurgit ſingularitas ex diuerſitate vocis, quæ facit eos cõtrarios,in tantũ ꝙ eis nulla adhibeat fides.

Iſtud idem uoluit Cur.in tract.de teſtib.in 11.concluſio. vbi poſtquam retulit deciſ.Bal.in c.bonæ,quam doctrinã dixit perpetuò notandam,ſubdit,ꝙ quando agitur de probãdis uerbis formalibus,procedit dictum Anto.de But.in d.c. nihil, alias ſecus:ſed tunc dicitur agi de probandis verbis formalibus,uel quando de illis eſt articulatum,uel quando teſtes ſunt interrogati à iudice de vi verborum, vt uidetur uelle Ale.in citato conſi.47.col.2.verſi.nec obſtat,dum reſpondet ad not.per Anto.de But.quia dicit ꝙ loquitur quando tractatur de probando uerba formalia, ut quia teſtes interrogarẽtur,quæ fuerunt uerba formalia.Idẽ Ale.in l.3.§. ideoq; col.1.ff.de teſtib. in addit.ad Bart. Vnde ex his arbitror eſſe concludendum partes domini Iudicis eſſe in abſol uendo prædictum D. Eraſmum à petitis parte dicti Scaroni. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

*1 Marito licitum eſt impunè ſecundum communem occidere adulterum uilem repertum cum uxore, ſecus ſi adulter ſit honeſta perſona uel nobilis.*

*2 Difficillimum eſt iuſtum dolorem temperare.*

*3 Aleator dicitur uilis perſona.*

*4 Luſor repellitur à teſtimonio.*

*5 Tabernarius dicitur uilis perſona.*

*6 Adulterium probatur præſumptiuè per teſtes deponentes ſe uidiſſe talem mulierem ſolam in camera cum tali uiro, qui eam deoſculabatur, & cui tangebat mammillas.*

*7 Præludia adulterij quæ dicantur.*

*8 Amici conuocati ab amico, ut magis tutè adulterum uilem repertum cum uxore occidat, puniendi non ueniunt aliqua pœna.*

*9 Vbi alicui aliquid conceditur, etiam ei concedi uidetur, ut illud facere poſſit cum amicis, & familiaribus, ſine quorum auxilio id facere non poſſet.*

*10 Filius occidens adulterum uilem matris, de mandato patris nullam pœnam meretur. & nu.27.*

*11 Statuto ſi caueatur quod bannitus pro certo crimine non poſſit occidi, niſi à ſuo inimico, ſi inimicus mandat alteri, ut illum interficiat, mandatarius non punitur.*

*12 Ius uindicandi propria auctoritate poteſt in alium transferri, quod declara, ut in nu.20.*

*13 Conſanguinei, qui habent facultatem à lege interficiendi aliquem repertum in flagranti crimine, poterunt illum interfici facere per extraneum, in contrarium eſt communis, ut in nu.31.*

*14 Mandari alteri poteſt, quod licitum eſt alicui facere.*

*15 Domino ſicut eſt permiſſum per ſe incontinenti recuperare poſſeſſionẽ ſuã, ita & per alium, ſed contra nu.24. & 34.*

*16 Bannitum occidere cui licèt, poteſt & alteri mandare, ut illum occidat.*

*17 Mandatum factum per patrem ſenem, vel infirmum alteri, quòd interficiat filiam, & adulterum repertos in adulterio valet, ſed contra num.35. ſecundum communem.*

*18 Delictum, quod eſt impunibile mandanti, debet etiam eſſe non punibile quò ad mandatarium.*

*19 Ius vindictæ competens alicui ex priuilegio contra regulas iuris communis à lege, ſtatuto, vel à Principe, nõ põt alteri demandari, ſecus ſi de iure communi, & num. 26.*

*21 Ceſſibile non eſt, quod competit contra ius commune.*

*22 Iura annexa certis perſonis, ſingulariter & in priuilegiũ, cedi non poſſunt.*

*23 Occidere alterum de iure communi quis non poteſt.*

*25 Statutum permittens offenſo occidere bannitum, videtur id permittere, quòd per ſe faciat, non quòd per alium fiat, & nu. 32.*

*28 Pater, & filius cenſentur vna, & eadem perſona.*

*29 Diſpoſitio l. Gracchus, C. ad l. Iul. de adulter. non ſolum locum habet in filio, ſed etiam in alio, qui de honeſtate habet parere, vt in ſeruo, & vaſallo.*

*30 Declaratio ad text. in l. metu. la grãde. §. ſed licèt. ff. quod metus cau.*

*33 Verba debent intelligi per prius, non autem per poſterius.*

## CONSILIVM XXXIIII.

1 SCio etenim apud legũ vertices ambigui iuris non eſſe,† marito licitum eſſe adulterum vilẽ in adulterio repertum cum vxore impunè occidere poſſe; ſecus ſi adulter ſit perſona honeſta,quia tunc licèt pœna legis Corneliæ de Sicarijs plectendus nõn ſit, tamen puniri debet pœna exilii temporalis;ſi verò humilis ſit,in opus perpetuum. text. eſt de primo vulgaris,in l.Gracchus.C.de adulter. iuncta glo. in verſi.potuerit,vbi ſic formaliter inquit Legiſlator,Gracchus quem Numetius in adulterio noctu deprehenſum interfecit,ſi eius conditionis fuerit,ut per l.Iuliam occidi potuerit, quod legitimè factum eſt, nullam pœnam meretur, gl.in ver.potuerit,exponit,quia vilis erat perſona adulter, & illum text.ibi ad hoc ponderant omnes.ad idem eſt text. in l.marito.in princ.ff.eo.tit.gl.in l.1.§.ſi.ff.ad l.Cornel. de Sica.vbi etiam Marſ.Affl.in conſtit.regn.in conſt.ſi maritus colum.1.Marſi.in l.1.in princ.nu. 21. de Sicar.& in l.1.col. 2.C.de rap.virg.& in l.patre vel marito, de queſtio. Iacob. Butr.in l.capitalium.§.famoſos.num.188.ff.de pœn.Hiero. Oucal.in addi.ad Bonifa.vital.fo.69.num.52.Paris.in conſ. 154.colu.2.vol.4.& Neuiza.in Syl.nup.char.3.col.2.verſic. vndecimum.De ſecundo quoque eſt text.in l.ſi adulterium cum inceſtu. §. Imperatores, de adulter. vbi legiſlator in-
2 quit,†Difficillimum eſſe iuſtum dolorem temperare. l.1.§. fin.de Sica.l.ſi quis in graui.§.ſi maritus.ff.ad Syllan.Doct. in d.l.Gracch.Alex. in conſ.76.col.1.vol.1.& in conſ.140. col.ſi.vol.2.Iac.Butr.vbi ſupra,ac Paris.in citato conſ.154. col.2.vbi aſſerit hanc eſſe cõem,& de vtroq. per Soc-Iun.in conſ.34.col.2.cum ſeq.vol.3.Sed in caſu de quo agitur,Marianus adulter, qui interfectus fuit ab Antonio Sanio non
3 eſt perſona honeſta,† ſed vilis,quia aleator, vt per Alb. dè Roſa.in l.humilem.C.de inceſt.nup.& in l.1.§.ſi.ff. de alea-
4 tor.& ideo videmus,quod † luſor,qui conſuetus eſt ludere tempore teſtimonij repellitur à teſtimonio, vt per Dec. in
5 conſi.167.colum.7.in fi.Item † & tabernarius qui ſimiliter dicitur vilis perſona,vt eſt tex.in d.l.humilem.§.1.in l.1. C. de nat.lib.in l.quæ adulteriũ.C.de adult.Craue.in cõſ.163. num.2.Nec habet obſtare,Marianum non fuiſſe in flagranti crimine repertum,quòd haberet rem cũ Anaſtaſia, quia re-
6 ſpondetur,ſatis eſſe†quòd teſtes depoſuerint ipſum inuentum fuiſſe in camera ſolum cũ ſola, & quòd ei tãgebat mãmillas,& eandẽ deoſculabatur,ut uoluit Salice.in d.l.Gracchus.Angel.Aret.in tract.malefi.in uerſic.*che hai adultera*
7 *to la mia donna*.col.6.uerſic.an patri liceat,vbi dicunt, † ꝙ quis dicitur repertus in actis uenereis, non ſolum quando inuẽtus eſt nudus cum nuda in actu carnali venereo, ſed et quando

quando repertus fuit in præludijs, ut ſolus cum ſola in camera, cum verbis blandis, laſciuis baſijs, uel cum tactu mamillarum: quia iſta ſunt præludia adulterij, iuxta gl. & Doc. in l. 1. ff. de var. & extraor. crim. Marſ. in d. l. Patre uel marito, & in l. vnica col. 4. C. de rap. virg. Paris. de Put. in tract. ſyndica. fo. 403. verſi. quia. Affl. in ipſa conſtit. ſi maritus, & Pariſ. vbi ſuprà colu. 2. unde ex præmiſſis, quæ uera ſunt, & quæ nullo modo inficiari poſſunt, intrepidè tenendum eſſe arbitror, Antonium Sauium omnino abſoluendum eſſe à cõtentis in inquiſitione contra eum formata de occiſo, per regulam dictæ l. Gracchus.

Verum, quia inquiſitio formata etiam videtur contra Baptiſtam de Mangano, & Vbertinum Carellum de occiſo; operæ pretiũ eſt uidere, nunquid & ipſi abſoluendi ueniant, vel condemnandi? & certè ſi probatum fuiſſet † quod ipſi
8 tanquam amici dicti Antonij fuiſſent conuocati, vt magis tutè dictum adulterum interficere poſſent, quia timebat de adultero, vtique dicendum eſſet, eos aliqua pœna non eſſe plectendos, ut in terminis dixit Bal. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iure. col. 2. in fi. 6. q. & ratio eſt, † quia cui conceditur ali-
9 quid, etiam ei concedi videtur, vt id facere poſſit cum amicis & familiarib. ſine quorum auxilio id facere non poſſet. l. ſi ſtipulatus fuero per te non fieri. ff. de verbor. obligatio. Idem Bal. in l. 1. col. antepenult. verſi. ſed quid dicemus ſtatutum permittit. in fin. C. vnde vi. Docto. in l. 1. §. fi. ff. de no. ope. nun. Marſ. in d. l. vnica. col. 4. in d. l. Patre, in ſing. 175. & in conſi. 16. col. 4. Tiraq. in tracta. de retract. char. 216. n. 68. & Pariſ. in allegato conſi. 154. col. 2. poſt Paul. de Caſtr. in l. refectionis, ff. com. prædio. & per prædicta refert Cepol. in trac. de ſeruit. urba. prædio. ita ſe aliàs obtinuiſſe in ſtatuto Veronenſi permittente patri, fratri & marito eum interficere, quem reperierint turpiter conuerſantem cum filia, ſorore, & vxore & in conſ. 4. col. 3. verſ. 2. & iterum in conſ. 74. col. fin. Iaſ. in l. 2. col. 2. de iuriſd. om. iud. & Soci. Iun. vbi ſuprà colum. penul. & fi.

Sed quia in proceſſu legitur, ipſos ſe excuſare quod de mandato dicti Antonij addiuuarẽt Marianum adulterũ occidere, ſupereſt uidendum, An vigore dicti mandati legitimè, & impunè id facere potuerunt, & primò dicendum videtur ꝙ ſic, per text. in d. l. Gracchus, vbi † patri permitti-
10 tur occidere adulterum repertum cum filia, & tamẽ ibi dicitur, ꝙ ſi facit interfici per filium ꝙ ille non punitur, & nihilominus permiſſio non fit filio, ſed patri, & ideo per illũ tex. inquit ibi Bal. ꝙ † ſtante ſtatuto, ꝙ bannitus pro certo
11 crimine non poſſit occidi, niſi à ſuo inimico, ꝙ inimicus poterit alteri mandare, quod illum aſſaſſinet, & mandatarius non punitur: quia ꝙ fuit licitum in perſona mandãtis, reputatur licitum in perſona mandatarij, per caſum d. l. vbi filio non permittitur occidere adulterum, & tamen ſi fecit iuſſu patris excuſatur, & in terminis de quib. agitur inquit Affli. in d. conſt. ſi maritus, aliàs ita fuiſſe iudicatum in curia Ferdinãdi primi Regis, quando Dominus Saluator Sancto ſed. medicus dicti regis per alios interfici fecit vxorem, & adulterum repertos ſimul de nocte in camera domus mariti.

Secundò pro hac opinione facit text. in l. metu, la grãde. §. ſed ſi licet. ff. ꝙ met. ca u. ubi probatur, quod ſi pecuniam dedi tibi, vt a violentia me liberes, illam pecuniam am-
12 plius repetere nõ poſsũ. ergo ibi eſt tex. ꝙ † traſlatio iſtius iuris uẽdicandi propria authoritate fieri poteſt in alium, ẽt ſi pecunia non interueniat. Rom. in l. 1. §. fi. ff. de no. op. nun.

Tertiò accedit, quod voluit Paul. de Caſtr. in l. raptores,
13 col. 2. C. de epiſco. & cler. ubi inquit, † quod ſi permittitur a lege conſanguineis tantum facultas interficiendi repertũ in flaganti crimine, ꝙ cõſanguineus poterit ducere ſecum extraneum. & facere per illum interfici, & ille non punire tur, per glo. in l. cum fundũ. ff. de vi & vi arma. quod dicit eſſe vtile propter ſtatutum Florentiæ permittens ei, qui percuſſus, uel vulneratus fuit ab alio, poſſe vindicare ꝓpria auctoritate reddendo ſimilem percuſſionem, quia poterit ducere ſecum ſocium, & facere per illum reddi, quod inquit probari per d. l. Gracchns.
14 Quarto corroboratur hæc ſententia, nam † quod licitũ eſt alicui facere, alteri mandari poteſt, vt per gl. in l. cum
15 fundum. ff. de vi, & ui arma. vbi Bart. inquit, ꝙ † ſicut permiſſum eſt domino per ſe incontinenti recuperare poſſeſſionẽ ita per alium. Idem dixit Bald. in cõſi. 9. col. 2 verſi. 9. vol. 3. vbi inquit, ꝙ illud, quod eſt licitum facere, eſt licitum mandare, per d. Gl. & qui non põt teneri principaliter, nec ſecũ
16 dario. l. fullo. §. nemo. ff. de fur. ideoq. tradit † ꝙ ſi licitũ eſt bannitum occidere, poſſit & alteri mandari, quòd occidat.

Quintò facit, quod voluit Angel. Aret. in tract. maleſi. in verſi. *che hai adulterato la mia donna*. num. 14. verſi. an pa-
17 tri ꝙ † ſi pater mandat alteri, quod filiam, & adulterum in uentos in adulterio interficiat quia fortè pater eſt debilis, ſenex, vel infirmus, ualet tale mandatum: & licet, arg. dictæ l. Gracchus, ſubdens ſe credere quòd nec pater, nec ille cõ
18 mittens homicidium teneatur, quia † ſi eſt delictũ impunibile quò ad mãdantem, debet etiam eſſe nõ punibile quò ad mandatarium: arg. l. adulteros. §. 1. & ibi Bar. de adulter.

Quibus tñ non obſtantibus, contraria ſententia de iure eſt verior, videlicet huiuſmodi ius vindictę alteri demandari non poſſe; quod multis mediis demonſtratur. & primò.
19 Nam † communi calculo doctorum receptum eſt, quòd quando ius vindictæ cõpetit alicui ex priuilegio contra regulas iuris cõis à lege, ſtatuto, vel principe conceſſo, quòd tale ius non põt alteri demãdare, tex. eſt in l. ſi ſeruus hæredi, poſt principiũ, ibi, perſonę duntaxat. ff. de ſtatu lib. ſecus ſi cõpeteret ius uindicandi de iure cõi, quia tunc põt alteri committi. Ita Felin. in cap. quę in eccleſiarum. in 4. col. de conſt. in verſi. hoc intellige q̃do. Alex. in l. 1. §. fin. col. 4. verſicul. item limitant. ff. de nou. ope. nunc. vbi dicit ita velle
20 Bal. in c. 1. §. 1. de pac. iur. fir. vbi tradit † quod licet facultas faciendi aliquid propria auctoritate poſſit in alium trãsferri, tamen id eſt verum, niſi lex, vel ſtatutum contra regulas iuris communis concedat in priuilegium talem facultatem habendo ſpecialem reſpectum ad perſonam; vt ſi ſtatutũ dicat, ꝙ licitum ſit offẽſo offendere propria auctoritate, & ſe vindicare impunè; quia talem facultatem non poterit offenſus alteri demandare in alium. iterum idem Alex. in l. ſi cũ dotem. §. transgrediamur. col. 6. ff. ſolut. matri. Arim. in addit. ad Ange. in tract. maleſi. in verſic. *che hai adulterato la mia donna*. nu. 64. Claud. Seyſel. in l. vt vim. num. 124. ff. de iuſt. & iur. Oria. in l. 1. num. 94. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. Tiraq. in tract. de retract. fol. 216. num. 67. & pro iſta parte dicit bene facere Seyſel. quæ habetur per gl. & Doct. in leg. prima. ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſ. vbi habetur quòd cauſæ, quę competũt ex ſpeciali priuilegio perſonæ, non poſſunt delegari. hoc idem vult Bald. in cap. de cætero. colum. prima. de re iud. quærit enim ibi Bal. an ille, qui ex forma ſtatuti poteſt hoſtem interficere, poſſit alteri committere hoc nudum miniſterium? & determinat quòd non, quia ſtatutũ loquitur in perſona, & eſt cõtra ius cõe. & Bal. ſequitur Tiraqu. in tract. de retract. char. 215. num. 56. vbi
21 etiam tradit † quod quidquid competit contra ius commune, ceſſibile non eſt. Item etiam videmus, quòd † iura anne-
22 xa certis perſonis ſingulariter, & in priuilegium cedi etiã non poſſunt Bald. in l. etiam, de iureiur. per l. ſi ex pluribus. ff. de admini. tuto. Tiraq. vbi proximè nu. 58. ſed in caſu de quo ad præſens agitur, ſumus in terminis priuilegij conceſſi marito in priuilegium contra regulas iuris communis. d.
3 l. Gracchus, quia † de iure communi quis non poteſt alterũ occidere. l. 1. ff. de ſicar. ergo &c.

Secundo pro hac parte facit gl. in l. cum fundum, in verſ. poſtea, ff. de ui, & vi arma. quam ordinariam eſſe dicit Rom.
4 in conſ. 484. ubi † ius competens ſpoliato recuperandi poſſeſſionem propria auctoritate, eo quia eius perſonæ a l. infixum eſt, in aliũ transferri non poteſt. & per illam gl. ſecundum opinionem Ioannis ibi dixit Bald. in l. accuſationis ĩ fi.
5 C. quod me. cau. quod † ſtatutum permittens offenſo occidere bannitũ, videtur id permittere ꝙ per ſe faciat, non q̃d per alium fiat. Idem Bal. in l. ad officium. in ſi. C. comm. diui. vbi dicit, ꝙ licet aliquando quis poſſit ſe vindicare per manũ propriam, non tamen per alium, quando ratio permiſſiua cohæret perſonæ, allegat d. l. cum fundum. Iterum Bal. in

c.fi.col.2.in fi.de iuramen.cal.per d.l.gl.quam citat ſolen-
nem Alex.in addit.ad Bart.in d.l.cum fundum, Bald.in c. ad
noſtram.col.2.de proba.in c.dilectus.col.fin.de appel.in l.
ut vim.ff.de iuſt.& iu.col.2.Alex. & Iaſ.in d.§.fi.Idem Alex.
in citato §.tranſgrediamur.
26 Tertiò in terminis noſtris, † quod huiuſmodi ius uindi-
ctæ competens marito ex priuilegio ſpeciali occidēdi adul-
terum uilem,non poſſit alteri demandari,voluit Sali.in d.l.
Gracchus, Ange.in d.trac.malefi.in uer. *che hai adulterato
la mia donna*.n.64.& ibi Aug. Arim.Ale.in d.l.1.§.fi.de no.
ope.nunc.& in §.tranſgrediamur.col.6.Bar.in l.non ſolū.§.
ſi mandato meo.col.2. verſi. circa primā.in fi.ff.de iureiur.
ubi dicit ꝙ ſi illud,ꝙ mandatur non eſt licitū,niſi certæ per
ſonæ eius priuilegio,vt puta,maritus poteſt occidere adul
terum uilem inuētum cum vxore,certe cum hoc ſit ex pri-
uilegio conceſſum perſonæ, nō poteſt hoc mandari alteri.
Marſ.in l.1.colu.4.C.de rap.virg. in ſing. 448.in l.patre vel
marito.ff.de quæ. Fel.in c.quæ.in eccleſiarū col.4.uerſi.hoc
intellige,de conſtit.in c.ſi verò de ſenten.excō.Oria.in d.l.
1.nu.94.Paris ,conſ.154.col.2.uol.4.Et hanc eſſe communē
citat Seyſel.in l.ut uim.nu.124.de iuſt.& iur.& Arim.vbi ſu
prà Ang.in d.l.Gracchus.Tiraq.vbi ſupra.nu.65.& ſequen.
Non obſtant,quæ in contrarium adducta fuerunt,quia ad
27 tex.in l.Gracchus reſpōdetur, quod † eſt ſpeciale in filio,
cui per patrem poteſt talis uindicta demādari.Ità Bar.in d.
l.non ſolum.§.ſi mādato.col.2.verſi.ſed quæro.Ale.in d.§.
tranſgrediamur, & in d.§.fi.vbi etiam Iaſ.Marſ.in d.l.1.n.4.
de rap.uirg.& in citato ſing.448.vbi dicit hoc non eſſe admi
28 ratione dignum,cum † pater & filius cenſeantur eadem ꝑ
ſona.l.cum ſcimus.C.de agricol. & cenſ. lib.11.Feli.in ca.
ſi verò,col.1.de ſent.excom.& in d.c.quæ in eccleſiarū.col.
4.dc conſtit. Sali.in d.l. Gracchus.& bene probatur in ipſa
lege Gracchus,in illis verbis,qui patri paruerit,ꝙ verbum
refertur ad eos,quib.ſubditi ſumus.Aug.& Arim.in d.trac.
malefi.in verſi.*che hai adulterato la mia donna*.nu.64.uer.
An maritus.Pari.in allegato conſi.154.col.2.Afflic.in d.cō-
ſtitu.ſi maritus.col.9.Seyſel.in d.l.ut uim,nu.124.de iuſt.&
29 iur.vbi pari ratione idem dicit in alio, † qui habet neceſ-
ſe parere ſaltem de honeſta,vt in ſeruo vaſallo, & ſimillib.
per tex.in d.l.Gracchus,cū dicitur,qui patri paruerit,ꝙ qui
dem uerbum(inquit)& his conuenit,ut dicit eſſe de mente
Bar.in d.§.ſi mandato,col.2.quæ extenſio impugnatur à Ti
raquello.in d.tract.de retrac.cha.216.n.66.in prin.quia nō
eſt uerum,ꝙ Barto.ibi id uelle uideatur:ſed potius contra-
rium,dū de filijs tantū loquitur, ſicuti & omnes alij de hac
re loquentes,prout eſt text.in d.l.Gracchns, qui etiam de
filijs tm̄ loquitur,& qui extendendus non eſt ob verbū par
uerit,cum longè ſit diſſimilis ratio filiorum,atq; cæterorū,
vt clarè colligi videtur ex dictis per Marſ.in ſing. ſuo.160.
Pater,& filius.Non obſtat ꝙ Affl.dicat fuiſſe ita iudicatū,&
obtentum,quia reſpōdetur malè fuiſſe iudicatū,quia cōmu
nis opinio eſt in contrarium,vt per Sayſe.& Ari.vbi ſuprà.
Non obſtat d.§.ſed licèt,quia ibi ille,qui me a violentia
defendebat,omnino me poterat defendere ſine translatio-
ne talis iuris.nam licitum eſt alicui me adiuuare,nedum ꝓ
perſona, ſed etiam pro defenſione rerum mearū. Præterea
30 † ille tex.loquitur de facultate iuris defendendi,quæ cōpe
tit de iure naturali.d.l.vt vim, non autē de caſu de quo agi-
tur,uidelicet quando facultas vindicandi propria authori-
tate conceditur in priuilegium perſonæ contra regulas iu
ris communis, quia tunc talis facultas non poteſt in alium
transferri.Ità Arim.vbi ſuprà,in d.verſi.an maritus,& Ale.
in d.§.fi.
Tertiò non obſtant not.per Pau.de Caſt.in d. l.raptores,
31 quia reſpondetur, † illud dictum eſſe contra communem
ſententiam Doct.de qua ſupra.ſi Paul.vult intelligere quod
conſanguineus poſſit ducere ſecum extraneum, & facere
per illum interfici, quia omnino hoc ei eſt à lege interdi-
ctum,ut in ſpecie etiam dixit Bal.in d.l.ut uim.colu.2.verſi.
ſed an,quærit enim ibi Bal.an vbi eſt licita vltio,poſſint cō-
uocari a priuata perſona amici ulciſcentis ad vlciſcen-
dum? & inquit Ioannem dicere quod non, quia percuſſio
perſonalis non egreditur perſonam d. l.cū fundum,& ideo
32 ſubdit quod † ſi ſtatutum dicit, quod liceat offenſo facere
competentem vindictam, illi,qui ſunt in ſua ſocietate, non
poterunt apponere manum ad vindictam, quia ſtatutum ſi-
gnanter ſe reſtringit ad offenſum,& debet intelligi de prio
33 cipaliter offenſo,& non per mediam perſonam:quia † ver-
ba ſunt intelligenda per prius, non autem per poſterius.l.
qui liberis. §.hæc verba. ff. de vulg. & pupil. Pari. conſilio
ſuprà citato.154.col.3.vnde ſaluando Paulum dici poteſt,
quod dictum eius debet intelligi,quod ille,cui ius vindicā-
di cōpetit,poteſt ſecum ſocios, & amicos ſibi adhibere ad
executionem huius vindictæ, quam ſine illis tutò peragere
non poſſet,& ita declarat Tiraq.in tract.dē retrac.ch. 216.
nu.68.in fi.
Quartò ſimiliter non obſtat gl.in d.l.cum fundum, quia
34 reſpōdetur, quod gl.ibi nō tenet hāc opinionē, quia licèt
primò dixerit,quod ſicut licèt domino per ſe in continen-
ti recuperare poſſeſſionem,ſic & per alium,mox ſubdit,uel
ſecūdum Ioannē non licèt per alium hoc facere,& vltra nō
loquitur. vnde cum videatur ſe firmare ſuper ultima parte
per glo.communiter approbatam in l.qui filiū. §.Sabinus.
ff.ad Trebe.uidetur dicendum quod non licet per aliū.& ꝑ
glo.in d.l.cum fundum,dicit Bal.in c.fi. col.2.de iureiur.ꝙ
ſi quis poteſt ſua authoritate uindicare hanc facultatem,nō
poterit alteri delegare,per d.gloſ. quam dicit ſolennem &
quam opinionem Ioan.dicit ueram,alibi Bald.in d.c.1.§.1.
de pac.iura.fir.Ale.in d.§.fin.vbi etiam Iaſ.Bald.in c.ad no-
ſtram.de proba,col.2.in princ.in c.dilectus.col.fi.de appel
la.Alex.in citato §.tranſgrediamur.colum.6.& in addit.ad
Bar.in d.l.cum fundum.Bal.in l.vt vim col.2.in fi.de iuſt.&
iur.Felin.in c.quæ in eccleſiarum.in nono caſu. in verſi.ce-
terum,de conſti.vbi dicit hanc gloſſ. eſſe ſolennem. Alber.
de Roſa.in l.3.§.cum igitur,circa fin.ff.de vi & vi arma.ubi
dicit,hanc glo.notandom eſſe.
Vltimò non obſtat,quod voluit Ang.in d.uerſi.ꝙ ſi pater
35 mandat,quia † reſpondetur quod Ange.ibi non firmat pe-
des,vt patet ex eius dictis in l.fina. ubi ſe remittit ad not. ꝑ
eum in verſi.an maritus poſſit,ubi tenet contrarium,& ſi a-
liter diceret malè loqueretur,cum communis ſit in contra-
rium,ut per Seyſel.in d.l.vt vim,& Arim.in addi.ad Ang.in
d.verſi.an maritus. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſulus.

## *SVMMARIVM.*

*1 Iudæus habens copulam carnalem cum Chriſttana plecten dus venit pœna capitali.*

*2 Adulterij pœna eſt mortis naturalis.*

*3 Adulterij pœna in muliere hodie nō eſt mortis,ſed detruſio in monaſterium,& ſi habet filios duæ partes ſuæ ſubſtantiæ eorum ſunt,et tertia monaſterij,ſi uerò nullos habet filios,neque parentes,tota applicatur monaſterio.*

*4 Maſculus plus delinquit,qui fœminam coniugatam ſolicitat,quam ipſa adultera propter fragilitatem ſexus.*

*5 Statutum diſponens quod committens adulterium puniatur pœna quingentarum librarum, & ſtruprum ducentum,non habet locum in iudæis,ſed contra numero 39. 45.& 49.*

*6 Statutum ciuitatis dicitur in ea lex communis.*

*7 Iudæi ſunt alterius ſectæ,& de alio grege quàm Chriſtiani.*

*8 Statutum editum in terris Papæ, concordat cum iure canonico, & editum in terris Imperij, concordat cum iure ciuili.*

*9 Lex ciuilis loquens de gradu intelligitur de iure ciuili.*

*10 Licentia conceſſa monacho a Papa teſtandi,intelligitur ſecundum ius canonicum.*

*11 Statutum Popui loquens de ſacrilegio,debet intelligi de iure ciuili,ſi verò ſtatutum epiſcopale loquatur de ſacrilegio, debet intelligi ſecundum ius canonicum.*

*12 Nihil ad nos de his, quæ foris ſunt, declara, ut in numero 51.*

*13 Odioſi*

*13 Odioſi in beneficijs generaliter conceſſis, non includuntur.*
*14 Iudæi cenſentur perſonæ odioſæ & infames.*
*15 Immo magis odioſi alijs infidelibus.*
*16 Iudæi repelluntur ab omnibus dignitatibus.*
*17 Iudæos lex appellat inſultatores fidei noſtræ.*
*18 Rigor, & non æquitas ſcripta contra Iudæum ſeruari debet.*
*19 Purgatio moræ locum non habet in iudæis, quia fundatur in æquitate, ſed contrà nu. 52. & 53.*
*20 Iudæo non defertur iuramentum in ſupplementum probationis.*
*21 Limitatio ad totum titulum de eo, quod cer. loco.*
*22 Iudæi regulariter reguntur ſecundum ius Romanum.*
*23 Copulam carnalem habens cum uidua de iure Romanorũ non committit adulterium.*
*24 Stuprum propriè eſt cum uidua, uel uirgine.*
*25 Stupri pœna eſt publicatio dimidiæ partis bonorum, ſi perſona ſit honeſta: ſi uerò humilis relegabitur, & caſtigabitur in corpore.*
*26 Virginem uel uiduam cognoſcens ſine uiolentia, & ſine armis, non punitur pœna raptus, ſed dimidia parte bonorũ ſuorum ſi eſt nobilis, ſi uilis debet corporaliter puniri, nõ tamen, ut moriatur.*
*27 Iudei exiſtentes in loco, in quo ſeruatur ius ciuile Romanorum ſecundum magis communem dicuntur eſſe de populo illius loci, quò ad hoc, ut legibus illius uiuant.*
*28 Iudæi habent filios in poteſtate.*
*29 Ius patriæ poteſtatis propriè eſt ciuium Romanorum.*
*30 Iudæi illicita matrimonia inter ſe celebrare non poſſunt.*
*31 Immunitas conceſſa certis incolis comprehendit & Iudæos.*
*32 Iudæi in actibus humanis participant nobiſcum.*
*33 Saluus conductus datus alicui, & ſocijs, extenditur ad Iudæos.*
*34 Iudæorum ſocietas non eſt reprobata, ut hoſtium, uel hæreticorum.*
*35 Statutum diſponens quod extantibus maſculis fœminæ nõ ſuccedant, locum etiam habet in iudæis, & nu. 40.*
*36 Conceſſio principis quod homines Maſſæ aſtringi nõ poſſint ad portandum frumentum Ferrariam comprehendit & hebræos, ſicut ſimiliter faceret prohibitio.*
*37 Statuta ciuitatis ibi ſeruari debent quò ad Imperium loci, ſicut ceſſante ſtatuto ſeruari debet ius ciuile Romanorum.*
*38 Iudæi dicuntur eſſe de populo, & corpore ciuitatis, quãuis non ſint de corpore ſpirituali.*
*41 Conſtitutio diſponens quod nullus poſſit eligi ad officiũ niſi eſſet fidelis & deuotus eccleſiſ Romanæ, comprehẽdit & Iudæos.*
*42 Statutum loquens de deuoto, & fideli eccleſiæ, intelligi dẽt de eccleſia militante, quæ ſuſcipit infideles, non autem de eccleſia triumphante, quæ eſt in cælis.*
*43 Diſpoſitum in Chriſtiano, locum habet & in Iudæo, ubi ſumus in materia, quæ æquè congruit Iudæis, ſicut Chriſtianis.*
*45 Diſpoſitio c. 1. de uſur. in 6. locum habet in iudæis.*
*46 Præcepta iudicialia ueteris teſtamenti tendentia ad deciſionem cauſarum, uel imponentia certam pœnam pro delicto, non obligant, nec ſeruari debent, niſi quatenus per habentem poteſtatem legis condendæ poſt legem noui teſtamenti fuerint approbata.*
*47 Iudæus contrahens matrimonium cum Chriſtiana, cenſetur adulterium committere.*
*48 Pœna ſtatuti tollit pœnam iuris communis.*
*50 Appellatione populi Romani ueniunt iudæi.*
*54 Exceptio innititur æquitati.*
*55 Declaratio ad glo. in c. 2. de iudæis, & nu. 57.*
*56 Auxilium legis fruſtra implorat, qui committit in eam.*
*58 Correctio eſt euitanda.*

## CONSILIVM XXXV.

VIſa inquiſitione contra Vitam Hebræum formata, &
denique per eum confeſſata, ac ſtatuto, & alijs de me
tranſmiſſis, & ſuper his omnibus habita diligenti inueſtiga
1 tione: videtur prima facie dicendum. † quod Vita ipſe, qui
copulam carnalem cum Alaſina Chriſtiana habuit, plecten
dus veniat pœna capitali. primò per tex. in c. reos. 23. q. 5.
vbi dicitur quod Phinees Iudæum cum Madianita coeuntẽ
gladio transfixit, & hoc reputatum fuit ad iuſtitiam, ad idẽ
eſt tex. in c. nos ſi incompetenter. §. his reſpondetur. el 2. ſe
cunda. q. 7.

Secundo per tex. in l. ne quis Chriſtianam, C. de iud. vbi
Iudæus cognoſcens carnaliter Chriſtianam punitur pœna
2 adulterij, quæ † de iure cõmuni eſt mortis naturalis. l. quã-
uis, & auth. ſed hodie. C. de adulter. Alex. in conſ. 229. num.
5. vol. 6. Benedic. de Plumb. in l. qui deportantur. nu. 15. C.
de hæred. inſti. Marſi. in conſ. 83. nu. 26. Ang. in tract. malef.
in uerbo, *che hai adulterato la mia donna*. nu. 44. uerſ. quæ
3 ro, quæ ſit pœna. & licèt † in muliere adulterante hodie ſit
correcta pœna iuris antiqui, quia in ea non eſt pœna vlti-
mi ſupplicij, ſed detruditur in monaſterium, & ſi ſunt filij,
duæ partes ſuæ ſubſtantiæ ſunt filiorum, & tertia pars mo-
naſterij. Si verò non ſunt filij, neque parentes, tota ſubſtan-
tia applicatur monaſterio, vt dicitur in d. auth. ſed hodie, in
c. gaudemus. de conuer. coniuga. tamen in maſculo hoc ius
antiquum immutatum nõ reperitur, quia ultimo ſupplicio
afficitur, ut per Salic. in d. l. ne quis. Affl. in rubrica de adul-
te. & in conſtitutione legum aſperitate. col. 2. Ale. in conſi.
99. col. 1. uol. 9. & in conſ. 13. col. 2. uol. 7. vbi atteſtatur hãc
eſſe crebriorem Docto. ſententiam. Marſ. conſ. 101. col. 2. in
prin. Crot. in l. omnes populi. nu. 269. ff. de iuſt. & iur. & in
l. ſi qua illuſtris. numer. 20. C. ad Orficia. & ratio eſt, quia
4 † plus delinquit regulariter maſculus, qui ſolicitat fœmi-
nam coniugatam, quàm ipſa adultera propter fragilitatem
ſexus, ſicut dicimus in uirgine, in l. 1. C. de rap. virg. Ita Affl.
poſt Iſer. in conſt. regn. conſti. legum aſperitate. nu. 3.

Nec habet obſtare, ꝙ leuiori pœna plectendus ueniat,
5 ſtante forma ſtatuti diſponentis quod † committens adulte
rium puniatur pœna quingentarum librarum, & ſtuprũ pę
6 na ducentum, & ſic pœna pecuniaria, cum † ſtatutum in di-
cta ciuitate lex communis eſſe dicatur. l. omnes populi. ff.
de iuſt. & iur. quia reſpondetur, quod ſtatuentes non viden
7 tur ſenſiſſe de Iudæis, ſed tantum de Chriſtianis, cum † Iu-
dæi ſint alterius ſectæ, & de alio grege. pro quo facit, quod
8 voluit Bal. in l. 1. C. qui bon. ced. poſ. ubi dixit † quod ſtatu
tum editum in terris Papæ cõcordat cum iure canonico, &
editum in terris imperij concordat cum iure ciuili, & in l.
9 fi. C. de ſucceſ. edic. ubi † lex ciuilis loquens de gradu, intel
ligitur prout capitur à iure ciuili, & in l. ſi qñ. C. de inoff. te
10 ſtamen. ubi † licentia conceſſa à Papa monacho teſtandi, in
telligitur ſecundum ius canonicum. & in l. ſi nondum. C. de
11 fur. ubi † ſtatutum Populi loquens de ſacrilegio, debet in-
telligi de iure ciuili, ſi vero exprimitur à ſtatuto epiſcopi,
prout ſumitur à lege canonica, intelligitur a iure canoni-
12 co: ergo idem dicendum eſt, quod † ſtatutum editũ à Chri-
ſtianis, debet intelligi de ipſis Chriſtianis, & nõ de Iudæis,
quia nihil ad nos de his, quæ foris ſunt, c. gaudemus, de di-
uort. c. qui ſyncera. 16. diſt. & hoc non ſine ratione dicen-
13 cendum videtur, quia † etiam in beneficijs generaliter con
ceſſis, nos uidemus, quod non includuntur odioſi. l. Lucius.
§. Lucius Titius, vbi Bar. ff. de lega. 2. Dec. in conſ. 286. col.
14 2. & in conſ. 338. num. 6. & ſic per conſequens Iudæi † cum
cenſeantur perſonæ odioſæ, & infames, c. cum ſit in tuis, de
15 iud. l. ſi. C. de iud. Soc. in conſ. 119. nu. 22. uol. 4. Immo † ma-
gis odioſi, & peiores alijs infidelibus. c. nõne. in gl. in verb.
peiores, 1. q. 1. Dec. in c. 1. in 1. lect. nu. 21. de conſt. & in c. 1.
16 nu. 26. de probat. cùm † repellantur ab omnibus dignitati-
17 bus. l. ſi. C. de iud. vbi † lex eos appellat inſultatores fidei no
ſtræ. Soc. conſ. 70. col. 1. facit tex. in c. conſtituit. 17. quæ. 4
c. nulla 4. diſt.

Secun-

Secundo reſponderi nō poteſt, quod licet ubi duæ ſunt leges, una quæ procedit de æquitate, alia de rigore text. qui loquitur de æquitate corrigit legem loquentem de ri-
18 gore.l.placuit.C.de iudicijs, tamen contra Iudæum debet ſeruari rigor, & non æquitas ſcripta. glo. eſt ſingularis in c.2.de iud.quam ibi ponderat Butr.unde in caſu,de quo agitur,uidetur dicendum, ut contra hunc Vitam debeat ſeruari ius commune,quod imponit pęnam mortis,& eſt magis rigoroſum, non autem ius municipale minus rigoroſum.pro qua ſolutione facit, quod uoluit Iaſ. in l. & ſi poſt
19 tres col.1.ff.ſi quis caut. ubi inquit † quod in Iudæis locū non habet purgatio moræ, cum fundetur in æquitate. l. ſi ſeruum.§.ſequitur.ff.de verbo.oblig.quæ in eis ſeruari nō debet,ſed rigor, per glo. in d.cap.2.ſubdens eſſe ſuum dictum nouum,quod tradit notabile ad multa,alibi idem Iaſ. in l.ſi inſulam colum.6.de ver.ob.& in l.admonendi. uerſi.
20 36.iſtud iuramentum.ff.de iureiur.ubi † ſimiliter dicit Iudęo non eſſe deferendum iuramentum in ſupplementum probationis, quod & uoluit Marſi.in ſing.41.& inquit Iaſ. vbi proxime notabilem rationem eſſe, quia delatio dicti iuramenti dicitur fieri de æquitate ſecundum Bald. in rub. de contro.inueſt.& in ca.2.in fine de grad. ſucceſ. in feud. in ſi.ac Cur. Sen.in l.admonendi nu.274.ff.de iureiur.& Cacialup.nu.139. quæ in Iudæo ſeruanda non eſt,per gl. in d. ca.2.Accedit etiam quod dixit idem Iaſ. in l. quod ſi Epheſi.§.interdum in ſi.ff.de eo,quod cer. loc. ubi tradit per illū tex.in ſi.unum nouiter notandum, quod non meminit ab
21 alio in ſpecie tactum. per quod † datur noua & inaudita limitatio ad totum titulum de eo quod certo loco. Nam cū ille tractus arbitrarium actionum totus fundetur in ęquitate,ut illo tex.& in §.præterea quaſdam. in fine.in uerſi. ex bono, & æquo, de actio. ſequitur quod ſi aliquis promiſit Iudæo ſoluere in certo loco,& quia ibi non ſoluit petatur alibi, quod propter hoc actio non efficietur arbitraria, ut habeatur ratio intereſſe Iudæi, ex quo Iudæo non eſt ſeruāda æqtas,ſed rigor.

Quibus tamen non obſtantibus, ſententia contraria in caſu de quo agitur,eſt de iure verior, videlicet Vitā ipſum vltimo ſupplicio non eſſe plectendū,ſed alia leuiori pœna,
22 de qua inf. Quia† regulariter Iudæi regutur iure Rom.l.ne
23 mo Iudæorū.l. iuſſio, de Iudæis.Soc.de cōſ.70.col. 2. ſed † de iure Romanorū non reperitur ꝙ habens rem cum Chriſtiana uidua,committat adulterium, quod dicitur uiolatio alterius thori, quaſi in alterius thorum acceſſio. ca.lex illa,in verbo adulterium, 36.q.1. Doct. in rub. de adulter. Dec.in cap.at ſi clerici.§.de adulterijs.in princ.de iud. Sa-
24 lic.in 1. C. de adulter. ſed ſtuprum, † quod proprie dicitur cum uidua,vel virgine. l.inter ſtuprum.ff.de verb.ſignifi.gl.in ca.2.de adulter.Alex.in conſil.13.num.4.uolu.7cu-
25 ius † pęna eſt publicatio dimidiæ partis bonorum,ſi perſona ſit honeſta,ut in §.ſed eadem l.Iulia,inſtit.de publ.iu. Marſ.in conſil.83.nu.27.Alex.in citato conſ.13.nu.4.Tho. Gramma.in uot.17.col.2.Angel.in tract. malefic.in d.uerbo *che hai adulterato*.num.53. uerſic.quæro quæ ſit pęna ſtupri.ſi uero humilis relaxabitur, uel caſtigabitur in corpore,puta quia fuſtigabitur,ut ꝑ Matthæſ.in notabili 102. quē ſequitur Thom.Gramma.ubi ſup.col.2.Guliel. de Cū. in l.raptores col.2.C.de epiſco.& cleric.quē ſequitur Grāmat.in uot.4.nu.25.ubi inquit,† quod ſi quis cognoſcit uirginem, uel uiduam ſine uiolentia, & ſine armis, non habet locum pœna raptus, ſed ſi eſt nobilis debet amittere dimidiam partem bonorum:ſi autem eſt utilis,debet corporaliter puniri,non tamen ut moriatur,ut in §.2. Inſti. de publ. iud.Cacialup.in l.ſi qua illuſtris.nu.23.C.ad Orficia. Cum ergo Iudæus uiuat iure Romanorum, ſecundū quod ſtuprātibus uiduam imponitur pœna de qua ſupra, igitur ſequitur quod ſtante dicta diſpoſitione iuris communis, quod pœna iam dicta ueniret puniendus dictus Vita hebræus,& non morte naturali, quamuis etiam, ut infra patebit,dicta pœna afficiendus nō ueniat,ſtāte forma ſtatuti de qua ſup.

27 Secundo pro hac ſententia facit. Nam † iudæi exiſtentes in loco,in quo ſeruatur ius ciuile Romanorum, dicū tur eſſe de populo,quò ad hoc,vt legibus illis viuāt. d.l.Iudæi,
28 vnde † habent filias in poteſtate,vt not.glo.in c. Iudæorū. 28.q.1.Bald.in l.nam & ciuium,ff.de his qui ſunt ſui vel alie
29 ni.iur.cùm † ius paternæ poteſtatis ſit propriè ciuium Romanorum,Inſti.de patr.pot.in princ.Soc.in conſ.62. vol.1. col.pen.in princ.conſ.70.col.1.vol.eo.Ale.in conſ.13.col. 3.vol.7.vbi atteſtatur hanc eſſe magis communem, quidquid dixerit Archi.in c.qui ſyncera,46.diſt.Pariſ. in conſi. 2.col.2.uol.4.Pic.in l.qui ſe patris.nu.8.C.vnde liber.Ale. in cōſ.71.col.2.vol.2.& ideo videmus ex hac ratione, quia
30 viuunt iure Romanorum,quod † illicita matrimonia inter ſe celebrare non poſſunt,quia etiam in hoc velint, nolint, legibus Chriſtianorum ſubiecti ſunt, vt tenet elegāter Cy. in l.in celebrandis.C.de nup.not.in l.Iudæorum.C. de iud.
31 Item † & quod immunitas conceſſa incolis certi loci complectitur & Iudæos,vt per Bald.in l.ſpadonem, §. iam autē, per illum tex.ff.de excuſa.tuto.vbi tradit habuiſſe de facto,
32 † quia in humanis actibus Iudæi nobiſcum participant.& Bald.ſequuntur Alex.in conſ.75.col.2.vol.5.conſ.99.num. 8.vol.6.& in conſ.13.col.2.vol.7.Soc.conſ.62.vol. pen. & d.conſ.70.col.1.Iaſ.in rub.ff.de iuſt.& iur.in ſi. Marſ. in cōſ. 101.nu.47.Affl.in conſt.ſi quis in poſterum.nume. 39. plus
33 † quod ſaluuſconductus datus alicui,& ſocijs ſuis includit etiam hebræos,vt not.Ang.in l.1.ff.ad l.Iul.maieſta. & in l.
34 vtimur. ff. de ſepulcr. viola.quia † hebræorum ſocietas nō eſt reprobata,vt hoſtium,vel hæreticorum.l.quicunque.de Iudæ.& ſubdit Ang.ita de facto vidiſſe Peruſij pronunciare. & cum Ang.per tranſeunt Alex.in conſ.99.ſuprà citato nu. 10.& in conſ.13.col.3.uol.7.& in cōſ.75.col.2.vol.5.Marſ. in allegato conſ.101.nu.46.Soc.conſ.62.col.pen.Corſet.in not.ſuo,in verbo ſocietas,& Dec.in conſ.51.col.2.Corn.in conſ.114.col.fin.vol.1.Feli.in c. iudæi. il 2.de iud. Accedit quoque,quod ſcribit Bald.in c.1.per illum tex.de for.fidel.
35 † vbi dicit,quod ſtatuta, quæ communiter ſunt per Italiā, quod extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, locū ēt habent in iudæis,quod dictum etiam approbatur per Alc. in citatis conſ.99.col.1.& 13.col.3.in princip.& Marſ.in d. conſ.101.nu.44.Ana.& Felin.in d.c.iudæi.His ēt accedit,ꝙ
36 conſuluit Alex.in allegato cōſ.75.col.2.vbi tradit,† quod conceſſio Principis, quod homines Maſſæ non ſint aſtricti portare frumenta Ferrariam,cōprehendit & Hebræos, q̃a ſicut proclama,quod homines Maſſæ teneantur portare triticum Ferrariam,comprehendit iudæos ibi habitantes, ita & è contrario prohibitio prædicta comprehendere debet ipſos hebræos,vt contrariorum eadem ſit diſciplina.Inſtit. de tutel.in princ.l.1.ff.de his,qui ſunt ſui,vel alie.iur. vnde cum ipſi vtantur iure Romanorum, & ſecundum eorum leges viuant, meritò dicendum videtur, quod eadem pœna puniri debeant,ſi delinquunt,prout punirentur Chriſtiani, ſi & ipſi delinquerent.

37 Tertiò facit. Nam † ſtatuta ciuitatis, vel loci ibi ſeruari debent quò ad imperium loci, ſicut ceſſante ſtatuto ſeruari debet ius ciuile Romanorum.l.omnes populi. ff. de iuſt. &
38 iur.ſed † iudæi dicuntur eſſe de populo, & corpore ciuitatis,quamuis non ſint de corpore ſpirituali.l.Chriſtianis.C. de pagan.Mod.in c.iudæi,ſiue Sarraceni,de iud. per ea quæ habentur in authen.de quæſtor.in princ.ibi dum tex. dicit, ciuitas noſtra populoſa turbis diuerſorum hominum,vnde
39 † cum in dicta ciuitate Vita ipſe deliquerit, meritò videtur dicendum,quod comprehendi debeat ſub lege municipali diſponente, ſtupratorem puniendum eſſe pecuniaria pœna ducentarum librarum, & non pęna ordinaria iuris communis,de qua ſuprà, & ad hoc bene facit quod proxi-
40 mè dictum fuit, quod † ſtatutum diſponens in loco, quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, habet etiam locum in iudæis,cum dicantur eſſe de illo loco,& viuant legibus ipſius loci.

Confirmatur,& hæc ſententia ex not.per Anch.in conſi. 260.vbi dicit præſertim, in col.2.verſ.4.ſi dicamus, quod
41 habuit q.de facto, conſtitutio diſponebat quod † nullus poſſet eligi ad officium,niſi eſſet fidelis,& deuotus Eccleſię Romanæ,dubitatum fuit,vtrum eligens Iudęos inciderit in pœnam

pœnam conſtitutionis,& determinat quod nō,quia iudæi, Sarraceni,& aliæ ſectæ reprobatæ, poſſunt dici fideles, & deuoti Sanctæ Romanæ Eccleſiæ,ſi nobiſcum pacificè conuerſantur, & uiuūt.& hoc eſt, ꝙ Eccleſia in ſuis ritibus, & cæremonijs tolerat eos. l.die ſabbati .C.de iudæis.& ideo
42 † quod ſtatutum loquens de deuoto, & fideli Eccleſiæ,intelligi debet de Eccleſia militante, quæ ſuſcipit infideles, non autē de Eccleſia triumphante,quæ eſt in cœlis,de qua ſtatutum uerſimiliter non ſentit, & ſic quod iudæus, qui poteſt eſſe fidelis & deuotus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ non uidetur prohibitus a ſuis officijs, licèt prohibeatur de iure communi habere officia publica.& Ancha.ſequitur Barba.in conſi.63.col.2.uol.4. & ſic apparet quod iudæi comprehenduntur in ſtatutis: nec mirum, quia ſumus in mate-
43 ria,quæ ita congruit iudæis,ſicut Chriſtianis:quo caſu† diſpoſitum in Chriſtiano,locum habet & in iudæo,& per Felin.in c.iudæi.el.2.col.2.de iudæis.& Alexand.in conſi.75. colu.3.in princip.uol.5.poſt Geminia.in c.1.§.ſi.de uſur.in 6.ubi dicit quod leges, & conſtitutiones, quæ loquuntur ſimpliciter in materia in qua iudæi ſubijciūtur, uel eis ꝓ-
44 portionabili,includunt & iudæos. unde dicunt † quod diſpoſitio ca.1. de vſur.in 6. habebit locum etiam in iudæis, quibus locantur domus ad fœnus exercendum, prout dicit fuiſſe conſultū Florentiæ Laur.de Rodulph.in c.conſuluit, de vſur.in q.146. item, & quod in iudæis etiam locum habet clem.1.de uſur.ut ibi per Pau.de Leaz.per gl.ibi in uerbo cenſuram,quod autem ſit proportionabilis,patet, quia ita ſunt habiles iudæi ad cōmittendum delicta, adulteria,
45 & ſtupra,ſicut Chriſtiani,ergo &c.Et quod† ſtatuta loquētia de pœnis pecuniarijs, ita locū habeant in iudæis, ſicut in Chriſtianis, uoluit Barb.in d.conſi.63.col.1.& 2.ubi loquitur proprie de ſtatuto imponente pœnam ducentum librarum pro adulterio,uel ſtupro. Alexand. in conſi. 13. uol.7.& in conſi. 99.pertotum uol.6.Marſi.in conſil.101. num.57.Soc.conſil.62.colu.pen.& fi.uol.1.Corn. in conſ. 114.col.2.& 3.uol.1.ubi ſimiliter loquitur de ſtupro. Rip. in l.ſi inſulam nu.10.de uerb. oblig.

Non obſtant modo adducta in cōtrarium.& primo tex. in d.cap.reos, cum ſimilibus, quia reſpondetur ꝙ ille tex. potius facit in oppoſitum ſecundum Alexand. in d. conſi. 13.colum.4.uerſic.non obſtant allegata.Nam inquit text. ſic formaliter, miracula maxime ueteris teſtamenti ſunt admiranda,nō in exemplum noſtræ actionis trahēda.multa enim tunc concedebantur, quæ nunc penitus prohiberētur:tunc enim Samuel, Agab pinguiſſimum regem in fruſta concidit,nulli eccleſiaſticorum iudicia ſanguinis agitare licet.Tūc Phinees iudæum coeuntem cum Madianita interfecit,& eſt reputatum ei ad iuſtitiam,hodie ſacerdotib. in perniciem ſui uerteretur officij.Et ſic apparet quod licet ſecundum tempus ueteris teſtamēti permiſſum fuiſſet occidere iudæum coeuntem cum Madianita, tamen, ut dicit text.in d.§.his ita;illud nunc non permitteretur, quod prius fuerat permiſſum. unde illa iura loquuntur ſecundū ius antiquum ueteris teſtamenti, prout & ita reſpondet Dec.in c.1.nu.23.de conſtit.& in ca.conſuluit,il3.in 42.no tab.de appella.

46 Præterea † præcepta iudicialia ueteris teſtamenti,& ueteris legis tendentia deciſionem cārū, uel imponentia certam pœnam pro delicto,non obligant,nec ſeruari debent, niſi quatenus per habentem poteſtatem legis condendæ poſt legem noui teſtamenti fuerint approbata. Ita Imol.in c.fi.colu.3.de conſuet.per id,quod habetur in capit.tranſlato.de conſtit. quod reputat menti tenendum.& Imol.ſequitur Alex.in citato conſi.13.nu.19. ſed dictæ legi ueteri derogatum eſt, quia, ut dictum fuit pro ſtupro non eſt pęna mortis de iure cōmuni tunc ex forma ſtatuti, ergo &c.

Secundo non obſtat tex. in d. l.ne quis.& 28. q. 1. cap. caue.& c.ſi quis iudaicè,quia reſpondetur, quod ibi loquitur de iudæo, qui ſe copulauit in coniugium cum muliere Chriſtiana,quod ſe habebat ad magis aſſiduam & perpetuā coniunctionem:vnde non debet extēdi ad iudæum, qui ſimplicem fornicationem habuit cum muliere Chriſtiana. nā
47 † quando iudæus ſe coniunxit cum Chriſtiana ſecum contrahente matrimonium,cenſetur adulterium committere, vt in litera d.l.ne quis,& grauiori pœna afficitur, quam ſi ſimplicem fornicationem committeret.Ita Alex. in allegato conſ.114.col.2.in fin.vol. 1. unde cum non ſimus in caſu adulterij,ſed ſtupri certo certius dicendum venit,Vitam in quiſitum non eſſe afficiendum vltimo ſupplicio, nec minus
48 pœna ordinaria iuris communis,de qua ſupra.ſed † pœna pecuniaria ſtatuti,quæ tollit pœnam iuris communis,vt voluit Io.Andr.in addit.ad Spec.in tit.de pœn.teme.litig. vbi refert Genuæ ita fuiſſe iudicatum.Bald.in l.data opera.col. 4.C.qui accuſa.non poſ.vbi dicit rationem eſſe, quia ſtatutum eſt ius ciuile ſpeciale, quod derogat generi. Corne.in conſi.114.col.3.vol.1.Marſi.in conſ.101.nu.51.& conſ. 61. nu.17.vbi dicit quod quando ſtatutum,& ius commune diſponunt in vno caſu, tunc per ſtatutum intelligitur eſſe receſſum à iure communi, & ipſum ius commune eſſe ſublatum,quoniam lex noua tollit antiquam.l.1.C.de accuſat.vltima enim derogant prioribus.l.ſi mihi & tibi.§.in legatis, de legat.1.& hanc partem tenuit Alberic.de Roſa.in 1.par. ſtat.in 8.q.incip.ſed poſito,vbi inquit quod hæc quæſtio antiquitus fuit de facto in ciuitate Genuæ,& habitum fuit cōſilium in multis locis,& à multis Docto.& finaliter obtentum fuit,quod per prouiſionem ſtatuti in totū tollatur pœna iuris communis:& ita aliàs fuiſſe determinatū per Collegium Bononienſe,& quod communiter totus mundus ſeruat hanc partem.Idem Marſ.in pract.ſua crimi.§.quæritur. nu.2.cum pluribus ſeq.& inquit Paul.de Caſt.in l.1.§.dixerat aliquis,de publica.quē ſequitur Dec.in c.de cauſis, col. antepen.ff.de off.delega.quod ita ſeruatur in practica. Iaſ. in §.quadrupli.in 6.col.de actio.& Gram.in conſ.35.num. 56.cum ſeq.

49 Ad tertium reſpondetur,quod † immo leuiori pœna iudæus hic puniendus ſit,quàm ordinatum reperiatur ſecundum ius commune,vt ſupra dictum fuit:cùm pœna impoſita à ſtatuto ſit longè leuior,quia ducentarum librarū. Nec habet obſtare quod ſint diuerſæ ſectæ,& de alio grege: qa
50 iſtud nullo modo obſtat,cùm† appellatione populi Romani veniant iudæi,ut eſt text. iuncta gl.in c.ius Quiritum, 1. diſt.Barb.in citato cōſ.63.col.1.Dec.in d.c.cōſuluit.col. 2.
51 Nec habet obſtare,† quod nihil ad nos de his, q̄ foris ſunt, quia illud intelligitur de his,quæ reſpiciunt ſalutē animæ: ſecus in alijs,ut declarat glo.not.in c.ſæpe. in gl. fin. 28.q. 1.Alex.in citatis conſilijs 99.col.pen.& 13.num.20.ubi tradit dictum hoc intelligendum eſſe quo ad ſpirituales pœnas,quia quo ad illas non iudicat eccleſia. nam cum ipſi nō ſint de eccleſia,nō poteſt eos eccleſia excommunicare, ſed quo ad aliàs pęnas ſic,c.poſt miſerabilem.de vſur.c. poſtulaſti.de iudæis.Idem etiam uoluit Dec.in d.c.1. de conſt. & in d.c.conſuluit.in 2.not.& Marſ.in allegato cōſ.101.n.53.

Non obſtat vltimum argumentum de rigore,qui ſeruari debet in iudæis,& nō æquitas.quia reſpōdetur quod immo æquitas ſcripta ſeruari debet in iudæis, quod demōſtratur. Nam purgatio moræ fundatur in ęquitate.l.ſi ſeruum. §.ſe-
52 quitur.ff.de verbo.oblig. & † tamen iudæus poteſt moram purgare,ut contra Iaſ.tenuerūt Rip.in d.l.ſi inſulam. Crot. ibi nu.8.Io.Annibal.nu.19.Iac.Nig.nu.38.& Alcia.in li. 2. Parerg.iur.cap.11.& Io.Annib.in l.naturaliter.nume.17.ff. de uſucap.

Vlterius reſpondetur,quod in iure non probatur, quod
53 † iura æquitatis non habeant locum in iudæis,immo eſt cōtra tex.in l.iudæi.C.de iudæis.ubi omnia iura in eis ſeruantur:& non diſtinguitur,an illa iura contineant rigorem,vel æquitatem.immo tex. in l.iudæi,dicit, quod iudæi excipian
54 tur,ergo ſunt capaces æquitatis:quia† exceptio innittitur æquitati.l qui æquitate.ff.de dol.excep.ita Dec.vbi ſupra.
55 Nec obſtat gl.in d.c.2.quia † reſpondetur,quod tex.ille loquitur in caſu ſpeciali,quia ex regulis iuris iudæi non poſſunt habere,neque tenere mācipium Chriſtianum, per tex. in l.unica. C. ne Chriſtia. mancip. unde ius canonicum ueniens limitatiuè ad illam regulam,conceſſit iudæo poſſe habere aſcriptitium,d.c.2.& hoc conceſſit ex quadam ęquitate,

te,& ſi vult ultra ſuum ſibi conceſſum,de quo d.c.tunc priuabitur dominio:& ideo iuris ſeueritas cauſatur ex regula
56 d.l.unicæ,quia † qui committit in legem,fruſtra eius auxilium implorat.l.non dubium.C. de ll.tamen non probatur, quod regulariter in omnibus regulis rigor iuris ſeruetur in iudæo,ſed tantum quò ad illum caſum prohibitũ,qui eſt, quod iudæus non poſſit habere mancipium Chriſtianum, non autem quò ad alios caſus,& ad alias regulas iuris communis,quibus non reperiuntur prohibiti, nec inhabiles. l. iudæi.C.de iudæ.& ſi ille tex.hoc modo intelligatur,non facit ad propoſitum quouis modo. Item in caſu d. cap.2.eſt
57 † diſpoſitio exorbitans contra regulas,iuris communis,cũ regulę locum habeant in iudæis d.l.iudęi,ideo ad caſum de quo agitur non debet fieri extenſio.l.Præcipimus,de appel
58 la.Item † & correctoria,quia corrigeret d.l.iudæi, quæ eſt euitanda,c.cum expediat.de elec.in 6.ſed ſi uolumus extendere tex.in d.c.2.cum glo.nunquam leges loquentes de aliqua æquitate haberent locum cum iudæis, quod eſt falſiſſimum,per d.l.iudæi,ibi,omneſque Romanis legibus conferant,& excipiant actiones,iuncto c.iudæi.de teſtib.ibi,pro ſola humanitate, & ſic uolunt quod generaliter omnes leges ſibi uendicent locum in iudæis,ergo &c. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

*SVMMARIVM.*

1 *Ignorantia facti alieni in dubio præſumitur, niſi probetur ſcientia.*

2 *Ignorantia in facto alieno eſt tolerabilis.*

3 *Ignorantia eſt actus priuatiuus, habens negatiuam annexam,quæ eſt de iure improbabilis,*

4 *Ignorantia teſtamenti paterni in dubio præſumitur, fallit poſt immixtionem,ut in nu.12.& 17.ac 18.*

5 *Extranei hæreditatem adire non poſſunt, niſi ſint certi de viribus teſtamenti,*

6 *Fratres plures diuidentes hæreditatem paternam inter ſe cum renuntiationibus & clauſulis uniuerſalibus, non intelliguntur remiſiſſe fideicommiſſum iniunctum à patre in teſtamento,declara,ut in nu.23.*

7 *Scientiam teſtamenti arguit mẽtio de eo facta per hæredes, quando ex tali mẽtione appareret illos habuiſſe de eo perfectam ſcientiam,ſed contra,nu.21.*

8 *Teſtis deponens filiam dixiſſe,ſe informatam de teſtamento paterno,non probat de tali ſcientia,quæ ſufficiat, quia non probat quod ſciuerit tenorem teſtamenti.*

9 *Scientia contentorum in teſtamento non arguitur per ſolutionem legatorum deſcriptorum in eo,ſed contra nu. 16. & 25.& 26.*

10 *Experientia eſt rerum magiſtra,*

11 *Notarius non tenetur dare legatarijs integrum teſtamentum,ſed capita legatorum ſuorum.*

13 *Scientia præſumitur ex his,quæ communiter ſolent fieri.*

14 *Declaratio ad Bart.in l.eius qui in prouincia. ff.ſi cer. pet. & in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de uerb.oblig.*

15 *Scientia teſtamenti in ſuis præſumitur,quando in ciuitate erat publica fama,quod defunctus fecerat teſtamentum.*

19 *Scientia teſtamenti in ſuo præſumitur, ſi teſtamentũ fuit publice regiſtratum.*

20 *Scientia teſtamẽti præſumitur,ſi illud fuit incameratum, ut fit Bononiæ.*

22 *Scientia teſtamenti præſumitur,ſi de eo facta fuerit mẽtio in præſentia hæredis.*

24 *Maritus præſumitur ſcire cõditionem adiectam legato dotis,quando fit mentio de eo.*

## CONSILIVM XXXVI.

IN caſu propoſito ubi dubitari cõtingit. An. Domini Io. Baptiſta & Gabriel de Syluestris præſumantur habuiſſe notitiam omnium contentorũ in teſtamento paterno.prima facie uideretur dicendum,quod non, quia † in dubio pſumitur ignorãtia facti alieni, niſi pbetur ſciẽtia,l. uerius.
1
ff.de proba.c.præſumitur,de reg.iur.in 6.Bald.in l.quicunque.col.1.C.de ſer.fugit. Hinc dicimus † quod ignorantia
2 in facto alieno eſt tolerabilis.l.fi.ff.pro ſuo.l. qui i alteri⁹.
3 ff.de reg.iur. & ratio eſt,quia † ignorantia eſt actus priuatiuus habens negatiuam annexam, quæ negatiua eſt de iure improbabilis,l actor.C.de prob.ſed ſcientia ponit & affirmat, merito probari debet.l.ei qui.ff.de proba.
4 Secundo † in terminis huius quæſtionis, ita decidit Bar. in l cum hæres. ff.de liber. lega.in l.tres fratres. in fi. ff.de pac.l.eius qui in prouincia.ff.ſi cert.peta.in 5.not.ubi formaliter ſic inquit, Et nunquam obliuiſcaris quod quando ſunt hęredes ſui,& neceſſarij,præſumitur ignorãtia eorũ, quæ continentur in teſtamento, niſi probetur ſcientia, ſecus
5 in extraneis. & ratio prædictorũ eſt,quia † extranei nõ poſſunt adire hæreditatem, niſi ſint certi de uiribus teſtamenti.l.ſed & ſi de ſua.ff.de acquiren. hæredita. ideo præſumitur ſcire,quæ continentur in teſtamento,eo ipſo ꝙ pſupponim⁹ eos hæredes,d.l.cũ hæres,ſed in hæredib. ſuis, & neceſſarijs hoc non eſt neceſſe ponere, quia ſunt hrdes ſtatim,ẽt teſtamẽto nõ cognito,nec inſpecto: iõ nõ præſu-
6 mitur ſcientia. Et ex hoc infert Bart. quod † plures fratres diuidentes hęreditatem paternam inter ſe cum renuntiationibus, & clauſulis uniuerſalibus, non intelliguntur remiſiſſe fideicommiſſum in iunctũ a patre in teſtamento:cũ in dubio præſumatur illud ignoraſſe. Idem vult Bart. in l. qui Romæ.§.duo fratres.in 3. quæſt. ff. de uerb. oblig. ubi Alexand.& Moderni.Bal.in conſi.403.col.1.uolu.3.ubi inquit, primo hoc probari per generalia,quia in dubio præſumitur ignorantia facti d.l.verius, in ſpecie magis,quia ſi iſta ſcientia præſumitur,quare lex ita exhigeret? certe ſufficeret, quod non probaretur ignorantia. Vlterius ſubdit hoc probari per gl.not. quæ per omnes approbatur in l.ſi quis extraneus.& in l.in repudiando.ff.de acquirẽ. hæred. ubi gl. dubitat quomodo apparebit de ſcientia, & tandem gl.innuit, quod & ſi præciſa, & uera ſcientia non requiratur,tamen apparebit,quia amici dixerunt,uel fama erat:& pro hoc dicit eſſe tex.in l.cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acquiren.hæred.Idem Bald.in l.quoniam ſororem.in fi. C.de iure. delib.in conſi.392.col.2.in fin.uol.1.Pau.de Ca. in conſi.92.col.1. ſecundũ antiquã impreſſionem, Corn.in conſi.168.col.penul.uol.eo.conſil.153.col.2.in fi.uol.4.& in conſi.175.col.2.uol.eo.Calca.in conſi.74.n.82.Gozad. conſi.36.in fi.Socin.Iun.in l.ita ſtipulatus,nu.373.ff.de verbo.oblig.Maran.in l.is poteſt,nu.244.ff.de acquir. hæred. & hãc eſſe communem atteſtatur Doct. in d.l.eius, & in d. §.duo fratres. Cur.Iun.in conſi.8.col.1 .Socin.Iun.in conſ. 118.in fi.uol.1.in conſi.128.nu.117.uolu.eo.D. meus Rui. in conſi.66.col.2.uol.2.& in conſi.122.in fin.uolu.5.ac Iaſ. in d.l.eius,& in citato §.duo fratres. ubi dicit illam cõmunem, & ab ea in conſulendo & iudicando non recedendũ: quia ita practicatur,quod & repetit Cagnol.in l.qui in alterius,nu.11.ff.de reg.iur. ubi etiã reprobat concluſiones Bal.in d.l.eius,ubi uoluit ꝙ poſt actionem, uel immixtionem factam. hæres ẽt ſuus præſumatur de teſtamento noticiam,& ſciẽtiã habere:quia inquit, quod concluſio Bal.ita ſimpliciter intellecta deuiat a ſcopo, & caret omni ueriſimilitudine, quia lege permittente & impune immiſcere ſe poſſunt bonis parentum & maiorum ſuorum, licet non appareat illorum teſtamentum,ſubdens ſimiliter hanc ſentẽtiã recipiendã eſſe, dato quod teſtamentũ fuerit nuncupatiuum,quidquid dixerit ibi Dec.& in d.l.eius qui.

Nec habet obſtare,quod ex aduerſo obijcitur, ſcientiã probari ex coniecturis,ut per Doct.in d.l.eius,& in §.duo fratres,& Abb.in conſi.19.uolu.2. Alex.in conſi.4. nu. 40. uol.2.ac Maran.in d.l.is poteſt,atq; ideo dari præſumptionẽ ſcientiæ in ipſis hæredib. quia probatũ fuit eos pluries
7 feciſſe mentionem de teſtamento,quæ † quidẽ mentio arguit illius ſcientiam,ſm Alex.in citato conſi.4.nu.36.in fi. & Crauet.in conſil.201.nu.11.quia reſponderetur, ꝙ licet mentio teſtamenti facta per hæredes, arguat illis habuiſſe perfectam ſcientiam de teſtamento: quia poſſet quis facere uerba de aliquo teſtamento,& tamen non omniũ contento-

tent orum in eo notitiam habere,ut per Corn.in cōſi.153.
8 col.2.ad finē,uerſic.quod autem,uol.4.vbi† inquit quod te
ſtis deponens audiuiſſe D.Iſabellam dixiſſe quod erat in-
formata de teſtamēto paterno,non probat de tali ſcientia,
quæ ſufficiat,cū non probet, ꝙ ſciuerit tenorē teſtamenti:
potuit enim eſſe informata de teſtamento,quod illud factū
fuerit, ſed non qualiter fecerat; & ſic,an fuerit inſtituta in
ſolidum,uel in quota hæreditatis, an in tertia parte,an pu
re vel ſub conditione,quæ tamen ſcientia requiritur.l.hæ-
res inſtitutus de acquiren.hæred. & ita in terminis noſtris
dixit excellentiſſimus inter Moder.Crauet.in d.conſi.193.
9 nu.7. Similiter non obſtat, † quod adimpleuerit aliqua de
contentis in teſtamēto, ſoluendo nonnulla legata in eis re
licta, ex quibus etiam arguitur ſcientia contentorum in te
ſtamento,ut uoluit Bart.in d.§.duo fratres, quia reſponde
tur,quod iſta ratio non uidetur uera,quia potuerunt hære
des ſui credere uerbo legatoriorum.in l.fi.C.de reb.cred.
Item & quia poterant exhibuiſſe hæredibusſolam particu
lam teſtamenti, in quibus continebantur legata ſibi facta.
10 Nam † ut experientia docet,quæ eſt rerū magiſtra. §.ſed
11 hodie,inſtit. de ſatiſdat.† notarius non dat legatarijs inte
grum teſtamētum ſed ſolum capita ſuorum legatornm,ut
not.in l.argentarius.§.ædi.ff.de eden. Bar. & alii in rub.ff.
de no.oper.nun.ergo &c.

Sed præmiſſis non obſtantibus, contraria ſententia in
terminis, de quibus agitur,eſt de iure uerior.quod primo
probatur,ex not.per Bal.ſibi contrariū,in l.eius. ff. ſi cert.
12 pet.vbi inquit,veritatem eſſe,† quod quilibet hæres etiam
ſuus poſt immixtionem facti præſumitur ſcire teſtamentū,
& ipſum vidiſſe.& cum eo pertranſit ibi Paul. de Caſtr. ſibi
etiam repugnans,& in conſ.10.ſecundum antiquam impreſ
ſionem.Ale.in conſ.4.nu.40.vol.2.& Bal.ac Paul.ſequuntur
etiam Dec.in d.l.eius,in l.qui in alterius ff.de reg.iur. in cō
ſil.267.nu.29.& 287.col.fi.& in conſ.303,col.2.in prin.Go
zad.ſibi ipſi contrarius in conſ.98.nu.21.& Pariſ.pariter ſi-
bi aduerſans in conſ.46.nu.17.vol.2.Soc.in conſ. 75.col.fi.
vol.1.Bal.etiam in conſ.392.col.fin.vol.1.vbi tradit,quod ſi
probetur immixtio facti præſumitur ſcientia, & eo magis
hoc dicendnm venit conſiderato communi ſtylo,& obſeruā
tia notariorum rogatorum de teſtamentis nuncupatiuis, ꝙ
poſt mortem teſtatoris ſoliti ſunt,& conſueti publicare, &
notificare omnia contenta in teſtamentis, & teſtes, vt per
Paul.de Caſt.in d.conſ.10.vbi propriè dicit in ſuo ſcientiam
præſumi;quia hodie non fiunt teſtamenta in ſcriptis,& clau
ſula,in quorum apertione magna ſolennitas requiritur, ſed
aperta,quia nuncupatiua;& tam notarius quàm teſtes ſciūt
omnia contenta in eo,& ſtatim poſt mortem conſueuerunt
13 manifeſtari. vnde † ex his, quæ communiter fieri ſolent,
præſumitur ſcientia. argum. not. in l. 1. ff. de arbitr. iunctis
not.in l.ſi tutor.C.de pericul.tuto.& Paul.Socin.& Dec.vbi
ſupra Pariſ.in citato conſi.46.num.14.& in conſi.72.nu.27.
14 volum. 2.ac Gozad.in allegato conſi.98.num.21.vbi † inqt,
doctrinam Bar.in d.l.eius, & in d. §. duo fratres procedere
in teſtamento in ſcriptis,ſecus in nuncupatiuo, prout com-
muniter fit,quod ſit palàm, & poſt mortem conſueuit legi,
& publicari.verùm quia nonnulli mordent hoc dictum,quā
uis illud ſequantur Docto.magnæ auctoritatis,pluresq; nu-
mero declarantes dictum Bart. & ſequacium procedere in
teſtamento in ſcriptis,& non in nuncupatiuo,vt ſuprà appa
15 ret:ideo tranſeo ad aliam reſponſionem,& dico, † Docto.
paſſim etiam admittere ſcientiam arguendam eſſe in ſuis hę
redibus,quando in ciuitate hæredum,prout hic eſſet publi-
ca fama,quod defunctus fecit teſtamentum.clem.1.in fin.de
conceſ.præben.Glo.& Bar.in l.ſi tutor.C.de periculo tuto.
Crot.in d.§.duo fratres,nu.100.Craue.in citato conſ. 193.
num.7.
16 Item † & pariter quando filij in parte obſeruauerunt cō-
tenta in teſtamento paterno,ſoluendo legata in totum, vel
in parte,quia tunc præſumitur ſcientia, ut per Bar. in d. §.
duo fratres,in 3.q.in verſ.2.caſu,vbi dicit,quod quandò ſim
pliciter confitentur ſe hæredes,vel de hoc nihil eſt poſitum
non præſumitur ſcientia,niſi probetur aliquid, propter ꝙ
præſumatur,ut quia ſoluerit legata, vel cum legatarijs pa-
ctus eſt;quia talia non poſſunt fieri,niſi inſpectis, & cogni-
tis verbis teſtamentis l.1.§.1.ff.quem adm.teſt.aper.& Bar.
ibi ſequuntur cōiter Doct.Ale.cōſ.4.nu.40.uol.2.Dec.cōſi.
267.nu.2.conſ.287.col.fi.& 303.col.2.Pariſ.conſ.16.num.
48.uol.2.conſ.56.nu.15.& in conſ.91.num.49.uol.eo. Cra
uet.in conſ.193.col.3.idem voluit ibi etiam Bar.in verſ.po-
teſt.& ex alio ubi dicit quod ſi erāt duo filij maſculi,& duæ
fęminæ, vel duo laici, & unus clericus, & illi duo diuiſe-
runt hæreditatem æqualiter illis filiabus, uel clerico dādo
quod defunctus iuſſerat in teſtamento, uel non dederunt,
& ſic non diuiſerūt eo modo,quo ab inteſtato ſuccedebat:
ex hoc præſumuntur hæredes ex teſtamento,& ſic ſcire ui-
res teſtamenti.& Bar. ſequitur Rui.in conſi.42.nu.21. uol.
1.Pariſ.in conſ.72.nu.25.uol.2.ſed in caſu, de quo ad præ-
ſens agitur, per ipſos ſuos hæredes fuerunt ſoluta plura le
gata, ut de his ſunt publica documenta, nec non & ad im-
pleta multa alia contenta in ipſo teſtamento: igitur inficia
ri non poteſt ſcientia ipſa, ut per Docto. communiter in
locis ſupracitatis.

Non obſtant modo argumenta adducta in contrarium,
quia & ſi ſatis ipſis reſponſum uideatur ex ſuperioribus di
ctis:tamen ſpecialiter unicuiq; reſpondetur.& primo ad il
17 lud quod dicitur † quod in dubio præſumitur ignorantia,
reſpondetur, quod de ſcientia ſatis conſtat ex eo, quia di-
cti ſui,ſe immiſcuerunt hæreditati paternæ,& fecerunt mē
tionem de teſtamento,nec non ſoluerunt in partem legata
contenta in teſtamento, & nonnulla adimpleuerunt deſcri
pta in eo,quæ omnia arguunt ſcientiam cōtentorum in di-
cto teſtamento,ut per Bar.& alios communiter in d.§.duo
fratres.& in alijs locis ſupra relatis.
18 Non obſtat ſecundū quia reſpondetur, † illud non mili-
tare in ſuo poſt immixtionē facti teſtamenti nuncupatiui,
quod ſolet deuenire in notitiam omniū propter notariū,
& teſtes in eo deſcriptos,qui ſolent contenta in teſtamen-
to publicare,& manifeſtare, & poſt regiſtrationem publi-
ce & immediate factam poſt teſtamentum,per ea quæ not.
19 Soc.Iun.in conſi.116.nu.49.uolu.1.ubi inquit † ſcientiam
præſumi in ſuo hærede,ex eo quod teſtamentum fuit publi
ce regiſtratum. pro cuius confirmatione etiam accedit, ꝙ
20 ſcribit Gozad.in conſi.98.n.22.ubi tradit † ſcientiam præ
ſumi ex eo quod teſtamentum fuit incameratum, prout fit
Bononiæ,quia incamerata indicant notorium,ſecūdum Ro
ma.in conſilio 350.col.pen.verſ.cæterum.

Ad ſecundum,quod non ſufficiat facere mētionem de te-
ſtamēto,niſi & ſui ſciuerint tenorem contentorum in eo,re
21 ſpondetur duobus modis,& primo quod † ſufficit ꝙ fuerit
facta mentio de ipſo teſtamento, ut uoluit Alex. in citato
conſ.4.nu.39.in fi.uerſ.præſumitur enim ſcientia,ubi dicit
22 † quod ſcientia præſumitur,ſi in præſentia hæredis ſit mē-
tio de teſtamento:ergo & multò fortius quando per ipſos
hæredes,ut in ſpecie dixit Ale.in conſ.39.col.pen.uerſ.un
de probato,uol.2.ubi formaliter ſic dicit. Faciendo quis
mentionem de teſtamento,præſumitur habuiſſe notitiam,
& ſcientiam teſtamenti,per not.in c.1.col.pen.in tit. Imp.
23 Lothar.ubi inquit † quod ſi in inſtrumēto diuiſionis factæ
inter cohæredes ex teſtamēto,facta erat refutatio recipro-
ca de omni iure,quod habebant,uel habere ſperabant in di
ctis bonis, intelligitur remiſſum ius fideicommiſſi recipro
ci in teſtamento relicti: dummodo in aliqua parte dicti in
ſtrumenti diuiſionis eſſet facta mētio teſtamēti uel codicil
lorum,in quibus fideicommiſſum continebatur,licèt aliter
non appareat de ſcientia contentorum in eo, allegat. l. 1.
C.de pact. Idem Alexand.in conſi.113.nu.22. uolum. 6. &
in conſi.118.num.4.uol.7.Socin.in conſil. 63. colum. 4. in
fin.uolum. 3. Accedit etiam dictum Paul. de Caſtr. in con-
24 ſilio 59. colum. 2. in 3. dubio uolum. primo ubi dicit † ꝙ
maritus præſumitur ſcire conditionem adiectam legato
dotis,quandò de eo ſit mentio. Secūdo reſpondetur quod
25 data opinione illa pro uera, † quod ea limitatur locum nō
habere, quando hæredes in totum uel pro parte adimple-
uerunt diſpoſita in illo teſtamento; quia mentio teſtamen-
ti

ti cum adimplemento præallegato arguunt ſcientiam con-
tentorum in eo.
26 Non obſtat ultimum, † quia reſpondetur, communem
opinionem eſſe in contrarium, quod immo per ſolutionẽ
legatorum factam in totum, uel in parte per hæredes, ar-
guitur dicta ſcientia, ut per Bar. & alios communiter ubi
ſup. quod & ſequitur Rip. in §. duo fratres. in dict. 3. quæſt.
Bartol.

Laus Deo

Rolandus a Valle Iuriſconſultus.

## SVMMARIVM.

1 *Vſufructuaria, quæ donauit res reſeruato uſufructu, fructus non facit ſuos non præſtita cautione ſed in contrarium eſt ueritas, ut in nu. 24. & 26.*

2 *Actum quilibet gerens cenſetur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis, & ſe aſtringere legibus de illo actu loquentibus.*

3 *Vſufructuarius tenetur præſtare cautionem de utendo & fruendo arbitrio boni uiri, alias non facit fructus ſuos.*

4 *Et ubi petatur, & non præſtetur poſſunt res uendicari, uel alias condici cautio.*

5 *Vſusfructuarius tenetur præſtare idoneos fideiuſſores arbitrio boni uiri, & ſi non inuenit, non tenetur proprietarius ſtare eius iuratoriæ cautioni, ſed tunc debent ſequeſtrari bona penes idoneum, qui reſpondere habeat de fructibus uſufructuario.*

6 *Vſufructuarius cauere debet facta æſtimatione bonorum, quæ uſu conſumuntur de illa æſtimatione reſtituenda finito uſufructu.*

7 *Pater licet habeat uſumfructum in re donata, uel legata filio, tamen tenetur præſtare cautionẽ de utendo, & fruendo arbitrio boni uiri. ſed contra nu. 12.*

8 *Reuerentia non minor debetur per donatarium donãti quã per filium patri, immo maior donanti quam patri ut in num. 11.*

9 *Pater ſicut non poteſt exigi plus quam facere poſſit, ita nec donans, & nu. 19.*

10 *Beneficium ne quis cõueniatur in plus quam facere poſſit, fundatum eſt in reuerentia.*

13 *Vincula duo magis operantur quam ſimplex.*

14 *Reuerentia eadem debetur matri, quæ patri.*

15 *Pater, & mater non poſſunt in ius uocari per filium ſine uenia.*

16 *Patris & matris æqualiter eſt pietas, licet poteſtas inæqualis.*

17 *Mitius agitur cum eo, qui conuenitur ex propria liberalitate, quam alio modo.*

18 *Donatarius, qui fecit rem donatam meliorem, non poteſt conuenire donantem, ſi res ſit uitioſa.*

20 *Donatori pinguius eſt ſuccurendum, quam ei, qui uerum debitorem ſoluere compellitur.*

21 *Hæres licet teneatur legatario honorato in diem ſub conditione ſatisdare, tamen indulgetur patri, qui filiũ emancipauit, uel domino, qui ſeruum manumiſit, ut non teneatur ſubire onus ſatiſdationis.*

22 *Mens contrahentium in contractibus permaxime eſt attendenda.*

23 *Interpretatio illa in contractibus fieri debet, quam contrahentes interrogati uerisimiliter feciſſent.*

25 *Cautio non debetur, niſi in caſibus a iure expreſſis.*

## CONSILIVM XXXVII.

CIrca præſentem dubitationem, quæ verſatur in hoc,
1 † An magnifica domina Antonia de Graſſis, quæ dona
uit omnia bona ſua præſentia & futura Dom. Lucio eius
filio, reſeruato ſibi uſufructu dictorum bonorum, & quæ
nõ præſtitit cautionem requiſitam a donatario de utendo
& fruendo arbitrio boni uiri, faciat fructus ſuos? Primo
2 aſpectu uideretur dicendum quod ſic, quia † quilibet ge-
rens actum cenſetur ſe conformare cum diſpoſitione iuris
communis, & ſe aſtringere legibus de illo actu loquentib.
l. ſi duo, ubi Bal. & alij per illum tex. ff. de acquir. hæred. l. hę
redes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. Bar. in l. iuriſiurandi. §. ſi li
beri. ff. de oper. lib. Alex. in conſil. 103. & 147. uolu. 2. Cra-
uet. in conſi. 33. nu. 18. & in conſ. 18. col. 4. uerſicu. quarto.
3 ſed ſecun dum diſpoſitionem iuris communis, & leges lo-
quentes de uſufructu † ipſe tenetur inſtante proprietario
præſtare cautionem de utendo & fruendo, arbitrio boni ui
ri, alias non facit fructus ſuos, ut de primo eſt tex. qui cauil
lari non poteſt in l. 1. in prin. ff. cau. uſufruc. quemadmo.
iuncta glo. in uerbo cauere. ubi legislator iubet præſtandã
eſſe hmõi cautionẽ per uſumfructuariũ, & ꝙ de ipſis reb. fa
ciet ꝓut quilibet diligens faceret de bonis ſuis. Ad idẽ eſt
tex. in l. vſufruct. C. de uſufruc. not. Guid. Pap. in deciſ.
248. col. 1. Corn. in conſi. 9. col. pen. in fi. uol. 2. Dec. in conſ.
607. col. 2. in princ. Dominus meus Rui. in conſil. ſuo. 60.
colum. 1. uolu. 2. & in conſil. 51. col. 3. & in conſil. 206. nu.
24. uol. eo. De ſecundo, ac vltimo eſt doctrina Bart. in l. vſu-
fructu, in fi. C. de vſufruct. & in l. vxori vſufructus, ff. de vſu-
fruct. lega. Alex. in conſ. 120. vol. 6. Dec. in conſ. 607. col. 2.
& in conſ. ſeq. col. 1. Pariſ. in conſ. 95. nu. 64. vol. 2. D. meus
Rui. in conſ. 43. col. 1. vol. 2. & 51. col. 3. & in conſ. 206. nu.
25. vol. eo. vbi inquit, certum eſſe quod de iure vſufructua-
rius pro vſufructu rerum corporalium tenetur cauere de
vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, per d. l. primam, ff. de
4 vſufruct. quemadmod. cau. & vbi † petatur, & nõ præſtetur,
poſſunt res vendicari, vel poteſt cautio condici. l. ſi vſufru-
ctus nomine. ff. de vſufruct. quemadmod. cau. & ante præſti-
tã dictam cautionem, vſufructuarius nõ facit fructus ſuos,
etiam ſi poſſideat inuito, vel ignorante proprietario, ſecun
dum Bart. in d. l. vxori vſufructus, ac eundem Barto. & alios
5 in l. hac edictali. §. his illud. C. de ſecund. nupt. ſubdens † ꝙ
fideiuſſores debent eſſe idonei arbitrio boni viri. l. vſufru-
ctu, cum glo. C. de vſufruct. & ſi non inuenirentur, non ſtare
tur iuratoriæ cautioni, ſecundum gl. & Doct. in d. l. vſufru-
6 ctu. ſed tunc debent bona ſequeſtrari penes idoneum † qui
de fructibus reſpondere habeat vſufructuario. quo verò ad
alia bona, quæ vſufructu conſumũtur, debet præcedere æſti
matio, & cauere quod finito vſufructu dicta æſtimatio reſti
tuatur. l. ſi tibi. ff. de vſufruct. ea. rer. quæ vſu conſum. Idem
7 voluit Boer. in deciſ. 61. col. tertia, vbi dicit, quod † licèt pa
ter habeat vſumfructum in re donata, vel legata filio, tñ ꝙ
tenetur præſtare cautionem de vtendo, & fruendo, arbitrio
boni viri. per not. per Bar. Doct. in l. Titia. §. Titia. ff. de lega.
2. ſi ergo hoc in patre admittitur, ergo idem dicendum in
matre, vt ſi vult vti commodo dicti vſufructus, quod aſtrin-
gatur ad præſtandum huiuſmodi cautionem.

His tamen non obſtantibus, contrariũ eſt de iure verius,
ad quod dicendum moueor, primo ex concluſione, quæ ha-
8 bet, † quod non minor reuerentia adhiberi debet erga do-
nantem, quàm ergo patrem. l. ſi extraneus. ff. de iur. dot. vbi
& ſi maritus teneatur exigere dotem ſibi promiſſam, aliàs
ſi promiſſor efficitur non ſoluendo, periculum ſit mariti, ta-
men ſecus eſt, ſi dos fuit per extraneũ ex cauſa donationis
promiſſa, prout ſi ex neceſſitate fuit promiſſa per patrẽ: ꝙ
etiam probatur per tex. in l. Neſennius. §. fin. ff. de re iud. vbi
9 † ſicut pater non poteſt exigi vltra quàm facere poſſit, ita
nec donator. §. præterea. verſ. idem eſt ſi quis ex donatio-
ne, Inſtit. de actio. Io. Oldendorp. in tract. actio. in 14. diui-
ſione, nu. 7. & Pet. de Vnzola. in pract-ar. no. in verſ. benefi-
10 cium ne quis. & ratio eſt, † quia huiuſmodi beneficium fun
datum eſt in reuerentia, ut per Dec. in l. venia. in fin. C. de in
11 ius vocan. immo plus dicitur, † quod maior reuerentia de-
betur donanti, quàm patri, quia donator in tali beneficio
prius deducit æs alienum. l. inter eos. §. & quidem. ff. de iud.
Dec. in l. diuus. nu. 9. de reg. iu. ſed pater, & patronus conue
niuntur in quãtum facere poſſunt, non deducto ære alieno.
12 d. l. inter eos. & l. exhæredatum. eo. tit. de re iud. † ſed pater,
qui habet vſumfructum in bonis filij non tenetur ſatiſdare,
ut dicunt glo. & Docto. in l. cum oportet. §. ut autem. C. de
bon. quæ liber. Corn. in conſ. 9. col. pen. & fi. vol. 2. & in cõſ.

267.litera G.uol.4.ſi itaque in hac cautione indulgetur pa-
tri, quod non aſtringatur ſubire hoc onus cautionis, & q
non obſtante quod non caueat, liberè fruatur eo, ergo idem
indulgendum uidetur donatrici, ſcilicet quod gaudere poſ
ſit vſufructu, non obſtante quod non cauerit, & eo maximè
13 hoc videtur dicendum in terminis noſtris, vbi † concurrũt
duo vincula, quæ magis operantur quàm ſimplex.l.cum ſci
mus.C.de agricol.& cenſ.lib.11.& in l.baliſta.ff.ad Trebel.
14 videlicet quod hæc matrona eſt donans, item & mater, †
cui per filium eadem debetur reuerentia, ſicut patri.l. velu
ti.ff.de iuſt.& iur.l.quique litiganti.§.fin.cum l.parentes.ff.
de in ius vocan.& ibi Iaſ.in §.prætor, in quinto, & 6.notabi
15 li, vbi † pater, & mater in ius vocari non poſſunt per filium
ſine venia, cum ea ſit fundata in reuerentia.Deci.in l. venia.
in fi.C.de in ius vocan.& in l.qui in poteſtate.in 3.not.C.de
16 in ius vocan.vbi dicit, † ſicut patri reuerentia debetur, ita
& matri, quia patris & matris æqualis eſt pietas, licèt pote
ſtas inæqualis.l.furioſæ.ff.de cura.furio.

17 Secundo facit. Nam † mitius agitur cum eo, qui conue-
nitur ex propria libertate, quam alio modo.l.ad res dona-
tas.ff.de ædil.edic. ubi legiſlator dicit quod edictum Aedi
18 lium curulium non habet locum in donante, & ideo † q
donatarius, qui fecit rem donatam meliorem, non poteſt
conuenire donantem, ſi exinde appareat quod res uitioſa
ſit. Accedit ēt tex.in l.Ariſto. §. fi.ff.de donat.ubi ſi quis rē
alienam donauit, in eaq; donatarius magnos ſumptus fece
rit, & ea res euincatur, nulla datur donatario actio con-
tra donantem. & ratio ſecundũ Doct.eſt, ne donator ſuæ li-
beralitatis pœnam patiatur. Facit l. diuus ff. de regul.iur.
19 ubi diuus Pius iuſſit eos, † qui ex liberalitate ſua conueniũ
tur, in id quod facere poſſunt cōueniẽdos. Ad idem eſt tex.
20 in l.exhæredatum.§.fin.cum l.ſequen.ff.de re iud.ubi † pin
guius eſt ſuccurendũ donatori, quam ei qui uerum debitũ
perſoluere compellitur, ne ex liberalitate ſua inops fieri
periclitetur. Placent.in tract.de actio perſo.tit.29.num.2.
Sed ſi diceremus, quod hæc magnifica donatrix cogeretur
ad præſtationem huiuſmodi cautionis, negari non poſſet,
quin large, & abuſiue loquendo pœnam ſuæ liberalitatis
pateretur cum plerunq; matri in re grauis ponderis ſit ma
gnum onus, uel ſaltem reſultaret pœna, ſi nõ præſtaret cau
tionem caſu, quo teneretur. nã poſſet interim impediri u-
ſusfructus, ut habetur in d.l. uſufructu, unde, ut euitetur
hæc interpretatio repugnans liberalitati, & ne dicta do-
nans patiatur pœnam dictæ ſuæ liberalitatis, dicendum ue
nit, quod ad præſtationem huiuſmodi cautionis arctari nõ
poſſit. Ita Corn. conſi. 267. litera l. & Alex. in conſi. 54.
col. fin.

Tertio pro confirmatione huius ſententiæ facit tex.in l.
filio.ff.ut lega.no.cauea.ubi, & ſi generaliter a lege diſpo-
21 ſitum ſit, quod † hæres teneatur ſatiſdare legatario hono-
rato in diem, uel ſub conditione, tamen indulgetur patri,
qui filium emancipauit, & domino, qui ſeruum manumiſit,
ut non teneantur ſubire onus ſatiſdationis. & ratio eſt, ne
beneficiũ patris, dominive ipſis oneroſũ ſit, & ſubdit, an ſi-
bi imputare dēt, q dederũt ei poſtulãdi aduerſus ſe facul
tatē? quæ q̃dē verba moralia pariter militāt in donāte bo-
na ſua, reſeruato ſibi uſuf.nã ſi teneretur ſatiſdare, bñficium
ſuum eſſet ſibi oneroſum, & donatarius videretur imputa-
re ipſi donanti, cur dedit ei facultatem petendi reſtitutionē
rerum donatarum finito vſufructu, prout ibi pater, & domi
nus emancipando, & manutenendo dederunt legatarijs fa-
cultatem petendi eueniente conditione iniuncta legato, &
tantò fortius hoc dicendum eſt in caſu, de quo agitur, vbi
donatarius debet eſſe minus oneroſus donanti, quàm manu
miſſus manumittenti. Vnde ex iſtis videtur dicendum, dona
tricem hanc non fore aſtringendam ad præſtationem dictę
cautionis, ſed ab ea exonerãdam.ita Corn. in allegato cõſi.
267.litera K.

22 Quarto facit. Nam † in contractibus mens contrahẽtiũ
eſt permaximè attendenda, l.in conuentionibus, ff.de verb.
ſign.l.fi.C.quæ res pigno.obl.poſſ.glo.in l.ſi in venditione.
ff.com.præd.vbi cauſa verborum, & meus contrahentium
inſpici debet.Deci.in conſ.555.col.1.& in conſ.697. col.2.
23 Item † in contractibus debet fieri illa interpretatio, quam
contrahentes interrogati veriſimiliter feciſſent. Bald. in l.
tale pactum.§.fi.in 2.notabili, & Iaſ.in 4.colu.uerſi.in 4. &
ultima.ff.de pac.Iaſ.in conſi.171.col.2.uol.4.Dec. in conſ.
555.col. 1.& 697.col.2. Sed quis eſt tã ſupini ingenij, qui
cogitare poſſit, quod mens donatricis, quæ donauit omnia
bona ſua præſentia & futura, fuerit uelle ſe arctare uel a-
ſtringere ad non fruendum rebus donatis, niſi præſtita di-
cta ſatiſdatione, certe nullus? quia cum eſſet in ſua libera
uoluntate fruendi rebus donatis, nulla poteſt cadere con-
ſideratio, quod uoluerit ſe priuare dicto uſufructu, & cō-
mõ eo utēdi, ꝑpria authoritate, ſi nõ pſtaret, vel pſtare nõ
poſſet huiuſmodi cautionem, ut hic, ubi donatrix attenta
dicta donatione nullum reperiret fideiuſſorem, qui uellet
pro ea cauere, ſciens quod non poterit a donante indem-
nis releuari. Similiter non poteſt in mentem ſani conſilij
cadere, quod mens donatarij, qui aſpirabat ad talem dona
tionem, & quam libenter recepiſſet, cum hoc, quod non te
neretur donans cauere de utendo & fruendo, arbitrio bo-
ni uiri, cogitauerit q donatrix deberet pręſtare ſimilem ſa
tiſdationem. Vnde ſtante dicta contrahentium mente, & q
ueriſimiliter ita reſpondiſſent, ſi interrogati fuiſſent meri-
to ſequitur, quod donans ad cautionem huiuſmodi arctari
non poſſit.

24 Vltimo in terminis quæſtionis pręſentis, † ita decidit Io.
de Pla.in § præterea.uerſi.ſed & ſi quis.inſtit.de actio. So-
ci.in l.omnes.ff.de excep.ubi inquit, ſatis eſſe quod uſufru-
ctuarius tali caſu promittat cum hypotheca bonorum per
d.l.filio.ff.ut leg.nom.cauea. & Soci.ſequitur Dec.in conſ.
265.col.pen.& in auth. ex teſtamento.col.2.in princ.C.de
colla.& in l.diuus.ubi etiam Cagnol.ff.de regu.iur.Cor.in
conſi. iam ſæpius allegato 267.uol.4.ubi inquit, quod & ſi
ſexagenarius ſit, non meminit ſe unquam uidiſſe, nec audi-
uiſſe quod in ſimili caſu uſufructuarius ſatiſdare teneatur.
hanc quoque partem ſequuti ſunt Alexan. in conſi.54.col.
2.Gozad.in conſi.91.col.2.conſi.95.col.2.& Annib.in rep.
l.nemo poteſt, num.174.de leg.primo.

25 Quinto facit. nam † cautio non debetur, niſi in caſibus
a iure expreſſis, ut concludunt communiter Docto.l. in
omnibus.ff.de iud.& in l.2.in prin.ff.ſolut.matr.ſed in caſi-
bus a iure expreſſis non reperitur iſte, ergo &c.

Non obſtant modo, quæ ex aduerſo adducta, & allegata
26 fuerunt, quia reſpondetur, quod † licet uſufructuarius te-
teneatur ad huiuſmodi ſatiſdationem inſtante proprie-
tario, per iura ſupra citata, tamen id ſecus eſt in matre
donante bona ſua, quæ ratione ſuæ largitatis, & beneficij
collati in donatarium, non tenetur ad ipſius inſtantiam ca
uere de utendo & fruendo, arbitrio boni uiri.d.l.ſi filio. &
per Soci.Dec.ac alios ſupra nominatos. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

1 *Appellatio ubi eſt prohibita propter dignitatem iudican-
tis, ibi admittitur ſupplicatio, & numero 16. ubi decla-
ratur.*
2 *Appellari licet non poſſit a ſententijs latis in curia Delphi-
nali, tamen ab eis licet ſupplicare.*
3 *Appellare, & ſi non liceat a ſententia Præfecti prætorio, ta
men aduerſus illam liceat ſupplicare, & per uiam que-
relæ Principem adire.*
4 *Supplicatio, & reclamatio, idem eſt.*
5 *Appellatio ſi ſit remota ſiue in inſtrumento, ſiue in reſcri-
pto, uel in aliqua parte iuris, nihilominus poteſt aduer-
ſus ſententiam ſupplicari.*
6 *Illatio recta non fit ex ſeparatis.*
7 *Statutum auferens appellationem, non tollit recurſum ſup-
plicatiõis, uel querelæ, & nu, 9. ubi communis.*
8 *Supplicatio nunquam admittitur ubi locum habere poteſt
appellatio.*

*10 Ap-*

*10 Appellatio ubi eſt prohibita ex natura cauſæ, ibi etiam eſt prohibita ſupplicatio, & nu.14.*

*11 Appellatio ſicut eſt prohibita a poſſeſſorio ex natura cauſæ, ita & ſupplicatio.*

*12 Appellare qui non poteſt a ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, pariter aduerſus eam ſupplicare non poteſt.*

*13 Appellatio admittitur in omnibus poſſeſſoriis ſecundum communem de iure canonico, ſed de iure ciuili ſecundũ communem ſecus.*

*15 Contumax uerus ſicut non poteſt appellare, ita nec ſupplicare.*

*17 Supplicatio eſt quædam precum porrectio facta Principi, propter quam ex quadam benignitate & gratia, ſuperior reſtituit ſupplicantem aduerſus ſententiam, quod declara, ut nu.28.*

*19 Præſumptio non eſt quod Senatus Principis proferat ſententiam iniquam.*

*20 Supplicatio præſupponit ſententiam ualidam, appellatio uero nullam, & iniquam.*

*21 Ceſſio facta per laicum clerico, de iure canonico nõ ualet, niſi fiat coniunctæ perſonæ, & nu.32. ſecus de iure ciuili, ut in nu 23.*

*22 Coniunctio remouet dolum, & ſimulationem, & facit præſumere ueram donationem.*

*24 Clerici ab omni negociatione prohibentur.*

*25 Titulus, ne luc.poten.in quo caſu locum habeat.*

*26 Titulus de alien.mutan.iud. &c.quo caſu locum ſibi uendicet.*

*27 Clericis eſt prohibita negociatio, quæ conſiſtit in mercando, emendo, & uendendo, non mutata forma.*

*28 Clericum negociatorem ex inope diuitem, ex ignobili glorioſum factum, tanquam peſtem fugiendum eſſe, tradit S.Hieronymus.*

*29 Auaritiæ cupiditas, eſt radix omnium malorum.*

*30 Lites ſunt frequenter occaſiones criminum, & cauſa multurum malorum.*

*31 Litem execrari ueneranda & laudanda, non uituperanda cogitatio eſt.*

*33 Actionem emere, eſt quoddam genus mercimonij.*

## CONSILIVM XXXVIII.

DE duobus quæritur,& primo in dubiũ reuocatur. An legitimè ex parte domini Antonij de Riuoltis fuerit ſupplicatum aduerſus ſententiam latam per ſacrum Conſilium in fauorem domini Ruberti de Rubeis? Et videtur di-
1 cendum quod ſic;quia nemini dubium eſſe debet,quod† vbi eſt prohibita appellatio propter dignitatem iudicantis,ibi admittitur ſupplicatio.l.ſi quis aduerſus,C.de precib.Imp.
2 offer.Guid.Pap.in q.50.vbi inquit,† quod licèt à ſententijs latis in curia Delphi.non poſſit appellari, tamen ab eis licet ſupplicare.Dec.in l.fi.nu.50.C.de edic.diui Hadr.tol.& ibi Zucard.num.452.Affl. in conſtitut.reg.in 10.q. Ruin.in conſ.157.col.pen.vol.5.& in conſ.34.col.2.verſ.2.pro iſta
3 opinione,vol.eo.vbi † quamuis à ſententia præfecti prætorio non liceat appellare propter dignitatẽ iudicantis,licèt tamẽ aduerſus illam ſupplicare,& per viam querelæ, quod idem eſt Principem adire.auth.quæ ſupplicatio,C. de precibus Imper.offer.l.1.C.de ſent.præfec.prætor.Iaſ.in d.l.ſi quis aduerſus,vbi,& alij.Capi.in deciſ.144.& Pariſ.in cõſ. 118.col.1.vol.1.Sed in caſu de quo agitur,lata fuit ſententia per ſacrum conſilium,à qua propter excellentiam iudicantium non appellatur,ergo ab ea potuit ſupplicari.

Secundo facit.nam de iure in alijs caſibus, in quibus nõ admittitur appellatio,ſaltem admittitur ſupplicatio,ſeu re-
4 clamatio,† quæ idem eſt,vt per Marant.in ſuo aur. ſpec. de ord.iudi.par.6.verſ.ſecundus actus.nu.11.circa fi. & Pariſ. in conſ.ſuprà citato conſ.54.col.1. Quod autem concluſio ipſa ſit vera,ſatis probatur per Abba.in c.ex literis.in 4.no. & in glo.in verbo ſupplicauit,de reſt.in integrum, vbi per
5 illam gl.dicit † quod ſiue in inſtrumento, ſiue in reſcripto, vel in aliqua parte iuris ſit remota appellatio,poteſt nihilominus aduerſus ſententiam ſupplicari;quia iſta duo remedia ſunt ſeparata,quorum vnum eſt ordinarium & aliud extraordinarium:ideo ad remotionem vnius non ſequitur re-
6 motio alterius;quia † ex ſeparatis recta non fit illatio.cap. 2.de transla.prælat.& Abb.ſequitur Ruin.in conſ.ſupradicto 157.col.pen.in fin.Item hæc ſententia comprobatur ex
7 dictis per Bald.in l.fi.§.fin.C.de temp.appell.vbi † licèt valeat ſtatutum auferens appellationem,non tamen à tali ſtatuto tollitur recurſus ſupplicationis,vel querelæ.hoc idem voluit Sali.in l.fi.col.fi.C.de ſenten.& interlo.omn. iud.vbi determinat,quod ſi appellatio ſit remota per ſtatutum, vel reſcriptum,poterit tamen ſupplicari,per d. auth. quæ ſupplicatio.Maran.in d.ſuo aur.ſpec.in 6.par.verſ.2.actus,nume.13.vbi inquit,quod non ſolum admittitur ſupplicatio à ſententia principis,& præfecti prætorio,verum etiam à ſententijs aliorum inferiorum,quãdo prohibetur appellatio. vt ſi prohibeatur per ſtatutum, vel principem committentem cauſam appellatione remota,quia ex tunc ex quo ceſſat remedium ordinariũ appellationis admittitur extraor-
8 dinarium ſupplicationis, † alias autem nunquam admittitur ſupplicatio,ubi locum habere poteſt appellatio. Alex. in conſ.87.colu.1.uolu.4.& hanc partem etiam ſecuti ſunt Marſi.in practi.ſua criminal.§.oportune.n.51.Pariſ.in cõſil.54.nu.19.uol.3.necnon Dec.in conſ.533.col.1.in fin. &
9 Rui.in allegato conſi.157.col.pen.in fi.ubi † ambo atteſtãtur hanc eſſe communem, & reprobant Paul.de Caſt. in d. l.ſi quis aduerſus.in fi.ubi uoluit q̃ ſi appellatio tollitur p̃ ſtatutũ, etiam tollatur ſupplicatio, & uere male loquitur, quamuis ſequendo Pau.idem tenuerit Dec.in c.paſtoralis. nu.13.de appel.

Quibus tamen obſtantibus, contraria ſententia in caſu noſtro eſt de iure uerior, qđ ex infra dicendis demonſtra-
10 tur.& primo, † vbi ex natura cauſæ eſt prohibita appella-
11 tio,ét prohibita cenſetur ſupplicatio.Dec.in l.fi.n.51.vbi† a ſententia lata in poſſeſſorio, de quo in d.l.fi. quia ex natura cauſæ prohibetur appellatio,ab ea ſimiliter prohibetur ſupplicatio.l.fin.Ciut lit.pen.ubi gl.& Doct.uolunt.quod
12 † qui non põt appellare a ſentẽtia, quæ tranſiuit in rem iudicatam pariter aduerſus eam ſupplicare non poteſt: nam in uanum impetratum uidetur quidquid dicitur contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, ut ibi per Pau. de Caſtr.qui inquit hoc facere contra illos, qui lata ſententia uadunt Venetias, & ſupplicant quod cauſa iterum reuideatur,non obſtante quod lapſum ſit tempus datum ad appellandum: quia iſtud non debet concedi, niſi ex magna cauſa,de quo multum contra Principes etiam exclamat Soci.in l.ſingulis.ff. de excep.rei iud. ſed in cauſa poſſeſſoria, vt eſt noſtra,licèt de ſui natura ab ea appelletur de iure ca-
13 nonico, † quia in omnibus cauſis poſſeſſorijs appelletur, vt eſt tex.in clem.1.& ibi Card.col.2.in prima oppoſitione de cau.poſ.& propr.Salic.in l.1.C.ſi de mom. poſ. fue. appella.vbi atteſtantur hanc ſentẽtiam communiter receptã, & Dec.in l.1.col.2.uerſ.3.C.de bon.poſ.ſecundum tabul.tamen de iure ciuili ab ea non appellatur,vt per Docto.communiter in dict.l.1.C.de momen.poſ.&c.Iaſ.in conſilio 60. col.fin.vol.1.& in conſ.187.col.2.uol.2 Dec.in d.l. 1.C. de bon.poſ.ſecundum tabul.colu.2.ubi cit it hanc eſſe communem in c.paſtoralis nu.10.de appell.in d.l.fin.nu.50. conſi. 28.colu.1.Gozad.conſi.50.col.2.Capi. deciſ.34.in prin.Bereng.in l.naturaliter,§.nihil cõmune.nu.76.de acq.poſ.vbi pariter firmat hanc partem commune calculo eſſe receptam,licèt ipſe contrarium teneat. ratio enim eſt in promptu,quia in poſſeſſorio de modico præiudicio tractatur, vt per Bart.in l.2.ff.de appel.recip.& in l.1.C.quo. bon. quod poteſt reparari in petitorio iudicio,aliàs eſſet ſecus,ut per Bar.in d.l. 2.& Iaſo.ubi ſupra,ac Dec.& alios in locis ſupra citatis.Cum igitur à ſententia ipſa lata in poſſeſſorio ex natura ipſius cauſæ non poſſit appellari,vtique etiam dicendũ venit,vt aduerſus eam non poſſit ſupplicari, vt in terminis voluit Imol.in conſ.142.quem ſequitur Dec.in d.l.fi.nu.51. & Zucard.ibi nu.452.ac Pariſ.in citato conſi. 54.nume.39. Quod ét confirmatur ex ſcriptis per Imol. in l. 1. a quib. appel.

appel.non licet.quem ſequitur Rui.in iã ſæpius citato conſ.
14 157.col.pen.uerſic.non obſtat ſecundum,ubi † dicit,quod licita non eſt ſupplicatio ubicunque de iure communi prohibetur appellatio propter infinitatem tollendam.Accedit quoque quod dixit Maran.ubi ſupra,num.14 ubi ſic formaliter inquit,non tamen intellige indiſtinctè, quod in omnibus caſibus in quibus remouetur appellatio,locum habeat ſupplicatio, quia immo in multis caſibus in quibus quis nõ
15 poteſt appellare,minime poteſt ſupplicare,ut † ecce,uerus contumax non appellat.l.ex conſenſu.§.fin.ff.de appella.& ſicut non poteſt appellare, minus & ſupplicare, ſecundum Imol.in d.§.fi.& Dec.in conſil.34.colum.1.in prin.& ſuper hoc tradit magiſtralem regulam Iaſ. in dic. auth. quæ ſupplicatio, quod ubi quis prohibetur appellare propter excellentiã iudicis, & ſic in priuilegiũ latæ ſententiæ, poteſt ſupplicare, ſed ubi non poteſt appellare de iure communi, minime poteſt ſupplicare.

Non obſtant adducta in contrarium, quia ad primum
16 argumentum reſpondetur,† illud nõ procedere,ubi remouetur appellatio ex natura cauſæ, ut in poſſeſſorio de iure ciuili,qm tũc et nõ admittitur ſupplicatio,ſecus qñ prohibita eſſet appellatio ipſa pp excellentiã iudicantiũ,quia tũc
17 ſupplicatio admittitur, quæ † eſt quædam precum porrectio facta principi,per quam ex quadam benignitate,& gratia ſuperior reſtituit ſupplicantem aduerſus ſententiam, ſecundum Abb.in d.ca.ex litteris,in ultimo notab.Cap. deci. 28.col.fi.Affl.in d.10.q.& in deci.347.nu.3.Dec.in d.l.fi.n. 51.& in conſ.533.col.1.& Maran.ubi ſupra nu.13. dummo
18 do † in ſupplicatione non conqueratur ſupplicans de prin
19 cipe,uel eius conſilio,quia † non præſumitur, ꝙ hi ꝓferant ſententiã iniquã.l.1.ff.de off.præfec. prætor. ſed tantũ allegat negligentiam ꝓpriã, & petat ueniam erroris ſui uel circumuentionẽ aduerſarij,ut in l.Præfecti.ff.de mino.Capi.in
20 d.deci.28.col.fi.ubi inquit,† ſupplicationẽ præſupponere ſententiã ualidam,licet appellationem nullã,uel iniquã.Iaſ. in d.l.ſi quis.Dec.in conſ.533.col.1.& in d.l.fi.vbi etiam Zucad.nu.452.Pariſ.in conſi.118.uol.3.nu.22.& Affl.in citatò 10.notabili, ut inquit, hoc menti tenendum pro formanda ſupplicatione a ſententia ſacri conſilij,cũ hodie ut plurimũ procuratores neſciant illã formare. Sed in caſu,iſto ſumus, ut dictũ fuit in poſſeſſorio, ubi ex natura cauſę de iure communi non admittitur appellatio, ergo non mirum ſi non admittitur ſupplicatio.

Ad ſecundũ reſpondetur,ꝙ,& ſi a ſtatuto auferẽte appellationẽ,nõ tollatur ſupplicatio, id ꝓcedit,quia alias non erat prohibita appellatio ex natura cauſæ, & de iure cõi, ꝓut i caſu noſtro,igitur &c.uel & ſecundo,quia nõ erat attribuenda culpa prohibito appellare, ideò non mirum ſi ſupplicatio admittatur.Ita Dec.in d. conſi.533.col.2.in princ. & Rui.in allegato conſ.157.col.pen.

Deuenio ad ſecundum caput, in quo dicendum uidetur, quòd dictus dominus Antonius non ueniat repellendus a ſua petitione, quam intentauit uti ceſſionarius domini Ioannis de Caſtoldengo contra dictum Dominum Robertum,
21 quoniam † & ſi Canoniſtæ tenere uideantur ceſſionem factam per laicum clerico,non ualere,tanquã ſimulate conceptam,vt fuit intentio Gregorii in c.fi.de alie.iud.ibi, mandamus quatenus clericos memoratos à præſumptione huiuſmodi per cenſuras eccleſiaſticas compeſcatis.& ibi per Doc.ac Bar.in l.1.in fi.ff.de alie.mut.iud.Cyn.in l.qui ſtipe-
22 dia, C.de procur.& in l.per diuerſas.q.6.C.mand.† niſi facta fuerit coniunctæ perſonæ,quia tunc valet, quia coniunctio remouet dolum.l.3.ff.de recep.ut per Pet.& Cy.in d.l. qui ſtipẽdia,ac eundem Cyn.& Bal.in d.l.per diuerſas. q.6. ubi coniunctio facit ceſſare ſimulationẽ. & præſumi veram donationẽ,l.3.§.qui eiuſdẽ,ff.de donatio.inter uir. & uxor. Item & quia ubi aliàs non licet in extraneũ,licet in coniun
23 ctũ,Rodor.Suar.in allegatione ſua 19.in prin.†tamen de iure ciuili ualet,ſiue ſit facta coniuncto, ſiue extraneo,ut uoluit Bar.in trac.de differ.utriuſq; iur.nu.48.ubi dicit, quod inſurgit uarietas inter ius canonicum, & ciuile,quia ſi clericus recipit ceſſionem,de iure canonico præſumitur ſimula-
24 ta,d.c.ex parte,q.a † clerici ab omni negociatione prohibẽtur.c.clerici.24.q.3.ſecus de iure ciuili, quia illa nõ prohibetur,niſi aliàs doceatur de ſimulatione. l. per diuerſas. C. mãd.quæ bene põt probari.l.militem.C.de procu.Idẽ dixit Hier.Zanet.in trac.et de diff.utr.iur.diff.137.Cy. poſt Petr. in d.l.qui ſtipendia,& in d.l.per diuerſas.q.6.Alber. de Roſa.in l.cùm miles.ff.de alie.iud.ſed in caſu præſenti ſumus in foro ciuili, ergo &c. & tantò magis hæc concluſio firmari dẽt,cũ † ceſſio prædicta facta nõ ſit tali perſonæ quæ ſit po
25 tentior rõne officii cedenti, quo caſu locũ haberet titulus. C.nec lic.poten.qui ſm Bart.ibi in princ.locum habet in huiuſmodi potentioribus,& Cy.in d.l.qui ſtipendia, & Alber. de Roſa.in ipſa l.cum miles,ac Iac.de Aret.in tract. de ceſſio.actio.nu.6.& Doct.communiter in d.c.fi.nec etiam per-
26 ſonæ,† quæ mutandi cauſa iudicij illam receperit,cum titulus etiam ille de alie.iud.mut.cauſa, nõ poſſit habere locũ, quia deficiunt requiſita, quæ exiguntur, uidelicet quod dolo malo facta fuerit ceſſio, & cauſa mutandi iudicij, ut eſt text.& ibi Bart.& Alber.in l.item ſi res, §. itemque. ff. eod. tit.ac Cur.Iun.in tract.feud.in 2.part.quæſt. 6.colu.2.de quo dolo deberet conſtare ſecundum Alber. in d. §. Itemque ex coniecturis.l.dolum.C.de dolo. cum non præſumatur, & eo fortius dicendum eſt illam non fuiſſe factam cauſa mutandi iudicij,cùm perſona ceſſionarii non ſit apta perterrefacere debitorem,quod multum ã Doct. conſideratur, ut per Doct.in d.c.fi.& Bal.in d.l.per diuerſas,quæſt.19.ubi inquit,ceſſionem clerico factam ualere,quãdo clericus non eſt talis,qui poſſit terrere aduerſarium. & Sali. ibi q. 21. ac Rodor.ubi ſupra.

Sed præmiſſis non obſtantibus, ceſſio prædicta redditur
27 nulla,quod oſtenditur: † nam clericis eſt prohibita negociatio,quæ conſiſtit in mercando,emendo,& uendendo,nõ mutata forma.Ita Abba.in c.fi.de uit.& honeſt.cleri.Card. in clemen.fina.col.2.de cenſib.& ratio eſt, quia talis negociatio, ut plurimum non fit ſine mendacijs, & fraudibus: & ideo non eſt admiratione dignum, ſi connumeretur inter negocia periculoſa, & quæ ſine peccato fieri non poſſunt. iux.gl.in c.qualis.25.diſt.c.qualitas.de pœn.q.5.cap.falſas, eo.tit c.fornicar.88.diſt.ubi Auguſt.dicit,fornicari hominibus ſemper non licet, negociari aliquando licet, aliquando non: antequã enim eccleſiaſticus quis ſit, licet negotiari,facto iam non licet.Facit enim text.in c.negociatorẽ,eã.
28 diſt.ubi † Hierony. tradit, Negociatorẽ clericũ ex inope diuitem, ex ignobili glorioſum factum,tanquam peſtem fugiendum eſſe.Ad idẽ eſt tex.in c.2. ne cler. uel mona.ubi prohibetur hoc eis ſub interminatione anathematis, ne ſcilicet lucri cauſa negocientur.Si ergo negociatio rerum ratione præmiſſa interdicta eſt clericis, igitur multo magis
29 negotiatio emendi lites, quæ † illicita eſt, & reprobatur, cum proueniat ex cupiditate auaritiæ, quæ radix eſt omniũ malorũ,c.nã concupiſcentia.de conſtit.47.diſtinct.c.bonorum.cap.quia radix.de pęnit. diſt.2.& ideo nõ ſine ratione. ſi legitimis ictibus ferienda ſit.l.ſi quis in ſuo.C.de inoff. te
30 ſta.ſunt †.n.lites frequenter occaſiones criminum,§.ſi vero aliquis,in authe.de trien.& ſemiſ.l.probandũ.in prin. C.de iud.& cauſa multorum malorum. vt primo Metaphiſ. dicitur.Vnde non mirum,ſi dicitur,quod uotum laudabile dici-
31 tur execrantium lites.c.2.de ver b.ſignific.& ꝙ † litem execrari veneranda & laudanda, nõ vituperanda cogitatio eſt. l.item.§.fi.de alie.iudic.mut.cau.Et ideo inquit Tullius 2.de off.Eſt enim non modo liberale paululum nonnunquam de iure ſuo decedere,ſed interdum etiam fructuoſum. undè cũ huiuſmodi negociatio emendi lites,ſit a iure clericis omninò interdicta,vt in d.c.fi.& non debeant eſſe prompti ad litigandum,vt per Spec.in tit.de procu.verſ.fi. ſed eorum officiũ propriũ ſit lites habentes ad pacẽ reuocare,vt in c.placuit,90.diſt.ideo videtur dicendum quod ea valere non debeat,ſed reijcienda ſit.
32 Secundo † quod ea non valeat,tanquam procedens à cupiditate auaritiæ,cum per eum quæratur emptori pręda ex aliorum iurgio, eſt tex. in d. cap. 2. iuncta gloſſ. fin. vbi poſtquam dixit quod clerici non debent recipere ceſſio-

nem quia ſi ſimulata non ualet. ſubdit idem eſſe, etiam ſi uera ceſſio, uel datio: quia nihilominus præſumitur in fraudem facta, & auaritiæ cauſa. Idem uoluit ibi Abb. in penul. & ulti. notab. ſed melius in fin. colum. in gloſſ. fin. ubi inquit ſingulariter tenendam eſſe illam gloſſ. & non obliuioni tradendã, ꝗ clericus non debet recipere ceſſionẽ
33 a laico ex tit. oneroſo, † q͙a cenſetur facta cã auaritiæ: nã eſt quoddam genus mercimonij emere actionem. unde ſicut ei prohibetur negociatio rerum, ut in d. cap. fornicari, ergo & fortius litigiorum: argum. cap. 1. de ſyndico. Immo plus dicit quod etiam ſi ceſſante alia fraude teneret uenditio, adhuc poſſet excipi contra clericum, ac de iuris contrauentione puniri. hoc etiam ſentit Anto. de Butr. in 1. quæſtione, dum quærit, An emptio litis ſit permiſſa, & concludit quod ſic, inter laicos, quaſi ſecus uellet dicere inter laicum & clericum. & melius Imol. col. 1. dum inquit, nota quod illa, quæ procedunt ex fonte cupiditatis uel auaritię cenſentur odioſa iuri, & reprobantur. in colu. fina. in princip. ubi expreſſe dicit, quod clericis eſt prohibitum recipere ceſſiones a laicis, ſed bene inter laicos uidetur eſſe permiſſa, dummodo non ſit ſimulata uel non fiat inpotentiorem, uel non fiat pactum de quota litis, ac etiam Card. col. 3. uerſic. quarto quęro, & Ioan And. in colum. 1, verſi. & emptionis. & ſecundum hanc ſententiam ita conſuluiſſe reperio inſignem, & facundum collegam meum Natam in conſilio ſuo 474. colum. fin.

Non obſtant ex aduerſo allegata, quia illa non militant, vbi clare conſtat, prout in caſu de quo agitur de ceſſione facta per laicum clerico ex titulo oneroſo emptionis & uenditionis: quia tunc locum habent rationes & deciſiones de quibu s ſupra. Laus Deo

Rolandus à Valle Iuriſconſultus,

## *SVMMARIVM.*

*1 Veritas non eget uerborum adminiculis.*

*2 Verborum multiloquia ſolent prudentisſimos ſtomachari.*

*3 Pater agere n on poteſt ad æſtimationem membrorum cicatricum, & corporis occiſi filij.*

*4 Corpus liberum non recipit æſtimationem.*

*5 Pater agere poteſt ad intereſſe animæ occiſi, ut pro ea fiant orationes, ieiunia, elemoſynæ ſecundum facultates homicidæ.*

*6 Vulnerat us moriturus, ſeu eius hæres pro intereſſe animæ defuncti, poteſt iurare in litem contra homicidam doloſum, intereſſe ipſum pr obando ex iuramento.*

*7 Et caſu, quo hæres non poſſet iurare in litem, quia infans, uel non peteret, uel homicidium eſſet commiſſum non dolo, ſed culpa, tunc iudex ex officio per exploratores poteſt ſe informar e de facultatibus homicidæ, & intereſſe taxare.*

*8 Pater poteſt agere ad expenſas factas in medicinis, & curatione filij occiſi, & nu. 12.*

*9 Quod amplia procedere etiam de iure diuino.*

*10 Pater agere poteſt ad æſtimationem operarum, quas filius interfectus exercere potuiſſet toto tempore uitæ ſuæ.*

*11 Homicida de iure communi, nedum puniendus eſt pœna mortis, ſed etiam a peritis debet fieri æſtimatio quot annis etiam natur aliter uiuere poterat interfectus, & pro operibus, induſtria, & labore ſuo poterat ſuperlucrari ſingulo anno, & in tantum condemnari debet.*

*13 Percutiens aliquem tenetur ad operas, quibus ſtante infirmitate liber homo amiſſurus erat, quia forte artifex, & ſi per talem percuſſionem factus fuiſſet inutilis, teneretur etiam ad operas futuras, quibus cariturus erat propter dictam percuſſionem.*

*14 Aeſtimatio uitæ occiſi debet fieri ſecundum communem opinionem iuxta formam l. hæreditatem. ff. ad l. fal.*

*15 Actio iniuriarum licet finiatur anno, tamen fallit ſecundũ magis communem, quando deſcendit ex lege Cornelia, quia tunc perperpetua.*

*16 Actio iniuriarum, & ſi anno tollatur, id tamen ſecus eſt, quando intra annum computandum a die irrogatæ iniuriæ lis fuit conteſtata.*

## CONSILIVM XXXIX.

QVia ſemper mihi placuit quam plurimum ueritatem
1 attingere, † quæ non eget uerborum adminiculis, ut
inquit Imperator. l. 1. C. ſi min. ſe ab hæred. abſt. & non fru-
2 ſtra denigrare papyrum verborum multiloquiis, † quæ ſo
lent prudentiſſimos ſtomachari, vt tradit Are. in conſ. 6. in
prin. idcirco in præſenti conſultatione pauperrimi Franci
ſci de Locellis, cuius filius iam annis tri us elapſis per Gi-
rardum de Corrariis fuit interfectus, omittã allegationes
ad partes, quandoquidem illas non expedire cognoſcam:
& dubitationis deciſionem attingam. Pro habenda ergo
vera deciſione præſentis hæſitationis in medium adduco
nonnullas veras, & communes Doctorum concluſiones,
3 quarum prima eſt, quod † & ſi ex iuris communis diſpoſi-
tione agi non poſſit per Franciſcum ad ęſtimationem mem
brorum, cicatricum, & corporis occiſi filii, ut uoluit Spec.
in tit. de iniur. §. 2. col. 1, uerſi. ſed nunquid, quem ſequũtur.
Roma. in conſ. 278. & Crauet. in conſ. 119. num. 5. Anto. de
Butr. in c. 1. de iniur. & Plot. in rep. le. ſi quando. num. 695.
4 C. vnde vi, quia † liberum corpus non recipit æſtimationẽ.
5 l. liber homo. ff. ad l. Aquil. tamen † quod rectè per eum agi
potuit ad intereſſe animæ occiſi, vt pro ea fiant orationes,
ieiunia, eleemoſynę, & huiuſmodi ſecundum facultates ho
micidæ. Ita Manſue. in ſua pract. iud. ſub rubrica de expẽſ.
intereſſe, & damnis. num. 16. quem ſequitur Plot. vbi ſuprà
6 num. 694. & pro † tali intereſſe animæ, vulneratus moritu
rus, ſeu eius hæres poteſt iurare in litem contra homicidã
doloſum, probando ipſum intereſſe ex iuramento. gloſſ. fi.
in fi. in l. in nummis, de in lit. iuran. glo. in uerſi. cum iuſtis.
7 in c. dilecti, vbi Abb. & alii de for. compe. & caſu † quo hæ
res non poſſet iurare in litem, quia infans, uel iſtud non pe
teret, uel eſſet homicidium non dolo, ſed culpa cõmiſſum:
quo caſu non poſſet iurare in litem. l. in actionibus. ff. de in
lit. iur. tunc iudex poteſt ex officio, & etiam per explorato
res ſeu commiſſarium informare ſe de facultatibus homi-
cidæ, & taxare illud intereſſe animæ defuncti, ut pro ea
fiant præmiſſa arbitrio boni uiri. Ita Manſuer. ubi ſuprà d.
nu. 16, text. & glo. in l. 1. ubi Cagn. & alij C. de ſenten. quæ
pro eo quod intereſt. & Plot. in dicto num. 694. in fin. Item
8 † & agi poteſt ad expenſas factas in medicinis, & curatio-
ne filij vſque ad eius mortem, vt eſt tex. in d. c. 1. de iniur. &
damn. dat. & ibi Abb. col. 2. verſ. ſed quæro, ubi inquit etiã
hoc probari in l. ex hac. ff. ſi quadr. pauper. feciſ. dica. & in
l. fin. ff. de his qui deiece. vel effud. l. liber homo, ubi glo. 1.
& Docto. ad l. aquil. Idem uoluit Spec. in d. tit. de iniur. §. 2.
colum. 1. quem ſequitur ibi Bald. in addit. & Craue. in cita-
to conſil. 119. num. 5. & Ang. in §. item his. col. 2. uerſic. no-
ta, ibi mercedes, Inſtit. de oblig. quæ quaſi ex delic. naſcun
tur. vbi dicit, quod ſi quis liberum hominem offendat, licet
æſtimationem corporis præſtare non cogatur, quia liberũ
corpus non recipit æſtimationẽ: tamen tenetur refundere
mercedes, quas expẽdit in medicis & medicinis, cæteraq;
mipẽdia, quæ ſuſtinuit in curatione ſecũdũ qualitatẽ perſo
næ. Cum hac quoque ſententia pertranſit Maran. in trac.
de ord. iud. in 4. par. in 1. diſt. num. 4. Plot. ubi ſupra nume.
9 695. vbi dicit † etiam dicit eſſe de iure diuino, ut habetur
10 in Exod. 21. Item † & ſimiliter per eum agi potuit ad æſti-
mationem operarum, quas Antonius filius interfectus, qui
erat ſutor potuiſſet exercere tempore uitæ ſuæ. ita Specu.
ubi ſupra, & Abb. in d. capit. 1. colum. 2. verſ. vltimò quæ-
ro. de iniur. & Marſ. in ſing. ſuo. 575. ubi inquit, ſe ſuperiori
bus annis in ciuitate Tridẽti cõſuluiſſe in uno caſu, in quo
non meminit ſe uidiſſe aliquem Doctorem conſuluiſſe, nec
ẽt oretenus allegaſſe, q͙ caſus talis eſt. Quidã d. Paulus de
Fatis, qui erat Doctor utriuſq; iur. eques, & comes, familia
riſq; Imperatoris fuit crudeliter a nõnullis ciuibus Tridẽ
tinis interfectus, Poteſtas illius ciuitatis cõdemnauit reos
contumaces in pœna capitis, ſi unquã peruenerint in for-
tiam ipſius, vel ſucceſſorum. Dubitatum fuit, utrum ſufficiẽ
ter & debitis pœnis fuerint condemnati: & refert ſe dixiſ-
ſe, & cõſuluiſſe ꝗ nõ, quia ultra dictã pœnã debebant etiã
condemnari in alia. Nam debet per peritos, & cognoſcen-
tes

tes dictum dominum Paulum fieri æſtimatio,quotannis po
tuiſſet naturaliter viuere,& quantum ſingulo anno ex offi-
cijs,& negociationibus ſuis,& ex induſtria perſonæ pote-
rat ſuperlucrari toto tempore vitæ ſuæ,& quod in tantum
erant condemnandi dicti interfectores, & ad damna & in-
tereſſe filiorum,& hæredum ſuorum,per dictam l. ex hac,
& l.fi.quæ omnia inquit menti tenenda , & non obliuioni
tradenda:quia videtur hodie iudicibus maleficiorum ſatis
eſſe condemnare occiſores hominum in pœna mortis, nõ
habito reſpectu ad intereſſe filiorum . Rurſus idem Marſ.
in conſ.*115*.nu.1*9*.& in fine conſilij,vbi determinat quod
filii,& hæredes occiſi poſſunt agere contra occiſorem , &
petere ab eo damnum,& intereſſe pro operis, quas potuiſ
ſet exercere occiſus toto tempore vitæ ſuæ. Iterum Marſ.
11 ipſe conſ.*13*1.num.44. vbi dicit † quod de iure communi
homicida nedum puniendus eſt pœna mortis , ſed etiam à
peritis debet fieri æſtimatio quot annis etiam naturaliter
viuere poterat interfectus:& pro operibus , induſtria , &
labore ſuo poterat ſuperlucrari ſingulo anno,& in tantum
condemnari.huic quoq; ſententiæ adhæret Carer.in prac.
ſua crim.in §.circa.nu.37.Io.Lup.in rep.rub.de don. inter
vir.& vxo.§.25.num.5.Crau.in citato conſ.*119*. num. *6*.&
Marant.vbi ſupra ac Plot.in nu.*69*5.circa fi.& ſeq. vbi etiã
12 inquit,† quod pro prædictis expẽſis curationis,& operis,
& ipſarum qualitate,æſtimatione,& valore,ac damnis ex-
penſis & intereſſe iurari poſſit in litem per hæredem in-
terfecti,& per patrem,vxorem, & liberos contra homici-
dam doloſum,per text.in d.l.ſi quando.vbi Iaſ.num.57.ſe-
cus contra homicidam caſualem,vel culpa & non dolo ma
lo factum,quia tunc non poteſt probari per iuramentum
in litem,ſed teſtibus,vel aliis legitimis probationibus,vel
per officium iudicis æſtimari damna &c.Accedit etiam,ꝙ
dixit Angel.in d.§.item his.col.2.verſ.præterea,vbi tradit
13 † quod percutiens aliquem tenetur ad operas,quas ſtante
infirmitate liber homo amiſſurus erat , quia fortè erat ar-
tifex,vel laborator terrarum.ſubdens quoque quod ſi per
talem percuſſionem factus fuiſſet inutilis, quod teneretur
etiam ad operas futuras,quibus cariturus erat propter di
ctam percuſſionem.& ſic ex his arbitror , dictum Girardũ
per præſtantiſſimum d.Prætorem ad præmiſſa omnia con-
14 demnandum eſſe , habita † tamen æſtimatione vitæ ipſius
occiſi,ſecundum formam l.hæreditatem.ff.ad l.fal.vt dixit
Spec.in loco de quo ſuprà in verſ.ſed vſque.Rofr.in tract.
libel.*3*.par.in rub.de actio.in fac.de his qui deiece. vel ef-
fud.col.pen.Ang.in d.§.item his,in fin. vbi inquit hoc eſſe
notandum.Maran.in d.1.diſt.nu.4.Petr.Rebuff.in l.1. num.
22.C.de ſentent.quæ pro eo quod intereſt prof. & ibi Be-
renga.num.2*29*.vbi inquit quod communiter ſequitur for
ma d.l.hæreditatem.Plot.vbi ſuprà num.*69*5.in fi.Nec ha-
bet obſtare quod obiicitur, dictum Franciſcum excluſum
fuiſſe per lapſum anni à petitione dictarum expẽſarum &
15 operarum,in quo † quidem anno agendum erat pro iniu-
ria,& intereſſe.iuxta tex.& gloſſ.ac Iacob.Butr.in l. ſi non
conuitii.C.de iniur.Io.And.in add.ad Spec.in tit.de iniu.in
prin.in verbo actio. & Oldendorp. in tract. de vſucap. &
præſcrip.in rub.de actio.intra cer.temp.prop.nu. 12.quia
reſpondetur , quod contrárium tenuerunt ibi in dicta l.ſi
non conuitii,Mart.Accur.Iac.de Raue.& cõmuniter Doct.
Ioan.Fab.Ang.& Ioan.de Plat.in §.ſed lex. Inſtitu.de iniu.
quia actio iniuriarum deſcendens ex l. Cornelia non fini-
tur anno,cùm ſit perpetua,vt per Bart.& alios in l.2. §.fin.
ff.de adulter.& hanc eſſe magis veram,& communem opi-
nionem atteſtatur Balb.in tract.de præſcr.in 4.par. 4. par.
principalis in verſic.1. & ita in terminis noſtris decidit
Boer.in deciſ.ſua 2*8*9.col.pen.verſ. quid ſi inquit , quod ſi
per iudicem fuit proceſſum contra aliquem,qui alium vul
nerauerat,& fuit punitus:poſtea duobus, vel tribus annis
elapſis,vulneratus vult agere pro iniuria ſibi illata , & in-
tereſſe ſuo,quod deſcẽdit ex l.Cornelia,ꝙ poteſt. & Boer.
ſequitur Foller.in practica ſua crimin.in 4.par.principali,
in verſ.formato,nu.2*6*.ſed vlterius dicitur quod dominus
Franciſcus egit contra ipſum Girardum intra annum com
putandum à die irrogatæ iniuriæ,& litem conteſtatus eſt ,
quo caſu ſequitur , quod dixerunt domini de Rot. in deci-
ſione ſua 240.quos ſequitur Balb.vbi ſuprà:ubi dicunt, ꝙ
16 † licèt actio iniuriarum etiam ciuilis tollatur anno,tamen
iſtud fallit,quando intra annum computandum à die irro-
gatæ iniuriæ fuit lis conteſtata,igitur,&c. Laus Deo.

Rolandus a Valle Iuriſconſultus.

*SVMMARIVM.*

*1 Contractus in dubio non præſumitur uſurarius , declara , ut in nu.38.*
*2 Contractus omnis præſumitur celebrari bona fide,& abſq; fraude ſaltem uſuraria, declara ut in nu.40.*
*3 Contractus talis eſſe præſumitur in ſui ſubſtantia , qualis in prima ſui figura apparet.*
*4 Vſuram allegans in foro contentioſo , tenetur illam probare.*
*5 Contractus,qui poteſt interpretari in bonam partem,in malam iudicari non debet.*
*6 Et præſertim quando ſit celebratus a perſona nobili bonæ uocis,conditionis, & famæ.*
*7 Inſtrumentum habens ſua ſollenia probat.*
*8 Inſtrumentum dicitur probatio probata , & probat illud , quod cantat.*
*9 Diciturque res liquida & euidens.*
*10 Veritas apparens non indiget diſcuſſione.*
*11 Euidentiſſimam probationem facit.*
*12 Habetque vim diffinitionis,& de eo iudicatur, ut de caſu legis,de quo non uenit dubitandum.*
*13 Contractus vſurarius ſecundum magis communem non præſumitur propter pactum de retrouendendo,& modicitatem pretij.*
*14 Sed contra, niſi & adſit tertium requiſitum quod emptor ſit ſolitus fœnerari.*
*15 Pactum de retrouendendo cum modicitate pretij,licet arguat contractum uſurarium, tamen id locum habere poteſt probata paruitate pretij.*
*16 Modicitas pretij dicitur interueniſſe,quando eſt minus dimidia iuſti pretij.*
*17 Res dicitur minus ualere propter pactum de retrouendendo.*
*18 Pactum de retrouendendo cum immoderata quantitate redituum , ſuſpectum arguit contractum . & numero 25.*
*19 Reditus decem pro centenario ſecundum communem obſeruantiam loci non arguit contractum de uſuraria prauitate ſuſpectum.*
*20 Contractus arguitur uſurarius cum pacto de retrouendendo quando res empta ſtatim locatur uenditori,et nu.24. 31.& 32.& 44.*
*21 Contractus præſumitur uſurarius ſecundum magis communem ex ſolo pacto de retrouendendo cum modicitate pretij,& nu.42.*
*22 Ratio hic ponitur.*
*23 Declaratio ad c.ad noſtram, & ad c.illo uos,de pigno.*
*26 Pactum de retrouendendo cum conſuetudine fœnerandi arguit contractum fœneraticium.*
*27 Contractus uſurarius eſſe præſumitur , ſi ei qui conduxit prædium a ſe uenditum cum pacto de retrouendendo cõſtituta ſit penſio,quæ potius commenſuratur pretio tradito,quam æſtimatione rei.*
*28 Decem pro centenario ſolent cõmuniter in anno ſolui pro vſuris.*
*29 Contractus redditur ſuſpectus,ſi pro re empta trecentis libris debeatur merces uigintiquatuor librarum.*
*30 Expendi non ſolent a communiter contingentibus ſcuta ſeptemcentum in prædijs quin prius uideantur.*
*33 Pactum de retrouendendo cum onere impoſito uenditori , de ſoluendo onera, & collectas, arguit contractum ſimulate conceptum.*

34 *Pacta inſolita faciunt præſumere contractum uſurarium.*
35 *Vſuraria prauitas præſumitur, quãdo emptor paciſcitur cũ uenditore, quod tempore retrouenditionis reemens ſoluat gabellum uenditionis.*
36 *Simulatio præſumitur ſi uenditor retinuit in ſuo æſtimo bona uendita cum pacto de retrouendendo & pro dictis ſoluit dacium.*
37 *Præſumptio ſimulationis oritur ſi uendens cũ pacto retrouendendi erat in paupertate, & neceſſitate tempore alienationis.*
39 *Simulationis præſumptio uerißima inſurgit ex clauſula appoſita in uenditione cum pacto retrouendendi, quod non per ſimulationem, ſed per meram ueritatem inſtrumentum fuit celebratum.*
41 *Inſtrumentum ſimulatum dicitur tanquã corpus ſine ſpiritu, quia deficit conſenſus.*
43 *Conſuetudo, quæ eſt facti, non præſumitur niſi probetur.*

## CONSILIVM XL.

QVod inſtrumentum exhibitum in iudicio per dominã
Antoniam Allariam contra Antonium de Bozolis ſit
ab omni labe uſurariæ prauitatis alienum, fidemque faciat
1 in eius fauorem, prima facie ſe offert cõcluſio, quæ habet, †
quod contractus in dubio non præſumitur uſurarius. Bal.
in l. rogaſti §. ſi tibi. ff. ſi cert. petat. per l. ſi ea pactione, cum
ibi not. C. de uſur. Alexan. in conſ. 221. nu. 5. uolum. 2. & in
2 conſ. 200. col. 2. uol. 6. Dec. in conſi. 167. col. 2. Nam † omnis contractus præſumitur celebrari bona fide, & abſque
fraude, præſertim uſuraria Ita Bald. in rubr. de off. iud. col.
8. uerſicu. ad officium iudicis Iaſ. in conſi. 153. colu. 6. uerſ.
3 8. uolu. 4. Talis † enim eſſe præſumitur in ſui ſubſtantia cõtractus, qualis in prima ſui figura apparet. Ita Bal. in c. 1. in
princ. de feud. dat. in uic. l. commiſſo. Dec. in citato conſi.
167. col. 2. & in conſi. 308 col. 2. Faciunt dicta per Crauet.
in conſ. 48. col. fi. & in conſ. 145. colu. 2. in prin. vbi inquit,
4 quod † quando ſumus in foro contentioſo, ille, qui allegat
uſuram, tenetur eam probare. tum quia illa in dubio non
5 præſumitur, Bal. in conſili 39. in fi. & 210. lib. 3. tum quia †
contractus, qui poteſt interpretari in bonam partem, in
malam iudicari non debet. Alibi idem Craue. in conſi. 156.
in princip. Moder. in repe. ca. per ueſtras. col. fi. de donatio.
inter uir. & uxor. & Pariſ. in conſilio. 54. colum. 1. uolum.
1. & tanto magis hoc admittendum uidetur in caſu præſen
6 ti, cum † ipſa domina Antonia ſit perſona nobilis, bonæ uocis, conditionis & famæ, quæ nunquã exercuit uſuras, nec
aliquos contractus fecit, qui uere iudicari potuerint uſurarij, per ea, quę dicit Dec. in citato. conſil. 308. col. 2. &
Iaſ. in allegato. conſi. 153. col. 6. uerſi. 8. in fin. & Soc. conſi.
248. col. fi. uol. 2.

Secundo quod fidem faciat, probetque dictum inſtru-
7 mentum, oſtenditur, † quoniam habet omnia ſolennia de
quibus per glo. in l. generaliter. C. de tabu. ſcrib. lib. 10. &
8 Pariſ. in conſi. 162. in princip. uolu. 4. Item † & quia inſtrumentum ipſum dicitur probatio probata, & probat illud,
quod cantat, ut not. Angel. in l. intereſt in ulti. notab. C.
de ſolut. Socin. conſi. 89. num. 17. uol. 1. conſi. 2. col. 1. uolu.
9 3. Dec. conſi. 488. col. 2. inducensque † rem liquidam & euidentem Bal. in l. quoties. C. de iud. Pariſ. in conſi. 10. nu. 95.
uol. 1. Alexan. in conſi. 119. nu. 5. uol. 2. & in conſ. 135. n. 5.
10 uolu. 6. † ueritatemque apparentem, & in tantum quod nõ
indiget diſcuſſione, ut citat Bal. in l. Imperator. la prima colu. 2. ff. de ſta. hom. quem ſequitur Pariſ. in conſi. 54. colu. 1.
11 uol. j. ubi ẽt † ſubdit facere euidentiſſimã probationẽ. Plus
12 dicit Bal. in inſi. 233. uol. j. quod † habet uim diffinitionis,
& quod de eo iudicatur, ut de caſu legis, de quo non uenit
dubitandum, ut per eundem Bald. in conſi. 215. colum. 2. ad
fi. uolu. 2. cum igitur inſtrumentum prædictum habeat omnes qualitates ſupradictas, merito uidetur quod illi ſit ſtãdum, & fides adhibenda, arg. l. precib. C. de proba. Pariſ.
in conſi. 70. colum. 2. uol. 4.

Nec his obſtare uidetur, quæ ex aduerſo obijciuntur, &
13 primo, quod † contractus ipſe præſumitur uſurarius, propter pactum in eo appoſitum de retrouendendo cũ modicitate pretij, quæ duo ſecundũ communem ſufficere videtur ad vſurariæ prauitatis probationem, vt per glo. c. conqueſtus, ubi Abb. de vſur. alibi idem Abb. in c. ad noſtram,
de emptio. & vendit. Alexan. in conſ. 46. colum. 2. uolum.
3. vbi aſſerit hanc eſſe communem, & Craue. in conſ. 156.
col. 2. vbi fortius dicitur hanc eſſe magis communem, quia
14 duobus modis reſpondetur. Primo † quod iſta duo non
ſufficiunt, niſi & adſit tertium requiſitum, videlicet ꝙ emptor ſit ſolitus fęnerari, vt voluerunt Ia. de Are. Petr. Cyn.
& Sali. in l. emptione. C. plus valere ꝙ agitur &c. Bald. in
conſ. 133. col. fin. uol. 1. & in conſ. 289. col. 2. uol. 4. Paul. de
Caſt. in cõſ. 330. col. 2. Anch. in c. ad noſtrã. de empt. & uẽd.
in conſ. 157. col. 1. Alex. ſibi contrarius in conſ. 120. colum.
1. uol. eo. Ioan. Andr. in cap. illo vos, de pigno. & ibi Card.
Flor. idem Card. in clem. 1. §. fin. quæſt. 18. de vſur. & in allegato cap. ad noſtram. Ioan. de Ana. in d. capi. conqueſtus.
Corn. in conſ. 347. colum. pen. volum. eo. Hoſt. in ſumm. de
vſur. §. qualiter, verſ. vlt. Dec. in conſil. 267. colum. 2. 308.
colum. 2. & in conſi. 648. colum. 2. Iaſ. conſi. 27. colu. 2. vol.
1. & in l. quoties C. de iud. col. 2. Cacialup. in l. admonẽdi,
de iur. iur. nume. 225. Barb. conſ. 76. colum. 4. vol. 3. Gozad.
in l. 2. C. de pac. inter emptio. & vend. nume. 153. Tiraquel.
in præfat. de retrac. conuen. nume. 5. Ray. de Forli. vt refert
Anch. in cap. plerique. 14. q. 4. Boic. & Inno. in d. cap. ad noſtram. Imol. in citato cap. illo vos, & Ang. in d. l. emptione,
Rui. in conſ. 26. nu. 11. volum. 4. & hanc eſſe communem dixerunt Pau. de Caſt. conſ. 330. Ruin. conſ. 66. nume. 9. vol. 4.
Corn. conſ. 241. col. 2. in prin. vol. 1. conſ. 244. col. 2. in fin.
vol. eo. & magis communem Alex. ſibi contrarius, in conſi.
109. col. fin. volum. 4. Socin. conſ. 155. col. fin. vbi refert ita
aliàs tenuiſſe genitorem ſuum iſtam quæſtionem plenè diſputando in tract. ſuo vſur. quem incœpit, ſed nõ perfecit,
in 6. par. q. 11. in 2. caſu. Idẽ Soc. conſ. 220. col. fi. Iaſ. in cõſ.
150. col. 1. uol. 4. ubi inquit ab hac ſententia in iudicando
non eſſe recedendum. & in conſ. ſeq. col. 2. & in conſ. 153.
col. 6. in prin. vol. eo. Cagno. in l. 2. num. 13. C. de pac. inter
emp. & vend. Socin. Iun. magis communem, & veriorem in
conſ. 50. col. 1. uol. i. Veronen. in tract. de ſimul. contrac. in
3. caſu principali. vbi dicit, quod in iudicando, & conſulendo non eſt diſcedendum ab hac opinione. plus inquit Lau.
de Pinu. in cap. illo vos, quod in practica ſeruatur, ꝙ prædicta tria concurrere debent. & Pinum ſequitur Rodulph. in
tract. de vſur. q. 60. & iſtud etiam præſupponit Iac. de Are.
& Cyn. in l. empt. C. plus valere quod agitur, dum volunt,
quod etiam prædictis tribus concurrentibus non pręſumitur contractus vſurarius.

15 Secundo reſpondetur, quod † in caſu noſtro nõ fuit probata paruitas pretij, quæ quidẽ probanda erat, vt per Dec.
in conſ. 167. col. 2. ad hoc, vt cognoſci poſſit de eius iniuſtitia: cùm quælibet iniuſtitia nõ ſufficiat, ſed debeat eſſe pretiũ valde tenue reſpectu valoris rei, prout declarat Abb.
in d. c. ad noſtram, in vlt. col. verſ. puto tamen. quem ſequi-
16 tur Iaſ. in citato conſi. 151. col. 3. in prin. vbi † inquit, modicitatem pretii intelligi debere interueniſſe, quando eſt
minus dimidia iuſti pretii, per text. in d. c. ad noſtram, & ꝑ
Anch. in conſ. 9. in pen. colum. in duobus locis. Idem Iaſ. in
conſ. 153. col. 3. verſ. 4. uol. 4. Corn. conſi. 24. col. 2. uolum.
3. Cagn. in d. l. 2. num. 14. uerſ. hinc dixit, vbi etiam allegat
Barb. in d. c. ad noſtram, col. pen. Roma. in conſ. 304. col. 1.

Vlterius dicitur, quod non ſufficeret probare verum valorem ad faciendum præſumi contractum illicitum, & vſurarium, niſi etiam habeatur ratio oneris adiecti retrouẽdi-
17 tioni, † propter quod res dicitur minus valere. Ita Abb. in
c. in aliquibus, in 2. not. de decim. vbi inquit, quod ſi quis
vendidit prædium cum onere retrouendendi, ſi poſtmodũ
allegetur pretii modicitas ad inferẽdũ contractũ vſurariũ,
nõ valet verus valor rei æſtimatæ, niſi quoq; habeatur reſpectus ad onus impoſitum, quia prædium tantò minus valet rõne oneris annexi. dicens de facto ita pluries reſpõdiſſe; & hoc notandũ eſſe, quia multi errant, & Abb. ſequitur

Dec.

Dec.in conſ.167.col.2.conſ.308.col.2.543.col. 2. & 648.
col.1.in fi.Barba.in conſ.51.col.4.vol.1.Maria.Soc. in cōſ.
15.col.fi.Soc.conſ.248.in fin.Iaſ.in conſ.153.col.5. vol.4.
verſ.item illud,dicens pro hoc bene facere text.in ca.cum
Ioannes, de fid. inſtrum. quem ad hoc reputat ſing. Maria.
Socin.vbi ſuprà Soc.in conſ.57.col.fi.vol.4.Rip.in l.1. §.ſi
hæres ff.ad Treb.nu.26.Pariſ.conſ.81.nu.37.vol. 2. Crau.
in conſ.145.nu.9.Cagn.in d.l.2.nu.14.verſ.hanc dixit. ſed
in terminis de quibus agitur,nulla de his habita fuit ratio,
nec facta probatio;ergo &c.

Similiter non obſtat,quod & ſi probata non fuerit modi
18 citas pretij, tamen eſt immoderata quantitas redituum,†
quæ arguit contractum ſuſpectum,vt per Bald.in rub.C.de
vſur.in fi.vbi dicit,quod ſi vendidi tibi fundum cum hoc ꝙ
poſt certum tempus deberes mihi illum retrouendere,cō-
tractus redditur ſuſpectus,ſi concurrat immoderata quan-
titas redituum.allegat not.per Anch.in cap.plerique.14.q.
4.& Bal.ſequitur Alex.in conſil.54.col.2 vol.6.Quod autē
hic ſit immoderatus reditus,probatur ex verbis inſtrumē-
ti,vbi inter partes actum fuit,quod ſoluantur ſcuta decem
pro centenario pro fictu,qui quidem fictus quantum ſit ex
ceſſiuus,nemo eſt qui neſciat:quia reſpondetur, quod etiā
dato quod probaretur iſte immoderatus reditus, tamen
hoc non ſufficit ad reddendum contractum vſurarium, cū
vt dictum fuit non ſufficiant duo ad arguendum contractū
vſurarium,ſed requiratur & tertium, videlicet, quod em-
ptor fuerit ſolitus fœnerari,quod probatum minimè com
peritur.

19 Secundo reſpondetur,† quod ex quo prædia ipſa vendi-
ta fuerunt tempore belli,in quo reditus ad decem pro cē-
tenario ſecundum communem obſeruantiam loci,ſecundū
quam contractus interpretari debet.l.ſemper, ff. de reg.
iur.l.quod ſi nolit,§. quia aſſiduam. ff. de ædil. edic. Pariſ.
conſ.90.nu. 45.vol.1.non erat exceſſiuus.& ex hac ratione
inferri videtur,quod contractus de quo agitur, non poſſit
argui de vſuraria prauitate.

20 Similiter non obſtat,† quod arguitur contractus vſura-
rius,quia ſtatim dicta Domina An onia poſt emptionē co
ram eiſdem teſtibus in eodem loco locauit dicta prædia
ad rationem decem pro centenario, & confe um inſtru-
mentum de ipſa locatione per eundem met notarium, qui
fuit rogatus de Inſtrumēto emptionis ipſorum prædiorū:
ex quibus arguitur prauitas vſuraria. Ita Anto. de Butr. &
Imol.in c.illo vos,de pign.quos ſequitur Alex.in conſ. 54.
vol.6.& Pariſ.in conſ.54.nu.76.vol.1.Quia reſpondetur,ꝙ
contractus ex locatione,quæ fit poſt contractum emptio-
nis & venditionis non arguitur vſurarius,vt per Alexand.
conſ.121.vol.5.Soc.conſ.88.col.3.vol.4.& conſ.145.col.
2.nu.1.Dec.conſ.648.col.fi.conſ.463.col.fin. & conſ. 491.
col.1.

Quibus tamen non obſtantibus, ſententia contraria eſt
de iure uerior, uidelicet quod contractus ipſe eſt uſura-
rius,ut patet ex ſubſequentibus. Nam indubitata eſt iuris
21 concluſio, quod † ad probandum contractum uſurarium
ſufficiunt duæ coniecturæ,uidelicet pactum de retrouendē
do cnm modicitate pretij. ita gl. & Doct. in c.conqueſtus,
de uſur.Abb.in conſ.76.col.2.vol.1. vbi refert ita legēdo,
& conſulendo tenuiſſe Abb.Butr.Imol.Hoſt. Innocen.Ca-
pr.Ioan.de Anch.Ioan.de Caſtilio. & Burgoſ. in ca.ad no-
ſtram,de empt.& uendi.Specu.in titu.de vſur.uer.ſin autē.
Goffred. in ſum. de pign. in fi.Archi.in c.pleriq; 14. quęſt.
3.Alber.Fulg.Bal.& Ang. in l.emptione. C. plus valere ꝙ
agitur.Guid.Pap.in conſi.180.Barb.in conſ.8.col.4.uol.3.
ubi dicit ſe plureis ita cōſuluiſſe in diuerſis ꝓuincijs,Pau.
de Caſt.in l.1.C.de pign.actio.Imol. in conſi. 55.colu.2.&
99.in 5.dubio,Angel.cōſ.243.col.fi.Affl.dec.40.336. 339.
& 65.Corn.in conſ.349.col.4.uol.1.Pariſ.in conſil.54.nu.
62.uol.1.Bened.de Plum.in l.ſi tibi.§.rogaſti.ff. ſi cert.pet.
Signo.de Homod.in conſ.inc.certo tpe. cui ſe ſubſcripſe-
runt idem Benedictus de Plumb.Raphael.Fulgo Thadæ.de
Vicomercato,d.Proſdocimus de Comitib.Ioā. Franciſcus
de Capitibus liſte.d.Henric.de Allanio. de Alex. & domi-
nus Bened.de Doctoribus: quos refert Veronē. in tract.de
ſimul.contract.in ſexto caſu principali,col.2.ubi etiā ſub-
dit,bis idē cōſuluiſſe d.Ant.de Roſel.Corn.in conſ.24.col.
2.uol.3.ubi ēt citat partem dictorum Doct.ſupra citatorū.
& hanc eſſe communem dixerunt Abb. in d.c.conqueſtus.,
Alber.in l.emptione, ubi etiam dicit ita alias obtinuiſſe co
ram peritis uiris.Alexan.in conſ.46.colum.2.uolu.3.Ioan.
de Ana.in conſi.58.colum.2.& ibi Bologn. in addit. Beltr.
in conſi.86.col.2.volum.1.& in conſ.111.uolum.3.Thom.
Ferr.in Caut.ſua 17. ubi etiam refert ita iudicaſſe conſiliū
Mediolani.Affl.ca.1.de feud.dat.in uic.l.com.ubi inquit ita
etiam ſeruari in ſacro conſilio, & quod ita conſuluit Do.
Anto.de Alexand.Cagnol.in l.2.n.10.C.de pac.inter emp.
& uend.ubi etiam refert, iſtam tanquā communem tenuiſ-
ſe Bal.nouel.Lāz.Dec.& Iac. de Put.in locis ibi per eum ci
tatis. Caſſanæus in conſuet.Burg.ubi inquit communē eſ-
ſe hanc opinionem, & ſaniorē pro conſcientia, ſecundum
quā conſuluit conſiliū Papienſe & Parlamentū Pariſienſe.
Grammat.in deciſ.76.n.31.ubi dicit:non eſſe recedendū a
cætu,& ſententia tantorū patrū,nedū priſcorū,ſed etiā mo
dernorū:ſubdens,ita fuiſſe iudicatum per ſacrum conſiliū.
Natta collega meus,in conſi.198.nu.8.& magis communē
Alex.in conſi.151.col.2.& tertia uol.6. Dec.ſibi contrariꝰ
in conſil.692.colum.1.ubi dicit eam tenendam pro ſalute
animæ.Pariſ.in conſil.54.num. 62.uol.1.& in conſi 82.nu-
me.29.uolum.3.Craue. in conſi. 156.colum. 2.ubi etiam
refert ſecundum hanc partem ſolitum eſſe iudicare ſacrū
conſilium Taurini ordinarie reſidens,& pluries ita conſu-
luiſſe in diuerſis prouincijs aſſerit Barb.in cōſ.151.col.2.
& 3.vol.3.& ita ſeruari in Rota Rom.atteſtatur Caſſador.
in ti.de vſur.q.1.Iac.de Sancto Georg.in l.ſi tibi.§.rogaſti.
ff.ſi cert.pet.vbi inquit,quod ita conſuluit, & obtinuit, &
hoc ſeruari in practica Guid.Pap.in q.416.vbi etiam tra-
dit,ſe vidiſſe ita ſeruari,& iudicari, & ratio eſt, ſecundum
22 dictos patres,quia † de dicta venditione iudicari debet,vt
de pignore,cui antedicta magis adaptari videntur,quoniā
pignus regulariter datur pro minori quantitate,quam va-
leat,vt per Doct.in c.ſignificante.de pign. & reſtituto pre
tio illud redimere licet,l.ſi rem alienā.§.omnis. ff. de pig.
actio.ideo non eſt attendenda figura contractus,ſed ꝙ ve-
rè partes inter ſe agere voluerint,d.l.emptione.licet enim
res celebretur ſub nomine vēditionis,tñ qñ ipſa duo inter
ueniunt,videlicet pactū de retrouēdēdo, & modicitas pre
tij,videtur tunc color quæſitus,& fieri fraus de contractu
ad contractum,vt per Paul.de Caſtr.in l.1.C.de pig. actio.
& Anan.in citato conſ.58.col.1.in fi.cum ſeq.vbi dicit con
tractum dici ſimulatum ſecundum cōmunem ex dictis duo
bus de quibus ſupra:quia inter emptorem, & venditorem
potius debet inſpici mēs,& ſenſus, quàm verba,vt probat
tex.& gl.in l.ſed Celſus,§.in emptis.ff.de contrahen.emp.
ſed intentio venditoris non fuit vendere,ſed pecuniā mu-
tuo capere & intentio emptoris mutuare: & ſic dicitur fi-
ctus emptor,& verus creditor, ſi ergo dictæ duæ præſum-
ptiones ſufficiunt,vtique dicendum eſt, ꝙ ſufficere ēt dēat
pactū de retrouendendo cum alia præſumptione,& ſi non
contineat modicitatem pretij vel ualoris rei,quod proba-
tur ex no.per Laur.de Rodulph.in tracta.ſuo de uſur.in 2.
23 par.q.60.ubi † inquit, quod licet non interuenerint cōie
cturæ poſitæ in c.ad noſtrā, & in c.illo uos,de pig.tñ ita di
cendum eſt,ſi aliæ æquipollentes interueniant coniecturę,
quæ fraudem aperiant:quoniam ſi ſtandum eſſet dictis cō-
iecturis tantum in iure ſcriptis, non cōuincerentur uſura-
rij,q; de facili tanꝗ aſtuti reperirent alios modos contra-
hēdi.Idē uoluit Sicu.in conſ.51.col.2.3.& 6.uolu.j.hoc ēt
24 colligitur ex dictis Ancha.in c.illo uos,de pigno.ubi † in-
quit contractū eſſe fœneraticium,quādo uſurarius rē em-
ptam locat uēditori, quē refert, & ſequitur Abb. in conſi.
25 12.col.1.infi.uerſi.ſed hæc, uol.2.cum igitur † cum pacto
de retrouēdēdo cōcurrat immoderata quātitas redituū,vi
detur ꝙ iſta duo ſufficiant ad arguendū contractum ſimu-
latum, & ſuſpectum, per not.per Bald.in rub.C.de uſur.in
fi.quem ſequitur Alexan. in conſi. 54.colum.2.uolu.6.ubi

inquit,quod ſi uendidi tibi fundũ cum hoc, quod poſt cer-
tum tempus deberes mihi retrouendere,contractus reddi
tur ſuſpectus, ſi concurrat immoderatus redditus,allegat
not.per Anch.in c.plerique.14.q.3. & ſic Bald. ſecundum
Alex.ubi ſupra nihil aliud uoluit, niſi quod ſi precium eſt
modicũ reſpectu ualoris rei,& redituum,quod tunc cõcur
rente pacto de retrouendendo præſumatur contractus ſu-
ſpectus, & pro hac parte adducitur quod uolunt Doc.cõ-
muniter in d.c.ad noſtram, & in ca.illo uos,& Paul.de Ca.
26 in conſi.109.ubi dicunt † quod ubi adeſt conſuetudo fœ-
nerandi,ſufficit alterum duorum adeſſe,uel tenuitatē pre-
tij, uel pactum de retrouendendo. Quod autem immode-
ratus ſit redditus,cõſtat ex inſtrumento ipſo,ubi uenditor
ſe obligauit ad ſoluendũ ad ratio nem decē ꝓcentenario ,
quæ quidē incongruitas pēſionis non fuit impoſita habito
reſpectu ad ualorē rei, neq; ad per ceptionem fructuũ, ſed
cõſtituta fuit ꝓ mercede pecunię exburſatæ,ut in ſimili di
xit Pet.de Ancha.in conſ.257.col.fi.uerſi.autē ꝓ duob.ubi
27 † arguit contractũ eſſe vſurarium, ſi ei qui conduxit præ-
dium a ſe uenditũ cõſtituta fuit pēſio, ꝙ potius cõmenſura
tur pretio tradito, quam æſtimationi rei, ſeu eius reditib.
idq; vult.colligi ex præſtationib.ſeu conſtitutione penſio-
nis,ueluti ſi pro fundo ualoris tercētũ, & empto ꝓ centũ,
ſoluantur decē ꝓ penſione, tunc.n.intelliguntur illa decē
28 ſolui ꝓ vſura pecuniæ, non pro reditib.fundi, quia † decē
ꝓ cētenario ſolent in anno cõmuniter pro uſuris ſolui,ſe-
cundũ Ancha.ibi,ita ēt uoluit Bal.in conſi.311.uolu.5.quē
ſequitur Crauet.in conſi.156.nu.12. in fi. Idem dixit Ana,
29 in citato conſ.58.col.2.uer.iuuat iſtā partē, ubi dicit, † ꝙ
contractus redditur ſuſpectus,ſi pro re empta trecentis li
bris debetur merces uiginti quatuor librarum,quia,ut do
cet experientia rerum magiſtra,illa quantitas magis con-
uenit mutuo,quã contractui locationis. Hoc ēt uoluit Bal.
in conſi.322.col.2.uerſi.preterea fuit pactum,uol.3.ubi di
cit,quod ſtante pacto de retrouendendo, ſi ſors fuit octo-
centum florenorũ, & res ualebat mille & centum, penſio-
nes autem correſpondebant mille centum,quod præſumi
tur ſimulatio, cum pluris fuerit penſio conuenta,quam eſ-
ſe debuerit.Sed ultra in terminis noſtris multæ alię adſunt
coniecturæ,quæ corroborant dictum contractum celebra
tum in fraudem uſurarum, quarum prima eſt,quod iſta do
mina emptrix nunquam uidit dicta prædia de quibus in in
ſtrumento, quandoquidem uidetur arguere præſumptio-
nem ſimulationis & uſurariæ prauitatis, ſi ualet argumen-
tum a cõiter contingentibus,iuxta not. in l.neque natales
30 C.de proba.& Marſi.in fin.ſuo 3. Nam † a communiter cõ
tingentibus non ſolet expendi ſumma ſcutorũ ſeptem cen
tum in prædijs, quin prius uideantur.& hanc præſumptio
nem conſiderat Veronen.in trac.de ſimul.contrac.in 9.pre
ſumptione,ubi dicit,quod ſi emptor haberet animum emē
di,uellet prius uidere rem, quã eſſet empturus , & certior
reddi, ſi aſcendit ualor ad pretium , quod ſoluit, & ſi hoc
non facit,non uidetur uelle rem emere , ſed penſionem de
ſua pecunia percipere, ſecundum eius quantitatem, quod
minime licet.& hoc etiam ponderat Natta ubi ſupra nu.9.
Affl.in deciſ.40.in pen.colum.uerſicu.item eſt alia præſum-
ptio.Pariſ.conſi.82.nu.38.uolum.3.
31 Accedit etiam alia coniectura,† quia iſte uenditor poſt
uenditionem remanſit in poſſeſſione rerũ alienatarum ex
locatione ſibi facta ab emptrice,ex quib.arguitur prěſum
ptio ſimulationis,ut uoluit Io.de Ana.in conſi. 58.colu.2.
quem ſequitur Crauet.in conſi.156.num.10. Barba. in d.
conſi.51.uolum.6.in prin.ubi inquit,ita etiã tenuiſſe Prac.
Papien.in ſua prac. & in colu.8.uerſ.item in continenti,cũ
uerſ.item in eodem.Hanc quoque ſententiã amplexus Pa-
riſ.in conſi.54.num.76.uolu.1.vbi etiam alios citat, quod
32 eo magis dicendum uenit, † cum fuerit facta ipſa locatio
incontinenti coram eiſdem teſtibus, eadem die,& loco,ac
rogata per ipſummet notarium , qui rogatus fuit de ipſa
uenditione , pp quam uicinitatem magis arguitur ipſa
præſumptio uſurarum, ut per Abb.in conſi.5.col.j.uolu.j.
argumento.l.ſi uetri.§.in bonis.ff.de priuil.cred.quē ſequi
tur Barba.in citato conſi.51.colum.6.in fin. & Bal.in l.per
diuerſas, in fin.C.mand.ubi loquitur de pacto de retrouē
dendo appoſito eadem die , loco , & coram eiſdem teſtib.
quod & uoluit Pariſ.in conſi.55.nu.44.uolu.j.& conſi.86.
num.34.uol.3.Additur etiam alia coniectura,quoniam in-
ter emptricem & venditorē actum fuit in inſtrumento lo-
cationis,qui cēſentur ineſſe ipſi alienationi l.lecta,uerſicu
lo dicebam.ff.ſi cert.pet.c.officij,uerſi.incõtinenti,de elec.
33 quod † conductor,& ſic uenditor ſolueret on era,& colle
ctas,quod pariter inducere uidetur præſumptionem ſimu-
lationis , cũ iſtud pactũ ſit inſolitum,& contra naturã con-
34 tractuum uenditionis,quę† quidem pacta inſolita faciunt
præſumi contractum uſurarium, ut per Bal.in c.j.de feud.
dat.in uic.l.commiſ.glo.in l.ſi quis ſub cõditione.ff.de con
dit.inſtit.pro cuius ſententia facit,quod uoluit Abb.in cõ-
35 ſi.77.col.2.uerſi.quarta coniectura , ubi † dicit fore præ-
ſumptionem uſurariæ prauitatis , quando emptor paſci-
tur cũ venditore, quod tpe retrouenditionis reemens ſol-
uat gabellam uenditionis,quē ſequitur Sicul.in citato cõſ.
51.col.7.uerſic.& adduco elegans.el.2.& idem voluit Pa-
riſ.in allegato conſ.54.nu.77.& in conſ.55.nu.56.vol.1.&
in conſ.82.nu.41.uol.3.& in terminis huius coniecturę ex
preſſa eſt deciſ.Bal.in conſ.311.in q.Galuagn.uol.5.col.2.
uerſi.10.ubi dicit præſumptionem vſurarũ oriri,ſi emptor
locauerat fundum uenditori, & in inſtrumento locationis
actum fuerit quod conductor ſolueret onera,quia iſtud pa
ctum eſt inſolitum,& appoſitum in fauorem creditoris.Ad
hoc etiam facit,quod voluit idem Bald.in conſ. 438.uolu.
5.col.2.ubi tradit , quod ſi in æſtimo venditoris bona ven-
dita reperiantur , & ſciente & patiente emptore venditor
ſoluit collectam,præſumitur ex ſilentio & patientia inter-
uenientibus , quod ſit uenditio ſimulata ; argumento eius
quod legitur,& not.in l.ſi ſolemnibus.ff. de rei uend. quia
non eſt uerſiſimile, ꝙ emptor tãto tempore ſuum iactaſſet,
ſi verus contractus fuiſſet.ſi ergo ubi datur ſilentium & pa
tientia ex ſolutione collectæ arguitur præſumptio ſimula-
tionis, quanto magis hoc dicendum venit, quando expreſ-
ſe actum fuit quod ſoluantur collectæ.
36 Additur & alia coniectura, quia † dicti venditores ſem-
per retinuerunt in ſuo æſtimo,& cataſtro dicta bona aliena
ta nomine proprio,& pro dictis ſemper ſoluit datiũ,ex qui
bus ſimulationis habetur alia coniectura ſecundum Bal. in
conſ.322.vol.3.& Cor.in conſ.135.col.6.in prin.verſ.con-
currit & tertio,vbi inquit,quod ex his ſumitur cõiectura,ꝙ
dicta bona non fuerint vere alienata , ſed quod remāſerint
in dominio venditoris,& conſequenter ꝙ alienatio nõ fue-
rit uera , ſed ſimulate concepta. Iſtud quoq; voluit Pariſ.in
citato conſ.55.nu.54.uol.j.& conſ.54.nu.72.uol. eo.
37 Vltima quoque coniectura ſumitur,† quod uendens erat
in paupertate,& neceſſitate tēpore alienationis,quæ indu-
cunt etiam præſumptionē ſimulationis, vt per Abb. in cõſi.
113.col.fi.vol.2.Veronen.in tract.de ſimul.contract.in præ
ſum.13.Calca.in conſ.26.col.8.in fi.quem ſequitur Crauet.
in conſ.156.nu.13.verſ.8.quo caſu ex omnibus iſtis ſequi-
tur quod dicta Domina emptrix omne id,quod percepit ab
ipſius venditoribus ex cauſa dictæ fictæ locationis debeat
computare in ſortem principalem,quæ per talē perceptio
nem ipſo iure fuit extenuata,vt in l.2.C.de vſur.Soci. conſ.
15.col.3.verſ.& quamuis,& conſ.29.uerſ.circa tertiũ prin
cipale.vol.1.& Pariſ.qui eum citat in d.conſ.54.num.79.&
per Abb.conſ.77.col.fi.in princ.vol.1.
Non obſtant modò,quæ allegata fuerunt,quia ſigillatim
eis reſpondetur:& ad primum argumentum dicitur , quod
licet in dubio contractus non præſumatur vſurarius,ſed fa
ctus bona fide,& talis eſſe iudicatur,qualis in ſui prima fi-
38 gura apparet,tamen id procedit,† quod aliter non conſtat
de ſimulatione , ſecus quando de ea apparet , vt in caſu de
quo agitur,vbi concurrunt tot iuris præſumptiones,de qui
bus ſuprà.
Nec etiam obſtat,quod in inſtrumento dictum fuerit , ꝙ
non per ſimulationem,ſed per meram veritatem inſtrumen
39 tum fabricatum fuerit. Quia reſpondetur, † quod ex hac
clauſu-

clauſula inſurgit veriſſima præſumptio ſimulationis,vt per Bald.in l.3.C.plus val.quod agitur.de quo dicto fecit feſtū Card.in d.c.ad noſtram,vt refert.Barb.in conſ.51.colum.5. verſ.& adducebam.vol.1.

Ad ſecundum reſpondetur, quod licèt vera ſit prædicta
40 concluſio,tamen ea limitatur, † niſi contra inſtrumentum obijciatur.Ita Ant.de Butr.in c.cum contingat,de reſcript. Dec.in conſ.474.nu.3.vnde cum contra eum opponatur de ſimulatione,& vſuraria prauitate, quæ legitimè verificatæ fuerunt,certè ſequitur, quod illi non eſt danda fides, cum
41 † ſit inſtrumentum ipſum tāquam corpus ſine ſpiritu, quia deficit conſenſus.Bal.in l.1. C. plus val.quod caſu contractus ſimulatus,non eſt contractus,cum in eo deficiat ſubſtātia.Bar.in l.nemo poteſt,col.2.verſ. quæro an renunciatio, de leg.1.Dec.in conſ.587.col.1.Ancha.conſ.257.col.fi.verſic.ex quibus.

Tertio non obſtat,quod modicitas pretij cum pacto de retrouendendo non ſufficiat ad præſumptionem cōtractus
42 vſurarii, quia reſpondetur, † magis communem eſſe in contrarium,quæ amplectenda eſt tanquam magis ſalutifera animæ.

Non obſtat etiam quod hic non adeſt probatio aliqua in iuſti pretii, quia reſpondetur,quod probata fuit alia coniectura loco ipſius,& immoderatus reditus, qui ſufficit, vt ſuprà demonſtratum fuit, immo, & plures aliæ,quæ etiam tranſcendere videntur tres coniecturas, de quibus in alia opinione reprobata.Nec refert quod ex aduerſo obiicitur dictum reditum non fuiſſe exceſſiuum attenta qualitate tē-
43 poris,& eius obſeruantia,quia † iſtud eſt facti,quod nō præſumitur,niſi probetur.l.conſ.ff.de cur.fur.Dec.in cōſ.538. nu.8.vbi dicit,quod ex quo conſuetudo eſt facti, qui in ea ſe vult fundare,debet illam probare,vt no.gl.in l.1.in verſ. probatis his.C.quæ ſit long.conſue.& concludēter in reſpicientibus deciſionem cauſæ.Bar.in l.de quibus.col.12.verſ. 2.probatur de legib.

Vlterius dicitur quod dictum reditus fuit exceſſiuus propter onera, & collectas perſoluendas per dictum venditorem,qui locauit prædia vendita ad decem pro cētenario cū obligatione ſoluendi ipſa onera,& collectas,quæ aſcenderunt etiam quaſi ad decem pro centenario.

Non obſtat quoque quod ex locatione facta venditori poſt locationem non reſultat præſumptio ſimulationis, q̃a
44 reſpondetur,† quod illud habet locum, vbi non fuiſſet factum pactum de retrouendendo, & non interueniſſent aliæ coniecturæ,de quibus ſupra,ſecus vbi concurrūt huiuſmodi præſumptiones,quia ex iam allegatis conſtat ipſam præſumptionem cum aliis arguere vēditionem ipſam vſurariæ prauitati ſubiacere,& ſi aliter videatur Ale.& Soc. in locis ſuprà citatis,tamen ipſi loquuntur in caſu vbi non concurrebant ſupradicta. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

1 *Fœminæ in feudis regulariter non ſuccedunt,limita, vt in nu.25.*
2 *Rationes quinque ponuntur,quare non ſuccedunt.*
3 *Cōceſſionis feudalis tenor inſpicitur,& ab eius forma & tenore in aliquo non eſt diſcedendum.*
4 *Fœmina excluditur à conceſſione feudi ſtantibus maſculis, ſi inueſtitura facta etiam reperiretur pro maſculis, & fœminis.*
5 *Deſcendentes maſculi tantum admittuntur in feudo nouo, non autem tranſuerſales.*
6 *Feudum paternum, quod dicatur.*
7 *Agnati tranſuerſales admittuntur in feudo paterno,declara,vt in nu.27.*
8 *Verba quæ important, vt conceſſio facta dicatur iure antiqui feudi.*
9 *Feudum antiquum dicitur nobile,non nouum.*
10 *Nobilitas non naſcitur ictu oculi.*
11 *Agnati tranſuerſales ſuccedunt in feudo antiquo, ſicut in paterno.*
12 *Differentia in effectu nulla eſt inter feudum antiquum,& paternum,niſi quod ſub antiquo contineri poſſunt plures perſonæ.*
13 *Diſpoſitio cap.primi quem ad feud. ad fil. pert. procedit ſecundum communem in feudo nouo,non in paterno,uel antiquo.*
14 *Alienatio feudi paterni,& antiqui facta cum conſenſu domini,ſed non agnatorum,non valet.*
15 *Feudum quando eſt antiquum, quis de eo non poteſt inueſtiri,ut de feudo nouo, propter præiudicium agnatorum.*
16 *Legatum factum in agnatum proximiorem, ad quem feudum erat peruenturum valet.*
17 *Inſtitutio facta de feudo ſine licentia domini, ei qui eſt ſibi legitime ſucceſſurus,ualet.*
18 *Alienatio feudi facta in agnatum proximiorem, non dicitur alienatio,ſed refutatio.*
19 *Releuium curiæ regiæ non ſoluitur de feudo alienato,ei qui omnino erat ſucceſſurus.*
20 *Feudum venit in reſtitutione fideicommiſſi, ſi fideicommiſſarius ſit talis,ad quem feudum de ſui natura tranſire debeat.*
21 *Dominus directus poteſt de feudo ſibi apertò,& ad ſe deuoluto ob lineam extinctam comprehenſorum in conceſſione feudali propter amorem patris diſponere in filiam uaſalli.*
22 *Dominus directus de feudo ad eum deuoluto,gratiam facere poteſt filio filiæ ſemel excluſæ.*
23 *Dominus directus feudi poteſt reſpectu ſui iuris & intereſſe conſentire,quod feudum tranſeat ad perſonas,ad quas de ſui natura non fuiſſet tranſiturum.*
24 *Feudum quando ad dominum reuertitur, illud alteri liberè concedi poteſt,etiam ſi mutet conditionem feudi.*
26 *Dominus directus propter ſeruitia præſtanda per maritū, eius uxorem inueſtire poteſt.*
28 *Succeſſio in feudis ſemper ſuum reſpicit ſtipitem.*
29 *Ordinatio defuncti in feudo ſine licentia domini nō ualet.*
30 *Etiam ſi relinqueret pro anima.*
31 *Nec legatario debetur æſtimatio feudi.*
32 *Legatum feudi factum eccleſiæ ſine conſenſu Domini non ualet.*

## CONSILIVM XLI.

Ponderatis his, quæ in thema te narrantur, primo quidem aſpectu uideretur dicendum, dominam Apolloniam de Gubernatis non poſſe retinere feudum Caſtellatij, ſiue conſideremus conſuetudinem feudalem,ſiue inueſtituram ſibi factam per illuſtriſſimum Dominum directum
1 eiuſdem feudi, quod primo probatur ex regula feudali, † quæ habet, quod fœminæ in feudis non ſuccedunt. glo.& Doc.in c.1.§.hoc autem,qui feud.dar.poſ. Doct.in c.1.per illum tex.de ſucceſ.feud.Alex.in conſi.29.in pr.uol.1.Bru. conſi.18.col.3.in prin.uer.& primo.Affl.in ca.1.de benef.
2 fœm.Pariſ.in conſi.22.in pria.uol.i. & alibi ſæpe.† Rationes etenim ſunt quinque,prima quidem,quia fœminæ arma ferre non poſſunt.gl.cōmuniter approbata in d.§. hoc autem.Alex.conſ.98.nu.9.uol.5.Socin.conſili.19.col.2.in prin.uol.j. quod etiam procedit ſi mulier eſſet cōſueta ferre arma,ut legitur de uxore Mitridatis apud Valerium Maximum in libro de amore coniugali. ita Præpoſ. & Affl. in d.§.hoc autem. Secunda propter publicam honeſtatem, quæ non patitur, ut cœtui uirorum ſe immiſceant, Curt. Iun.in conſ.1.nu.7.Tertia propter fragilitatem conſilij,ut per Cur.ubi ſupra.Quarta propter lubricitatē uoti.Quinta,quia uarium,& mutabile ſemper fœmina,cap.forus, de uerb.ſign.Præpoſ.in d.§.hoc autem. & has quinque rationes ponit Bal.in l.quoties, col.penult. C.de ſuis, & legit. quem ſequitur Curt.Iun.in trac.feu.in 3.par.in uerſi.circa primam.Pariſ.in conſi.4.col.2.in prin.uol.1.ſed ipſa domina Apolonia eſt fœmina, ergo &c.& eo magis hoc dicen-

dum venit in terminis noſtris, vbi inſpecto tenore conceſ-
ſionis factæ quōdam D. Ambroſio auo paterno dictæ domi.
3 Apolloniæ,† ad eius tenorem ſemper recurrimus,c.1,in fi,
de duobus fratr.à ca. inueſt, & à cuius forma & tenore, in
aliquo non eſt diſcedendum,cùm legem dat in feudis, vt ꝑ
Iſer.in cap.1,de natu,ſucceſ.feud,col,7.Dec.in conſ,193.in
prin.& Pariſ.in conſi.2,nu.15.uol.i.non fit mẽtio aliqua de
fœminis,ſed de maſculis tantum,v t in propoſito cōſiderat
Bru.in citato conſ.18.col.4.verſ.5.iſtud feudum,immo for
4 tius dicitur,† quod etiam ſi conceſſio facta fuiſſet, & inue-
ſtitura de feudo pro maſculis & fœminis,ſtantibus maſcu-
lis fœminæ excluderentur,c,1.§.quin etiam.Epiſ. vel Abb.
c.j.§.filiaverò,de ſucceſ.feud.Ale.in conſ.9.col.2,vol.5.cũ
igitur tam ex vi conſuetudinis feudalis, quam vigore alle-
gatæ conceſſionis,quæ tantum de maſculis loquitur,exclu-
datur dicta domina Apollonia a feudo de quo ſuprà,meri-
tò ſequitur quod ad illud admitti debeat dominus Aloiſius
de Gubernatis tanquam agnatus quōdam domini Georgij
vltimo loco defuncti ſine filijs maſculis,relicta tantum præ
dicta domina Apollonia: quoniam nemini dubiũ eſt, quod
5 † & ſi in feudo nouo quod habuit initium in perſona primi
inueſtiti admittantur ſolùm deſcendentes maſculi, & non
tranſuerſales.c,1.de grad.ſuc.in feud.Curt Iun.in trac,feu.
in i.par.uerſ.8.principaliter quęro.verſ.2.ſub hac 1.ſpecie
Dec.in conſ.53.col,1.conſ.190.col.i.Pariſ.cōſ.2.nu, 8.uol.
i. conſ.9.col.i.vol.eo.& in conſ.65.col.i.uol.3.Iacob. de S.
Georg,in inueſt.ſua feud. in verbo in feudum,col,2.in prin.
tamen ſecus in feudo paterno,quod dicitur, quando eſt ac-
quiſitum a patre,auo,proauo,abauo,& attauo, Bal.in l.i.in
prin.verſ.4.quæro,ff.de rer.diuiſ.Alex.in conſ.30.nume.2.
vol.i.Curt,Sen.in conſ.50.col.2,vbi citat hanc eſſe commu
nem.Dec.in conſ.390.col.4.Pariſ.conſ.3.nu.15.uol.i.conſ.
6.nu.2.uol.eo.Affl.in c.i.§.fi.num.19.qui feu.dar.poſ.prout
7 eſt præſens,de quo agitur,qui † acquiſitum ab auo,admittũ
tur agnati tranſuerſales,c.i.de nat.ſucceſ.feud.Iaſ.in vſibus
feud.col.33.in fi.Curt.Sen.in conſ.49.col.3.uerſ.in quo. &
Dec.in conſ.390.nu. 4. ſi igitur tranſuerſales admittuntur,
ergo & D.Aloiſius,qui eſt agnatus admitti debet,& eo ma-
ximè hoc dicendum venit,cum iſtud feudum ne dum ſit pa-
ternum,verum etiam & antiquum,quia conceſſum fuit quō
8 dam D.Ambroſio iure nobilis feudi,†quæ verba importãt,
9 ut conceſſio ipſa facta dicatur iure antiqui feudi:quia†feu-
dum antiquum nobile dicitur,nō autem nouum, vt no.Bal.
in prælud.colum.fi.in 10.deciſione,vbi tradit feudum anti-
10 quum ſapere nobilitatem,& non nouum, quia † ictu oculi
non naſcitur nobilitas.l.ſtemmata.ff.de grad.Dec. in conſi.
53.col.2.vbi inquit,quod conceſſio feudi facta iure nobilis
feu di,idem operatur,ac ſi ipſa facta fuiſſet iure antiqui feu-
di.Affl.in c.i.§.notandum,nu.21.qui feud.dar.poſſ.Iacob.in
d.verbo in feudum,col.4.& præſer tim id a iure recipitur,
quando feudum antiquum cōtinet numerum copioſum va-
ſallorum,vt per Affl.in deciſione 365.nu.10 in c. i.in 4.not.
quis dicatur dux.& in c.i.§.ſimiliter,nu.88.de cap. qui cur.
11 vend.in quo† quidem feudo etiam admittuntur agnati trãſ
uerſales,ſicut in paterno,ut in d.cap.i.de grad.ſuc.in feud.
12 Aret.in conſ.66.col.2.Dec.in conſ.390.num.3.Nam† inter
feudum paternum,& antiquum in effectu nulla eſt differen
tia,niſi quod ſub antiquo cōtineri poſſunt plures perſonæ,
ut per Rui.in conſ.5.col,2.in prin.uol.i.

Secundo dicitur,ꝙ vigore conceſſionis ſibi factæ per do
minum directum ipſius caſtri,ea illud retinere non poteſt,
qm̃ dicta cōceſſio facta reperitur de feudo paterno, & anti
quo,quę prędicto D.Aloiſio tanquã agnato primi inueſtiti
non potuit officere . vt volunt Feudiſtæ communiter in c.i.
13 quemad. feu.ad fil.pert. ubi dicunt, † quod licet dominus-
directus ex ui illius capituli poſſit inueſtire filiam de ali
quo feudo propter amorẽ paternum, uel ob eius ſeruitiũ,
uel ẽt propter amorem ipſius filiæ,ut ibi per Affl.tamen ꝙ
ille tex.intelligi debet de feudo nouo,non autem paterno,
vel antiquo, quia ea non ualeret, cum de præiudicio aga-
torum agatur, quibus ex prima inueſtitura ius fuit quæſi-
tũ.Alexan.in conſi.10.colum.2.uol.5.Homod.in conſi.11.
Gozad.conſi.8.nu.11. & hanc eſſe communem atteſtantur
Cur.Sen.in conſi.49.colu.antepenult.uerſic.ſcrupulum. &
Collegium Bononienſe in conſi.50.colu.3.uerſi. reſtat.in-
ter conſilia ipſius Curt.Dec.in conſi.369.col.3.Iaſ.in conſ.
8.col.3.uol.1.inter conſilia Bru.Affl.in c.j.§. hoc quoque.
num.24.de ſucceſ.feud.& Curt.Iun.in tracta.feu.in 3.part.
col.2.in fi.& ideo ne fiat præiudicium agnatis in feudis pa
14 ternis,& antiquis,uidemus † quod ipſorum alienatio facta
cum conſenſu domini, & non agnatorum, non ualet.c.j.de
alien.feud.pater.Dec.conſi.208.col.2.& 144.col.2. Pariſ.
in conſilio 16. numero 40. volumin. 1. & ideo conſuluit
Iaſo. in conſilio 136.columna.7. in princ. volum.4. quod
15 † quando feudum eſt antiquum, quis non poteſt de eo, ut
de feudo nouo inueſtiri, ne fiat pręiudicium agnatis non
conſentientibus, quib.erat ius quæſitum ex prima inueſti-
tura beneficio domini. Idem dixerunt Crot.in l.ſi is qui ꝓ
emptore.nu.88.ff.de uſuc.& in l.re coniuncti.nu.188.ff.de
lega.3.& Afflict.in dicto capitulo primo.colu.2.quemad.
feud.ad fil.pert.Accedit quoque quod tradit Dec. in conſ.
144.n.2.& 185.col,fin.ubi inquit quod inueſtitura non po
teſt alicui per dominum feudi fieri ſine conſenſu uaſalli ui-
uentis, & poſſidentis, nec etiam in præiudicium ſucceſſo-
rum, ad quos poſt mortem uaſalli feudum peruenturum
erat.

Tertio contra dictam do.Apolloniam facit legatum fa-
cta domino Aloiſio per quondam dominũ Georgium, qui
uigore facultatis ſibi conceſſæ per Cæſarem de eo diſpo-
16 ſuit, † quæ quidem ordinatio ualet, ut in ca.j. & ibi Scrib.
de ſuccceſ.feud.& maxime cum factum fuerit in agnatũ ꝓ
ximiorem, ad quem feudum erat peruenturum, ut uoluit
Io.Ray.in c.j.§.habito.colu.20.de prohib.feu.alie.per Fri-
der.Cur.Iun.in trac.feud.in 4.par.uerſi.penul.col.4. Pariſ.
conſ.3.colu.4.uol.1.& Afflic.in c.j.nu.115.de ſucceſ. feud.
17 vbi dicit,quod † ſi teſtator illum inſtituit in feudo, qui eſt
ſibi legitime in eo ſucceſſurus,puta, quia filius erat, ualet
inſtitutio, etiam ſine regio conſenſu,quia illa non eſt alie-
natio,ut per Oldra.in conſ.270.quod probatur in ſimili.nã
18 etiam uidemus,† quod licet alienatio feudi regulariter ſit
prohibita ſine licentia domini, tamen hoc fallit,quando a-
lienatio ipſa fieret in agnatum proximiorem.ca.j. ubi om-
nes,de aliena.feud.pater.& ratio eſt,quia non dicitur alie
natio.ca.j §.& ſi clientulus,de alie.feud.& in c.j. per quos
19 fiat inueſt.ubi Affli.nu.47.in fi.dicit, † quod quando fit a-
lienatio feudi in eum qui omnino eſt ſucceſſurus, quod nō
ſoluitur releuium curiæ regiæ, quia illa dicitur potius re-
futatio quam alienatio.Idem Affl.in c.j.nu.11.de eo,qui fi.
fecit agna.Pariſ.conſi.2.n.4.uol.j.& in conſil.81.n.24.uol.
3.Accedit quoque quod dixit Dominus meus Rui.in conſ.
2.in prin.uol.j.ubitradit, quod quamuis feudum non poſ-
ſit donari ſine licentia domini.c.j.§.donare, qual. feud.o-
lim pot.alie.tamen hoc fallit,quando donatur proximiori
agnato ſucceſſuro,quia in talem poteſt fieri alienatio incō
ſulto domino,c.j.ubi Bald.de alie. feu. Corroboratur hæc
20 ſententia ex dictis per Bald.in l.cum uirum.col.fi. C. de fi-
deicom.ubi † inquit fundum uenire in reſtitutione fideicō-
miſſi, ſi fideicomiſſarius ſit talis,ad quem de ſui natura trã-
ſeat feudum,ut quia ſit agnatus proximior,& comprehen-
ſus in inueſtitura, quia tunc ceſſat ratio, quæ prohibet feu
dum tranſire in fideicommiſſarium.& Bal. ſequitur. Ale.in
l.ſi patroni,ff.ad Treb.& in conſ.61.uol. j.Iaſ. in uſib. feud.
col.16.uerſ.an autem.& ita aliàs conſulendo dixi.

Quibus tamen non obſtantibus, quæ uere non obſtant,
ut ex infra dicendis apparebit, contrarium de iure uerius
eſſe,arbitror,quod dicto domino Aloiſio nullo modo com
petat ius vocandi dictum caſtrum a domina Apollonia. &
ad ſic dicendum moueor ex unica cōcluſione communiter
21 ab omnibus recepta, quæ habet. † quod dominus dire-
ctus poteſt de feudo ſibi aperto & ad ſe deuoluto ob extin
ctam lineam comprehenſorum in conceſſione feudali pro-
pter amorẽ patris in filiã illud transferre.Ita uult tex. aper
tus in c.1.vbi not.omnes Feudiſtæ, quemad. feud. ad filiam
pert.quia de nullius præiudicio tractatur,quàm de ſolo in-

te-

tereſſe ipſius domini directi. Secundo pro iſta opinione facit, quod voluit Affl. in c.3.§.hoc quoque, in 3. notabili. de ſucceſſ. feud. ubi dicit, quod ſi dominus inueſtiuit filiam Titij feudatarij, quæ erat inhabilis ad feudum, ex eo quia pater feudum paternum refutauerat in manibus domini, vt de nouo filiam inueſtiret tanquam de feudo nouo, quod inueſtitura tenebit, donec viuet pater filiæ inueſtitæ, poſt mortem verò patris reſoluetur ipſo iure, & feudum ad proximiorem agnatum ſuperuiuentem tranſiret; ſed ſi nullus ſuperelt, valebit dicta inueſtitura, etiam poſt mortẽ patris, quia eo tempore de nullius præiudicio agitur, niſi ipſius domini, ad quem feudum deuoluendum erat. alibi idem Afflict. ibi num.26.& in c.1.num.23. de alie. feud. vbi per illũ text. dicit quod dominus non poteſt inueſtire aliquem de feudo paterno ad quem non pertinet ſucceſſio, in præiudicium debentis ſuccedere in feudo, & ſi facta eſſet, non præiudicaret: ſecus ſi inueſtitura facta fuiſſet filiæ viuente patre, qui conſentit eius filiam inueſtiri de feudo ſuo, quia donec durat ius datoris, durabit ius acceptoris. l. peto. §. præ diũ. ff. de lega. 2. ſubdens prædicta fore vera, niſi feudũ poſt mortem patris eſſet recaſurum ipſo domino, quia tunc valet inueſtitura facta filiæ, quia dominus poteſt facere gratiam, cui vult de re ſua non ſolum mulieri, ſed ẽt ſeruo, vt in cap.1.§.fin. per quos fiat inueſt. & ita etiam tenet Iſer. ibi in §. nec ita filiam. in fi.

Accedit quoque quod tradit Brun. in conſ.65. column.2.
22 vbi † ait dominum directũ poſſe de feudo ad eum deuoluto facere gratiã filio filiæ ſemel excluſę, vt in c.1.§. filiam. de ſucceſſ. feu. quia poſtquam feudum fuit apertũ domino, habuit dominus liberum arbitrium diſponendi de eo. l. in re mandata. C. manda. & Bru. ſequitur Pariſ. in conſil.22. nu.29. in 1. vol. idem firmat Dec. in conſ.269. colum.2. verſ. & ſi ex ipſa inueſtitura. Confirmatur hæc ſententia ex dictis p
23 Cur. iun. in conſ.1. num.15. vbi dicit, quod † dominus directus feudi poteſt reſpectu ſui iuris, & ad quas de ſui natura non fuiſſent tranſitura, puta, ad fœminas, vel ad natos ex eis c.1. de natu. ſucceſſ. feu. Vltimò facit, quod dixit Pariſ. in cõſil.22. num.29. vol.1. vbi inquit, quod ſi feudum reuertitur ad dominum, dominus arbitrio ſuo illud concedit cui vult, vt per Bal. & alios, in c.1. quis dicatur Dux, vel March. Collegium Bononienſe in conſil.15. num.88. inter conſilia Mõ-
24 tisferrati, vbi dicit, quod † quando feudum ad dominum reuertitur liberè, poteſt dominus alteri concedere, etiam ſi mutet conditionem feudi. Pariſ. conſi.17. num.11. vol.1. ſed d. dom. Apollonia fuit inueſtita per directum dominum de dicto feudo tãquam ſibi aperto propter amorem patris, igitur &c.

Non obſtant modo adducta in contrarium, quia ad pri-
26 mum reſpondetur, quod † licet regulariter fœmina a feudis excludatur, tamen vt non procedat, quãdo dominus pp amorem paternum eam inueſtierit de feudo ad eum deuoluto, quia tunc admittitur in feudo, taliter quòd ab ea non poterit feudum auocari ab aliquo ex parentib. vt dicit expreſsè tex. in d. cap.1. quemad. feud. ad fil. perti. idem etiam
26 Fulg. in conſil.4. vbi inquit, † Dnum directum poſſe ẽt ob ſeruitia per maritum præſtanda inueſtire eius vxorem: & Fulg. ſeq. Gozad. in conſi.8. num.51.

Secundò non obſtat, quòd in feudo paterno vel antiquo, prout eſt præſens, dominus non poteſt præiudicare agnatis non conſentientibus, quia reſpondetur, concluſionem
27 ipſam ſibi locum vendicare, † quando agnati quamuis trãſuerſales eſſent de deſcendentibus a primo inueſtito. c.1. de nat. ſucceſſ. feu. Iaſ. in vſib. feud. col.33. c. fin. Dec. in conſil. 390. nu.4. Alex. in conſil.10. in 3. col. vol.3. Bologn. in conſil.1. col.8. Curt. ſen. in conſil.49. col.3. verſ. in quo. & in cõſil.51. col.6. verſ. nec prædictæ. Pari. in conſ.3. nu.44. volum. 1. conſil.23. num.123. & in conſil.13. nu.2. vol. eod. vbi citat hanc eſſe communem opinionem. Sed dominus Aloyſius non eſt de agnatis, qui deſcenderint a dicto quondam domino Ambroſio, qui fuit acquiſitor d. caſtri, ſed natus ex fratre ipſius domini Ambroſij, ergo a dicto excludendus
28 uenit, ut per Pariſ. in conſ.19. nu.20. uolu.1. Nam † ſucceſſio in feudis ſemper recipit ſuum ſtipitem, & non alium, ita Bald. in conſ. incipien. Sanctiſſima, & illuſtriſſima. quem ſequitur Cur. ſen. in conſi.57. col.7. uerſi. nec prædictæ concluſioni, quia ſi aliter ſecundũ eum diceretur, ſucceſſio iret per ſaltum, quod non eſt dicendum.

Tertio non obſtat legatum factum per quendam dominum Georgium domino Aloyſio de dicto feudo, quia reſpõdetur eſſe nullum, cum non appareat illud fa..um fuiſſe de conſenſu domini, prout requiritur. nam † nulla ordinatio
29 defuncti ualet in feudo ſine licentia domini, & in eius præiudicium. c.1. ubi Doc. de ſucceſ. feud. Bal. in conſi.309. vol. 1. & in conſi.275. in princ. uol.2. ubi inquit, notiſſimum eſſe, quod in feudo non attenditur ordinatio defuncti, ſed natura pactum, uel conſuetudo: & ideo quod inſtitutio facta de feudo aliquid non poteſt operari. gloſ. in c.1. in princ. in verb. ſi autem, & ibi Bal. col.3. de prohib. feu. alien. per Fed. vbi dixit, ꝙ ſi uaſallus legat feudum alicui, qui non ſit de agnatione, quod feudum reuertitur ad dominũ, nullis agnatis, uel deſcendentibus relictis. & gl. ac Bal. ſequitur Alex. in conſ.2. nu.11. uol.2. Affl. in c.1.§. donare. in 2. not. qualit. olim. feud. pot. alie. vbi concludit ꝙ vaſallus non poteſt legare, uel mortis cauſa donare feudum ſine conſenſu domini, † nec pro anima relinquere: quia prohibitus teſtari, prohi-
30 betur etiam feudum legare vel donare. idem Afflic. in c.1. in prin. nu.71. de prohibita feudi alienatione per Feder. vbi vaſallus non poteſt de feudo aliquid relinquere pro anima ſua, quia nulla ordinatio teſtatoris valet in feudis ſine conſenſu domini. ſubdens Iſer. dixiſſe in c.1. an agna. uel fil. quod nec vnam candelam pro anima ſua vaſallus relinquere poteſt. Curt. iun. in tract. feud.4. parte uerſi. pen. quæro. Dec. in conſ.144. col.2. verſ.3. nam dato. & adeo recepta eſt
31 hæc concluſio, quod † legatario etiam non debetur æſtimatio feudi, & ut inquit Bald. in conſil. citato 275. in princip. Afflic. in d.§. donare. in 2. notab. Iacob. de Sancto Georg. in verſi. & cum pacto, col.3. & Pariſ. in conſi.7. nu.14. uolum.1.
32 vbi dicit etiam habere locum, † ſi legatum factum fuiſſet eccleſiæ, ut tradit Bal. in l.1. col. antepen. C. de ſacr. ſanc. eccleſ. idem uoluit Curt. iun. in e. tract. feud. in loco de quo ſupra in 5. limitatio, vbi aſſerit hanc eſſe communem.

Nec habet obſtare, quod ſit factum in proximiorẽ agnatum qui omnino erat ſucceſſurus, quo caſu ualet legatum de re feudali ſine conſenſu domini, quia reſpondetur, falſum eſſe, d. Aloyſium fore proximiorem, immo reſpectu huius feudi extraneum, ut ſupra dictum fuit cum non fuit natus ex deſcendentibus primi inueſtiti.

Cum igitur ex prædictis ſupra allegatis clarè liqueat, Aloyſium non fore agnatum, qui poſſit ſuccedere in dicto feudo, & legatum de eo ſibi factum non valere: concludendum arbitror, dictam dom. Apolloniam uti legitimè inueſtitam de ipſo feudo, illud retinere poſſe, declarandumque dictum dom. Aloyſium, nullum penitus ius in eo habere. Laus Deo

Rolandus a Valle Iuriſconſultus.

## SVMMARIVM.

1 *Reditus cauſarum criminalium non debentur inueſtito de iuriſdictione, ſed domino directo habenti merum imperium, ſed contra nu.15.*
2 *Condemnationes ſunt meri imperij.*
3 *Cauſæ omnes criminales ſiue capitales ſiue non, ex quib. imponitur pœna applicanda fiſco, dicuntur meri imperij. & num.16.*
4 *Pœna pecuniaria cenſentur eſſe meri imperij vltimi gradus.*
5 *Merum imperium non transfertur per donationem Principis, niſi in ea ſpecialiter transferatur, & exprimatur, declara, vt in nu.31.*
6 *Merum imperium videtur eſſe de regalibus, declara, vt in nu.32. & 36.*
7 *Regalia non cenſentur tranſlata in generali conceſſione.*
8 *Rex concedens caſtrum alicui cum omni iure, quod ibi habet, nunquam uidetur concedere ius regale.*

bet,

9 *Merum & mixtum imperium non uenit ſub conceſſione omnis iuriſdictionis,contra nu.37.*

10 *Verbum ſimpliciter prolatum, quod capi poteſt in genere, & in ſpecie,debet magis capi ut ſpecies, quam vt genus. intellige ut in nu.40.*

11 *Infeudatus de caſtro cum iuriſdictione non poteſt concedere ſtatuta,declarauit in nu.43.*

12 *Merum imperium habentes,ſtatuta condere poſſunt etiam pœnalia.*

13 *Merum imperium ſecundum communem uenit ſub conceſſione iuriſdictionis pleniſſima.*

14 *Vel omnimoda & nu.44.*

17 *Princeps concedendo caſtrum alicui cum iuriſdiſtione, uidetur ei donare iuriſdictionem, tanquam genus comprehendens ſub ſe merum imperium, & iuriſdictionem ſimplicem.*

18 *Merum,& mixtum imperium dicitur iuriſdictio.*

19 *Iuriſdictio eſt nomen generale,comprehendens merum & mixtum imperium tanquam ſpecies.*

20 *Iuriſdictio eſt poteſtas de publico introducta, cum neceſſitate ius dicendi,& æquitatis ſtatuendæ.*

21 *Princeps donans alicui caſtri iuriſdictionem,uidetur ei donare omnem iuriſdictionem, & ſic eam, quæ eſt generis.*

22 *Beneficium Principis latiſſimè debet interpretari.*

23 *Conceſſio iuriſdictionis quia fauorabilis eſt, ampliari debet,& generaliter intelligi.*

24 *Caſtrum conceſſum ab imperatore, uel ab eccleſia Romana,intelligitur conceſſum cum pleniſſima iuriſdictione, & ſic cum mero imperio.*

25 *Pœnæ,& mulctæ debentur marito, cui datum fuit in dotē caſtrum cum iuriſdictione.*

26 *Fructus rerum dotalium ſpectant ad maritum.*

27 *Merum,mixtum imperium,& iuriſdictio ueniunt ſub conceſſione caſtri, quando aliàs ei cohærebat merum, mixtumque imperium,& iuriſdictio.*

28 *Iuriſdictio alicui, ut uicario conceſſa per Papam, etſi non comprehendat ea,quæ ſunt meri,& mixti imperij,tamen id fallit,quando illa duo ex conſuetudine cuilibet uicario ſolitus erat concedere.*

29 *Venditio medietatis caſtri complectitur medietatem iuriſdictionis illi cohærentem.*

30 *Conceſſo caſtro ſecundum cōmunem,uenit territorium & iuriſdictio, quæ tempore conceſſionis erant caſtro annexa,& ſimiliter merum,& mixtum imperium.*

33 *Regalia licèt non ueniāt ſub conceſſione iuriſdictionis,quo ad nouam impoſitionem,ut ſunt uectigalia de nouo imponenda,tamen ſecus eſt de uectigalibus iam diu impoſitis, quia talia non cenſentur de regalibus.*

34 *Mulctæ,pœnæ,& confiſcationes, etſi inter regalia ponantur,tamen non ſunt de reſeruatis,niſi quando imponerentur propter nouas conſtitutiones faciendas ab eo,cui non conceditur iuriſdictio.*

35 *Cognitio homicidij perpetrati in uia publica, pèrtinet ad inueſtitum cum mero imperio, non autem ad dominum directum tanquam quod uia publica ſit de regalibus.*

38 *Iuriſdictio omnis in aliquem tranſlata,comprehendit omnem ſpeciem iuriſdictionis,& ſic merum,& mixtum imperium*

39 *Iuriſdictio pleniſſima,omnimoda,uel cum integro ſtatu, ſi complectitur merum imparium, multò magis ſi iuriſdictioni adijciatur dictio omnis.*

41 *Diſpoſitio l.hoc legatum.ff.de lega.3. locum non habet in contractibus.*

42 *Diſpoſitio d.l.non habet locum, niſi in odioſis hominum diſpoſitionibus,habentibus ſtrictam interpretationem.*

## CONSILIVM XXXXII.

VIſa Donatione facta magnifico do.Franciſco deVigo-
nibus de caſtro Beluederis cum iuriſdictione per il-
luſtriſſ.D.Ducem, diligenterque ea perſpecta,prima facie
1 vr̄ dicendum,ꝙ† reditus cauſarum criminaliū,qui fiſco ap-
plicantur, non ſpectent ad dictum dominum donatarium,
2 ſed fiſcum principalē Illuſtriſ.domini Ducis,eo † quia con-
demnationes ſunt meri imperii,vt dixit Iacob.de S.Georg.
in inueſtitura ſua in verb.cum mero & mixto imperio,col.
1.ubi reprobat Bald.aliter ſentientem,in l.fi.col.fi.ff.de of-
fic.prǫfect.vigil.vbi voluit quòd ſi princeps concedat mihi
omnia in tali caſtro,reſeruato ſibi mero imperio,quòd oēs
pœnæ pecuniariæ ad me pertinebunt,quia non comprehen
duntur ſub reſeruatione meri Imperii.Iaſo. in l.Imperium,
col.6.ff.de iuriſd.om.iud.verſ.circa quartam, vbi reproban
do gl.ibi quæ dicit,quod merum imperium conſiſtit in tri-
bus,& Bald.in d.l.fi. qui ex ea gl. mouebatur(inquit) illam
malè ſentire,quia merum imperium conſiſtit in alio, quàm
3 in dictis tribus:quoniam†etiam omnes cauſæ criminales, ſi
ue capitales,ſiue non,ex quibus imponitur pœna pecunia-
ria applicanda fiſco,dicuntur meri imperij, cum eis conue
niat ēt diffinitio meri imperij,cum expediantur officio no-
bili ad publicam vtilitatem,ſcilicet vt delicta puniantur, &
in eis animaduertatur in facinoroſos homines. Hanc quo-
que ſententiam amplectitur Riminal.in d.l.imperium,dicēs
4 tamen†pœnam ſemper eſſe meri imperij vltimi gradus, &
eum ibi ſequitur Valuſc.num.182.vbi tradit ſententiam il-
lam eſſe veram,quoniam talis pǫna pecuniaria æquiparatur
pǫnæ corporali,ſecundum gl.in l.veniam.C.de in ius vocā.
& Bart.in l.3.in princ.ff.de ſepulc.viola.& in l.fi. ff. de pri-
ua.delic.idem tenuit ibi Caccialup.num.30.ſed in dicta do
natione non reperitur deſcriptum merum imperium, igi-
tur &c.

Nec obſtare videtur,quòd condemnationes ipſæ veniāt
ſub nomine iuriſdictionis,quod tanquam genus comprehē
dit ſub ſe merum,& mixtum imperium,vt per docto.in dic.
l.imperium.& Pariſ.in conſil.9.colum.1.vol.1. quia reſpon
5 detur quòd † merum imperium non transfertur per dona-
tionem Principis,niſi in eo ſpecialiter transferatur, & ex-
primatur:quod probatur primò per tex.in l.1.ff.de off.eius
cui manda.eſt iuriſd.vbi tex. loquens de mero imperio di-
cit quòd ſpecialiter lege,vel conſtitutione, uel ſenatuſcon
ſulto tribuitur.

6 Secundò,†quia merum imperium uidetur eſſe de regali-
bus,n.1.quæ ſunt regal.Afflict.in c.1.§.præterea,inter duos
num.21.de proh.feud.alie.per Feder.in conſtit. regn.in cō
ſtit.ea quæ ad decus,in princ.& in c.1. num.44. de Capita-
7 neo qui cur.ven. ergo dēt ſpecialiter exprimi, quia†in ge-
nerali conceſſione non cenſentur translata regalia, ut per
Doct.communiter,in d.c.1.& iō dixit Alberic.de Roſ. in l.
8 fi.C.de iuriſd.omn. iud. quòd † etiam ſi Rex concedat mihi
caſtrum cum omni iure,quod ibi habet, nunquam uidetur
conceſſiſſe ius regale.& Alber.ſequuntur Iacob. in inueſti-
tura ſua,in uerſic.de caſtro Rubeo.col.1. & in uerſi. dictiq.
uaſalli,col.2.

Tertiò iſtud probatur ex no.per Bal.in c.quantò,de iud.
9 col.2.ubi dicit,† quòd etiam ſi dicatur, concedo tibi omnē
iuriſdictionem,adhuc non continentur merum,& mixtum
imperium,quia illud ſignum uniuerſale omnem,non prædi
catur de pluribus differentibus ſpecie, ſed de pluribus dif
ferentibus numero: quia iſta ſuprema requirunt ſpecialem
expreſſionem,& conceſſionem.l.Pomponius, in princ.ff.de
procur.

Quartò,quod etiam non includatur ſub uera iuriſdictio
10 ne,probatur,quoniam,ubi † uerbum ſimpliciter prolatum
poteſt capi in genere,& in ſpecie debet capi magis, ut ſpe-
cies,& non ut genus,text.eſt,ubi hoc not.Bart.in l.hoc lega
tum.ff.de leg.3.

Quintò hoc uoluit Iaſ.in d.l.imperium,col.6. ubi moue
11 tur ex not.per Angel.ibi,ubi † infeudatus de caſtro cum iu
riſdictione,non poteſt concedere ſtatuta, quia eſt meri im-
perij,ergo ſequitur quod ſub nomine iuriſdictionis non ue
12 nit merum imperium, quia † illud habentes poſſunt con-
dere ſtatuta,etiam pǫnalia,ut per Iacob.de S. Geor. ubi ſu-
pra col.2. item mouetur ex not. per glòſſ.in l.ſi aliquam. §.
13 cum pleniſsimam.ff.de offic·proconſ.& lega. ubi † ſub iu-
riſdictione comprehenditur merum imperium,quando il-

li

14 li nomini eſt adiectum vetbum pleniſſima, vel † dictio om
nimoda,per not.per gl.in clem.1.in verb.omnimodam, de
foro competen.alias ſecus. idem dixit ibi Cur. in num. 42.
vbi atteſtatur hanc eſſe communem,& in l.1.nu.50.ff.de of
fic.eius cui mand.eſt iuriſd.vbi citat iſtam eſſe magis rece-
ptam Doct. ſententiam.

Quibus tamen non obſtantibus, contrariam ſententiam
15 vti veriorem,tenendam eſſe arbitror,videlicet quod † con
demnationes huiuſmodi ſpectare debent ad do.Franciſcum
vtilem dom.prædicti caſtri Beluederis, cum de eo fuerit in
feudatus cum iuriſdictione, quod ex ſequentibus demon-
ſtratur:Quoniam clariſſimi iuris eſt, vt iam dictum fuit, qđ
16 † pænæ pecuniariæ, quæ applicantur fiſco, cedere debent
domino habenti merum imperium in caſtro,vt per d.Iaco.
in inueſtitura ſua.in verſ.cum mero, & mixto imperio,col.
2.Aegid.Boſ.in tract.ſuo crim.in tit.de pænis,numer. 25.&
Affl.in c.1.§.ſi quis aliquem,col.fin.verſ.in cauſis,de pac.te
nen.Bru.in conſ.23.in fi.ſed memoratus do. Franciſcus ha-
bet in dicto caſtro merum imperium: ergo &c. Quod autē
hoc ſit verum,patet ex communi Doctor.concluſione,quæ
17 habet quod†Princeps concedendo caſtrum alicui cum iu-
riſdictione,videtur ei donare iuriſdictionem tanquam ge-
nus comprehendens ſub ſe merum, & mixtum imperium,
& ſimplicem iuriſdictionem.ita Bar.in l.imperium.ff.de iu-
riſd.om.iud.Abb.in c.quod ſedes, colu. 2.de offic.ordin.&
ibi Felyn.col.3.Bald.in tit.de pac.Conſtant. in verb.in iuriſ
dictione tam in criminalib. cauſis, quàm in ciuilib.vbi inqt
18 per illum tex.apertè apparere, quod † merum & mixtum
imperium dicitur iuriſdictio,cum tex.dicat, in criminalib.
& pecuniarijs.Paul.de Caſt.in conſ.134.col.3.in prin. ſecū
19 dum antiquam impreſſionem,vbi tradit, quòd † nomen iu-
riſdictio, eſt nomen generale comprehendens merum &
mixtum imperium,tanquam ſpecies,iuxta plenè not.in d.l.
imperium,& gloſſ.in §.nulla,in authent.de defens.ciuit. cū
20 † ſit poteſtas de publico introducta,cum neceſsitate ius di
cendi,& æquitatis ſtatuendæ.l.1.eod.tit. quæ diffinitio con
uenit mero,& mixto imperio,ergo & diffinitum.iuxta not.
in l.1.§.1.ff.de dolo.Alex.in l.1.ff.de offic.eius cui mand.eſt
iuriſd.& in conſ.35.col.1. vol.4. & hanc partem apud om-
nes receptam dicit Iaſ.in d.l.imperium,col.6.in fi. & ſimili
ter Caccialup.nu.6.ac ſup.nu.13.Valuſc.num. 34. Dec. nu.
26.& Purpur.nu.61.vbi omnes vno ore citāt, hanc eſſe cō-
munem opinionem. Huic quoque ſententiæ aſtipulantur
Pariſ.in conſi.8.col.1.vol.1.& in conſi.ſeq.nu.14. Dec. in c.
licet cauſam,colum.1.in fin.cum c.ſequen.de proba.Curt.
iun.in d.l.1.de offic.eius cui mand.eſt iuriſd.nu. 53. in fine.
dum ſequitur diſtinctionem Felin.in d.c. quod ſedes. Pur-
pur.in l.1.num.161.in fin.de iuriſd.om.iud.& in l.quæcunq.
num.479.ff.de off.eius cui mand.eſt iuriſd.Pract. Papien.in
for.libel.in actio.confeſ.in verſic.plenam,colum.2.verſi.ad
propoſitum,& in verſic.per hoc.Didac.in lib.pract.quęſtio
fol.11.col.4.in princ.verſi.at vbi ſimpliciter. & Alcia. in d.
c.quod ſedes,nu.27.vbi refert hoc eſſe Docto. magis rece-
ptam ſententiam,& iō ex hoc infert Bald.in l.fin. colum.1.
21 de conſt. princ. quod † ſi Princeps donat alicui ſimpliciter
iuriſdictionem caſtri, videtur donare omnem iuriſdictio-
nem,& ſic eam,quę eſt generis;& propterea omnes reditus
cauſarum ciuilium,& criminalium ſibi pertinebunt.allegat
l.1.§.cùm vrbem.ff.de offic.præfect. vigil. & Bald.ſequūtur
Iaſ.ibi columna.3.Alex.in citato conſil.35.col.2.Fel.in d.c.
quòd ſedes.columna.3.Dec.in allegat.c.licèt cauſam.colū-
na 2.in princ.Bru.conſi.31.in 3.dub.Pariſ.in d.conſi.8. col.
1.& 9.numer.15.Crauet.in conſil. 129.colum.2.in princip.
Purpur.in d.l.imperium.nume. 161.verſicul.eſt verum.Ro-
dor.Suar. allegatione 6.numero. 7. & allegatione 7.nume.
12.& Boer.in deciſ.227.nu. 18. idque à lege non ſine ratio
ne introductum eſſe videtur,quia cum talis donatio ſit gra
22 tioſa,†& beneficium Principis,illud latiſsimè interpretari
debet.Pariſ.conſ.8.nu.3.volu.1.Alexand.conſi. 47.num.6.
col.1.Gozad.conſ.88.col.penul.ca.cum dilectus,de donat.
Alexand.conſ.75.nu.14.vol.5.l.fina.ff.de conſtitu. princip.
23 item † & quia conceſsio iuriſdictionis fauorabilis eſt,quæ
ampliari debet,& generaliter intelligi.Bal. in l.3.in fi.ff.de
offic.Preſid.Dec.in terminis in d.c.licet cauſam, colu.2.in
prin.vnde dicit Bald. in l.cum multa. C.de bo. quę lib. per
24 dictam rationem, † quod ſi caſtrum concedatur ab Impe-
ratore,uel ab Eccleſia Romana, intelligitur conceſſum cū
pleniſſima iuriſdictione, & ſic cum mero imperio, ut per
doct.in d.l.imperium.& Rodor.Suar.in d.allegat.7.num.8.
Iacob.de Sancto Georgio in tit.feud.in uerſiculo de caſtro
Rubei,col.1.ſi igitur id ſtatuitur in caſu Bal.ergo idem dicē
dum eſt in caſu noſtro, quando dicitur cum iuriſdictione,
vt illa adiectio intelligatur de iuriſdictione in genere, ne
alias illud verbum cum iuriſdictione ſit ſuperfluum.c.ſi.Pa
pa,de priui.i 6.qa ea ratio,q̃ ſuadet,vt cōceſſo caſtro videat
cōceſſa iuriſdictio ſimplex,militat ēt vt videat cōceſsū me
rū,& mixtum imperium.ita Purpur.in d.l.imperium,n.60.

Confirmatur hæc concluſio ex not.per Bartol.in l.fin.in
25 prin.ff.ſolut.matri.vbi dicit, quod † ſi mulier dedit in do-
tē uiro caſtrū cū iuriſdictione, & in territorio illius Caſtri
nō nulli hoīes cōmiſerint maleficia, pp quę eorū bona fue
rint confiſcata,& pęnæ, ac mulctę contra eos impoſitæ per
tinebunt ad maritum, quia ſunt fructus iuriſdictionis: &
26 † fructus rerum dotalium ſpectant ad maritum, & Bar.ibi
ſequuntur omnes,vt firmat Iacob.de Sanct.Greg.in inueſti-
tura ſua,in uerſ.de caſtro Rubei,col.2.in fi.verſ.quæro etiā
mulier.ergo datur intelligi,quod ſub iuriſdictione ſimpli-
citer conceſſa uenit merum imperium,quia ſi aliàs eſſet,ma
ritus non potuiſſet confiſcare bona, & imponere pœnas,
quæ ſunt meri imperij.& ita Bar.debere intelligi,dicit Va-
ſal.in d.l.imperium,num.35. & eò magis hoc dicendum ve
27 nit in terminis noſtris, ubi † dicto caſtro aliàs cohærebat
iuriſdictio, merum, ac mixtum imperium, ex his quæ not.
28 per Rom.in conſi.59.in 2.dub.vbi dicit,Quod † & ſi conceſ
ſa alicui(ut uicario generali)iuriſdictione,non ueniunt ea,
quæ ſunt meri,& mixti imperij.l.1.de offi.eius cui mand.eſt
iuriſ. & ſic iuriſdictio publicationis omnium bonorum, &
vltimi ſupplicij,tamen ſecus eſt,quando illa duo ex conſue
tudine cuilibet uicario ſummus Pontifex ſolitus erat conce
dere.per text.cap.quod tranſlationem.de offi.lega. Purpu.
in d.l.imperium numer.71.& in l.1.numer.474.de offi.eius
cui mand.eſt iuriſd.Alibi Roma.in conſi.444.colum.fin.ubi
tradit, quod † uendita medietate caſtri,cenſetur etiam vē-
29 dita iuriſdictio eidem caſtro cohærens.Idem tenuit Claud.
Saiſel.in d.l.imperium.colum.4.uerſi.ſed primum dictum,
& Purpur.num.71.ac pleniſſime Didac.in d.li.pract.q.cha.
30 20.colum.1.verſic.nona concluſio.ubi † tradit communem
eſſe opinionem,quod conceſſo caſtro, territorium & iuriſ-
dictio,quę caſtro annexa ſub dominio diſponentis erant tē
pore conceſſionis data uidentur,& ſimiliter merum,& mix
tum imperium.

Non obſtāt modò adducta in contrarium,& in primis,ꝙ
merum imperiū non transfertur per verba generalia Prin-
cipis,niſi de eo ſpecialiter mentio habeatur,per tex.in d.l.
31 1.de offi.eius &c.quia † reſpondetur,quod ibi merum im-
perium tribuitur ſpecialiter,ideſt,in ſignū maioritatis cau-
ſarum,& ſpecialiter reſpectu perſonarum, quia tribuitur
certis magiſtratibus,non autem negatur,quin uerbis gene-
ralibus poſſit transferri.Ita Alcia.in d. cap. quod ſedes.nu.
27.in fin.

Similiter non obſtat quod merum imperium dicitur de
32 regalibus,quia reſpondetur,ꝙ licet ſit de regalibus,non ta
men de reſeruatis,ut uoluit Alcia.in d.c.quod ſedes.nu.29.
33 uerſi.tertiò declara,vbi inquit, † ꝙ licet in conceſſione iu-
riſdictionis non ueniant regalia,quò ad nouam impoſitio-
nem ſicut ſunt uectigalia de nouo imponenda.l.1. C.vect.
non. impoſ. ſecus de uectigalibus iamdiu impoſitis, quia
talia non cenſentur de regalibus,immo locantur, & vendū
tur,ac transferuntur per habentes imperium merum, ſicut
reliqua priuata.Ita ſing.dixit Corn. in conſil.162.in fin. ita
34 declarans tex.in d.c.1.ſubdens, quod † licet inter regalia
ponantur mulctæ,pœnæ, & confiſcationes in d.ca.1.tamen
non ſunt de reſeruatis, niſi quando imponerentur propter
nouas conſtitutiones fiendas ab eo,cui conceditur iuriſdi-
ctio.

ctio. Nam tunc ſibi non liceret, dicens quoque, ꝙ niſi ita in-
telligatur ille text. neſcit uidere quomodo poſſit procede-
re de iure, quia, ut inquit Petr. Iacob. in tract. libel. in tit. de
iuriſ. om. iud. in fin. in illo titu. quæ ſint regal. continentur
multa, de quib. eſt truffatorium dicere quod ſint reſeruata
35 Principi. unde ipſe concludit quod ſit ius locati, & ideò † qđ
ſi ſit interfectus aliquis in uia publica, cognitio de tali cri-
mine ad eum pertinebit, qui in eius caſtro merum habet im
perium à Principe ſibi conceſſum, non autem cēſebitur iſta
cognitio reſeruata Principi, tanquā ſit de regalibus, ſecun-
dum quam deciſionem dicit quandoque conſuluiſſe.
36 Secundò dicitur, ꝙ † licèt ſit de regalibus, tamen eſt de
ſolitis concedi, quia domini de Leonibus, quorum prius e-
rat dictum caſtrum, quod reuerſum fuit ad Principem pro
pter lineam finitam, habebant ibi merum, & mixtum impe-
rium: ergo ueniunt in generali conceſſione. Ita Cuma. in
conſi. 162. quem ſequitur Sayſel. in vſib. feud. qui feud. dar.
poſſunt col. 2. verſi. quintam, & in verſi. quædam verò.
Tertiò non obſtat dictum Bal. in d. c. quantò, de iud. quia
37 † dictum eius non eſt verum, ut per Oldr. in conſi. 252. vbi
concludit donationem factam de caſtro cum omni iure, cō
prehendere merum, & mixtum imperium. Idem tenuit Io.
And. poſt Lyn. relatum per eum in addit. ad Spec. in titu. de
iuriſd. omn. iud. in gloſſ. in uerſi. paſtoralis, ubi dicit qđ im
perialis conceſſio facta de omni iuriſdictione caſtri, inclu-
dit etiā merum imperium, ꝙ eſt ſpecies iuriſdictionis. Hāc
partem etiam ſequitur Cacialup. in d. l. imperium, ſubdens
hoc dictum perpetuò menti tenendum Felin. in d. c. ꝙ ſedēs
col. 3. Paul. de Caſt. in citato conſi. 134. col. 3. in princip. vbi
38 tradit † ꝙ in translatione facta de omni iuriſdictione, ue-
nit omnis ſpecies iuriſdictionis, & ſic merum, & mixtum
imperium. & in ſpecie cōtra Bal. tenuit Dec. in d. c. licèt cau
ſam. col. 2. & in d. l. imperium. nu. 27. vbi refert contra eum
eſſe communem opinionem. Similiterq; Bal. redarguit Cur.
iun. in l. 1. nu. 50. de off. eius cui mand. eſt iuriſd. dicens eius
dictum multum periculoſum. Claud. Sey. col. 4. vbi inquit,
quod ſicut quando dictum eſt de ommnimoda iuriſdictio-
ne uenit merum imperium, ita etiam quando dictum eſt de
omni, per rationem de qua ibi per eum. Alcia. in d. ca. ꝙ ſe-
des, nu. 27. verſi. nec obſtat qđ merum. & Didac. ubi ſuprà
char. 12. col. 2. & Purpur. in d. l. imperium. nu. 62. ubi tradit
illud dictum falſum, & num. 69. vbi dicit contra Bal. urgere
39 rationem, quia † ſi verba iuriſdictio omnimoda, ple-
niſſima, & cum integro ſtatu, quæ tantum ſunt integra-
lia important conceſſonem meri Imperij, quantò magis ſi
adiiciatur dictio omnis, quæ eſt integralis, & vniuerſalis,
ut per Bal. in l. hoc articulo. ff. de hæred. inſtitu. & Aret. cōſ.
12. & pro confirmatione huius ſententiæ poſsem alia mul-
ta adducere, quæ alias ſcripſi in tract. meo de luc. dot. quæ.
33. ad quæ me remitto.
Non obſtat denique fundamentum Cur. Iun. in d. l. impe
perium, ꝙ ubi uerbum ſimpliciter prolatum poteſt capi in
genere, & in ſpecie, in dubio magis debet capi, ſpecies
quam ut genus. & ſic uerbum iuriſdictio debet inteligi in
40 ſpecie de ſimplici, per tex. in d. l. hoc legatum. quia † reſpō-
detur, quod ille tex. non procedit attenta proprietate ver-
borum, ſed ex mente teſtatoris, ut eſt caſus in l. inter veſtē
ff. de aur. & arg. lega. ſed nos loquimur in caſu, in quo atten
ditur nedum proprietas verborum, vbi uenit totum illud
quod comprehenditur ſub genere, ſed etiam largè interp̄-
41 tatur. Idem † tex. in d. l. hoc legatum, nunquam habet locū
in contractib. ut eſt caſus ſingularis in l. ſi mihi, & Tit io. §.
fi. ff. de verb. oblig. vbi Paul. de Caſt. & ita in ſpecie limitat
Soc. in l. cum quæritur. ff. de reb. dub. ita Sapia. in d. l. impe-
rium. nu. 15. & Alcia. in d. c. ꝙ ſedes. nu. 27. uerſi. nec obſtat
42 regula, ubi † dicit, regulam d. l. hoc legatum, non procede-
re, niſi in odioſis hominum diſpoſitionibus, & habentib. ſtri-
ctam interpretationem, vt per Ab. in c. Rodulphns. de reſcr.
Pariter non obſtat dictum Ange. l. in d. l. imperium, colu.
3. ubi inueſtitus de iuriſdictione, non intelligitur inueſti
tus, ut poſſit ſtatuta condere, quod eſt meri imperij. quia
43 reſpondetur, quod dictum Angel. procedit, quando † taliter
concedere circa ea, quæ ſunt de mero imperio maximè,
concedere legē vniuerſalem; quia talia ſunt reſeruata Prin
cipi. & ideo non veniunt in quacunque conceſſione genera
li, niſi ſpecialiter exprimantur: & ſi aliter intellexit Ang.
malè loquitur. Ita Purp. in d. l. imperium. num. 62. poſt Iac.
de S. Georg. ibi per eum citatum. Item ēt reſpondetur ſīn
Dec. in d. c. licet cauſam. col. 2. in d. l. Imperium. num. 26. Va
laſ. ibi num. 35. Curt. Iun. num. 42. quod illa deciſio nihil fa
cit ad propoſitum, quia loquitur Angel. de infeudato cum
iuriſdictione taxatiua tantùm, & ſic quaudo conſtabat ꝙ
tantùm iuriſdictio in ſpecie fuerat conceſſa.
Poſtremò non obſtat, quod dictum eſt de iuriſdictione
44 omnimoda, & pleniſsima, quia reſpondetur, quod † licet
dicta verba faciant comprehendere merum, & mixtum im
perium, tamen non excluduntur quin iuriſdictio in genere
ſumpta, etiam merum imperiū non comprehendat, Ita Dec.
in d. c. licet cauſam col. 2. & in d. l. Imperium. num. 26. Curt.
Iun. num. 42. Valaſ. num. 35. in fi. & Alcia. in d. c. quod ſedes.
num. 27.
Vltimò non obſtat, quod ſententia contraria magis reci
piatur à Doctorib. ita atteſtante Curt. Iun. vbi ſupra. quia
reſpondetur, quod Curt. Iun. male loquitur, & contra eum
eſt magis communis opinio, vt ſatis liquet ex auctorita-
tibus ſupra citatis, & in ſpecie ita decidit Alcia. in d. ca. qđ
ſedes. num. 27. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

1 *Appellari non licèt a ſententia ſacri conſilij.*

2 *Sacrum conſilium loco Præfecti prætoris habetur, à cuius ſententia non appellatur.*

3 *Appellatio licet non admittatur à ſententia ſacri conſilij, tamen de gratia aduerſus eam licita eſt ſupplicatio.*

4 *Sententia ſacri conſilij executioni mandari non poteſt, ſi infra decem dies à die ſententiæ latæ ſupplicatio aduerſus eam porrecta fuerit, niſi præſtetur fideiuſſio de reſtituendo quidquid in cauſa ſupplicationis per ſacrum conſilium ordinabitur: ſecus poſt decennium.*

5 *Cautioni iuratoriæ locus eſt, ſi quis fideiuſſorem propter impotentiam reperire non poſſit.*

6 *Veritas ſæpius examinata magis explendeſcit in lucem.*

7 *Viam ferro aperit, qui per contrari aſcandit.*

8 *Cautioni iuratoriæ locus non eſt in caſu auth. quæ ſupplicatio. C. de precib. Imper. offer. ſed contra nu. 34.*

9 *Fideiuſſio licet ſit neceſſaria in debitore petente a Principe dilationem miſerationis gratia ad ſoluendum creditori ſuo, tamen ſi ea non reperitur, non admittitur cautio iuratoria.*

10 *Vſufructuarius, qui tenetur præſtare fideiuſſorem proprietario de utendo & fruendo, arbitrio boni viri, non admittitur ad cautionem iuratoriam, ſi eam non reperit.*

11 *Fideiuſſio eſt de ſubſtantia vſusfructus, declara ut in numero 36.*

12 *Verba non aliter, ſolent importare formam.*

13 *Forma in dubio uidetur ſubſtantialis.*

14 *Cui nihil addi uel minue poteſt.*

15 *Perfectum quod eſt, non ſuſcipit ex interuallo magis uel minus.*

16 *Forma ad unguem debet obſeruari.*

17 *Forma non impletur per æquiualens, ſed formaliter, limita ut nu. 41.*

18 *Cautio iuratoria licèt aliquando excuſet iurantem, tamen non arctat aduerſarium ad aliquid præſtandum.*

19 *Inopia non excuſat aliquem a ſatisdatione, ubi uult quid ab alio conſequi.*

20 *Electus in tutorem, uel curatorem, qui tenetur præcisè ſatiſdare, non admittitur ad tutelam uel curam mediate cautione iuratoria, declara, ut in nu. 47.*

21 *Obligatus a lege, uel ſtatuto ad dandum fideiuſſorem, ſi*

cum

*cum non reperit, loco fideiuſſionis, ſubrogatur cautio iuratoria.*

*22 Statuto ſi caueatur, quòd nullus audiatur agendo contra aliquem, niſi ſatisdet de ſtando iuri in caſu reconuentionis, & de expenſis reficiendis in caſu ſuccumbentiæ, tale ſtatutum locum non habet in forenſe, quia non cogitur dare fideiuſſorem, ſed ſtabitur ſuæ iuratoriæ cautioni.*

*23 Officialis conuentus tempore ſyndicatus excuſatur, ſi non præſtat fideiuſſionem, ſed ſufficit quòd præſtet iuratoriã cautionem.*

*24 Vſufructuarius licet teneatur præſtare cautionem cum fideiuſſione de utendo & fruendo, arbitrio boni uiri, tamẽ ſi perſona uſufructuarij eſt honeſta, & non ſuſpecta de dilapidatione, ac non reperit fideiuſſorem, admittitur ad uſumfructum cum cautione iuratoria, & numero 35. & 36.*

*25 Impoſſibilium nulla eſt obligatio.*

*26 Præceptum iudicis impoſſibile nullius eſt momenti.*

*27 Impoſſibilitas uitiat, & annullat contractum.*

*28 Impoſſibilitas excuſat emphyteutam, qui non poteſt ſoluere canonem propter inopiam.*

*29 Neceſſitas non ſubiacet legi.*

*30 Res ſacræ, quæ alias non poſſunt alienari, propter neceſſitatem alienantur.*

*31 Pater, qui non poteſt uendere filium, ſubſiſtente neceſſitate poterit illum uendere.*

*32 Actus tempore neceſſitatis poteſt expediri ſine cõſenſu eius, qui alias debet conſentire.*

*33 Tutor ſubſiſtente cauſa neceſſaria, bona pupilli adminiſtrare poteſt nullo confecto inuentario.*

*37 Electio ſine forma ſcrutinij fieri poteſt, quando in eccleſia collegiata non ſunt niſi duo.*

*38 Mandatum licèt debeat præciſè, & ad unguem impleri in forma ſpecifica, tamen id locum non habet, quando præciſè non poteſt impleri, quia ſufficit illud impleri, ut poſſibile eſt.*

*39 Forma tradita ad ualiditatem teſtamenti, quòd teſtes uideant teſtatorem, ſubſiſtente aliquo iuſto impedimento, puta peſtis, poteſt relaxari.*

*40 Forma probatoria inducta à lege quòd in teſtamentis requiratur numerus ſeptem teſtium, ſecundum magis communem remittitur tempore peſtis, adeò quod ſufficiunt quinque.*

*42 Forma, & ſolennitas non ſeruata non uitiat actum, quãdo ille, qui debebat illam ſeruare, fuit impeditus impedimẽto facti.*

*43 Statutum diſponens quòd inſtrumentum confici non poſſit, niſi ſcribatur per notarium matriculatum, tempore peſtis ualebit, quamuis non confectum à matriculato.*

*44 Reprobatur Roma. in conſi. 349.*

*45 Reprobatur Bald. in l 2. C. de uſur. & fruct. lega.*

*46 Procurator de cuius mandato dubitatur, quamuis admittatur cum ſatiſdatione, tamen non cum cautione iuratoria, ſi non poterit ſatiſdare.*

*49 Cautio iuratoria nunquam admittitur, vbi alio remedio conſultum eſſe poteſt utrique parti quam per iuratoriam cautionem.*

*50 Maritus ſi non poteſt ſatiſdare de dote reſtituenda in termino legali, condemnatur ad reſtituendum ſtatim deducto interuſurio medij temporis,*

*51 Vſufructuario fideiuſſorem non inueniente iuratoriæ cautioni non ſtatur, ſed bonorum fit ſequeſtratio,*

## CONSILIVM XLIII.

IN præſenti cõſultatione tria prius præmittẽda cenſeo, an
tequam formetur facti propoſitio. Quorum primum eſt,
1 ꝙ a ſententia ſacri conſilij non appellatur. l. 1. ff. a quib. app.
non lic. Afflic. in conſti. regn. 10. quæſt. in verſic. 4. fallit, q̃a
2 ſacrum conſilium loco Præfecti prætoris habetur, a cu-
ius ſententia non appellatur. leg. 1. C. de Præfect. Prætor.
Glo. in l. ſi quis aduerſus. C. de precib. Imp. offer. Guid. Pap.
q. 436. nu. 52. Secundum eſt, quod licèt ab ea non appelle-
3 tur, tamen † gratia aduerſus ipſam licita eſt ſupplicatio. d.
l. ſi quis aduerſus. Capi. deciſ. 24. col. fi. Rui. in conſi. 34. col.
2. uol. 5. Guid. & Affl. ubi ſupra. Tertium & ultimum eſt, qđ
4 † ſi aduerſus ſententiam ſacri conſilij intra decẽnium à die
ſententię per uictum porrigatur coram eo ſupplicatio, ſi vi
ctor vult executionem ſententiæ in eius fauorem latæ, te-
netur prętare fideiuſſionem de reſtituẽdo quidquid in cau
ſa ſupplicationis per dictum ſacrum cõſilium ordinabitur,
ſi vero poſt decem dies, vſq; ad biennium fuerit introducta
coram Principe ſupplicatio, ipſe eam cognoſcet & termi
nabit, non retardata executione ſententiæ ſine ulla fideiuſ-
ſione, ſaluo iure retractationis, ut eſt tex. in d. authen. ſup-
plicatio, cum ibi not. per Scriben. cap. de precib. Imper. of-
fer. Gloſſ. Hoſtien. Abb. & alij in c. ex litteris. de reſtit. ſpol.
Affl. ubi ſupra in uerſic. 4. differt, & Rui. in alleg. cõſ. 34. col.
2. ſeq. Quib. præmiſſis, quæritur, an Lælius de Pelicijs, qui
a dicto ſacro conſi. obtinuit in ſui fauorem ſententiã cõtra
dominum Franciſcum etiam de Pelicijs pro ſumma ſcuto-
rum ducentum, a qua intra decẽdium fuit ſupplicatum, poſ
ſit executionem ipſius ſententiæ obtinere, nulla præſtita fi-
deiuſſione, ſed oblata cautione iuratoria: cum dicat ſe pro
pter inopiam non reperire fideiuſſorem, iuxta materiam
Gloſ. in l. 1. ff. qui ſatiſ. cogan. & in auth. generaliter, ꝑ Bald.
5 & alios, C. de epiſ. & cler. vbi † qui non poteſt inuenire fide
iuſſorem propter impotentiam, admittitur ad iuratoriam
cautionem, quod eum non reperit, nt etiam per Imol. in l.
cum non facilè. ff. ſi plusquam per Fal. & Lanz Dec. in l. 2. §.
ſed ſi dubitetur. ff. de iud. uel ſecundum alios quod credit
non poſſe dare fideiuſſorem, ut per Odofr. in l. 4. C. de vſu-
fruc. & Franc. Alber. quem refert, & ſequitur Soc. in conſil.
129. col. 2. verſi. fortius. uol. Guid. Pap. q. 189. in fin. Alex. in
d. l. 1. col. penul. & in conſi. 57. col. fi. vol. 3. ac Marſ. in l. fin.
num. 122. ff. de iuriſd. om. iud.
Quæſtio iſta ambigua eſt, & dubitabilis, ſed utilis, neceſ-
6 ſaria, & quotidiana. ideo † ut ipſius ueritas magis in lucem
prodeat, ut in cap. graue. 35. q. 9. & per Alex. in conſi. 51. in
7 in prin. uol. 4. & quia † viam ferro aperit, qui per contraria
ſcandit, iuxta. Bal. in l. precibus. col. 9. verſic. modò contra.
C. de impub. & alijs ſubſtit. Curt. Sen. conſi. 781. in princip.
di circo ad utramque partem arguendum eſſe exiſtimo.
vnde primo aſpectu uidetur dicendum, quod non, quia
8 † ubi fideiuſſio eſt de ſubſtantia actus, & de forma, tunc nõ
admittitur cautio iuratoria. Ita Lud. Roma. in l. 2. colu. 3. ff.
9 ſolut. mat. & in conſil. 439. in vltimo dubio, ubi inquit † ꝗ
licet ſit neceſſeriã fideiuſſio in debitore petente à Princi-
pe dilationem miſerationis gratia ad ſoluendum creditori
ſuo, tamen ſi ea nõ reperitur, non admittitur iuratoria cau-
tio: quod inquit probari ex not. per Gloſ. in l. 4. C. de vſufr.
10 ubi † uſufructuarius, qui tenetur fideiubere verſus proprie-
tarium de utendo & fruendo, arbitrio boni uiri. l. 1. C. eo.
tit. non admittitur ad ipſam iuratoriam cautionem, quia nõ
11 reperit fideiuſſorem, † cum de ſubſtantia uſufructus ſit, ꝗ
præſtetur fideiuſſio. & Rom. ſequitur Iaſ. in d. l. 1. in 10. limi
ta. ff. qui ſatiſd. cog. & additio. ad Ab. in c. ex parte il 1. in 3.
limi. de verb. ſign. poterat etiam allegari gloſſ. in c. fi. de pi-
gno. ubi refert ita etiam tenuiſſe Azo. ſed fideiuſſio in caſu
de quo agitur dicitur eſſe de forma executionis ipſius ſen-
tentiæ, ꝙ probatur in d. authen. quæ ſupplicatio, ibi, quo
ſubſecuto ſententia non aliter execntioni mandabitur, quã
ſi uictrix pars fideiuſſionem condignam præbuerit. Ponde-
12 randa enim ſunt illa uerba non aliter, † quæ ſolent impor-
tare formam. ut vult tex. & ibi Bar. in l. de his. ff. de tranſac.
Idem Barto. in l. fi. C. de uend. re. ciuita. lib. 11. Dec. in conſi.
527. colum. fin. & Rui. in conſi. 92. nu. 3. vnde cum à lege in
ductum fuerit pro forma, quod præſtetur fideiuſſio, & in
13 dubio † forma uidetur eſſe ſubſtantialis, ut inquit Bald. in
l. comparationes. colum. 3. C. de fide inſtru. quem ſequitur
14 Dec. in conſ. 429. colum. 2. & in cõſi. 612. cui † nihil addi vel
15 minui poteſt, quia † quod perfectum eſt, non ſuſcipit ex in
teruallo magis & minus, ſecundum Bald. in l. quoties. col.
2. C. de ſuis & leg. hæred. quem ſequuntur Pariſ. in conſil.
19. num.

19.num.188.uolum.2.& in conſil.161. num.15.uol.3.Bru.
in tract.de form.in cap.de potentia & effec.form.colum.2.
verſi.ſecundus effectus. & in capit.de implemento. colum.
16 11.in fin.& quæ † ad vnguem debent obſeruari, ut tradit
Bal.in l.ceſſante.C.quomodo, & quando iud. in cap. ex li-
teris colum.fi.de conſtitu.meritò dicendum uidetur, quod
forma ipſa adimpleri non poſſit per iuratoriam cautionẽ,
17 cum † ea etiam non impleatur per æquipollens,ſed forma
liter,ut not.Bald.Ang. & alij in l.1.ff. de liber.& poſthum.
Dec.in cõſi.466.in fi.conſi.531.colum.2.in princip.& 612.
columna 2.

Secundò facit quod uoluit Bald.in l.2.C.de uſur.& fruc.
lega.quem ſequitur Iaſ.in l.1.in 9.limitatione.ff.qui ſatiſd.
18 cogan.ubi † iuratòria cautio licèt quandoque excuſet iu-
rantem, non tamen arctat aduerſarium ad aliquid præſtã
dum,per not.in l.4.C.de uſufruc.Sed ſi nos diceremus in ca
ſu de quo agitur,ꝙ iuratoria cautio ſufficeret, cogeretur
do.Franciſcus ad præſtandũ Lelio ſcuta ducentum;ergo ne
recedamus a dictis Bald.uidetur dicẽdum,ꝙ locus eſt fide
iuſſioni,non autem iuratoriæ cautioni. Iſtud etiam uoluit
19 alibi Bald.in d.l.4.colu.3.in princip.ubi inquit, † inopiam
non excuſare ab aliqua ſatiſdatione,ubi aliquis vult conſe-
qui aliquid ab alio, per l.continuus.§.illud.ff.de verb.obli.
ſecus ſi quis uellet ſe excuſare ſine damno,uel diminutione
iuris alterius;quia hoc caſu inopia eum excuſaret. l.ſi pro-
curatorem.§.ignorantes.ff.manda. & iſtud etiã ſentit Ale.
in conſi.57.col.fi.uerſ.nec ſumus,volum.3.ubi dicit in caſu
ſuo,do.Cæciliam nõ petijſſe à Bartolomeo Caſtaldo aliqd
ſibi dari,cũ iam pręſtiterit ſatiſdationem pro uſufructu,ſed
petitur per Bartolomeũ ab ea ꝙ ipſa det ſibi fideiuſsorem
de conſeruando eũ indemnem, quo caſu tenetur aut recipe
re illam fideiuſſionem,quam iurat ſe commodè dare poſſe,
aut tenetur ſtare iuratoriæ cautioni cum obligatione bono
rum.Et non obſtant tradita per glo.& Doct.in l.4.C.de uſu
fruct.quia ille caſus procedit,quando uſufructuarius,ut cõ
ſequatur vſumfructũ vult præſtare cautionem iuratoriam
de utendo,& fruendo,arbitrio boni uiri,& dicit ſe non poſ
ſe dare fideiuſſorem.

Tertiò facit,quod uoluit Bald.in c.coram. col.pen.in fi.
20 de off.delega.ubi inquit,quod † electus in tutorem,uel cu
ratorem,qui præcisè tenetur ſatidare.l.fi.C.de tuto. & cu-
ra.qui ſatiſdationem non dedit,non admittitur ad tutelam,
uel curam mediante iuratoria cautione.Idẽ Bal.in l.2.C.de
vſur.&fruc.lega.& in c.j.de proc.quẽ ſeqtur Iaſ.in d.l.1.in
8.limita.ergo nec in caſu de quo agitur,ubi fideiuſſio requi
ritur pro forma.

Pro altera uero parte, ꝙ immo admittatur ipſa cautio iu
21 ratoria,primo ſe offert cõmunis cõcluſio,q̃ habet,† ꝙ obli
gatus a lege,uel a ſtatuto ad dandum fideiuſſorẽ,ſi eũ nõ re
perit,loco fideiuſſionis ſubrogatur cautio iuratoria per eũ
præſtanda.Ita gl. & Doct.in l.prima.ff.qui ſatiſda.cogan.in
auth.generaliter.C.de epiſ.& cler.Ale.in cõſ.57.col.fi.vol.
22 3.Marſ.in rubr.de fideiuſſio.q.22.& ideo nos uidemus,† qđ
ſi in aliqua ciuitate adſit ſtatutum,qđ nullus audiatur agen-
do contra aliquem,niſi talis agens ſatiſdet de ſtando iuri in
caſu reconuentionis, & de reficiendis expenſis litis in caſu
ſuccũbẽtiæ,tale ſtatutũ non habebit locũ in forenſe, quia
ipſe non cogetur dare talẽ fideiuſſorẽ, ſed ſtabitur ſuæ iu-
ratoriæ cautioni.Ita not.Ang.in l.cũ non facilè.ff.ſi cui plus
quã per l.Fal.quem ibi ſequitur Imol.& Barba.in cõſ.11.in
vlt.col.vol.3.& ratio ꝓpter quę mouẽtur Doc.eſt,quia for
renſes non habent affines cõmuniter nec amicos ibi,qui ve
lint ſatiſdare,unde, ut nõ teneantur ad ſibi impoſſibilia, eſt
ſtandum ſuæ iuratoriæ cautioni.ita etiã ſequẽdo prædictos
patres tenuit Marſil.in l.1.nu.221.ff.de iuriſd.omn.iud.

Secundo confirmatur hæc ſententia ex not. per Alex. in
23 d.l.1.col 4.uerſi.item etiam excuſatur.ubi dicit, † quod ex
cuſatur officialis conuentus tempore ſyndicatus,ſi non pręſ
ſtat fideiuſſionem,quia ſufficit quod præſtet iuratoriã cau-
tionem allegat l.1.C. ut omnes tam ciuil. quam criminal.
cauſ.quod & uoluit Catal.in trac.ſynd.verſi.241.incip.Ad-
de,ubi inquit,quod ſi tempore ſyndicatus Poteſtas,uel alij
officiales non poſſunt inuenire fideiuſſorem, quem tenen-
tur præſtare ex forma ſtatuti,quod ſtabitur iuratoriæ cau-
tioni,per d.auth.generaliter,& in c.Odoardus,de ſolut.

Tertio accedit,quod volunt Bart.Alber.& Paul.de Caſt.
24 in l.4.C.de vſufr.vbi expreſſe concludunt † quod licet vſu-
fructuarius teneatur pręſtare cautionem cum fideiuſſore
de vtendo,& fruendo, arbitrio boni viri, tamen ſi perſona
vſufructuarij eſt honeſta,& non reperit fideiuſſorem,quod
admittitur ad vſufructum cum cautione iuratoria. Fl.Abb.
Butr.& Imol.in c.fi.de pign.& Bal.in c.coram,col.fi.de offi.
deleg.Petr.Cy.& Flor.in d.l.4. intelligendo eos ſecundum
Bart.Guid.Pap.in q.250.Ang.& Imo.in l.cùm non facilè.ff.
ſi cui plus quam per l.Fal.& Guid.Pap.q.50.

25 Quarto facit regula triuialis,quæ habet,† quod impoſſi-
bilium nulla eſt obligatio.l. impoſſibilium. ff. de reg.iur.l.
cum his.§.1.ff.de ſtatu lib.& ideo dicit legislator in l. fi. ff.
26 quæ ſent.ſine appel.reſcind. quod † præceptum iudicis im-
27 poſſibile,eſt nullius momenti.Item † impoſsibilitas vitiat,
& annullat contractum.l.impoſsibilis.ff.de verb.oblig.ybi
28 Doct.& iõ dixit Bald.in c.querelam, de iureiu. quod † im-
poſsibilitas excuſat emphyteutam,qui non põt ſoluere ca-
nonem propter inopiam,vt non cadat à iure ſuo.

29 Quinto corroboratur hæc opinio. Nam † neceſsitas nõ
ſubiacet legi.l.1.cum gl.ff.de offic.conſul.cum ſimilib.& iõ
30 dicitur quod † res ſacræ,quæ aliàs non poſſunt alienari,ꝓp
neceſsitatẽ alienantur.§.ſacrę.Inſt.de rer.diuiſ.l.ſancimus
31 C.de ſacroſ.ecc.& quod † pater,qui non poteſt vendere fi
lium,ſubſiſtente neceſsitate illum vendere poterit.l.1.& 2.
32 C.de patr.qui fil.diſtra.Item † propter neceſsitatem poteſt
actus expediri ſine conſenſu eius,qui aliàs debet conſenti-
re.text.eſt in l.tutor,qui repertorium.ff.de adminiſtr.tuto.
33 vbi † tutor ex neceſſaria cauſa bona pupilli poteſt admini-
ſtrare nullo confecto inuentario.Et de his,quæ permittun-
tur ex cauſa neceſsitatis,uide abundè per Oria.in l.1.num.
59.ff.de offic.eius cui mand. eſt iuriſd.

34 Sexto,† & vltimo in terminis quæſtionis noſtræ, ita vo-
luit Guid.Pap.in q.189.vbi inquit,aliàs fuiſſe in ſacro conſi
lio inter Dominos de conſilio dubitatum circa materiam
auth.quæ ſupplicatio,An pars,quæ obtinuit ſententiam, ſđ
non poteſt dare fideiuſſorem, & iuret feciſſe diligẽtiam de
reperiendo, admittatur ad executionem ſententiæ medio
iuratoriæ cautionis?& fuiſſe inter eos concluſum,quod ſic
quamuis Doct.in iure ſcribentes non moueant hãc quæſtio
nem,per auth.generaliter.C.de epiſ.& cler.ac Specu.in tit.
de contu.§.fin.verſ.ſed nunquid excommunicatus, & per
Hoſt.ut lit.non conteſt.c.2.ſuper uerſ.conſtituatur,& quia
35 etiam videmus,† quod in cautione vſufr.ſi non poſsit ido-
nea cautio præſtari,ſufficit iuratoria,vt per Petr.& Cyn.in
d.l.4.idem voluit alibi ipſe Guid.Pap.in q.50.col.pen.verſ.
ſed iuxta hoc quæritur.

Non obſtant adducta in contrarium, & primo, quod vbi
36 † fideiuſsio eſt de forma,ibi non admittitur cautio iurato-
ria:quia reſpondetur, quod dicta concluſio in iure non ad-
mittitur,quando forma impleri non poteſt, quia eius omiſ
ſio non vitiat.Ita Io. Andr. in regul.in toto,de reg.iur.in 6.
37 vbi inquit,† quod ſi in eccleſia collegiata nõ ſunt niſi duo,
poſſunt illi procedere ad electionem ſine forma ſcrutinij,
nec perdunt electionem propter defunctum formæ.c. quia
propter, de elect. cum illam ſeruare non poſſunt propter
paucitatem numeri,ſed potius reſeruatur eis electio,& re-
mittitur illa forma.& Io.An.ſequuntur Abb.in conſ.25.co-
lum.2.verſic.ſecundus modus,volum.2.& Crauet. in conſi.
22.colum.2.& in conſil.187.colum.fi.verſic. ſexto reſpon-
deo.Pro cuius ſententia facit etiam, quod inquit ipſe Cra-
38 uet.in d.conſi.12.verſic.ſimiliter mandatum,vbi † dicit, qđ
licet mandatum debeat præciſe, & ad unguem impleri in
forma ſpecifica.l. diligenter. ff. mand. iſtud tamen non ha-
bet locum, quando præciſe, & in forma ſpecifica impleri
non poteſt,quia ſufficit illud impleri,vt poſsibile eſt, ſecun
dum Abb.in conſil.65.in 2.dub.volum.2.Sed in caſu noſtro
fideiuſsio ipſa præſtari non poteſt nec impleri eo modo,
quo a iure requiritur propter inopiam,& impedimẽtum ip
ſius

ſius præſtationis ortum ex cauſa dictæ inopiæ, igitur non
mirum ſi recipi debet ea cautio, quę præſtari poteſt.

39 Secundo confirmatur hæc reſponſio. Nam † pro forma
inductum eſt ad validitatem teſtamenti, quod teſtes uideãt
teſtatorem.l.ſi non ſpecialiter,l.ſi vnus.C. de teſtam. ea ra-
tione & cauſa,vt euitetur fraus & falſitas, quæ de facili cõ-
mitti poſſent,ſi teſtes ſolum audirent teſtatorem. & non ui
derent,cum de facili alius potuiſſet ſupponi, qui teſtatoris
vocem poſſet ſimulare & fingere,vt per Doct. in d.l. ſi non
ſpecialiter,& tamen dicta forma ex aliquo iuſto impedimẽ
to,puta peſtis,poteſt relaxari,vt per plura demonſtrat Pa-
40 riſ.in conſil.33.per totum,volumin.2.Item uidemus, † qđ
forma probatoria inducta à lege,quod in teſtamentis req-
ratur numerus ſeptem teſtium,ut per Bar.in l.cum quis,co
lum.3.C.de iur.& fac.ignor.in l.1.ff.de cond.indeb. Rui.in
conſ.15.num.13.volum.2.& Iaſ.in l.2.C.de bon.poſ.ſecun-
dùm tab.& in l.ſi vnus.C.de teſt.remittitur tempore peſtis,
adeo quod ſufficit numerus quinque teſtium, & hoc non
alia ratione, niſi quia plures adhiberi non poſſunt, vt per
Bald.in l.in coniunctione.C.de nupt.Io.Annib.in leg.nemo
poteſt,num.54.vſque ad 76.Dec.in conſi.284. colum. 4. &
Pariſ.in conſi.32.colum.2.volumin.2.vbi atteſtantur hanc
eſſe magis communem, & de cuius veritate aliàs latè dixi
in conſi. 81.volum.1.Huic quoque opinioni aſtipulatur li-
41 mitatio,quæ datur ad aliam concluſionem,quæ habet, † ꝙ
forma debet impleri formaliter, vt non procedat tempore
neceſſitatis,quia illa impleri poteſt in æquipollenti, vt per
Doct.in l.j.ff.de lib.& poſthum.& Pariſ.in citato conſil.32
num.13.& in conſi.ſequen.numer.29.& 31.Accedit etiam,
quod inquit idem Pariſ.in allega.conſi.33.num.32.vbi tra-
42 dit,quòd† forma & ſolennitas non ſeruata non vitiat actũ,
quando ille,qui debebat illam ſeruare fuit impeditus impe
dimento facti.quod ſubdit probari ex not.per Angel.in l.ſi
43 vacantia.C.de bon.vacan.libr.10. vbi dicit,†qđ ſi ſtatutum
diſponit,quod inſtrumentum non poſſit confici,niſi ſcriba-
tur per notarium matriculatum, tamen ſi fiat tempore pe-
ſtis valebit,eſto quod non ſcriptum à matriculato,multa al
legat,quæ non tranſcribo. Cum igitur in dictis caſibus vi-
deamus attento impedimento facti, quòd forma omiſſa,&
quæ impleri non poteſt, adimpleri ſufficit eo modo, quo
poteſt:ergo idem dicendum venit in caſu præſenti, quòd
ſufficere debet cautio iuratoria, quæ poteſt præſtari. Nec
44 † habet obſtare, quod ſcribit Roma. in d. conſil. 349.quia
reſpondetur.quod contrarium tenuit Bald.Nouel. in tract.
dot. in 8. par. priuileg.12. vbi declarat hoc dictum intelli-
gendum in alio caſu,quàm paupertatis.Vlterius aduerten-
dum eſt,quod mouetur ex glo.in d.l.4.C.de vſufr. & tamẽ,
vt dixi ſupra in tertio fundamento partis affirmatiuæ, ſatis
conſtat etiam in vſufructuario ſufficere cautionem iurato-
riam,quando pauper eſt, & perſona honeſta.

45 Secundò non obſtat,†quod voluit Bald.in d.l.2.C. de v-
ſur.& fruc.lega.quia reſpondetur,eius dictum ſubſiſtere nõ
poſſe,cum videamus in uſufructuario, qui agit contra pro-
prietarium ad traditionem uſusfructus,ſufficere,ſi ſit paup,
præſtare cautionem iuratoriam,& ſi bene videatur Alex.in
d.conſ.57. ipſe non figit pedes, ſed dicit quod dubitatur.
Hoc etiam voluit Imol.in l.cum non facile, per illum text.
ff.ſi cui plus quam per leg.Fal.& clarius idem Bal.in d.c.co-
46 ram,in fi.vbi expreſsè dicit,†quod quando pars petit ſe ad
mitti ad id,quod ſibi debetur, vt uſufructuarius, tunc ſuffi-
cit iuratoria cautio,niſi perſona eſſet ſuſpecta de dilapida-
tione, per d.l.cum non facilè, vbi vide Imo. in ſpecie.

47 Similiter non obſtat,† quod electus in tutorem, & cura-
torem non admittitur ad cautionem iuratoriam, vt etiam
ultra ſupra dictas authoritates tenuit etiam Roma. in d.cõ
ſil.439.columnn.1.in fi.quia aduertendum eſt,quod Docto-
res,qui dicunt cautionem iuratoriam ſufficere in paupere,
loquuntur in eo,qui agit nomine proprio, & non alieno,
prout eſt ille,qui petit ſe admitti ad tutelam, vel curam ali
cuius,quia tunc præciſè oportet,quòd ſatiſdet,ut per Bal.ĩ
c.coram,col.fi.de offi.deleg.& Iaſ.in d.l.1.in fi.col.verſ.14.
limita,vbi formaliter dicit 14.limita in eo qui venit nomi-
ne alieno,ut in procuratore,uel ſimili,quia leges loquũtur
de iuratoria cautione in cauſa propria, & non aliena. Et
48 ideo † procurator de cuius mandato dubitatur, quamuis
admittatur,cum ſatisdatione,l.1. C.de procur. ſi non pote-
rit ſatiſdare non ſtabitur eius iuratoriæ cautioni, allegat
Bal.in d.c.coram,idem uolunt Barb.& Paul.in d.l. cûm non
facilè.unde cum ſit ſpeciale in dicto caſu,ideo nihil ad pro-
poſitum noſtrum.

Quibus opinionibus recitatis, in caſu noſtro tenendum
eſſe arbitror,quod ſi Lælius non poteſt pręſtare cautionem
cum fideiuſſoribus,minus admittendus ueniat ad executio
nem pecuniarum de quibus in ordinatione ſacri concilij
mediante iuratoria cautione,ſed quod pecuniæ ipſæ depo-
nendæ ſint penes idoneam perſonam, quæ de honeſto lu-
cro redigendo ex ipſis pecunijs illud tradere habeat prædi
cto Lælio.& hoc per communem theoricam, quæ habet,
49 quod † cautio iuratoria nunquam admittitur, ubi alio re-
medio conſultum eſſe poteſt utrique parti, quam per iura-
toriam cautionem, ita uult text.quem ad hoc ibi not.Paul.
& Alexand.in l.ſi conſtante.§.quoties ff.ſolut.matrimo.ubi
50 legiſlator vult, quod † ſi maritus non poteſt ſatiſdare de
dote reſtituenda in termino legali, condemnetur ad reſti-
tuendum ſtatim,deducto interuſurio medii temporis,quia
per dictam prouiſionem ſecundum Doct. utrique parti re-
manet conſultum,nec aliqua perſona grauatur. Nam ma-
ritus habet neceſſe reſtituere deducto interuſurio medii
temporis,nec mulier uidetur grauari,ex quo per reſtitutio
nem,quæ ſtatim fit,remanet ſecura. Bald.Angel. & Imol.in
l.filiusfam.§.diuus,per illum text. ff.de lega.1 Bal. in l.fin.
in 2.& 3.nota.C.de ordi.cog.Alexand.in addi. ad Barto.in
d.l.4.circa fi.C.de uſufr.Alexand.in l.ſi fideiuſſor.§.fin.co-
lum.2.ff.qui ſatiſda. cogan. & Iaſ.in d.l.1.in 12.limitat. eo.
titu.ſed in caſu præſentis conſultationis,abſque dicta iura-
toria cautione poteſt ſuccurri tam ipſi Lælio, quam domi-
no Franciſco,quia primo per traditionem honeſti lucri, ſe
cundo verò,quia ſi in cauſa ſupplicationis iudicabitur in fa
uorem ipſius domini Franciſci, prompta erit pecunia ad
eius commodum, & eo maximè hoc dicendum uenit,quia
dictus Lælius eſt adeò pauper & mendicus,qui de facili pe
cunias poſſet dilapidare, & in malos uſus conuertere, in
quo etiam caſu admittunt Gulielm. de Cun.Barto.& Paul.
in l.4.C.de uſufruct.quem ſequuntur Guid.Pap.in quæſtio
250.ſecundum quam opinionem dicit iudicatum fuiſſe,ac
Canoniſtæ ſuprà citati,& Rui.in conſi.51.co.3.& in conſil.
51 206.nu.25.uol.2.in vſufructuario idem ſeruandum eſſe†vt
ſcilicet pecunia ſequeſtrari debeat penes aliquẽ, qui præ-
ſtet victori vſũfructum,iuxta formam l.poſtquam,§.Impe-
rator.ff.vt leg.nom.cauea.iſtud etiam uoluit Paul. de Caſt.
in d.l.quoties.in fi.penul.col.vbi dicit,quod vbi eſſemus in
caſu,in quo non poſſet conſuli vtrique parti,tunc habet lo-
cum quod dicitur de iuratoria cautione, dummodò credi-
tor non ſtaret in periculo perdendi, alias ſibi debet proui-
deri,ut res deponatur de qua eſt quæſtio.arg.l.ſi fideiuſſor.
§.fi.ff.qui ſatiſda.cogan.& Bal.in d.c.coram.in fi.
Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuris conſultus.

## *SVMMARIVM.*

1 *Vaſallus ligius quis eſſe poteſt duorum dominorum,ſed contra nu.10.*

2 *Feundum ligium eſt pro quo uaſallus de feudo inueſtitus cõtra omnes homines fidelitatem domino debet nullius alterius fidelitate excepta.*

3 *Vaſallus dicitur ligius quaſi ligatus domino,uel ei legalitatem promittens ſuper omnes.*

4 *Legalitas nihil aliud eſt quam ſuprema fidelitas,ſeu ſupremum homagium contra omnem hominem nullo excepto.*

5 *Homagium idem eſt quod ſacramentum fidelitatis, quod fit pro aliquo feudo.*

6 *Homagium differt à fidelitate.*

7 *Homagium eſt ille actus præſtationis iuramenti cum ſua ſolen-*

*ſolennitate,quæ fit in initio.*

8 *Fidelitas vero eſt obligatio permanens, habens tractum temporis & perſeuerantiam.*

9 *Contractus ſicut quò ad uolatum verborum tranſit in inſtā ti,ut eme re,tamen emptio & uenditio perpetuò manet.*

11 *Duo non poſſunt eſſe domini inſolidum eiuſdem rei.*

12 *Duobus dominis quis ſeruire non poteſt.*

13 *Vaſallus quod quis ſit ligius duorum, repugnat diffinitioni feudi ligij.*

14 *Vaſallus qui ſe fecit ligium duorum dominorum, ſeruire debet priori domino,& non alteri.*

15 *Vaſallus ligius quis effici poteſt duorum ex neceſſitate vel ex incidenti.*

16 *Vaſallus ligius ex quo ultimo domino ſeruire non poteſt, feudum ultimum dimittere debet.*

17 *Vaſallus ligius quis eſſe poteſt unius,& alterius domini ua ſallus ſimplex.*

18 *Corpus idem non poteſt eſſe ſimul in diuerſis partibus.*

19 *Vaſallus ligius unius domini & alterius ſimplex,de ſua pſona debet ſeruire primo domino,& ſecundo per ſubſtitutum.*

20 *Subſtitutus idoneus eſſe præſumitur, ſi eſt de conſanguinitate uaſalli.*

21 *Vaſallus ligius & ſi promiſerit priorem dominum,& nullum alium iuuare,tamen poterit auxiliari ſecundo per ſubſtitutum.*

22 *Vaſallus ſimplex quis eſſe poteſt duorum dominorum.*

23 *Vaſallus duorum debet antiquiorem dominum adiuuare. & ſi ſecundus aget contra uaſallum,ut eum adiuuet contra antiquiorem,uaſallus poterit excipere de priori iura mento antiquiori domino præſtito quia primum iuramentum ſeruandum.*

24 *Aduocatus qui pro certo feudo ſeu annuo ſalario promiſit ſeruire uni monaſterio,ſi poſtea contraxit cum alio,ſi illa duo monaſteria inuicē litigant, in dubio tenetur adiu uare primum,quia ius primi potentius eſt.*

25 *Feuda duo habens a diuerſis dominis qui inter ſe guerram habeant,ſeruire debet utrique de feudo ſuo iuxta reditus feudi,pecuniam eis miniſtrando pro ſtipēdio,uel mittendo ſibi gentes.*

26 *Feuda habens à diuerſis dominis, utrique ſeruire debet, antiquiori perſonaliter,& ſecundò per ſubſtitutum.*

27 *Vaſallus ſeruiens domino cum perſona ſua,eſt ſibi honorabilior,gratioſior, & magis acceptus, quam ſi mitteret ſubſtitutum.*

## CONSILIVM XLIIII.

VIſo themate ad me tranſmiſſo, dubitari videtur, quē ex illuſtris.principibus in eo deſcriptis per litteras D.& M.inuicem guerram habentibus adiuuare debeat mul tum magnificus do.Balthaſar Malaſpina eorum uaſallus ,p caſtris L.& T.& q̄a ex eo malè percipitur,an ipſe do.Baltha ſar præfatorum principum ſit ligius vaſallus, uel reſpectu vnius ligius,& alterius ſimplex,vel amborū non ligius. Idcirco vt reſponſum clarum habeatur, dicam ſuper omnib. capitib.quid de iure ſentiam.& quoniam nonnulli tradunt
1 & affirmant † quem poſſe eſſe uaſallum ligium duorum, ut per Hoſtien.relatum per Ioan.And.in addit.ad Spec.in tit. de feud.§.quoniam.uerſ.11.& eundem Ioa. And.in c.recolentes.de ſtat.mona.ac Rom.in conſi.47.col.2.igitur nonnulla præmittam antequam ad ipſius articuli deciſionem
2 condeſcendam.In primis enim præmitto, † q feudum ligiū eſt,pro quo uaſallus de feudo inueſtitus contra omnes homines fidelitatem domino debet,nullius alterius fidelitate excepta.glo.eſt ordinaria in clem.paſtoralis.§.rurſus.verſ. homo quidam ligius.de re iud. Feudiſtæ communiter in c. 1.§.contra omnes,hic finitur lex.& in præl. feu.Bal.in cōſ. 291.col.2.uol.2.& Iaſ.in vſib.feu.col.27.verſi.7.diuiſio.
3 Secundò,†quod uaſallus dicitur ligius quaſi ligatus domino,uel ei legalitatem promittens ſupra omnes, ſecundū Spec.in d.§.quoniam,col.1.Aluar.in prælud.feud. diuiſ.13. & Bal.in l.1.§.in primo,col.pen.C.de cadu.tol.Affl.in c.1.in princ.nu.11.qual.vaſal.iur.deb.fidel.
4 Tertio†quod legalitas nihil aliud eſt quam ſuprema fidelitas, ſeu ſupremum homagium contra omnem hominem nullo excepto.
5 Rurſus,& quarto,quod†homagium idem eſt, quod ſacramentum fidelitatis, quod fit pro aliquo feudo vt notab.in cap.fin.de reg.iur.
6 Vltimo,† quod homagium differt à fidelitate, quia † ho-
7 magium eſt ille actus præſtationis iuramenti cum ſua ſolen nitate,quæ fit in initio.Sed † fidelitas eſt obligatio perma-
8 nens,& habens perſeuerantiam & tractum temporis, ſicut
9 † contractus, qui quo ad volatum uerborum tranſit in inſtanti,vt emere:ſed emptio,& venditio perpetuo manet, ut ſubtiliter no.Gulie.de Cun.in l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iur. facere,n.non durat in tractu temporis,ſed factum eſſe, iugi ter perſeuerat.l.ſicut. C.de actio.& oblig.

Quib.ſic præmiſſis dico,quod licet prædicti legum uertices admittere uideatur,quod quis eſſe poſſit uaſallus ligius non ſolum unius,ſed & ſecundi, & tertij, ſaluo tamen iure primi,quo ad ſecundum,& ſaluo iure ſecundi , quo ad ter-
10 tium,tamen quod in contrarium eſt ueritas,quod † quis nō poteſt eſſe uaſallus ligius duorum dominorum,ut inquit Gl.in d.cle.1.§.denique de re iud.Spec.in d.§.quoniam,uer
11 ſic.11.vbi dicit rationem eſſe, quia† duo non poſſunt eſſe domini in ſolidum eiuſdem rei.l.ſi ut certo.§.ſi duob.uehi-
12 culu.ff.commoda.†nec poteſt quis duob. dominis ſeruire. & in uerſ.12.idem tenuit Bald.in prælud.feud.in 7. diuiſ.& Aluar.ac Præpoſit.in 13.Bald.in cap.inter dilectos col.3.de fid.inſtrumen.& in l.1.§ in primo,col.pen.C. de cad.tol.& in §.ne autem,col.fi.eod.ti.ac in conſi.261.col. 2. & ſeq.volum.2.Præpoſ.in c.1.§.fi. hic finitur lex, columna ſecunda, verſiculo nota in fi.Iſer.in c.1.in verb.omnem,col.2.de no. for.fidel.Iaſ.in vſib.feud.colu.34.quia† quod qs ſit ligius
13 duorum,repugnat diffinitioni ligij feudi,cum non poſſit eſſe ligium feudum vbi per verba expreſſa fit reſeruatio alte rius domini.Capi.in deciſione 162.num. vndecimo Afflict. deciſ.307.nu.3.in c.2.nu.12.qual.vaſal.iura.deb.fide.dom. & in conſtitutionib.regni,in conſt.Domini à vaſallis,num. 20.in fi.vnde cum hæc ſit firma Doct.concluſio, qđ quis nō poſſit eſſe vaſallus ligius duorum,ſequitur, † quod ſi domi-
14 nus Balthaſar eſſet vaſallus ligius dictorum dominorum Principum,quod ſeruire debet primo domino,& non alteri. Affl.in c.1.num.21.verſic.ſed videtur,qual. vaſal.deb.iura.fidel.& in conſtit.Domini à vaſallis num.21. quia qui ligium iurauit,non poteſt alteri ligium iurare: quia iſtud ſecundum ligium importaret,quòd ſi eſſet validum quod videretur uaſallus pœnitere,& facto ſemel ligio,nō habet locum pœnitentia,ſm Bald.in c.cæterum,col.7.de iud.Thom. Gram in vot.10.nu.18.idem dixit Bald.in dicto ſuo elegan ti conſ.291.col.4. vbi ſubdit iſto caſu dominum non teneri acceptare ſubſtitutum,quia non debet eſſe auctor periurij,
15 quia hoc ſolum permittitur, †quando ex incidenti præter culpam ſuam incidit vaſallus ligius in hanc neceſſitatem ra tione ſucceſsionis,occaſione cuius incidentis poteſt effici uaſallus ligius duorum,ut ibi per eum,& Iaſo.in uſib.feud. col.36.uerſ.addo Bal.Plus dixit Bal.in ipſo conſ.col.4. qđ
16 † ex quo uaſallus ligius ultimo domino ſeruire non poteſt, q debet dimittere feudum,quia contra naturā eſt,quod ille gaudeat beneficio qui non poteſt ſeruitium exhibere. c. 1. de eo qui arm.bel. depoſ.& quod illi imputandum eſt, ſi ſe aſtrinxit ad iſtam perplexitatem per iuramentum ligium. arg.l.qui duob.ff.de ſal.
17 Si uero†ligius unius, & alterius uaſallus ſimplex, quod eē pōt,ut eſt gl.in d.cle.paſtoralis,& Spec.ubi ſupra,q. 11. & in c.grandi,de ſupplen.negli.præla.ibi, Regi uel cuicūq. alij.Bald.in prælud.feu.in 7.diuiſ.& in iam ſæpius allegat. cōſ.291.ac Iaſ.in uſib.feu.col.36.circa finem, Affl.in d.c.1.
18 nu.11.& tunc,quoniam† id corpus non pōt eſſe ſimul in di
19 uerſis partib.d.§.ſi duob.uehiculū.iō† primo dēt ſeruire d ſua perſona perſonaliter,& propriè primo dño,& ſcd̄o per fictoriè ſeu imaginariè,id eſt per ſubſtitutum, qui eſt eius ima-

imago,licet naturæ veritâtem non habeat.l.oſſa.§.fi.de reli
gio.quia qñ nõ põt fieri in eodem,fieri dẽt in ſimili.l.q aũt.
§.ſed & ſi qs,ibi,dum dicit aliã perſonam nõ minus idoneã.
20 ita Bald.in d.conſil.col.4.vbi ſubdit,† ꝙ præſumitur ſubſti-
tutus idoneus,ſi eſt de illa conſanguinitate.arg.l. cũ ſimus.
C.de agric.& cẽſit.lib.11.idem dixit Spec.vbi ſupra, in ver
21 ſic.12.in fi.nec obſtat ꝙ promiſit,vbi tradit,ꝙ † licet aliqs
vaſallus ligius promiſerit priorẽ dominũ, & nullũ aliũ iuua
re,excepto dño ligio,tñꝙ poterit auxiliari ſcđo,quia nõ vi
detur præſtare auxiliũ cõtra primũ, licèt ſm̃ iuuet ꝑ ſubſti-
tutum:hoc.n.nõ facit animo nocendi dño priori, ſed cauſa
ſibi ipſi conſulendi ne feudum ſibi à ſcđo domino datũ amit
tat.arg.l.1.§.denique ff.de aqua plu. arc.

22 Si autem † vaſallus eſſet ſimplex dictorum Principum,ꝙ
à iure pariter cõiter admittitur,vt in d.cle.paſtoralis.§. rur
ſus,de re iudic.c.grãdi,de ſup.negl.prelato.Spe.in d.§.quo
niam,verſ.12.Rom.in conſ.47.col.1.Bal.in citato conſ.291.
col.4.Iaſ.in vſib.feu.col.34.verſ. circa aũt iſtam materiam.
Igne.in l.neceſſarios.§.nõ alias,in prin.nu.449. ad Sylla. &
23 tũc primò videretur dicẽdũ † ꝙ antiquiorẽ dominũ adiuua
re tenetur,vt eſt tex.in c.1.§.contra oẽs,hic finitur lex. vbi
ſic ait Cõtra oẽs dẽt vaſallus dominũ adiuuare,ẽt cõtra fra
trẽ,& filiũ,& patrẽ,niſi cõtra aliũ dominũ antiqorẽ, hic.n.
cunctis eſt præferẽdus.ad idẽ eſt tex.in c.Imperialẽ,in §.il-
lud,de prohib.feud.alie.ꝑ Feder.facit l.in operis.ff.loca. &
ratio eſt,qa licèt ſint ambo dñi honoris, prior tñ dñus præ-
ferri dẽt.arg.l.primæ.C.de cõſul.lib.12.& ſi dominus ſecũ
dus agit cõtra vaſallũ,ꝙ eum adiuuet cõtra antiquiorẽ,va-
ſallus poterit excipere de priori iuramẽto alteri dño ꝑſtito
quia primũ iuramẽtũ eſt ſeruãdũ.ca. veniẽs, in fi.de iureiu.
idẽ dixit Præpoſ.in d.§.iſtud.& ibi Affl.nu.18.Bal.in d.§.ne
aũt. in fin. vbi dicit ꝙ de cõſilio dẽt ſeruire antiquiori dño,
ne videatur tergiuerſator.Doct.in d.§.contra oẽs.Iac.de S.
Georg. in inueſtitura ſua,in verb.& promiſerunt eidẽ dño
ſuo,&c.in verſ.11.quæritur,& iſta opinio ſuadetur ex no.ꝑ
Spec.in ti.de aduo.§.1.in verſ.qd ſi aduocatus. & Ioa.And.
24 in reg. cõtractus.de reg.iur.in 6.vbi dicunt † ꝙ aduocatus
qui ꝑ certo feudo ſeu annuo ſalario ꝓmiſit ſeruire vni mo
naſterio,ſi poſtea cõtraxit cũ alio, ſi illa duo monaſteria in
uicem litigãt,ĩ dubio tenetur iuuare primũ, quia ius primi
potẽtius eſt iure ſecũdi.l.qui prior,ff.qui pot.in pig.hab.eſt
25 verum ꝙ Bald.in d.§.ne aũt.in fi.dicit,† ꝙ ſi hẽo duo feuda
à diuerſis dominis,qui hẽnt inter ſe guerrã,ꝙ dẽo vtriq.ſer
uire de feudo ſuo iuxta reditus feudi,pecuniã eis miniſtran
do ꝑ ſtipẽdio,vel mittẽdo ſibi gẽtes ſui caſtri,quia idẽ vide
tur qñ ſeruitus debetur duob.prædijs diuerſorũ.l. in cõce-
26 dendo.ff.de aqua plu.arc.tñ veritas eſt, ꝙ † dẽt vtriq; dño
ſeruire,ſ.antiquiori dño ꝑſonaliter, & ſcđo per ſubſtitutũ:
vt per Spec.in d.§.qm̃,in verſ.12.vbi tñ æquum,vbi dicit ſi-
bi videri tutũ & æquũ, ꝙ eum cui primo loco fecit homa-
gium perſonaliter iuuet:ſm̃ verò per ſubſtitutum iuxta vi-
res ſuas,quia tales operæ per ſubſtitutum bene poſſunt ꝑ-
ſtari.l.vnica.§.ſin aũt. C.de cad.tollẽ.& Spec.ſequitur Affl.
in d.c.1.§.cõtra oẽs.circa fin.verſ.in gl.3.in fi.iſtud idẽ vo-
luit Bal.in d.conſ.291.col.3.verſ.ſed tñ unum. vbi formali
ter dicit.Pone ꝙ Titius à Marchione hẽt caſtrũ S. Stephani
in feudum,& à Comite caſtrum Baldum, nunquid antiquio
rem dominum dẽat iuuare?& reſpõdet ꝙ de perſona ſua de
bet iuuare ſolũ antiquiorẽ,ſ.de perſonali intereſſentia. Nã
27 propriè perſona eſt honorabilior,gratioſior, & magis ac-
cepta tã de iure,q̃ de facto dñis ſuis,q̃ ſi mitteret ſubſtitutũ
in quo non ita poſſunt reuocari nobilitatis inſignia,nec vir
tutis præconià abſq. eo ꝙ ẽt in principalib. ſolet eſſe indu-
ſtria maior,& experientia potior:vnde citius põt occurre-
re,& ſuccurrere,præcipuè in factis maiorum,in quib.conſi
liũ in arma ſumitur, vt naturaliter patet,& ſi qñ neceſſitas,
quæ legem non hẽt,faciat ꝙ dẽat mittere ſubſtitutũ, mittat
quem meliorem poteſt, ſcilicet primo domino, ſecundo
autem ſeruiet de caſtro ſuo iuxta morem conſuetum :
de pecunia mittat homines iuxta opum illius caſtri por-
tionem, quia in talibus conſuetudo inſpicitur. argum.
leg. venditor. §. ſi conſtat. ff. com.præd.& ita ut ſupra ſer-
uandum fore per dict. magnificum domi. Balthaſarum exi-
ſtimo. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

## SVMMARIVM.

1 *Publicatis teſtibus in cauſa principali, & illis didicitis, licet in cauſa appellationis teſtes ſuper capitulis antiquis producere, & examinare, & nu.7. ſecundum communẽ, ſed contra num.8.11.& 14. vbi eſt magis communis opinio, & nu.20.*

2 *Non deductum neque probatum in cauſa principali poſſum deducere, & probare in cauſa appellationis.*

3 *Teſtibus examinatis coram arbitro, & publicatis, licet etiam teſtes coram ordinario iudice ſuper primis capitulis examinare, intellige ut in nu.17.*

4 *Reſtitutio in integrum quantum præſtat minoribus, tantum præſtat maioribus appellatio, declara, ut in nu.8.*

5 *Variata inſtantia, ubi uariatur etiam finis agendi, tunc talis diuerſitas operatur, quod teſtes poſſunt produci ſuper capitulis antiquis, intellige ut in nu.19.*

6 *Inſtantia cauſæ principalis differt ab inſtantia cauſæ appellationis.*

9 *Diſpoſitio clem.2.de teſti. procedit etiam in foro ſæculari.*

10 *Conſuetudinem ſi in dubio amplectimur, a fortiori, ius canonicum.*

12 *Oratio uniuerſalis negatiua complectitur omnem cauſam, & omne tempus.*

13 *Lapſus inſtantiæ appellationis perimit ius partis, quod non eſt in inſtantia cauſæ principalis.*

15 *Declaratur tex.in l.eos.§.ſi qui autem.C. de appellat.*

16 *Lex per hanc, C.de tem.appellat.declaratur.*

## CONSILIVM XLV.

ARticulus iſte, An in cauſa appellationis liceat exami-
nare teſtes ſuper articulis productis in principali cã,
& ſuper quibus teſtes fuerunt examinati, publicati,& eorũ
dicta didicita, & percunctata, (ni fallor) indigeret deciſio-
ne Cæſarea: quoniam inter legum uertices tantus eſt confli
ctus opinionum, quod uix ueritas haberi poteſt: tamen ut
ſatisfaciam uoto magnifici do. Antonij Simonis de Mella,
dicam quid de iure ſentio, ſequendo communes Doctorum
ſententias a quibus nullo quouis modo recedere intendo.
Et ſequendo morem meum, primo arguam pro parte affir
1 matiua,quod † licitum ſit in ipſa cauſa appellationis exami
nare teſtes ſuper dictis capitulis, per text. in l. eos. §. ſi
quis autem,iuncta gl.in verb. proſequatur.C.de appella.v-
bi ſuccumbens in cauſa principali,quia minus allegaſſe cre
didit, poteſt plus probare apud eum, quã de appellatione
cognoſcere. habet glo.in verſi. proſequatur ſubiungit indu
cendo teſtes ſuper eodem vel connexo capitulo, & ita per
illum text. iuncta gl oſſ. ibi tenent Bald.& Paul. de Caſt.di-
centes quod licet Canoniſtæ aliter ſentiant in clem.2.de te-
ſtib. tamen quod eorũ opinio ſequenda eſt in foro eccleſia-
ſtico, & opinio legiſtarum in foro Cæſareo, quia lex non
vult perire veritatem, ſine qua vera iuſtitia adminiſtrari
non poteſt. Nec habet obſtare ſecundum Bald. ibi, timor
ſubornationis, quia ſpeciale eſt qđ non præſumatur in cau-
ſa appellationis, quæ eſt noua, & in qua interuenire debet
nouus,& terribilior iudex,quia maior,& qui ſubtilius exa-
minabit teſtem,& intercipiet eum,ſi poterit,& ei commina
bitur.Secundo eſt text.in l. per hanc. C.de tempo. appella.
2 iuncta glo.fi.in fi.ubi,† ſi in cauſa principali oppoſui aliquã
exceptionẽ,quam non probaui,uel minus plene; uel produ
xi aliquod inſtrumentum,quod ſuſpectum erat,& reuocaba
tur in dubium, quod uerbum plene non probaui,potero in
cã appellationis plene ꝓbare,& probatio ipſa admittenda
erit per cognitores,ut pleniore ſubueniatur ueritatis lumi-
ne,& gl.ibi expreſſe dicit,ꝙ ĩ cã appellationis potero tã ue
tera capitula quam noua coniuncta probare, & ita ẽt illum

tex.iuncta glo.ponderauerunt ibi Odofr.in 2.colu.verſi.& circa primum.Iacob.de Are.Ang.in 7.col.Cy.in 2.col.verſ. ſecundo,oppo.& Bal.col.6.verſi. or.modo uenio.ubi ponderat illa verba,ut pleniore ſubueniatur ueritatis lumine, conſiderando quod literа ponit comparatiuum pleniore, quod eſt participatio poſitiui,ergo ſiue pleno,ſiue ſemiple no lumine appareat in prima cauſa probatum, adhuc plenius uel uerius põt probari in cauſa appellationis. Nec habet ſecundum eum ſimiliter obſtare metus ſubornationis, quia iſta præſumptio eſt imaginaria,& non neceſſaria,quia vt experientia docet,teſtes ſolennes nõ poſſunt ſubornari.

Tertiò confirmatur hæc ſententia per tex.in l.fi.C.de te-
3 ſtib.vbi † teſtib.examinatis coram arbitro, & publicatis,licet etiam teſtes coram ordinario iudice ſuper primis capitulis examinare.

4 Quartò facit,nam † quantũ præſtat minorib. reſtitutio in integrum,tantum pręſtat maiorib.appellatio.l.præfecti. ff.de mino.ſed minor reſtitutus ad ꝓbãdũ,poteſt apertis teſtib.probare idē per teſtes meliores, digniores,uel melius ſcientes factum,in quib.ceſſat omnis ſiniſtra ſuſpicio.l.7.§. aduerſus.ff.de no.ope.nu.ergo idem dicẽdũ eſt in maiorib. vt eis ēt liceat teſtes de nouo examinare ſup.eiſd.capitulis.

5 Quintò facit vbi † variata inſtantia,uariatur ēt finis agēdi,tunc talis diuerſitas operatur, ꝙ teſtes poſſunt produci ſuper capitulis antiquis.c.ueniens de teſtib.vbi ſimilis caſus:ſed in caſu præſenti vtrũq; variatur,nam reſpectu inſtãtiæ hoc eſt clarum quia † alia eſt inſtãtia cauſæ principalis & alia appellationis, ut in d.l.ita demum. reſpectu ēt finis agendi demonſtratur,quia in cauſa principali producti fuerunt teſtes,reus cõdemnetur,ſed in cauſa appellationis agitur,vt detegatur,an appellatio ſit iuſta vel iniuſta,ergo,&c.

7 Sextò, & vltimò † iſta opinio comprobatur auctoritate gloſſarum & Doctorum. de quibus ſuprà, nec nõ per gl.in auth.qui ſemel.C.de prob.in verb.productione,vbi glo.dicit quod ita ſeruatur gl.in verb.nõ habebit,in §.quia verò, in verſic.illud in auth.de teſtib.col.7.& hanc eſſe cõem ſententiam legiſtarum refert gl.in verb.appellationis,in clem. 2.de teſtib.& eam ſeruari in iudicio ſęculari atteſtatur glo. in verſi.nouis,circa medium,in c.fraternitatis,& ibi Bal.de teſtibus rurſus idem Bald.in l.ampliorem,col.pen.in fin.C. de appellat.ipſamque legiſtarum ſententiam eſſe veram dixit Guid.Pap.in deciſ.d.l.36.quam etiam tenuerunt Barto. in tract.de differ.inter ius cano.& ciuil.num.153.D.Baptiſta de Sancto Blaſ.in tracta.de contradict.iur.cano.& ciuil. uerſic.15.Galuag.in trac.de differ.leg.& cano.nu.17.Oldẽdorp.in tracta.de colla.iur.cano.& ciuil.in verſi.teſtes, nu. 4.Proſdoc.in tract. de differ.utr.iur. num.63, cum ſequen. & Hieron.Zanet.in eo tracta.nu.80.Angel.in conſil.155.in 1.dub.Curt.ſen.in l.admonendi, nu.14.de iureiur.vbi dicit erroneam fuiſſe opinionem Bart.in l.per hanc, dum uoluit quod in prætorio Iuſtiniani publicatis teſtib.in cauſa principali, nõ poſſunt produci teſtes ſuper eiſdem capitulis in cã appellationis propter timorem ſubornationis,quæ mouit Pontificem ad ſic ſtatuendum in c.fraternitatis.de teſtibus,& in clem.2.eod.tit.quia eius opinio damnatur, & eſt contra rationem,nec ſeruatur in practica in prætorio Cęſaris quod inquit memoriæ tradendum in practica, quia eſt de pane lucrando.Curt.iun.in l.is apud quem, nu.53.C.de eden.ubi inquit,ita ſeruari in ciuitate Papiæ,& in toto ducatu Mediolani,ut tradit Practic.Papien.in forma opponendi cõtra teſtes,in uerbo,ſuntque publicatis,colum.2.Anch. in d.l.clem.2.Io.Coraſ.in d.l.admonendi, nu.45.& Oria.in in c.quoniam contra,in verb.teſtium depoſitiones,col.13, de proba.ubi ſimiliter tradit hanc eſſe communem legiſtarum,quę ſeruatur in foro ſuo.

8 Quibus tamen non obſtantibus, † contraria ſententia eſt de iure verior,quæ primo probatur in d.clem.2.de teſtibus ubi ſic formaliter loquitur Põtifex.Teſtib. ritè receptis,& eorum atteſtationibus publicatis,ſicut non licet ſuper eiſdem uel directo cõtrarijs articulis alios vel eoſdem teſtes in principali cã producere,ſic nõ debet in cauſa appellationis licere,cum non minus in appellationib.quam in princi-
9 pali cauſa ſubornatio ſit timẽda.Nec habet obſtare † quod diſpoſitio d.clem.procedit de iure canonico, & non de iure ciuili, quia reſpondetur,quod cum de iure Cæſareo ſint opiniones,& iſtud ſit clare deciſum de iure canonico,tunc ius canonicum eſt ſeruandum,ēt in foro ſæculari:& præualet illa opinio, quæ concordat cum iure pontificio. Nã ius ciuile non dedignatur ſequi ſacros canones in tali caſu,vt per Ab.per illũ tex.in c.1.de no.op.nũc.Dec.in c.clerici,in
10 princip.de iudicijs,quia † ſi in dubio recurrimus ad cõſuetudinem.l.ſi de interpretatione,ff.de legib.igitur à fortiori ad ius canonicum,ut no.Abb.dicit in c.cũ tẽpore.in gl.prima,in fi.de arbitr.Fel.& Dec.in c.eccleſia S.Mariæ,nu.36.đ conſtitut.& propriè in terminis noſtris,ita dicunt Imol.& Butr.& Felin.in c.fraternitatis,de teſtibus.Imol.in d.clem. 2.Anch.in repet.c.11.de conſtitut.col.16.uerſi.ultimò non omitto,& Guid.Pap.in conſi.35.in fi.

11 Secundò † de iure ciui.etiam videtur eſſe tex.in §.quia verò,in d.auth.de teſtib.vbi qui produxit teſtes, & eorum dicta didicit,non habet vllam omnino licentiam vlterius vti teſtium productione,ēt ſi diuina iuſſio hoc perceperit.Nec habet obſtare,ut aliqui dicũt qđ ille tex.loquitur in prima inſtantia,& non in ſecunda,quæ eſt diuerſa à 1.vt in d.l.ita demum.C.de procur.quia reſpõdetur, qđ cum ille text.loquat̃ generaliter,& ſe nõ reſtringat ad cãm principalẽ,ſed ſimpliciter dicãt,qđ non habet vllam omnino licentiã vlte-
12 rius probãdi,qđ † illa oratio vniuerſalis negatiua propter verbum omnino poſitum in tex.complectitur omnem cauſam.& omne tẽpus;ita Aret.in c.fraternitatis,nu.9.Nec verũ eſt qđ Imperator,in d.§.quia,verò, vt dicit Salic.in d.l. hanc,col.tertia,in princip.non conſiderauit inſtantiam,ſed tantum timorem ſubornationis,uuæ magis contingere poteſt in cauſa appellationis.quam principalis,quia vbi teſtes ſunt producti in cauſa principali, non tantum timetur de ſubornatione,cum ſperet producens quod bene deponent teſtes pro eo,ſed vbi ſunt publicati, & videt quod nihil ꝓbant,uel minus ſufficienter, tunc valde timeri poteſt,ne dicta de cauſa ſubornare quærat teſtes, vt obtineat intentionem ſuam,& iſta etiam ratio,quæ conſideratur in cauſa ap-
13 pellationis,in qua de maiori præiudicio agitur, cum † lapſus inſtantiæ aepplationis perimat ius partis,vt in auth.ei qui appellat.C.de temp.appe.quod non eſt in lapſu inſtantiæ cauſæ principalis.l.properandum.§.fi.C.de iud.ita But. & Imol. in d. ca.fraternitatis,& ideo non ſine ratione dixit alibi idem Imol.in d.clem.2.col.4.in fin.quod rationi poſitæ in d.§.quia verò, non videntur poſſe reſpondere legiſtæ. Vltimò non obſtat quod inſtantia ſit diuerſa, quia reſpondet Card.in d. clem.in 9.q.& 14.quod etſi inſtantia cauſæ appellationis ſit diuerſa à prima, quod ideo tamen nõ admittitur dicta productio teſtium propter maximam affinitatem,quam habet inſtantia cauſæ appellationis cum principali,& quia ſubeſt eadem ratio ſubornationis, quod etiã voluit Purpur.in l.is apud quem.C.de eden. nu.104.vbi inquit,opinionem legiſtarum eſſe ſeruandam in foro Cæſaris, quia inſtantia appellationis eſt ſuccedanea primæ. l.ita demum. C.de procur. vnde ſicut in prima cauſa non poſſet fieri vlterior productio,auth.qui ſemel.C.de proba.ita nec in ſecunda, quæ eius loco ſubrogatur,l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis.cautio. idẽ dixit Aret.in d.c. fraternitatis, nu.9.ubi tradit, quod quia cauſa appellationis ſubrogatur loco inſtantiæ cauſæ principalis,&cognitionis,l.cum apud Sempronium.ff.iud.ſol.in his in quibus eſt eadem ratio virtute ſubrogationis diſpoſitum in vno, extenditur ad aliud. l.libertum. §.ſenatus.ff.de ritu.nup.& ideo quod dicitur đ alia inſtantia,debet intelligi de alia diuerſa,quæ nõ habeat affirmationem cum prima,nec quæ eſſet ei ſuccedanea, vt quia prima cauſa fuiſſet perempta tempore.l.properandũ. C.de iudi.vel quia eſſet diuerſa, ratione cauſæ, vel ratione rei,vel perſonæ,ut per Bartol.in d.auth.qui ſemel.col.pen. in fin.verb. quęro an in alia inſtantia. C. de proba. & Docto.in d.capit.fraternitatis.

14 Tertiò, quod † opinio iſta ſit uera apud legiſtas comprobatur ex auctoritate Gloſſ.in d. clem.2. de teſtibus, &

in

in c.fratern itatis,eo.tit.vbi expreſsè ita tradunt Abb.Butr. Imo.Fel.& Soc. Imo.& Card.in d.clem.in 10.q.& 14.&Bar. ſibi contrarius in l.per hanc col. 2.in fi.C.de tēp. appellat. vbi inquit eſſe ſtandū d ecretali,de qua in c.fraternitatis,de teſtib.alibi idē Bar.in l.eos.§.ſi quid aūt.C.de appel.in aut. at qui ſemel.col.pe.in fin.verſ.quæro vtrum in cauſa appel laitonis,dum ſe remittit ad dicta per eum in d.l.per hanc, vbi ēt Sali.& Paul.de Caſt. dicunt hanc opinionem eſſe te- nendam in foro ciuili.Oria.in c.quoniā cōtra,in verſ.teſtiū depoſitiones,col.13.Spe.in tit.de teſte.§.ſatis vtiliter,verſ. & breuiter,col.pen.Philip.Gof.& Inn.in d. c.fraternitatis, vt refert ibi But.Ale.in cōſ.61.n.9.vol.2.& in conſ.283.col. 3.uol.6.Albe.de Roſa.in d.l.per hanc.Aret.in cōſ.109.col. 3.in princip.Barb.in conſ.35.in princ.vol.3.Cor.conſ. 27. in princ,vol.3.Guid.Pap.in deciſ.14. & 347.& in conſi.35. vbi dicit ita ſeruari in curia Delphi.Barbat.in clem.2.de te ſti.Ripa in d.l.is apud quem,nu.42.ubi inquit, diſpoſitionē ipſius clem.1.ſeruari in Ducatu,& Delphinatu Ancha. in c. 1.col.16.verſi.non omitto,de conſtit.Guid.de Zuza in trac. de ord.iud.nu.127.verſi.ſed nūquid.Affl.deciſ.216.in prin. Ang.in d.§.quia verò.Marſ.in conſi.43.num.26.in cōſ.73. nu.20.Io.de Amicis,in cōſ.11 1.nu.7.Purpur. in d.l.is apud quem,nu.104.de eden .& in l.admonendi, nu.68.ff.de iure iureiur.vbi dicit,ꝙ quicquid ibi dicat Cur.ꝙ opinio Bar.in d.leg.hanc,cōmuniter approbatur, & in practica ſeruatur. Maran.in tract.de or.iud.par.6.in verſi. ſextus actus, colu. pen.in fi.verſ.ſuper.3.q.Didac.in lib.1.pract.q.fol.128.nu. 6.Pariſ.in d.c.fraternitatis,nu.20.vbi aſſerit hanc eſſe com- munem,& nu.29.& Aret.ibi,nu.8.vbi citat hanc eſſe magis communem Docto.receptam ſententiam.

Non obſtant,quæ ex aduerſo deducta fuerunt, & primò text.in d.§.ſi qui autem,quia † reſpondetur Salic.in d.l.per hanc,col.2.verſ.2.motus,quod ille text. modicum facit, & verè loquitur,quia ille text. non dicit poſſe examinari te-
15 ſtes in cauſa appellationis ſuper eiſdem articulis,ſed tantū ꝙ ille,qui minus allegauit in cauſa principali, pōt plenius probare apud iudicē, qui de cauſa cognoſcere habet , quæ verba intelligi debent,ut ſuper nouis capitulis depēdentib. à veterib.teſtes produci poſſint,& non ſuper eiſdem,vt per Imo.poſt But.&alios,in d.c.fraternitatis,& Imo.in d.clem. 2.de teſtib.col.5,& ſic in caſu , in quo ceſſare poteſt timor ſuborn ationis.ut per Sal.in d.l.per hanc,col.3.in prin.

16 Similiter non obſtat d.l.per hanc , quia † reſpondetur, quod illud uerbum pleniore lumine,habet ſe comparatiuè ad totam cauſam,& non ad eudem articulum , quaſi dicat , licèt fortè cauſa fuerit competenter inſtructa probatis qui buſdam articulis in prima cauſa, per probationem tamen noui articuli in cauſa appellationis illuſtrabitur melius,& pro iſta expoſitione facit text. ibi circa medium ſecundi re ſponſi,ubi patet, quod Imperator diſponit de eo , qui tem- pore primæ cauſæ deficiebat in probatione,quod ſi intelli- gatur indefinitè,ut ſonat,ut omnino nihil probaſſet, decla- rat quod ſuper veteri articulo permittitur probationes in cauſa appellationis, vbi in prima cauſa nihil erat probatū, id eſt non erant producti teſtes: uel ſaltem non examinati. ita formaliter reſpondet Aret.in d.c.fraternitatis, nu.9.uel & ſecūdo itē alio modo rñdet Sali.in d.l.per hanc,in 3.col. verſi.ſed aduerte,ad quem breuitatis cauſa me remitto.

17 Similiter non obſtat tertium , quia reſpondetur † quod in caſu illa toleratur productio teſtium ſuper eiſdem arti- culis,quia teſtes fuerunt receptj à iuriſdictionem non ha- bente, ſed tantum notionem , & minus ritè,quo caſu etiam ſecundū canoniſtas iteratò ſuper. capitulis eiſdem recipi- poſſunt vt in d.cle.2.iuncta glo.in verſi.ritè ita Sali.in d.l.p hanc col.3.verſi.& primò attende.Docto.communiter in d. c.fraternitatis,& Bar.in d.authen.at qui ſemel.col.fin.vlte- rius ibi non recipiuntur teſtes parte aduerſa præciſè inuita ſed ea volente ,cum habeat electionem coram ordinario admittere probationes receptas,uel quod examinentur de nouo,ꝙ ſecus eſt in caſu noſtro,ubi parte inuita reciperen- tur. ita Bartol. in d.l.per hāc,colum.fi.& Sal. ibi colum.3.
59 fiſcationem bonorum allodialium, verùm & feudalium: † quæ quidem pęna priuationis bonorum feudalium,non poteſt imponi vaſallis ſubditis,niſi occaſione rei ad naturã feudi pertinentis,vt puta,quia dominus præcepit vaſallo ſubdito,vt veniat ad faciendum recognitionem,vel ad exhibẽdum ſeruitium,vel ad præſtandum iuramentum fidelitatis, vel homagium,vt per Iac.de S.Georg.in d.l.1.§.ſi. ff.ſi quis ius dicen.non obtempe.quẽ ſequitur Aegid.in d.ſuo trac.in tit.de pęnis,num.47. ſed vltra eum etiam addo eundem Iaco.in inueſt.ſua feud.in verb.dictique vaſalli promiſerũt recognoſcere,colum.4.verſ.inſuper quæro de alia pulchra & quotidiana quæſtione,cuius ſententiam etiam amplectitur Cagno.in l.1.§.fin.num.14.ff.ſi quis ius dic. non obtem. Nã vt dicit Ioan.Ray.in compend.feud.in c.Imperialem,§.præ-
60 terea ſi inter.de prohib.feud.alien.per Feder.iſtæ† magnæ pœnæ imponuntur,vt magis homines timeant,& vt euitentur atrocia,non autem vt exigantur ad vnguem.Vlterius dicitur,quod dictus do.Philippus non potuit mulctari in priuatione bonorum feudalium,quoniam tritum eſt de iure,ꝙ
61 † feudatarius fictè contumax,non poteſt vigore ipſius contumaciæ priuari feudo,niſi ter monitus fuerit, & non comparuerit,vt in c.1.de mil.vaſal.qui cont.eſt,vbi not.omnes, & Iaco.de S.Georg.in d. ſua inueſtitu. in verb. dictique vaſalli promiſ.non commit.felo.in 21.cauſa.

Supereſt modò,ut deueniamus ad cõfutationem eorum quæ in oppoſitum adducta fuerunt, & condeſcendendo ad
62 primum argumentum dicitur,† quod licèt dom. Philippus fuerit contumax, tamen quod fuit fictus, vt deductum fuit ſuprà ſatis abundè,& ideo cum non fuerit in vera contumacia,quod non potuit mulctari.Secundo dicitur, quod ea ẽt fuit nulla, quia facta fuit ante accuſationem vel inquiſitionem,vt per Aegid.vbi ſuprà.item & quia ſub confiſcatione bonorum,quæ nõ valet,& receſſit ab aula,vt dixerũt Iſern. Affl.& Aegid.in locis citatis.

Ad ſecundum reſpondetur, quod etſi in actis appareat ſcriptum, ordinationem de denuo citando do. Philippum
63 ad ſe excuſandum,& defendendum,tamen † quod non apparet de citatione,& de eius relatione nuncij, de qua omnino cõſtare debet,ut poſſit quis mulctari,per no. per Bar.

in

in l.hæc autem,§.non defendi.ff.ex quib. cau.in poſſ.ea,vbi
64 † expreſsè proceſſum factum in cõtumaciá ante relationê
nuntij nullum eſſe ipſo iure dicunt Doct.in c,qm̃ contra,de
proba.& ibi Dec.in num.25.vbi inquit, quod in actis ſcri-
65 bi debet commiſſio iudicis,& relatio nuntij,ſubdens, † ci-
tationem iudicis de citando,executionem nuntij,& relatio
nem citationis fact æ.Bald.in leg. nam ita diuus,in fin.ff.de
adopt.Hinc dixit Bal.in leg.conſentaneum, & ibi Boer.nu.
66 8.C.quo.& quan.iud.quod † licet credatur nuncio referê-
ti ſe citaſſe,tamen niſi referat, & de relatione conſtet, iu-
dex non poteſt ferre ſententiam,ait etiam Maran. in tracta.
67 de ordi.iudi.in 6.parte,in ver.propoſui,nu.54.† quod nun
tij relatio in actis apparere debet,antequam actus in contu
68 macia fiat, aliàs actus eſt nullus, ex quo † relatio ipſa eſt
actus ſubſtantialis.Bal.in leg.fi.C.de fer.& adeò hoc eſt ve-
69 rum, † quod ea fieri non poteſt in die feriato in honorem
Dei.rurſus vbi ſuprà,in 3.par.in 16.diſtin,vbi dicit hoc eſſe
70 notandum,quia millies euenire poteſt:& quod† cautus eſ
ſe debet quis, quando videt actum factum in contumacia,
vt ſemper perquirat in actis, an ſit ſcripta relatio nuntij.
Marſi.in d.l.de vno,nu.119.cùm igitur non apparet de cita-
tione ipſa executa,ideò mulcta nulla,

71 Similiter non obſtat tertium,quoniam † huiuſmodi confi
ſcationis pœna non eſt in vſu,& communiter a Doct. dam-
natur,vt ſuprà dictũ fuit,niſi in cauſis enormiſſimis, & poſt
accuſationem,& inquiſitionem,& non ante, prout non eſt
caſus noſter,vbi non agitur de rebellione, nec de alia ma-
gna cauſa,& inconſueta,vt conſiderant Iſer.Affl. & Aegid.
vbi ſupra.

72 Secũdo reſpondetur,quod † ſi pro vna contumacia quis
non poteſt mulctari in amiſſione totius cauſæ, vt per Doct.
communiter in d.l.1.§.fin.ff.ſi quis ius dicent.non obtemp.
Alex.in l.1.§.in operis.ff.de no.ope.nunt.Bal.in l. & in mul
73 ctis.C.de appella,vbi † voluit, quod propter vnam contu-
maciam etiam concurrente periurio non poſſit iudex mul-
ctare in amiſſione cauſæ & iuris ſui, per text. in auth. ei qui
iurat.C.de bon.autho.iud. poſſ. ſequitur Curt. in l. is apud
quẽ.nu.25.C.de eden.Cagn.in d.l.1.in prin.nu.90. & 93.&
in §.fi.nu.14.ergo multò minus in confiſcatione bonorum,

74 Pariter non obſtat,† delegatum principis poſſe mulcta-
re,quia id non negatur,ſed dicitur eum maiorem mulctam
imponere non poſſe,quàm imponeret ordinarius: vt hanc
eſſe communem opinionẽ atteſtatur Gaſpar.Vaſal. in repe.
l.imperium.nu.221.ff.de iuriſd.om.iud.vbi plus dicit,quod
nec tantam quantam ordinarius. Secundo reſpondetur,ꝙ
non poteſt imponere pœnam confiſcationis bonorum, vt
75 latè deductum fuit ſupra.Nec obſtat† quod l.eos,non ſit in
vſu, & quod iudices poſſunt metam de qua in ipſa lege ex-
cedere:quia dicitur,quod etiam ex quo in iure non reperi
tur, quod poſſint confiſcare bona,& ab vſu receſſit hęc pę-
na,vt latè dictum fuit, quod delegatus ipſe mulctam talem
indicere non potuit D.Philippo.Item & quatenus à lege ſic
permitteretur, illud locum ſibi vendicaret in grauiſſimis
cauſis, aliàs ſecus: vt per Iſer.Affl.& Aegid. in locis recita-
76 tis,& Oldr.in conſ.15. Vnde † ex his omnibus concluden-
dum eſſe arbitror,dictam mulctam, quæ ſeuera & crudelis
reputatur apud legislatorem,in l.mulcta, cùm ob ſolam cõ
tumaciam imponatur,nullam fuiſſe,rationibus,cauſis,& au
ctoritatibus ſupra relatis. Laus Deo.

Rolandus a Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

*1 Alapis afficiens officialem pœna mortis de iure cõmuni punitur,declara ut in nu.13.*

*2 Iniuria facta officiali, ſi eſt notoria, punienda eſt per offenſum intellige,ut in nu.14.*

*3 Merum habens, & mixtum imperium, ſi iniuria notoria ſibi facta ſit,in cauſa propria ius ſibi dicere poteſt.*

*4 Poteſtas non poteſt ei qui ſibi intulit iniuriam, remittere pœnam,cum iniuria non tantũ ſibi facta dicatur, ſed etiam communi, & toto populo ciuitatis,*

*5 Delictum quando eſt notorium,non requiritur cauſæ cognitio,ſed punitio.*

*6 Iudex in cauſa iniuriæ notoriæ ſibi facta, non poteſt allegari ſuſpectus.*

*7 Iniuria quando eſt facta officiali, non prætextu dignitatis, ſed odij particularis, ſecundum communem, iudex non poteſt eſſe in cauſa propria.*

*8 Iniuriam ſi quis committit in perſonam Domini ſui, uel in priuatam perſonam, non poterit dominus illum punire, & ſi propter hoc aliquid extorqueat, illud reſtituere tenetur.*

*9 Rectori ſi quis rebellaret,propter factum ipſius rectoris, qui eum male tractauit, non diceretur hoſtis principis, vel ſummi Pontificis.*

*10 Conſiliarium Principis occidens ratione priuati odij,& nõ in contemptum dignitatis,non incidit in crimen læſæ maieſtatis.*

*11 Iniuria non dicitur illata ratione dignitatis, quando non eſt facta iudice ſedente pro tribunali.*

*12 Iudicem Principis verberans, dum eſt in executione officij,iniuriam Principi facere dicitur.*

*15 Notorium dicitur,quod decem viderunt homines.*

*16 Iniuria quando eſt notoria, & pœna eſt arbitraria, tunc quis iudex eſſe non poteſt in cauſa propria.*

*17 Cognitio, & punitio iniuriæ factæ,officiali ſpectat ad dominum,& ſuperiorem ſuum,& nu.19.ac 34.*

*18 Iudex quis eſſe non poteſt in cauſa familiarium ſuorum.*

*20 Iuriſdictio conceſſa inueſtito per dominum, conceſſa videtur accumulatiue, & non priuatiue, & ſic ea competit utrique, adeo quod locus eſt præuentioni, ſed contra num.25.*

*21 Superioris auctoritas ſemper in conceſſionibus iuriſdictionum præſeruatur illæſa,cum citra eius auctoritatem nequeat exerceri.*

*22 Dominus directus non poteſt ſe intromittere de primis cauſis loci vaſalli inueſtiti de mero & mixto imperio, & num.40.*

*23 Seneſcalcus regius non poteſt dare tutorem pupillo, qui eſt de terra Baronis ſibi ſubiecti,& in qua habet merum & mixtũ imperium,& omnimodam iuriſdictionem & nume.39.*

*24 Archiepiſcopus qui eſt ſuperior epiſcopo, non poteſt exercere iuriſdictionem in diœceſi epiſcopi, niſi in caſibus de quibus in c.paſtoralis, de offi.ord.*

*26 Pœnæ,mulctæ, & confiſcationes delinquentium in territorio vaſalli, habentis merum & mixtum imperium, ſpectant ad eum,*

*27 Princeps quando donat alicui iuriſdictionem caſtri, uidetur ei donare omnem iuriſdictionem, & omnes reditus cauſarum ciuilium,& criminalium,*

*28 Reditus,prouentus,& omnis commoditas caſtri, uel territorij,pertinet ad feudatarium ratione vtilis dominij.*

*29 Domini diuerſi quando dantur in aliqua poteſtate videlicet ſuperior,& inferior,non poteſt dominus ſuperior manum imponere ad rem ſubiectam inferiori.*

*30 Cauſa proxima & remota,vbi concurrunt, potius attendẽda eſt cauſa proxima, quam remota.*

*31 Cauſa immediata ſemper plus attenditur, quam mediatæ.*

*32 Officialis alicuius uaſalli, ſi eſt corrigendus, per dominum ſuum inferiorem corrigi debet, & non per dominum ſuperiorem.*

*33 Appellandum eſt gradatim, primo ad dominum inferiorẽ & demum ad ſuperiorem.*

*35 Cyn.in l.1.col.fi.uer.ſi uero illata ſit.C.ne quis in ſua cauſa iud.dum loquitur quod querela reſeruari debet principi, debet intelligi de Principe immediato, nu. 37. & 38. ubi declarat.*

*36 Iudex ſi patiatur iniuriam, ſuperiori ſuo illam nunciare debet.*

## CONSILIVM XLVIII.

MAgnificus do.Agamenon vtilis do.Belbi, & de eo
inueſtitus cum mero & mixto imperio,ac omni-
moda iuriſdictione, in dicto loco deputauit offi-
cialem dom. Gabrielem Ferrerium, qui a Simo-
1 ne Merlo alapis fuit affectus, † cuius iniuriæ pena de iure
communi eſt mortis, ut inquit Bal.in c.1.§.iniuria.in prin.
de pace iur.fir.quem ſequuntur Ana.in c.inquiſitionis.in fi.
principij,de accuſa Fely.in c.ex literis.col.antepe.in 1.de-
clarat.de conſti,Iaſ.in l,qui iuriſdictioni. col.2.verſi.per i-
ſtam,ff.de iuriſ.om.iud.Affl.in conſti,regni.conſtitu,Obſer
uent.§.eos.col.2.& Maran,in tract.de ord.iu.in 4.Par.diſt.
1.num.53.& 55.Oritur modo difficultas, An officialis ipſe
poſſit contrà huiuſmodi delinquentem procedere & eum
punire? vel & ſecundo etſi ad eum non ſpectat cognitio &
punitio, ea pertineat ad dict. dominum Agamemnonẽ vti
vtilem dominum eiuſdem loci, vel ad illuſtriſſimum domi-
num directum? Prima facie, quo ad primum articulum di-
cendum videretur, quod punitio huiuſmodi iniuriæ ſpecta
re debeat ad ipſum officialem offenſum, & ſic quod poſſit
eſſe iudex in cauſa propria, quia iuiuria ipſa fuit notoria,
2 quo caſu † quando iniuria facta officiali eſt notoria,per ip-
ſum puniri poteſt delinquens. ita dicunt communiter in c,
1.de pœ.in 6.Abb.& cæteri in c.cum veniſſent. de iud. Bar,
in l.ſi quis,§.ſi quos,ff.de pœn,Ang.in tract.malefi.in verb,
hæc eſt quædam inquiſitio.verſicu. quæro an iudex poſſit,
Alex.in conſi.13,col.6.verſicu.quæro an iudex.vol.6.Iaſ.in
in d.l.qui iuriſdictioni,Luc.de Pen.in l.2.in l.3.q.in fi. C.in
3 quib.cau.lib.11.Craue.in conſi.232.nu.7.vbi† inquit,habẽ
tem merum & mixtum imperium in tali caſu ius dicere poſ
ſe in cauſa ſua, quia iſtud non abhorret a iure, quando fa-
ctum eſt notorium.Cap.deciſ.124. & Gand.in tract. malef.
4 in tit.de pœ.nu.26.vbi plus ſubdit, † ꝙ Poteſtas non poſſet
retractare,nec remittere pœnam tali delinquenti, cum in-
iuria non ſit facta ipſi tantum, ſed etiam communi, & toto
populo ciuitatis. Vniuerſis enim redditur, quod pro uoto
primatibus indulgetur,ut l.reſtituendæ.C.de aduoc,diuer.
iud.nam in prædicto caſu non ipſi iudici, ut priuato, ſed ut
iudici facta eſt iniuria:& non ipſe,ut in ſuo negotio, ſed ut
alius procedit & condemnat.arg.l,ſi pater.§.qui duos,ff.de
adop.c.Romana.de pęn.in 6.ratio etenim ſecundum Doct.
5 in d.l.1.& in citat.c.1.de pœ.eſt,quia† quando delictum eſt
notorium,tunc non requiritur cauſæ cognitio,ſed punitio,
l.ea quidem, C. de accuſa. & quia non poteſt dici iudex in
cauſa propria,ſed potius executor iuris,ut in c. in manife-
ſtis,2.q.1.& in tantum hoc eſt verum quod dicunt Doct. v-
6 bi ſupra,quod† iudex ipſe nonpoteſt allegari nec dici ſuſpe
ctus: ſed in caſu noſtro iniuria facta officiali,fuit facta in lo
co publico,ergo notoria,igitur,&c.

Quibus tamen non obſtantibus, contraria ſententia, in
caſu de quo agitur, eſt de iure uerior, quoniam communi
calculo receptum eſt, quod † quando iniuria facta eſt offi-
ciali non prætextu dignitatis, ſed odj particularis, iudex
quis eſſe non poteſt in cauſa propria,ita Cyn.& alij,in d.l,
1.& in d.c.1,de pœ.quia iniuria perſonalis præualet.l.eum
qui.§.ſi iniuria mihi.ff. de iniur, licet ſecundario reſpiciat
8 dignitatem. Et ideo dixit Old.in conſi.7.quod† ſi quis com
mittit iniuriam in perſonam domini ſui temporalis, ut in
priuatum, quod non poterit dominus illum punire, & ſi
propter hoc aliquid extorqueat a delinquente, quod tene-
tur iſtud reſtituere.id etiam uoluit Spe,loquens in delega-
to in tit.de iud.deleg.§. ſequitur videre in fi. princip. Nam
aliud eſt quando fit iniuria officiali contemplatione domi-
ni, uel odio ſui, ut inquit Bart.in l.1,§.fi.de iniur.Quærit e-
nim ibi Bar.An ſi fiat iniuria famulo, clerico,vel ciui,com-
petat actio domino, Epiſcopo,vel ciuitati? & dicit quod ſi
fit iniuria eis in contumeliam domini,epiſcopi, vel ciuita-
tis, tunc competit actio ciuilis iniuriarum vnicuique ipſo-
rum, quaſi pro iniuria ſibi illata, l. apud Labeonem,§,ſi a-
pud.ff.de iniur. ſecus ſi non fiat iniuria eis in cõtumeliã do
mini,epiſcopi vel ciuitatis,ſed ipſorũ,& Ba,ſequũtur Dec.
in conſi,686,col,penult.& Affl.in c.1. §. iniuria. nu. 50. cũ
duob.ſequent.de pace iur.fir.Confirmatur hæc ſẽtentia ex
ſcriptis per Bartol. in l. hoſtes,colum.fi.ff.de capt.vbi dicit
9 † quòd ſi quis rebellaret rectori propter factum ipſius re-
ctoris,quia eum malè tractat,vt faciunt ciuitates, Ducatus
& Marchiæ,tunc non diceretur hoſtis Principis,vel ſummi
Põtificis,ſed ipſius rectoris. Accedit quoque quod ſcribit
Iſer,in tit.quæ ſint reg. in verſi, committendum crimen.&
Ang.in d.§.eos,col.3.Carer,in ſua pract.crim.in §. homici
cidium,nu.109.& Hier.Gigas in tracta,de crim. læſæ maie,
10 lib,1.q.4.vbi dicunt † quod occidens conſiliarium Princi-
pis ratione priuati odij & inimicitiæ, & non in contemptũ
dignitatis,non incidit in crimen lęſę maieſtatis, Vnde cum
in caſu præſentis Simon alapis non affecerit do.Gabrielem
prætextu dignitatis,ſed ut priuatum, & ratione inimicitiæ
particularis, vtique dicendum d. Do. Gabrielem non poſſe
eſſe iudicem in cauſa propria.

11 Quòd antem † non fuerit illata iniuria ratione dignita-
tis,conſtat,quia ut probatum extitit, non fuit facta iudice
ſedente pro tribunali,ut uelle uidetur Bart.in l,ſi quis obre
pſerit in fi.ff,ad l.Cor.de fal,ubi inquit, quòd quando deli-
ctum ſit coram iudice in offenſam iudicis, non in actu iudi-
ciario,ut puta, ſi dicat ſibi uerecundiam, ſi percutitur ipſe
vel eius familia,ille non eſt actus iudiciarius,& ideo nõ po
teſt ex officio ſuo iudex in iſto caſu procedere. Quando-
que in actu iudiciario fit aliqua iniuria, ſiue aliquod deli-
ctum coram iudice,vel à parte,vel à notario,vel a teſte,uel
ab aduocato,& tunc iudex poteſt punire delinquentem ex
officio,vt in l.1,C,de calum.& Bart, ſequitur Ang, in tract,
malefi.in verſ.falſario.nume.25.idem dixit Cyn.in l.ſi non
12 conuitij,col.3.verſi.præterea,C.de iniur.vbi dicit† quod ſi
quis uerberaret iudicem,uel officialem regis Roberti, uel
aſſeſſorem & officialem Comitis Romandiolæ, vel alicuius
ſuperioris,dum eſſet in executione officii, quod tunc uide-
tur eſſe illata iniuria ſuperiori,cuius perſonam gerit in eo
ſtatu, quia iniuriã illatam militibus iuxta latus Principis
exiſtentibus,Princeps reputat propriam,argum.l,quiſquis
C.ad l.Iul.maieſt.ſecus ſi fuit illata ratione odii particula-
ris.hoc etiam tradit Gand.vbi ſuprà,& Guid.Papæ.q.557.
Maſuer.in pract.ſua in tit.de iniur.nu.6. & admittit Rebuf,
in tract.de priuil.ſchol.priuil,166.num.6.& ideo dicit Affl,
in d.§.eos,col.2,quod dictum Bal.in d.§.iniuria. de quo ſu-
13 prà feci mentionem,videlicet quod† dãs alapam iudici,pu
nitur pœna mortis,debet intelligi quando data fuit iudice
ſedente pro tribunali,& non pro odio particulari.

Non obſtant adducta in contrarium, quia reſpondetur,
concluſionem prædictam veram eſſe,& communiter rece-
14 ptam,†quando iniuria illata iudici fuiſſet notoria,quia fa-
cta publicè & ſub præſentia populi,quia tunc cùm ſit facta
notoriè,iudex ipſe poſſet punire,ut inquit Iaſ. in l.qui iuriſ
dictioni.colum.1,verſ.limita tamen,ff,de iuriſdict. om,iud,
15 uel ſi eſſet illata coram decem hominibus, quia † quod de
cem homines viderunt,dicitur notorium,ſecundum Cy.in
l.ea quidem,C.de accuſa.& Anto.de Butr.in ca. ueſtra col,
19.de cohabi.cleri.vel mulier.ita Affl.in d.§.eos,col,2. vbi
etiam ponit practicam, quid agendum ſit per iudicem quã
do fit ſibi dicta iniuria notoria,vel iniuria fit ipſo iudice ſe
dente pro tribunali ut per Gand.& alios, ubi ſupra. ſed in
terminis noſtris non conſtat quod fuerit illata in pręſentia
populi,vel decem hominum,nec iudice ſedente pro tribu-
nali, igitur non obſtat argumentum.

Secundò reſpondetur, quòd etiam ſi crimen fuiſſet noto
rium in caſu præſenti,quod dom.Gabriel. non potuiſſet pu
nire dictum Simonem, quia pro tali iniuria non punitur à
16 ſtatuto pœna certa,ſed arbitraria, † quo caſu quando iniu
ria eſt notoria & pœna arbitraria,tunc iudex non poteſt eſ
ſe quis in cauſa propria.quia tunc arbitrãdo poſſet excede
re modum.Ita Abb,& alij,in d.capit.cum veniſſent. Abb,in
cap,dilectus.col.1.de pœn.in c,1,de maled.in c.propoſuit.
de appel,Iaſ.in d.l.qui iuriſdictioni.col.1.& in 8.limitatio.
& Zaſ.ibi col.2.Oldra.conſi.7.Doct.in d.ca.1.de pœnis,&
Affl.in d,§.eos,& Capic.in allegat.deciſ.124.& Doct.com-

muniter in d.l.1. Vnde ex his remanet expedita prima du-
bitatio, quòd officialis ipſe non poteſt cognoſcere de hu-
iuſmodi iniuria, nec dictum Simonem delinquentem pu-
nire.

Deuenio ad ſecundam dubitationem, in qua primo aſpe-
17 ctu dicendum videtur,† quòd huiuſmodi cognitio & puni
tio ſpectet ad Illuſtriſ.D. Principem dominum directum ip
18 ſius loci Belbi, quia † quis non poteſt eſſe iudex in cauſa
familiariũ ſuorum.l.qui iuriſdictioni.ff.de iuriſd. omn.iud.
ſed iudex deputatus ab aliquo domino dicitur eſſe ſuus fa-
miliaris, ergo &c.

Secundò iſtud velle videtur Cyn. in d.le.1. C.ne quis in
ſua cau.iud.col.fi.verſi.ſi verò illata ſit iniuria, vbi inquit,
19 † quòd ſi facta eſt iniuria iudici ex inimicitia perſonali,
quod ipſe iudex eſſe non poteſt in tali cauſa, & quod que-
rela debet reſeruari Principi, arg.l.ſenatus.ff.de off. præſid.
vel ſuperiori, vt dicunt omnes Scrib. in d. c. cum veniſſet,
in c.dilecto, de pœn.in cap.1.de maled.& in l. 1. ne quis in
ſua cauſa iud.

Tertiò: quia Princeps præuenit dominum vtilem in pro
20 cedendo, quo caſu † cum iuriſdictio conceſſa inueſtito, nõ
appareat conceſſa priuatiuè ad principem, ſed accumulati-
uè, & per inueſtituram non videatur ſublata iuriſdictio ab
ipſo Principe concedente, ſed vtrique competat, per tex. in
c.dudum, de præben.in 6.l.1.C.de off.præfec.vrb.Docto.in
cap.paſtoralis, & maximè Fely.in prin.de off.ord.Roma. in
conſ.393.videtur dicendum, quod ſtante huiuſmodi præuẽ
tione non poſſit vaſallus de dicto delicto cognoſcere.& ad
hoc bene facit, quod dixit Bal.in l.qui ſe patris.C.vnde lib.
21 vbi † inquit, quod in conceſſionib.iuriſdõnum ſemper au-
thoritas ſuperioris concedentis præſeruatur illæſa, cum ci
tra eius auctoritatem nequeat exerceri, & in eo ſemper reſi
deat ſuprema poteſtas inſeparabilis.

Quibus tamen non obſtantibus, contrarium de iure ve-
rius eſſe arbitror, quod cognitio ipſa, & punitio ſpectet ad
dominum vtilem dicit loci Belbi, quòd ex infraſcriptis pro
22 batur. Nam † clarum eſt in iure, quod ad dominum inueſti
tum de mero, & mixto imperio, & omnimoda iuriſdictio-
ne ſpectat cognitio cauſarum primarum loci, de quo inue-
ſtitus eſt, de quib.dominus directus non poteſt ſe intromit
tere, quia cum dictus inueſtitus habeat in eo utile dominiũ
cum utilitate & effectu, debet præferri directo. Ita Bal.in l.
1.ff.de rer.diuiſ.quæſt.43.col.2.uerſi.2.ita etiam tenet Præ
poſ.in ca.1.in fin.commenti de controu.inter uaſal.& epiſ.
quos ſequitur Bru.conſi.23.in fin.31.col.2. & conſi.47.col.
2.Mart.de Laud.in tract.de prin.nu. 138.incip. Dux. Facit,
quod uoluit Andr.de Iſer.in cap.1.§.rei autem, in 2.col.ubi
etiam Affl.col. 2.uerſic. ſed quis præfertur, de inueſti.de re
alie.fac.& uu.12.Cur.iun.in tract.feud.in 1.par. q.6. col.2.
uerſic.& ideo dixit.in conſ.2.col.1.Pariſ.in conſ.8.num.30
uol.1.& Iac.de S.Georg.in inueſtitura ſua, in uerſ.uicarius,
colu. 2.ubi inquit, ꝙ ſi dominus inueſtiuit uaſallum de ali-
quo loco, cum mero, & mixto imperio, & omnimoda iuriſ
dictione, & uaſallus in loco conſtituiſſet officialem coram
quo inter ſubditos illius uaſalli agitaretur aliqua quæſtio,
quod non poſſet ſuperior inhibere officiali, ne de dicta cau
ſa cognoſceret, per dictam communem deciſionem Bal. de
qua ſupra. ſed quod bene putat ſuperiorem poſſe mandare
officiali illius uaſalli, ut intra certum tempus decidat cau-
ſam, per ea, quæ habentur in capit. paſtoralis, in princip.
de offic.ord.ubi Fel.in prin.& in cap.nullius, de iure patro.
Homod.in conſ.8.col.pen.& pro iſta parte facit, quod uo-
luit Ioan.Fab.in §.1.col.3.uerſ.ſed an ſuperior, Inſtitut.de
23 Attil. tuto. ubi dicit. † quod Seneſchalcus regius non po-
teſt dare tutorẽ pupillo, qui eſt de terra Baronis ſibi ſubie-
cti, & in qua habet merum, & mixtum imperium, & omni-
modam iuriſdictionem, quia Seneſchalcus eſt iudex, & ſu-
perior in terra Baronis in caſu reſorti tantùm, & ideo qđ
non poteſt exercere iuriſdictionem, niſi in defectum ipſius
24 Baronis, ad inſtar † Archiepiſcopi, qui eſt ſuperior epiſco
po, & tamen non poteſt exercere iuriſdictionem in diœce-
ſi epiſcopi, niſi in caſib.de quib.in c.paſtoralis, de offi. ordi.
& Fab.ſequitur Cur.iun.in d.conſ.2.col.1.Tho.Gramma.in
deciſ.30.num.11.

25 Et in tantum hoc eſt uerum, quod † licèt iuriſdictio regu
lariter, & in dubio uideatur conceſſa accumulatiuè, & non
priuatiuè, hoc eſt per conceſſionem, non uideatur ſublata
illi, qui prius illam habebat, ſed quod vtrique competat, vt
per Fel.poſt alios, in c.paſtoralis, de officio ord. tamen hoc
fallit in inueſtito de feudo, vt princeps non poſſit concurre
re in primis cauſis in iuriſdictione cum vaſallo. ita Abb. in
c.cæterum, col.2.in fi.verſic.fateor tamen, de iud. quem ſe-
quitur Bru.in cita.cõſi.47.col.2.vnde cùm clarum, ſit quod
dominus directus non poſſit ſe impedire de iuriſdictione
vaſalli circa primas cauſas hominum ipſius loci, videtur di
cendum, quòd cognitio huiuſmodi delicti ſpectet ad domi
num immediatum.Felin.in capit.paſtoralis, verſic.limita 6.
de off.ord.Thom.Gramma.in deciſio.30.nu.11.in princ. &
26 in fi.& præſertim † cùm omnes pœnę, mulctæ & confiſcatio
nes delinquentium in ſuo territorio ad eum pertineant, cũ
habeat vtile dominium cum vtilitate & effectu, vt per Bal.
in d.l.1.in d.quæſt.43.& per Iacob.de S. Georg. in verſicul.
cum mero, & mixto imperio, & Bru.conſi.23.in fi.& in con
ſil. 31. in 2. dubio, vbi multa circa hoc allegantur, & in pe-
nult.col.in fi.verſi.inſuper Fulgoſ.con.1.& Bal. in l.fi.colu.
27 2.ff.de conſtit.Princip.vbi inquit, quod † quando Princeps
donat alicui iuriſdictionem caſtri, videtur donare omnem
iuriſdictionem, & ideo quod omnes reditus cauſarum ciui-
lium, & criminalium ad eum pertinent, refert Iaſ.in l.Impe
rium, col.5.verſi.ex hoc vltra alios, de iuriſdic.omn. iud.&
Crau.in conſi.128.colum.2.vbi etiam adducit Pau.de Caſt.
in conſil.353.vol.1.ubi latiſſimè, & pulcherrimè oſtendit,
28 † quòd omnis commoditas, reditus, vel prouentus caſtri
vel territorij pertinere debent ad feudatarium ratione vti
lis dominij, & ſicut iſta deberent pertinere ad vſufructua-
rium, multò fortius ad feudatarium, cùm vſufructuarius
dominium vtile non habeat, ſicut feudatarius.

29 Secundò pro iſta parte facit, † quando in aliqua poteſta-
te dantur diuerſi domini, ſuperior, & inferior, non poteſt
dominus ſuperior regulariter apponere manum ad rem ſu
30 biectam domino inferiori, quod probatur, † vbi concurrũt
cauſa proxima, & remota, potius eſt attendenda cauſa pro-
xima, quàm remota, vt pluribus medijs demonſtrat Bald.
in l.ex placito, in 1. & 2.col.C.de rer.permut. & ideo dixit
31 Bal.in l.ſub prætextu, l.1.C.de tranſact.quod † cauſa imme
diata ſemper plus attenditur, quàm mediata. l. ſi mulier. ff.
rer.amota.Pariſ.in conſi.127.nu.4.vol.1.conſi.41.nu.7.vo-
lum.3.Cur.iun.in conſil.2.colu.2.verſic.4.vbi inquit, quod
ex his reſultant duæ concluſiones, quarum prima eſt, quod
32 † vbi agitur de corrigendo officialem alicuius vaſalli. & ſic
domini inferioris, talis correctio primo loco poti⁹ ſpectat
ad ipſum dominum inferiorem, tanquam ad cauſam imme-
diatam & proximam, quàm ad dominum ſuperiorem, &
ſic ad cauſam remotam. Item & alia quod in caſu l. ſuppli-
care, cum ibi not.per Bar.C. vt lit. pend. quod cum ibi dici
tur, ꝙ lite pendente poteſt ſupplicare. Principi pro dando
conſultore, vel adiuncto, debet intelligi, quod ſit ſupplican
dum Principi immediato, & non mediato.& pro iſta parte
33 bene facit l.imperatoris, ff.de appel. vbi † gradatim eſt ap
pellandum ad primum dominum, & demum ad ſupremũ.

Reſtat, quòd ad contraria oportunè reſpondeatur, unde
non obſtat primum argùmentum, quia reſpõdetur, paſſim
Doc. admittere in d.c.1.de pę.& in d.l.1.in c.cũ veniſſent,
34 & Abb.ac alij in c.dilectus, de pœn.cognitionem † & puni-
tionem huiuſmodi delicti ſpectare ad ſuperiorem officia-
lis, cui ex odio, & inimicitia particulari facta fuit offenſa.

35 Secundo non obſtat, quod no. † Cy.in d. l. 1. ubi inquit,
querelam reſeruandam eſſe Principi, quia illud dictum de-
bet intelligi de Princ. immediato, non autem de mediato,
quod probatur multis modis, & primo per ipſummet Cyn.
in d.l.1.in 3.col.verſi.4. quia eſt lex. C. ne quis in ſua cauſa
iudi.vbi inquit legem eſſe expreſſam in §. ſi vero egerit, in
36 in auth.de defen.ciuit. colu.3. quòd † ſipatiatur iudex in-
iuriam, ſuperiori ſuo illud debet uunciare, & ſi domino

ipſius

ipſius iudicis;qui illum deputauit.iſtud etiam uelle uidetur
Alb.de Roſa.in d.l.ſenatus,in fi.uerbis.ff.de off.præſid.dum
dicit recurrendum eſſe ad ſuperiorem , ut eſt caſus ſecun-
37 dum Ray in d.§.ſi uero egerit.Secundo,† quod intelligi de-
beat de ſuperiore ſuo demonſtratur, ut, quia Cy. in d. l.1.
col.fi.dicit querelam eſſe reſeruandam ſucceſſori, uel prin
cipi:ſed ſucceſſor deputatur a domino feudi, ergo ne plus
tribuatur ſucceſſori,quam ipſi domino,dicendum uidetur,
ꝙ dum Cy. facit mentionem de principe , & alij Docto. de
ſuperiore,quod uera intelligentia eſt de principe, uel ſupe
riore immediato, per ea, quæ ſupra dixi in ſecundo funda-
mento partis affirmatiuæ,ubi cauſa proxima magis attendi
tur,quam remota.

38 Item, & tertio reſpõderi poteſt, † ꝙ Cyn. & alij Docto,
loquuntur in locis & terris , in quibus omnimoda iuriſdi-
ctio pertinebat ad unum ſolum, ut ad Imperatorem,qui eũ
inſtituebat,& ille locus,& terra non erat alicuius vaſalli,&
iſta reſponſio bene ſumitur ex dictis per Fab. in d. §. 1. In-
39 ſtit.de Attil.tuto.Quærit enim ibi Faber,An † Seneſcalcus
regius poſſit dare tutorem pupillo,qui eſſet de terra Baro-
nis ſibi ſubiecti,& in qua habet merum , & mixtum impe-
rium,& omnimodam iuriſdictionem ? & prima facie dicit,
ꝙ ſic,quia Præſes poteſt dare tutorem in locis , in quib. eſt
defenſor,§.non valentes,in d.auth.de defenſ. ciuita. tamen
contrarium determinat , quia Seneſchalcus eſt iudex & ſu-
perior in terra Baronis in caſu reſorti tantum,& nõ poteſt
exercere iuriſdictionis actum,niſi in defectum ipſius ad in-
ſtar Archiepiſcopi,ut dictum fuit ſupra.Nec obſtant ſecun-
dum eum contraria . quia reſpondet Fab. quod Docto.lo-
quuntur in locis,& terris, in quibus omnimoda iuriſdictio
pertinebat ad unum ſolum,vt ad Imperatorem , qui vtroſ-
que inſtituebat,nec erat alicuius officialium propria, ſecus
quãdo terra erat propria Baronis.& ſic Faber expreſsè cõ-
cludit,tunc demum adeundum ſuperiorem, quando ipſe in-
ſtituit officialem , ſecus quando terra erat vaſalli , quia
tunc adeundus eſt utilis dominus : & certè hæc eſt uera re-
ſolutio, quia ſi bene aduertatur ad Docto, loquẽtes de hac
materia in c.5.de pœnis,loquuntur de prælato inferiore à
Papa,cui fuit facta iniuria , quia debet recurri ad ſuperio-
rem,& ſimiliter in l. 1.C.ne quis in ſua cau. iud. loquuntur
de Poteſtate , qui uere non poteſt adire , niſi ſuperiorem
ſuum.quod etiam comprobatur ex no. per Sal. in d.l.1 . vbi
vult,ꝙ etiam coæqualis habens iuriſdictionem cum offen-
ſo poſſit eſſe iudex , & tamen coæqualis deputatus erat ab
illo,qui iniuriatum conſtituerat . Vnde iſta verba non poſ-
ſunt aliter intelligi.Itẽ quia ſi aliter diceretur,ſequeretur ,
quod dominus in primis cauſis vaſallorum ſe intromitte-
ret,quod ab omni iure eſt alienum , vt dictum fuit ſupra in
primo fundamento.

Tertio non obſtat,quod obiicitur de præuentione. quia
reſpondetur.quod in terminis de quibus agitur,non eſt lo-
40 cus præuentioni , quia , vt dictum fuit , † Dominus
non poteſt concurrere in primis cauſis in iuriſdictione
cum vaſallo , cum illam priuatiuè habeat vaſallus ad do-
minium , vt not. in dict. cap. cæterum , & in alijs locis ſu-
pra allegatis . Laus Deo.

Rolandus a Valle Iuriſconſultus.

*S V M M A R I V M.*

1 *Pauperes vt ſæpius , a cunctis deſpiciuntur , & male audiunt.*

1 *Succeſſor ſingularis ſuccedens in plenum ius , non tenetur ſtare colono.*

3 *Emptor , qui ex pacto tenetur ad retrouenditionem , ſi rem emptam alteri locat , & durante locatione redimatur , tenetur remedium ſtare locationi factæ per emptorem.*

4 *Mulier dando fundum in dotem marito, ut eo fruatur, uidetur tacite conſentire,quod illum locare poſſit.*

5 *Mulier ſoluto matrimonio tenetur ſtare locationi factæ a marito de fundo dotali,*

6 *Succeſſor ſingularis neceſſarius in quem quis cogitur dominium transferre , tenetur ſtare locationi prædeceſſoris.*

7 *Locatio facta per tutorem , vel curatorem ad certum tempus,durat etiam tutela,uel cura finita.*

8 *Succeſſor prælati, qui nomine eccleſiæ rem locauit , tenetur locationi ſtare.*

9 *Prælatus eccleſiæ æquiparantur tutori.*

10 *Conductor ſuccidens arbores fructiferas expelli poteſt , & nu.19.quod tamen intellige. ut nu.21.*

11 *Vaſallus arbores fructiferas incidere non poteſt.*

12 *Vſufructuarius arbores fructiferas incidere non poteſt , & ſi aliter facit,expelli poteſt.*

13 *Mulier uſufructuaria incidens arbores fructiferas , quia dicitur male uerſari , tenetur ad intereſſe hæredibus , & ulterius poteſt ab vſufructu expelli , & priuari iure ſuo.*

14 *Emphyteuta nõ poteſt arbores fructiferas incidere, & ſi incidit,priuatur iure ſuo,& expelli poteſt,quod declara, ut num.20.*

15 *Quod amplia procedere,etiam ſi mala uerſatio facta fuiſſet in una ex pluribus rebus datis,in emphyteuſim.*

16 *Emphyteuta,qui male uerſatur in re emphyteutica, melioramenta in ea facta compenſare non poteſt cum deterioratione rei,ut caducitas euitetur.*

17 *Maritus dominus rei dotalis non poteſt arbores fructiferas ſuccidere.*

18 *Pater in bonis filij arbores fructiferas ſuccidere non poteſt,*

22 *Emphyteuta non tenetur de leuiſſima culpa.*

CONSILIVM XLIX.

DEcreueram me ab hoc munere conſulendi abſtinere
propter immenſas occupationes , in quibus horatim
implicitus ſum in hoc ſacro concilio Montisferrati,tum in
audiẽtijs publicis,tũ in diffinitionib. cãrũ , q̃ adeo me pre-
munt vt locus conſulendi mihi nõ ſuperſit,verum deuictus
1 precib.amicorũ,quib.vt plurimũ dẽo,& pauperũ,† q,vt ſæ-
pius,à cũctis diſpiciũtur,c.diaconi sũt,vltra mediũ 93.diſt.
& malè audiũt , iõ reqſitus à Ioãne Sapino cõductore præ-
diorum,de quibus in proceſſu,ſuper duobus reſpondere li
benter attenta eius,paupertate & gratis,ad illorum reſpõ-
ſionem ſuccinctè condeſcendo,& dico,quòd etſi ſuper pri-
mo articulo dicendum eſſe videatur,dom.Bernardinum de
Taſconibus non debere ſtare locationi factæ d. Ioanni per
dom.Aloiſium de Ripis . qui ipſa prædia ex vi pacti de re-
trouendendo ea retrodedit dom.Bernardino, per commu-
2 nem theoricam,quæ habet † quòd ſingularis ſucceſſor , qui
ſucceſſit in plenum ius,nõ tenetur ſtare colono,vt per Bar.
& alios,in l.fin.filifamilias.§.ſi vir.ff.ſolu.matr.in l. empto-
rem.C.loca.Alex.in conſ.118.nu.14.vol.5 .& Guid. Pap.in
deciſ.480.in 3.fallen.tamen quod ea non obſtante,intrepi-
de tenendum eſt,d.dom.Bernardinum omnino ſtare debe-
re huiuſmodi locationi & conductioni factæ per prædictũ
3 dom. Aloiſium , Quoniam † Doctorum eſt communis ſen-
tentia,quod ſi emptor,qui ex ui pacti de retrouendendo te
netur reuendere alteri,rem emptam locet,& durante loca
tione redimatur,tenetur redimẽs ſtare locationi factæ per
emptorem.ita in terminis decidit Bal.in l.1.in fin. C. de iu-
re fiſc.lib.10.ratio etenim eſt,quia eo ipſo, quod emptor il
lam locat,cenſetur illam locaſſe de voluntate venditionis;
quoniam ſi voluiſſet locationem locum non habere,& eam
impedire potuiſſet illam redimere.l. ſi vir vxori.ff. de præ-
ſcrip. verb. Vnde cum videtur emptor de tacita voluntate
venditoris eam locaſſe,ideo colono ſtare tenetur, per d.l.ſi
4 filiofa.§. ſi vir. vbi † mulier dando in dotem fundum mari-
to,vt eo fruatur,videtur tacitè conſentire,quod illum loca
5 re poſſit.Et quia etiam videmus,quod † ſolut.matrim. mu-
lier tenetur ſtare locationi factæ à marito de fundo dotali,
quia videtur fundum marito dare,vt ſibi liceat uti frui. l.cũ
antiquitas,C.de uſufruct.& ſententiam.Bald. ſequitur Ale.
in

in d.§.ſi vir.col.5.verſ.item fallit quãdo vendidit. vbi poſt
Cuman.dicit, non eſſe recedendum in practica à ſententia
Bal.carente contradictore,& hoc dictum tanquam ſingula
re ſequitur Cagn.in l.2.q.12.C.de pact.inter emp. & vend.
& ibi Gozad.q.26.vbi inquit dictam deciſionem notabilẽ,
quotidianam,& menti tenendam.Socin.in conſ.125.col.2.
vol.1.& Tiraq.in tract.de retract.char.d.907.nu.15.

Pro cuius confirmatione facit,quod dixit Soci. in citato
conſi.125.colum.1.vbi tradit,quod ſi eo tempore,quo po-
teſtas locandi pertinet ad te,locas rem, ſi conſentio tacitè
vel expreſſe locationi,ſi poſteà pendẽte tempore dictæ lo
cationis poteſtas locandi transferatur in me, quod teneor
dictam locationem obſeruare:quia congruit bonę fidei,vt
locatũ ſine fraude factũ quis ſeruare teneatur.l.2.in fi.ff.de
dot. prælega. huic quoque ſententiæ accedit alia commu-
6 nis concluſio, quæ eſt, † ꝙ ſingularis ſucceſſor neceſſarius
in quem quis cogitur dominium transferre, tenetur ſtare
locationi prædeceſſoris.ita glo.Bar.& cæteri communiter
in l.diuortio.ff.ſolu.matr.& in d.§.ſi vir.ubi mulier ſoluto
matrimonio tenetur ſtare locationi factæ per maritũ, quia
ea facta reperitur ab eo, qui habebat plenam adminiſtra-
tionem:ergo idem & in caſu noſtro. Hinc etiam videmus
7 † ꝙ locatio facta per tutorem,vel curatorem ad certum tẽ
pus,durat etiam finita tutela & cura.l.ſi tutelæ.ff. de adm.
tut.Soc.conſ.32.num.7.vol.1.quia tutor vel curator reſpe
ctu tutelæ vel curæ ipſius pupilli habebat plenum ius admi
niſtrandi.ita Sali.in l.emptionem.C.loca.& Soci. in citato
8 conſ.32.num.8.verſ.ſexta cõcluſio,vbi etiam voluit † quod
ſucceſſor prælati,qui nomine eccleſiæ fecit locationem, te
netur illi ſtare ratione adminiſtrationis,quã habebat. quia
9 † ęquiparatur tutori vel curatori.gl.notab.5.q.tertia,in fi.
& no.in clem.quia contingit,de relig.dom.

10 Venio ad ſecundum caput,in quo quæritur. An † dictus
conductor expelli poſſit,quia ſuccidit arbores fructiferas?
& prima facie videtur dicendum quod ſic, primo ex nota.
11 per Bart.in l.in fraudem,§.fin. ff. de iure fiſc.vbi † vaſallus
non põt incidere arbores fructiferas.Pau.de Caſt. in auth.
in rem,col.1.C.de ſacroſanct.eccleſi.Iaſ.in l.2.q. 42. C. de
iur.emphy.Pau.de Caſt.& alii,in l.diuortio.§.ſi fundum.ff.
ſol,matr.Inno.in c.ad apoſtolicam, de re iud.quem ſequi-
tur Bal.in c.fi.de re iud.Ang.in l.ſi colonus.ff.arb. fur.cæſa.
& Affl.deciſ.265.nu.73.Picus in rep.l.Titia. §. Titia cũ nu-
beret.q.36.ff.de leg.2.

Secundo ex dictis Pauli de Caſt.in d.auth.qui rem,col.j.
12 vbi † vſufructuarius non poteſt incidere arbores fructife-
ras,& ſi ſuccidit,poteſt expelli. & refert ita tenere Gul. de
Cun.per tex.in l.hoc amplius.§.fin.ff.de dam. infec. & in l.
cognouimus.C.de mancip.& colo. lib. 11. ſequitur Iaſ. ibi
col.2.qui adducit bonum tex.in l.item ſi fundi, in princ. ff.
13 loca.& Picus vbi ſupra num.120.vbi inquit, hoc † eſſe no-
tandum cõtra iſtas mulieres vſufructuarias,quæ malè ver-
ſantur in vſufructu,incidendo arbores fructiferas & facien
do ſimilia,quia tenẽtur hæredibus ad intereſſe.& vltra hoc
poterunt expelli ab vſufructu,& priuari iure ſuo.Bal.in cõ
ſil.290.col.fin.vol.1. vbi inquit ipſum non poſſe ſuccidere
arbores à ſtirpe,licèt frõdib.& fructib.vti poſſit. l.duob.§.
colonus.ff.de iureiur.l.ex ſylua cędua.ff.de vſufru. & ſi ſuc
cidit,poteſt expelli,quia ex tali abuſu fruitionis, rei ſubſtã
tia deterioratur & enormiter.Iaſ.in d.l.2.q.42. verſic. quid
autem ſit in vſufructuario.& in l.1.col.pen.eod. titul. ac in
conſ.17.col.1.vol.1.& ratio eſt,quia incidendo dicitur ma
lè verſari in re,& illam deteriorem reddere,ideo non mirũ
ſi poteſt expelli.Doct.in d.auth.qui rem.Rui.in conſ. 43.in
fi.vol.2.& 206.num.52.vol.eo.& in conſ.58.col. 2.volu.1.
Picus vbi ſuprà.Cæpol.in tracta.de ſeruitu.ruſt. prædio.in
c.de montibus.nu.13. & hanc eſſe communem dixit Alex.
in d.§.ſi fundum,col.1.

Tertio accedit alia communis Docto. ſententia, quæ eſt
14 quod † emphyteuta etiam non poteſt arbores fructiferas
incidere,ſed bene cæduas,& ſi incidat,debet priuari ſuo iu
re emphyteutico.l.in fraudẽ.§.conductor,& ibi Dy.& Bar.
ff.de iure fiſci.Bart. & alij communiter,in d.l.diuortio.§.ſi
fundum.Alb.in l.1.in vlt.col.C.de iure emph.& Iaſ.colum.
pen.in ver.& ad primum.idem Iaſ.in d.auth.qui rem,colu.
2.verſ.item quia,vbi inquit quod poteſt expelli.alibi idem
Iaſ.in l.2.q.42.C.de iure emph.& in conſ.17. col.1. vol. 1.
Angel.in l.ſi colo.ff.arb.furt.cæſa.Cæpo.in tract.de ſeruit.
ruſt.prædio.in c.de montibus,nume.13.Barb.conſ.36.in 2.
dub.vol.1.Alex.in conſ.118.nu.7.vol.5. Picus vbi ſupra,in
q.36.num,115.Bolog.in conſ.67.in fi.Rui.conſ.58. num.3.
vol.1.& in conſ.88.col.1.vol.1.in conſ.43.in fin.vol.2.& in
conſ.206.col.fin.vol.eod.& adeò eſt vera huiuſmodi con-
15 cluſio,quod † illa procedit,etiam ſi mala verſatio fuiſſet fa
cta in vna ex pluribus rebus datis in emphytheuſim, vt in-
quit Bal.in l.ædem,col.pen.C.loca. & latè per Barba. in d.
conſ.36.in 2.dub.verſ.ſed circa hunc articulũ,ac Alb. Bru.
in trac.de aug.mon.in conclu.22.

16 Item & in tantum eſt etiam vera,quod † melioramẽta fa
cta per emphyteutam in re emphyteutica non compenſan-
tur cum deterioratione,vt euitetur caducitas,text.eſt in d.
auth.qui rem,vbi ponderant Moderni, & dicit ita obtinuiſ
ſe,& conſuluiſſe Iaſ.in citato conſ.17.in 2.dub.& in d.auth.
qui rem.col.2.ver.quid autem,vbi etiam dicit,quod perdit
melioramenta, & hanc eſſe communem dixit Picus vbi ſu-
pra nu.115.in fi.

17 Quarto etiam facit, nam † maritus, qui eſt dominus rei
dotalis.l.doce.C.de rei vendica.non poteſt arbores fructi-
feras incidere,quia non ſunt in fructu, ſed in proprietate.
d.l.diuortio.§.ſi fundum.Bald.in d.conſ.290.col. fin. vol.1.
Ange.in d.l.ſi colonus.Cæpol.in tract.& loco de quib.ſup.

18 Quinto idem † dicitur de patre,qui in bonis filij nõ po-
teſt incidere arbores fructiferas.ita Ang.in l.fi.§.ſin autem
legata,in fi.C.de bon.quæ liber.Cæpol.vbi ſupra.

19 Si ergo † in caſibus prædictis habentes ius in re propter
inciſionem arborum fructiferarum priuantur iure ſuo, &
poſſunt expelli,quanto magis id dicendum venit in condu-
ctore,qui nullum ius habet? auth.multò magis.C.de ſacro-
ſan.eccle.facit l.ſi merces,§. culpæ.ff.locat.l.ſi colonus. ff.
arb. fur. cæſa. & in ſpecie in conductore ita voluit Bald.in
d.conſ.209.vbi expreſsè inquit,eum poſſe expelli, quia in-
cidendo dicitur malè verſari in locatione.l.ædem. C.loca.
vbi licèt conductor durante locatione & conductione ex-
pelli non poſſit; tamen id fallit quando malè verſatur in re
conducta,& quamuis ſecundum Bald.ibi,tex. ille loquatur
in inquilino,& non in colono,tamen ibi gloſſ. vult contra-
rium,& Alex.in d.§.ſi fundum,Barb.in d.conſ.36.in 2. dub.
Picus vbi ſupra nu.116.circa fi.vbi dicit,ita tenere commu
niter Doct.in d.§.ſi fundum.Rui.in conſ.58.nu.3. vol. 1. &
88.col.1.vol.eo.Alex.in conſ.118.col.3.vol.5.ver.per præ
dicta apparet.

Sed præmiſſis non obſtantibus, in terminis noſtris con-
trarium verius eſſe exiſtimo,ꝙ imò per huiuſmodi inciſio-
nem,quæ eſt tantum trium arborum amigdalarum non ſit
expellendus,nec expelli poſſit, quod probatur ex not. per
Paul.de Caſt.in d.auth.qui rẽ,colu.1. vbi determinat quod
20 † quamuis emphyteuta poſſit expelli,ſi deteriorat rem,ta-
men id locum habet & procedit, quando adeſt magna de-
terioratio,aliàs ſecus, quia de modica non eſt curandum,
quantum ad hoc, vt poſſit expelli, licèt poſſit compelli ad
refundẽdum intereſſe,per l.ſcio.ff.de reſt.in integrum. Iaſ.
in d.§.ſi fundum,ver.iſtam communem, & in conſ. 17. col.
1.ubi loquitur de eo,qui inciderat duas arbores cereſarũ,
& concludit eum expelli non poſſe,& eo magis hoc dicen-
dum uenit in caſu iſto, ubi dictæ arbores inciſæ erant ue-
tuſtæ, & in loco ipſarum fuerant nedum tres, ſed quatuor
ſubſtitutæ, ita quod utilius fuerat & melius illas excidere,
ita Paul.de Caſtr.in d.§.ſi fundum,col.2. & ibi Alex. col.2.
ac Iaſ.col.fi.Ang.in d.l.ſi colonus.Picus ubi ſupra,nu.118.
uerſ.2.principaliter limitatur.Bal.in d.l.ædem,col.pe.uerſ.
quæro qualiter.Alb.Brun.in tract.de augm. mone. conſid.
22.in prin.Cæpol.ubi ſuprà.quod autem eſſent uetuſtæ, &
loco ipſarum fuerint ſubrogatę quatuor,ſunt plures teſtes
hoc deponentes & ſpectatæ fidei,uidelicet ſecundus, quin
tus,octauus,& decimus,qui omnes concorditer deponunt
dictas

dictas arbores fuiſſe uetuſtas, & loco ipſarum alias ſubſti-
tutas,uidelicet quatuor,prout uiderunt eas plantari de mã
dato & ordine dicti pauperis conductoris, igitur, &c. Vl-
21 terius dicitur quod illa ſententia, quæ habet, † quod em-
phyteuta, uaſallus, uſufructuarius, maritus,& conductor
incidentes arbores fructiferas poſſunt priuari iure ſuo, &
expelli,limitatur procedere tribus concurrentibus,uideli
cet quod deterioratio ſit notabilis quantitatis, nam pro
modica deterioratione nõ ſit reſciſſio contractus.d.l.ſcio.
2. quod ſit ad perpetuam deteriorationem fundi, non ad
curam fructuum, quia compendium fructuum pertinet ad
emphyteutam: & ideo non intereſt domini, ſed bene per-
petua vtilitas,&c.imò ſecundum Bal,in d.authen. qui rem,
quamuis emphyteuta non colat ſolicitè agrum,qui efficia-
tur deterior reſpectu fructuum,non poteſt expelli, ſubdit
tamen,ſecus eſſe in uinea, quia ſi non putatur, ſiccatur, &
in perpetuum deterioratur: & idem in inciſione arborum
fructiferarum. Tertio quod iſta deterioratio procedat do
22 lo malo,lata culpa,uel leui.nam † de leuiſſima non tenetur
emphyteuta.gl.in §.ſcire autem,in auth.de non alie.Bal.in
l.3.col.pen.C.loca.Iaſ.in d.authen.qui rem,col.2.& in d.l.
2.q.42.& in citato conſ.17.col.1.Alex.in d.conſi. 118. col.
3.verſ.2.reſpondeo.Picus vbi ſuprà,nume.121. & Petr. de
Vbal.in tract.de duo.fratr.in 8.par.q.33.

Non obſtant adducta in contrarium, quia omnes dictæ communes concluſiones procedunt,vbi deterioratio fuiſſet notabilis,quæ tenderet ad perpetuam deteriorationem fundi,& facta fuiſſet dolo malo,lata culpa, vel leui: & vbi dictæ arbores non fuiſſent vetuſtæ,& loco illarum aliæ ſubrogatæ,vt patet ex deciſionibus ſupra relatis.Ex quibus cõcludendum eſſe arbitror, Bernardinam de Taſconibus eſſe compellendam ad ſeruandam locationem iam factam per d.do.Aloiſium,& Io.conductorem non eſſe expellendum à ſua conductione, ſed in ea manutenendum, & defendendũ eſſe. Laus Deo.

Rolandus a Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

1 *Concluſio libelli attendi debet,quia ex ea qualitas actionis intentatæ demonſtratur.*
2 *Concluſio in reſcripto & contractu attenditur.*
3 *Remedium c.reintegrandæ, 3.q.1.ſecundum communem competit laicis, & pro re profana.*
4 *Remedium prædictum datur ſecundum communem ei, qui probat ſe rem poſſediſſe, & à poſſeſſione ſine iuſta cauſa cecidiſſe,& ad alium eam perueniſſe.*
5 *Quis in dubio præſumitur cecidiſſe ſine iuſta cauſa a poſſeſſione ſecundum communem, niſi contrarium probetur.*
6 *Remedium c.reintegrandæ,quod competebat defuncto, trãſit in hæredem & nu.15.ac 25.*
7 *Poſſeſſio iunior præſumitur clandeſtina,& vitioſa.*
8 *Hæres repræſentat perſonam defuncti in iure creato,& formato in perſonam ipſius defuncti.*
9 *Probatio per vnum teſtem in iudicijs poſſeſſorijs, in quibus agitur de leui præiudicio, habet uim plenæ probationis, ita quod non eſt opus iuramento ſuppletiuo, contra, ſecundum communem,nu.16.*
10 *Probatio per famam ſufficit in poſſeſſorio recuperandæ.*
11 *Poſſeſſorium reintegrandæ datur ſecundum magis communem contra titulo poſſidentem.*
12 *Poſſeſſorium prædictum ei competit,qui cecidit ex propria culpa,& negligentia,cauſata ex curſu decennij,ſed contra nu.26.*
13 *Argumentum à ſufficienti partium enumeratione in iure eſt fortiſſimum.*
14 *Conditio can.reintegrandæ,non competit ei, qui nunquam poſſedit.*
17 *Teſtis ut faciat ſemiplenam probationem in poſſeſſorijs,debet eſſe omni exceptione maior, & iſta qualitas deduci, & probari debet ſecundum aliquos.*
18 *Colonus aduerſæ partis tanquam domeſticus non dicitur integer teſtis.*
19 *Domeſtici non ſunt teſtes idonei.*
20 *Defectus modicus in teſte impedit ſemiplenam probationem.*
21 *Fides unius teſtis exorbitat à iure communi.*
22 *Iuramentum ſuppletiuum non datur deficiente ſemiplena probatione.*
23 *Probatio ſemiplena,ubi præſumptione aliqua eliditur, non eſt locus delationi iuramenti ſuppletiui.*
24 *Iuramentum ſuppletiuum deferri non poteſt,ubi plures teſtes reperiri poſſunt.*

## CONSILIVM L.

IN hoc remedio cap.reintegrandæ,3.q.1,quod videtur in
tentatum per magnificum do,Alexãdrum Ferreriũ cõtra
dom.Sinibaldum de Moreſinis, vt patet ex concluſione li-
belli,in quo petit reintegrari in poſſeſſione palatij ad vol-
tam,quod proprium eſt conditionis reintegrandæ, vt per
Dec.in conſi.57.col.2.cõſi.252.in princ.& 302.col.pen. ac
1 Rui,in conſ.33.col.3.verſi.ſed tamen.vol.1.† cuius quidem
libelli concluſio attendi debet,cùm ex ea qualitas actionis
intentatę demonſtraretur,ſecundum Bart. in l.certi condi-
ctio,in prin.ff.ſi cer.pe.Dec,cõſ.28.col.3,& conſil.57.colu.
2 1.& 2.†idem eſſe inquit in reſcripto & contractu, per iura
3 ibi per eum citata.prima facie dicendum videtur, † condi-
ctionem ipſam ſibi competere,quamuis laico,& pro re pro
fana,vt per Ang in conſi,157.Roma.in l.rem quæ nobis. ff.
de acquir.poſſeſ.& ibi Imol. qui dicit, quòd ita cõmuniter
tenetur.& Alex.col.6.vbi ſimiliter tradit,quòd ita ſeruatur
in practica,& quod ſæpe vidit ſeruari,& Ripa in nu.25. vbi
etiam aſſerit ita communiter teneri. Calcan, in conſil.115,
col.3.in princ.Imol,in c.cum ad ſedem,de reſti. ſpoliat.vbi
etiam refert ita ſeruari in pract.& ſeruari debere. Alexa.in
conſ.200.col.2.vol.2,vbi dicit quod ita eſt ſtylus, & com-
munis obſeruantia,& in conſil.91.col.2.vol.5.Soc.in conſ.
266.col.7.Dec.in conſ.252.in princ.Maran.in trac. de ord.
iud.char.179.col.1.in fi.verſi.& datur.Rui.in conſi.44. col.
1.vol.4.& Alex.in conſ.51.in prin.vol.1.vbi inquit hanc eſſe
magis communem,quia eſt hæres quõdam magnifici dom.
Philippi Ferrerij ſui patrui,qui ante mortem ſuam ſine iuſta
4 cauſa cecidit à poſſeſſione ipſius palatij,quo caſu (ſicuti d.
quondam dom.Philippo ſi uiueret competiſſet beneficium
dicti canonis contra dom. Sinibaldum, probando ſe illud
poſſediſſe,& ab eo ſine cauſa iuſta cecidiſſe, & ad prædictũ
dom.Sinibaldum perueniſſe,vt per Bal.in l.1.col.pen. C. ſi
a non compet.iud.Alex.conſi.6.nu.12.uol.3.Dec.conſi.57.
col.3,uerſi.& ſic ex omnibus.in conſ.62.colu.1.& in conſil,
252.col.2.Ruin.conſ.45.in prin.uol.4.in conſ. ſequenti. in
prin.in conſi.49.in prin.& in conſ.44.col.1.uol. eod. ubi at
5 teſtatur hanc eſſe communem,prout † & in dubio ſine iuſta
cauſa cecidiſſe præſumeretur, niſi contrarium probatum
fuiſſet,ut per Inno.in c.poſt electionem,de conceſ. præb.&
alios communiter,in c.ſæpè,& in c.cum ad ſedem.de reſtit,
ſpol,Rui,in citato conſi.49.in princ,uol.4.& Bru.in conſil.
6 19.col.fi.ita quoque dicendum uidetur,quòd † ei tanquam
dicti quõdam dom.Philippi hæredi, & ex perſona ipſius de
functi,& in quem tranſiuit remedium canonis reintegran-
dæ,vt eſt tex.in l.1.§.hoc interdictum.l.vlt.ff.de vi & ui ar-
ma.& Ruin,in conſ.47.col.1.vol.4.competere potuerit, &
in illo obtinere debeat,probando quondam dom. Philippũ
vti antiquiorem poſſeſſorem dicti palatij ab eo ſine iuſta
cauſa vita eius durante cecidiſſe,& in dom.Sinibaldum per
7 ueniſſe:per communem deciſionem,de qua ſupra,quæ † poſ
ſeſſio conuenti tanquam iunior præſumitur vitioſa, & clan
deſtina.l.clam poſſidere,in prin.ff.de acq.poſſ.c.licèt cauſã
de probat,Alex,in conſi.117.nu.5.vol,2.& in conſi. 88.col,
3.vol.5.& hoc non ſine ratione, quia clari iuris eſt, quod
8 † hęres repræſentat perſonam defuncti in iure creato, &
formato in perſonam ipſius defuncti,vt inquit Aret.in con
ſil.

ſil.122.col.2.verſic.nec obſtat,per l.cùm a matre. C. de rei vend.& l.1.& 2.C.de hæred.act.

Quòd autem dominus Philippus fuerit antiquior poſſeſſor dicti palatij,& ab eo ſine iuſta cauſa ceciderit, ac demũ peruenit ad dom.Sinibaldum, probatum reperitur per vnũ teſtem,videlicet Ioannem Martinum de Caſalono,cuius dictum ſufficere debet ad obtinẽdum in hoc iudicio poſſeſſorio,vt per Barto.in l.1.col.2.C.quorum bono.in l.2.§.fi.ca. vbi in rem actio. vbi in poſſeſſorijs ſufficit ſemiplena pro-
9 batio.Mattheſ.in not.4.vbi inquit,† quod in iudicijs poſſeſſorijs,in quib.dicitur agi de leui præiudicio, quod probatio per vnum teſtem,vel famam habet vim plenę probationis:ita quòd non eſt opus iuramento in ſupplementum probationis.ſequitur Dec.in c.1.verſ.ſeptimus caſus,de appel. in c.cauſam quæ,col.2.de prob.in cõſ.28.col.2.cõſ.57.col. 1.conſi.136.col.fi.252.colu.2. & 663.colum.1.idem voluit Alex.in conſi.70.col.2.in fi.volum.6.conſ.163.col.2.vol.7. & in l.fi.num.18.C.de edict.diui Adr.toll.Gozad.conſ.50. in princ.quæſt.12.num.12.& 103.num. 10.in fin.Marſi.ſingul.433.& 620.Cur.iun.in l.admonendi. col. antepenul.& Iaſ.ibi num. 176.de iureiur. Bald.in l.2.in fin.C.de edi.diui Adr.toll.Rui.in conſ.106.nu.18.vol.5.Crau.in conſil. 158. nu.12.& 258.col.v.Marã.in tract.de ord.iud.char.97.colu.
10 2.& Natta.in conſi.373.nu.2.Anch.in conſi.41. vbi † dicit in remedio recuperandæ ſufficere probationem per famã, quem ſequuntur Dec.in cap.dilecti,verſ.ſextus eſt caſus,de appellat.Marſi.in l.de minore,§.tormenta,de q.& ratio eſt, quia cauſa poſſeſſorij eſt leuis præiudicij, ex quo poteſt in iudicio petitorio retractari ſecundum Doct.in locis de quibus ſuprà:& vltra ſi iudici videbitur,poterit dare ſuppletiuum iuramentum ipſi actori ſequendo ſententiam Alex. in conſi.71.col.1.volu.5.vbi loquitur propriè in terminis noſtris,quem ſequitur Dec.in conſ.252.col.2.& Marſi.in ſing. 620.etiam parte non inſtante,ex quo in prin.cauſæ petijt ſibi iuſtitiam miniſtrari,vt ſignanter decidit Abb. in ca.fin.in vlt.uerbis,de iureiur.Alex.in d.conſ.91.col.1.in fi. Deci.in citato conſ.252.col.2.Gozad.in conſ.94.nu.34. & Marſi. in allegato ſing.620.in fi.

Nec præmiſſis obſtare videntur, quæ in cædulatis ꝑ partem conuentam obijciuntur,quæ ſigillatim deducentur, &
11 primò,† quod huiuſmodi condictio non detur contra titulo poſſidentem,vt per Bar.in l.rem quæ nobis,ff.de acq.poſſeſ.idẽ Bar.in l.manifeſtiſſimi,§.ſed cũ in ſecũda, C. de fur. Soc.in d.l.rem quæ nobis,quia in pari cauſa potior eſt conditio poſſidentis,leg.fin autem,§.ſi duob.ff.de publicia. vbi Ang.refert audiuiſſe Bar.ita dicentem,Ang.conſi.116. col. 1.& in conſ.157.col.2.Soc.in conſ.266.colu.6.vol.2.Alex. in conſ.118.col.1.vol.2.& 79.col.5.verſ.non obſtat,vol.5. quam opinionem dicit veriorem Bru.in conſ.19.col.fi.& in conſ.21.col.2.in fi.Rub.Alex.in l.naturaliter,§. nihil commune,nume.72.ff.de acqu.poſſ.& in conſ.3.Gonz.in conſil. 28.nume.36.& hanc eſſe magis communem opinionem legiſtarum tradit Soc.in conſ.39.col.2.vol.3.quia duob.modis reſpondetur,& primò,quòd de titulo aliquo non apparet in actis,etſi de illo in cædulis allegetur.Secundò reſpondetur,quòd etiam ſi de eo appareret,adhuc daretur dictum remedium contra titulo poſſidentem cum bona fide. ita Inno.& in c.ſępè,de reſtitu.ſpol.quem ibi ſequuntur Cald.Butr.& Abb. Lapus alleg.52.col.2.Arc.in d.l.rem quæ nobis, Anch.conſ.402.Soc.ſibi contrarius in conſi.89.col.fi.vol.1. Alex.conſi.117.vol.2.col.2.& in conſ.6.col.6. vol.3. vbi ꝑ iſta concluſione contra Bart.arguit,quia ſecundum veram, & magis communem,generaliter quando intentatur remedium poſſeſſorium ad recuperationem poſſeſſionis,nõ poteſt opponi exceptio dominij,vt not.Bar.per illum text. in l.ſi coloni,C.de agric.& cenſi.lib.11.Alex.conſi.42. colu.2. vol.6.in conſi.51.col.1.vol.1.Claud.in d. l. rem quæ nobis, Rui.in conſ.44.col.1.vol.4.& hãc eſſe communem opinionem atteſtantur Alex.in conſ.78.col.1.vol.3.Abb.in c.cum ad ſedem,col.1.de reſt.ſpol.Ripa in d.l.rem quę nobis. nu. 27.& in c.ſæpè,num.28.verſ.quid tenendum,Imol.in d.l.rẽ, quæ nobis,vbi aſſerit ita tenere communiter legiſtas & canoniſtas,Dec.conſi.57.col.pen.Iaſ.in conſ.172.col.1.volu. 4. Ruin. in conſi. 48.colum. 1. volum. 4. & Soc. iun. in conſil.34. num. 12. vol. 3. vbi inquit in conſulendo & iudicando ab ea non recedendum, immo magis communem Alex. teſtatur in conſi.200.col. 3. in fi. volum. 2. & in conſil. 91. colum.fi.volum. 5. Dec. in conſi. 252. colum. 3. verſ.præterea,Affl.in deciſ.361. num.33. vbi inquit, quod in ipſa opinione reſidet ſacrum Concilium.Rui.in conſi.49. colum. 1. vol.4.& Maran.in ſuo tract.de ord.iud.char.179.colu. 2.& Ale.in d.l.rem quæ nobis,col.6.vbi dicit,quod ita vidit practicari contra Bar.& eò magis hoc dicendum venit in caſu præſenti,vbi dominus Alex.articulauit, & probauit quod d.Sinibaldus clam poſsidebat ab ipſo quondam do. Philippo,per ea quæ notat Bru.in d.conſ.19.col.fi.& 21. col.2. in fi.cum ſeq.Dec.in conſ.57.col.fi.Iaſ.in conſ.6. col.2. vol.1. & conſi.21.col.1.vol.3.

Similiter non obſtat 2.exceptio, quòd hæredi non competat huiuſmodi beneficium, quoniam eo tempore, quo dom.Sinibaldus cœpit poſſidere, quondam domin. Philippus iam fuerat abſens per decennium, & ſic poſſeſſionem, quam animo retinebat,ex negligentia ſua amiſerat, vt in l. ſi de eo,§.fi.ff.de acq.poſſeſ.& in l.furtum.§.1.de vſucap, & per conſequens poſſeſſio vacabat, quando reus conuentus cœpit poſſidere, & ideo non potuit conueniri poſſeſſorio recuperandæ.ſecundum gl.communiter approbatam, in l. fi.C.vnde vi.Ange.in l.fi.C.de edicto diui Adr.toll. & quia defunctus cecidit culpa ſua à poſſeſſione,vt per Soc. ita decidentẽ,in l.rem quæ nobis,in 5.q.2.q.principalis,ff. de ac-
12 qui. poſſeſ. quia reſpondetur, † quòd dictum remedium ei etiam competit,qui cecidit ex propria culpa & negligẽtia cauſata ex dicto curſu decennij,per not.per Bar.in l.de pupillo,§.meminiſſe,in 4.q.ff.de noui ope. nuncia. vbi dicit, quod ille,qui amiſit poſſeſſionem nunciando nouum opus verbo,& ſic facto ſuo, poteſt recuperare poſſeſſionem per interdictum recuperandæ.Nec obſtat ſecundum eum regula, damnum quod quis, & regula factum cuique ſuum, de reg.iur.quia factum illius,cui nunciatum eſt,dedit illi cauſam perdendi poſſeſſionem, & poſſeſſio eſt ſibi applicata, ideo,&c.ſic eſt dicendum in caſu, de quo agitur, nam iſta expulſio eſt illa,quæ dedit cauſam quondam dom. Philippo amittendi poſſeſſionem ſuam, vnde quamuis facto ſuo amiſerit poſſeſſionem,datur ei remedium recuperandæ,ex quo Sinibaldo fuit poſſeſſio acquiſita. Præterea non eſt verum,quòd poſſeſſio,quæ amittitur ex curſu decennij, dicatur amitti propter culpam,& negligentiam,ſed ex obliuione cauſata per curſum dicti temporis,ſecundum Bartol,exprẽſſè ita determinantem in l.naturaliter, §. nihil commune,in 3.q.principali,verſ.2.probatur,ff.de acqu.poſſ.& vbi etiam ex negligentia diceretur amitti, tamen adhuc daretur beneficium dicti canonis,vt expreſsè præſupponit Bar. in l.fin.C. vnde vi, vbi præſupponit quòd ille qui cecidit à poſſeſſione ex culpa,& negligentia debet reintegrari, quia talis culpa in negligendo circa res proprias,non poteſt alicui imputari,l.licet,§.1.ff.ſol.matrim.ſecus ſi conſiſteret in faciendo,quia tunc bene priuaretur poſſeſſione, & ſic ceſſaret dictum remedium,& de tali culpa loquitur Soc. vbi ſuprà,quoniam culpa,quæ conſiſtit in faciendo eſt, maior, ꝙ illa,quæ eſt in negligendo,ſecundum gl. & doct.in l. ſi mora,ff.ſol.mat.ita formaliter reſpondet Rui.in conſi.127.nu, 9.vol.4.Quibus tamen non obſtantibus, quæ verè non obſtant, teneo omnino iudicandum eſſe nullatenus licuiſſe dict. do.Alex.intentare cõdictionem dicti canonis pro reintegratione dicti palatij contra dom. Sinibaldum, ipſumque abſoluendum fore à petitis cum victoria expenſarum, per regulam l.qui accuſare,C.de eden. & le. eum quem te-
13 merè,ff.de iud.quod demonſtratur,† arguendo a ſufficienti partium enumeratione, quod argumentum in iure eſt fortiſſimum,vt in l.patre furioſo,& ibi Iaſo. ff. de his, qui ſunt ſui vel alie.iur.Abb.in c.cum dilectus,de iure patr.l.obligationum,§.ferè,ff.de actio.& oblig.Soc.iun.in con.14. num. 2.vol.3.& Pariſ.in conſ.67.num.18.in 4.vol.nam aut dictus dom.Alex.dictum beneficium intentauit ex propria perſona,

14 na, & hoc ei non licuit, † quia nunquam poſſedit, nec de aliqua eius poſſeſſione probauit, quæ requiritur ad obtinẽdum in tali cõditione, d.c.reintegrandæ, quod non datur niſi eis, qui ceciderunt a poſſeſſione ſine culpa & facto ſuo, ut per do.de Rota in antiquis ſuis deciſ.312.quos ſequitur Barb.in conſ.59.colum.fi.in prin.vol.2.ubi dicunt, quod in tentans illud remedium, eſt neceſſe, quod poſſederit naturaliter vel ciuiliter, alias quod ſibi nõ cõpetit, Rui. in cõſ. 164.col.3.vol.5.aut ex perſona dicti quondam d.Philippi,
15 cuius eſt hæres, & ſimiliter non potuit, quoniam † ad hæredem tunc tranſit dictum remedium, quotieſcunque defunctus in uita ſua cecidiſſet a poſſeſſione ſua per iniuſtas cauſas, & ſine culpa & facto ſuo, ut in l.1.§.hoc interdictum, ff. de ui, & ui arma. alias ſecus, ut in terminis per Cor.in conſ. 329.col.7.in fin.vol.1.quem ſequitur Cagnol.in l. hæredẽ, num.22.de reg.iur.& ratio eſt, quia hærs tantum repræſentat perſonam defuncti in iure creato actiue, & paſſiue tempore mortis in perſonam ipſius defuncti, ſecus in non formato, ut quia nunquam penes illum fuit, ita Areti.in conſil. 123.col.2.vt in caſu noſtro, ubi non reperitur probatum, ut infra dicetur, apud defunctum fuiſſe creatum & formatum ius intentandi cõditionem dicti canonis contra dom. Sinibaldum, idem etiam dixit Rui. in cõſ.45.nu.10.verſ.& quia etiam remedium, volu.1.vbi inquit, tale remedium ad hęredem tranſmiſſibile eſſe, quando defuncto ante mortem incepit illud ſibi competere per tex.in d.l.1.§.hoc interdictum.Soc.iun.in conſ.34.num.13. verſi. vera eſt reſponſio, uolu.3.& collega meus Natta in conſ. 440.in diſtinctione ſua, & in fi.conſilij.

Nec obſtat probatum fuiſſe per unum teſtem de poſſeſſione antiquiori quondam do. Philippi, & de iuniori dom.
16 Sinibaldi durante vita defuncti, quia reſpondetur, † communem eſſe opinionem, imo magis communem in poſſeſſorijs iudicijs non ſufficere ſemiplenam probationem reſultantem ex dicto vnius teſtis, ut per Doct. in d.l.admonendi, ad obtinendum in eis, ſed quod requiritur plena probatio, ut voluit gl.magna, in l.1.C.quo.bono. quam ibi ſequũtur Ia.Butr.Ang.& Sal.Dec.ſibi cõtrarius, in c.edoceri.col. 2.de reſc.& in c.cauſam quæ.col.3.de iud.Bellam. in conſi. 29.in fi.Bar.in extrauag.ad reprim.in ver.ſummari. Ripa in l.ſi conſtante, in 5.col.in fi.ff.ſolu.matr.& in l.2.in fi.ff.quorum bono.Petr.de Anch. in clem. ſæpe, de verb.ſign.Cur. Sen.in d.l.admonendi,nu.323.Hie.Gigas,in addit. ad Doc. in cap.delictis,in ver.ſextus caſus,de appellat.& hanc partem uti magis a doct. receptam ſequuntur Alex. in conſi. 139.colu.fi.vol.6. vbi ab ea inquit non eſſe recedendum in conſulendo, & iudicando, & in conſ. 187. col.fin.uol.7.& Cagnol.in l.in pari.ff.de reg.iur. & ita votaſſe ſacrum conſiliũ in poſſeſſorio reintegrandæ aſſerit Affl. in deciſ. 361. vnde cum paria ſint non fuiſſe probatum, vel minus legitime, ut in l.quoties, cum ſimilib.ff.qui ſatiſd.cogan.ſequitur ꝙ probatio ipſius teſtis nil releuat. Vlterius dicitur, data etiam opinione contraria pro vera (ſed ea non admiſſa) ꝙ non poſſet ſibi locum vendicare in terminis noſtris, vbi teſtis iſte non eſt omni exceptione maior, prout requiritur ad ſemiplenam probationem faciendam, iux. doct.in d. l.admonendi, ubi Iaſ. nu.30.inquit, ita omnes tenere, & in ſpecie in caſu iſto, ut per Huber. Zuchar.in l.ſi.num.101.C. de edict.diui Adr.toll. vbi ſic formaliter dicit. Et aduertatis ad unum ſecretum verbum, quod eſt pulcherrimum & ſæpius mihi fecit honorem in practica. nam poſito quod ſufficiat ſemiplena probatio, debes ſcire quod iſtam ſemiplenam probationem non facit vnicus teſtis, niſi ſit omni exceptione maior, allegat Bar.vbi ſupra: & ideo vt ſemiple
17 na probatio ſit facta, dico uobis quod † non ſufficit probare per unum teſtem, ſed oportet etiam deducere & probare, quod ille teſtis ſit omni exceptione maior, alias ſuccũbere debet, allegat plures deciſiones, quas non tranſcribo, cum videri poſſint. Sed in caſu noſtro vltra ꝙ hoc non ſit capitulatum, teſtem ipſum eſſe omni exceptione maiorem conſtat clare ex depoſitione ſua eum non eſſe omni exce-
18 ptione maiorem, † quia colonus do. Alex. qui dicitur domeſticus, ideo nõ integer teſtis.l.præſenti.§.in teſtibus, vbi gl.Inſti.de teſta.Alex.in conſ.32.col.1.vol.1.conſ. 114.nu 10.vol.4.conſ.91.col.fi.vol.eod.conſ.47.num.17.vol. 6.& 55.nu.13.vol.7.Rui.in conſ. 71.nu.14.vol.2.& 106.num.3.
19 volu.5. quia colonus enumeratur † inter domeſticos, qui non ſunt idonei teſtes.c.in literis de teſtib. Alb. in l.etiam. C.de teſtib. Cur.ſen.in l.admonendi.nu.195.de iureiur. nã
20 † modicus defectus impedit ſemiplenam probatione vnius
21 teſtis, nec mirum, † quia ſatis exorbitat fides vnius teſtis a iure communi.Bal.in c.ſacramẽtum.de conſuet.recti feud. & hanc eſſe communem opinionem tenuit Lanfranc. de Oria.in c.quoniam contra, in verb.teſtium depoſitiones, in Ver.ſecundo quæro, de probat.ubi inquit ita tenendũ.vnde cum teſtis ipſe nõ ſit oĩ exceptione maior, & nõ facit ſemi-
22 plenam probationẽ, ei fides adhibenda non venit, † nec minus parti actrici iuramentum ſuppletiuum deferri, quia vt ad illud deueniri poſſit, eſt neceſſe quod teſtis ſit integer, alias non facit ſemiplenam probationem, ſed tantum induceret iudicem ad ſuſpicandum. & ideo dixit Bal. in l.fin.in
23 prin.colum.2.C. qui, & aduerſus quos.q uod † quando ſemiplena probatio aliqua præſumptione eliditur, non eſt locus delationi iuramẽti ſuppletiui.Alex.in conſ.32.in prin. volu.1.& in conſ.183.nu.14.vol. 6.Marſi.in ſing.197.Item
24 † iuramentum non poteſt deferri in ſupplementum probationis, ubi plures teſtes inueniri poſſunt, ut per Alex. in conſ.109.colum.fi.volu.4.poſt Bar.in d.l.admonendi.in 8. col.in ver.item hoc intelligo verum, & ibi Cur.ſen.n.192. prout in caſu præſenti, in quo veriſimiliter potuiſſent haberi plures teſtes de poſſeſſione dicti quondam do. Philippi, & maxime per uicinos d.Palatij: aut vult dictum remediũ ſibi competere, quoniam poſt mortem d. do. Philippi fuit capta poſſeſſio per do. Sinibaldum, & etiam iſto caſu non
25 poteſt, quoniam dicta conditio non competit hæredi, quã do defunctus in vita ſua non cecidit a poſſeſſione, ſed morte naturali, quæ omnia ſoluit.§.deinceps, in authẽ.de nupt. colum.4.decedens enim amittit poſſeſſionem, nec illa trãſit in hæredes, ſed requiritur quod eam accipiant.l.cum hæredes.ff. de acquir. poſſ. ideo interim poſſeſſio remanet vacans.nam hæreditas non poſſidet, ut ibi habetur, in l.1.§.Scæuola.ff.ſi quis teſtam.lib.eſſe iuſ.fuer.ex quibus infertur quod ex quo do.Alex. eam nõ accepit poſt mortem ante do.Sinibaldum, quod remedio prędicto uti nõ potuit, quod ſolum eiectio a poſſeſſione ſine iuſta cauſa competit, vt ſæpius dictum fuit.ita Corn.in conſ.18.colu.2.uolum.1. quem ſequitur Pariſ.in conſ.1.num.60.uolum.1.ubi loquitur in ſuo.rurſus Corn.in citato conſ.392.col.7.Cagn.in d. l.hæredem.num.22.Rui.conſi.45.nnm.10.uol.1.Soc.iun.in conſ.34.nu.13.uol.3.& Natta in conſi.440.num.6.Corn.in con.23.col.pen.in fi. uol.1.

Vlterius etiam dicitur, quod ex alio capite non poteſt competere cõditio ipſius Canonis do.Alex. etiam ſi defunctus deſijſſet poſſidere in uita ſua, quia eo tempore, quo do
26 minus Sinibaldus palatij poſſeſſionem accepit, iam † fuerat abſens per decennium dom. Philippus, per cuius temporis curſum amiſerat poſſeſſionem, quam animo retinebat, ex negligentia ſua, & per conſequens poſſeſſio uacabat: quo caſu non poterat conueniri poſſeſſorio reintegrãdæ do. Sinibaldus ſecundum glo.communiter ab omnibus approbatum, in d.l.ſi.C.unde ui.& hoc quia culpa ſua cecidit a poſſeſſione. ita Soc. in d.l. rem quæ nobis.ubi inquit hoc eſſe de mente Doct. communiter. & quamuis Ruin. in citato conſi.37.uolu.4. intelligat Soc. de negligentia, quæ conſiſtat in faciendo, & non omittendo, tamen d.Soc.uerificatur in negligentia, quæ eſt in omittendo, ut etiam uoluit idem Soc. in conſi.266.nu.21.poſt Ant.de Butr.in cap. accedens.el.1.col.fi.in prin.uer.quartum intellectum, ut lite non conteſta.ubi proprie loquitur de negligentia commiſſa in non exigendo, & inquit ibi Soc.idem tenere Butr. in c.ſæpe, de reſtit.ſpol. & in c.quoniã frequenter.§.quod. ſi ſuper, ut lit. non conteſt. Ruin. in conſ. 69.col.pen.in fin. uol.1. & in conſ.49.nu.9.uol.4.uer. quarto, non competit, ubi de Soc. in d. conſ. 266. nullam facit mentionem. Ripa in

in d.c.ſæpe,in 2.col.in prin.& Corn.in conſ.23.col pen.in ſi.vol.3.Vnde ex præmiſſis, quæ ſufficere videntur etiã pro reſponſione obiectorum intrepidè teneo dominum Alexã, nullo modo potuiſſe intentare conditionem dicti canonis contra dom.Sinibaldum, ſed quod per eum agendum erat interdicto adipiſcendæ quorum bonorum,vel petitione hæreditatis,vt per Corn.in citato conſ.18.colu.2.& 329.colu. antepe.in ſi.& Nattam,conſ.440.num.6,quorum remediorum neutrum fuit intentatum. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus,

## *SVMMARIVM.*

*1 Emphiteuta alienans rem emphyteuticam inconſulto domino,& eo nolente cadit à iure ſuo.*

*2 Quod intellige,quand o peruenit ad actum traditionis, contra nu.17. quia per ſimplicem venditionem prima tamẽ communis,vt nu.21.*

*3 Alienatio ſi prohibeatur ſub pœna per teſtamentum,vel ſtatutum,nunquam incurritur per alienantem in pœnam ſi non fuit proceſſum ad actualem traditionem, & nu.8.*

*4 Vaſallus alienans rem feudalem inconſulto domino,ſi non peruenit ad traditionem rei venditæ,non amittit feudũ.*

*5 Vaſallus alienans feudum inconſulto domino,licèt priuetur feudo,etiam ſi poſtea recuperauerit,tameu id fallit ſi recuperatio facta fuit ante traditam poſſeſſionem.*

*6 Diſpoſitio capit.1.quid iuris poſt fac.alie.ſecundum Doct. communiter intelligitur de alienatione perfecta per traditionem.*

*7 Alienatio eſt actus per quem transfertur dominium.*

*9 Verbum vendere,eſt cum effectu intelligendum.*

*10 Venditio non dicitur perfecta ante rei venditæ traditionem.*

*11 Vaſallus etſi per pignorationem rei feudalis factam irrequiſito domino priuetur feudo,tamen id verum à doctoribus admittitur,quando per ipſam pignorationem transfertur in creditorem corporalis poſſeſſio.*

*12 Emphyteuta per alienationem rei emphyteuticæ factam inconſulto domino non priuatur iure ſuo,etiam ſi res tradita fuerit emptori per conſtitutum,quia requiritur actualis apprehenſio poſſeſſionis,vt nu.14.ſed contra,nu.22.& 26.vbi eſt magis communis,& nu.37.*

*13 Dominium & poſſeſſio vera transfertur per conſtitutum.*

*15 Vendens rem cum conſtituto, non liberatur à reali traditione rei venditæ.*

*16 Emphyteuta vendens rem emphyteuticam, non transfert dominium in emptorem,donec fuerit per dominum inueſtitus,contra nu.34.*

*18 L fin.C. de iure emphyt.procedit etiam in conductione ad longum tempus.*

*19 Noſtrum non eſt extendere legem.*

*20 Conſuetudo laudemiorum ſimpliciter loquens de venditione,locum habet in venditione quæ reſoluitur.*

*23 Venditio ſi facta fuit duobus,ille præfertur cui prius res tradita eſt per conſtitutum.*

*24 Donatarius poſſidens vigore conſtituti, præfertur ſecundo, cui poſtea facta fuit actualis traditio.*

*25 Donatio inter virum & vxorem,quæ morte mariti confirmatur,ſequuta traditione,ſuum effectum operatur, ſi in ea appoſita comperiatur clauſula conſtituti.*

*27 Diſpoſitio l.quoties,C.de rei vend.locum habet in feudis.*

*28 Emphyteuta alienans rem cum conſtituto, ſaluo conſenſu domini priuatur re emphyteutica.*

*29 Item ſi ſaluo conſenſu domini,& non aliter.*

*30 Vel non aliter,nec alio modo,communis eſt in contrarium, vt nu.eo.& 26.ubi declaratur.*

*31 Dominium & poſſeſſio probatur per inſtrumentum rei uenditæ factum in ipſa re,cum clauſula,dedit, & tradidit.*

*32 Poſſeſſio transfertur per inueſtituram beneficij factam in conſpectu ipſius,poſt eius collationem.*

*33 Inueſtitura abuſiua licet non tribuat ius; nec in dominio, nec in poſſeſſione,tamen hoc fallit,ſi inueſtitura ſit facta in præſentia rei donatæ, quia tunc transfertur poſſeſſio ſi donans eſt in poſſeſſione.*

*35 Poſſeſſio transfertur ex contractu nullo,quando uèritas tẽdebat ad translationem poſſeſſionis, & ſecuta eſt traditio,aliàs ſecus.*

## CONSILIVM LI.

1 ET ſi iure cautum eſſe reperiatur,† emphyteutã alienã-
tem rem emphyteuticam incõſulto domino,& eo no-
lente,cadere à iure ſuo,vt eſt tex.in l.ſi.C.de iure emphy.c.
potuit,extra loca.Pariſ.conſ.86.num.13.vol.4.& Tiraq.in
tract.de retract.fol.652.verſ.4.ratio, attamen in præſenti
caſu prima facie dicendum videtur,do Alex.de Agacijs ob
venditionẽ domus emphyteuticæ factam ſine conſenſu do-
mini non cecidiſſe à iure ſuo,nec ad dictum do.domum ip-
2 ſam reuerſam fuiſse,qm̃ recepta eſt Doc.ſententia,†emphy
teutam non cadere à iure ſuo,ſi vendat rem irrequiſito do-
mino, niſi ad actum traditionis peruenerit, quod ex infra-
ſcriptis probari videtur.Et primo ex no.p Bald.in c.1.§.aut
3 ſi libellario,quib.mod.feud.amit.vbi ſingulariter dicit,†ꝙ
ſiue per teſtamentum,ſiue ſtatutum prohibeatur alienatio
ſub pœna,nunquam incurritur in pęnam,niſi ſit proceſsum
ad actualem traditionem,quem ſequitur ibi Præpoſ. col.2.
& Ferd.Loaz.in rep.l.filiusfa,§.diui,nu.114.in fin.ff.de leg.
1.iſtud comprobatur per eundem Bal.in d. §. aut ſi libella-
4 rio,col.ſi.† vbi inquit, vaſallum alienantem rem feudalem
inconſulto domino,non amittere feudum,ſi ad traditionem
rei venditæ non peruenerit,allegat tex.in l.alienatum,ff.de
verb.ſig,tex,eſt in c.Imperialẽ,§.callidis, de proh.feu.alie.
per Fed.vbi Iſer.& Laud.Aluar.in c.1.de prohib.feu.alie.p
Lotha.& in c.1.§.ſi.quæ fue.prima cauſa ben.amit.in 43.cõ
cluſ.Bal.in conſ.276.in prin.vol.5.dup.in conſ.215.vol.eo.
Cur.iun.in tract.feu.in 4.par.q.20.Ale.in conſ.2.col.5.vol.
5.Iaſ.in l.ſi.q.19.C.de iure emphy.Iac. de S.Georgio in in-
ueſtitura ſua feud. in verſ. & cum pacto de non alienando,
col.2.verſ.item quod dixi Boe.in deciſ.112.nu.5.Affl. in ca.
1.quid iur.ſi poſt fac.alien.

Tertio accedit,quod dixit Alua.in d.c.1.quid iur. ſi poſt
5 fac.alie.vbi inquii,† ꝙ licèt vaſallus alienans feudũ ſine li-
centia domini priuetur feudo, etiam ſi poſtea recuperaue-
rit,per dictum tex.tamen quod hoc limitatur,locum nõ ha
bere,ſi recuperatio facta fuerit ante traditam poſſeſſionem
ipſius feudi venditi,quia eo caſu excuſatur a pœna caduci-
6 tatis,quia†ille tex.ſecundum Docto.communiter intelligi-
tur de alienatione perfecta per traditionem, quoniam res
videtur quodammodo integra ante traditionem, l.ab em-
7 ptione,ff.de pact. Item & quia † alienatio eſt actus per quẽ
dominium transfertur,l.1.ff.de fund.dot. quæ fit mediante
traditione,l.traditionibus,C.de pac.& Auar.ſequitur Cur.
iun.vbi ſuprà,q.13,vbi ſubdit,ita notari per gl.in ca.1.in ſi.
de prohib.feud.alie.per Lothar.& hanc partem vti magis
communem ſequitur Ale.in l.ſiue à me,col.2.uerſ.2,limita
ri poteſt,ff.ad leg.Falc.

8 Quarto † & vltimo in terminis noſtris ita decidit Spe.in
9 tit.de loca.§.nunc aliqua,verſ.95.quia† verbum vẽdere,eſt
cum effectu intelligendum,l.1,§.hæc verba,ff.quod quiſque
10 iur.& quia†non dicitur venditio perfecta ante traditionẽ,
§.venditæ,inſtit.de rer.diuiſ.& cum Spe.pertranſeunt Ale.
in conſ.173.col.2.vol.2.repetito in conſ.91.in 3.uol.Ful.in
conſ.41.col.1.Brut.in conſ.34.in ſi.Guid.Pap.in deciſ.101.
& 162.& in conſ.126.nu.3,147.verſ.& ſi dicatur, & conſil.
161.nu.2.& in conſ.192.nu.4.Ale.in l.ſtatu lib.in 1.colu.ad
leg.Falc.Dec.in conſi.460.col.3.verſ.non obſtat, quod vlti
mo,Bru.conſ.42.col.2.Cur.iun.in d.tract.feud.4.par.q.20.
verſi.confirmo,Boer.deciſ.112.nu.4.Rui.in conſ.160.in ſi.
uol.4.in conſ.57.col.2.vol.5.Ferd.Loaz.in l.filiusfa.§.diui,
nu.115.ff.de leg.1,& Rub.Ale.in l.nõ ſolum,§.morte,num.
318.ff.de no.ope.nun.Sal.in d.l.fin.col.pen.C. de iu. emph.
verſ.quæro ab extra.motus etiam hac ratione,quia nudo cõ
ſenſu ab ea receditur,& pro nõ facta hr̃,l.ab emp.ff.de pac.
Affl.in d.c.Imperialẽ,in no.13.nu.56.Alex.in l.ſi à me col.

2.ff.

a.ff.ad leg.Fal.Præpoſ.in c.1.§.aut ſi libello,col.1.verſ.nota
11 etiam,vbi inquit,† ꝙ per pignorationem rei feudalis factæ
ſine permiſſu dñi,priuatur vaſallus feudo, qñ per ipſam pi-
gnorationem transfertur in creditorem corporalis poſſeſ-
ſio ipſius rei feudalis,& in c.1.col.2.in verſ.nota ſecundum
Bal.de prohib.feu.alie.per Fed.Affl.in c.1.nume.11.de alie.
feu.pater.& in d.c.Imperialem,no.24.num.55.& hanc par
tem vti cōem ſequuntur Iaſ.in d.l.fin.q.19.& Marſ. in ſing.
412.& vti magis communem,Cur.ſen.in cōſ.8.in fin.Negu.
in trac.de pign.in 3.memb.2.par.nu.79.Sed in caſu præſenti
nō interuenit traditio in emptore, ergo ceſſat commiſſum.
12 Nec habet obſtare,quod in actis deducatur,† traditionē
probari ex conſtituto appoſito in dicta alienatione, per
quod conſtitutum probatur traditio dominij, & poſſeſſio-
nis,l.quod meo,vbi per omnes,ff.de acq.poſſ.l.quamuis, §.
13 ſi conductor,& l.interdum,ff.eo.tit.† & nedum poſſeſſio fi-
cta,ſed vera:vt no.Bar.in l.ab emptione,circa fi.ff.de pact.l.
14 certè,§.1.& §.Iulianus, ff.de precar.quia reſpondetur,† ꝙ
in terminis,de quibus agitur,per dictam traditionem cauſa
tam à conſtituto,emphyteuta non cadit à iure ſuo, ſed re-
quiritur realis apprehenſio poſſeſſionis, ita apertè decidit
Guid.Pap.in deciſ.101.vbi inquit ita iudicatum fuiſſe in Cu
ria Parlamenti, prout vidit in pluribus cauſis determina-
ri,motus hac ratione, quia licèt ex conſtituto transferatur
dominium,& poſſeſſio,tamen non vt res committatur;cum
illud fiat fictione iuris,vel etiam quia illud procedere poſ-
ſet,ſi poſteà realis poſſeſſio fuiſſet apprehenſa,quoniam,vt
15 dicit Bal.in l.ab emptione,ff.de pac.licèt † interueniat con
ſtitutum, tamen adhuc eſt obligatus venditor ad realiter
tradendum rem venditam, quicquid ibi dixerit Bart.quo-
niam ante realem traditionem,non dicitur omni perfectio
ne venditio perfecta,vt dicit gloſſ.in l.ſi quis rem,ff.de act.
empt.& ad hoc ſubdit bene facere text.in §.venditæ,inſtit.
de rer.diuiſ.& ſententiam Guid.amplectitur Ripa.in c.cum
M.in nu.80.in fi.de conſt.idem Guid.in deciſ.46.colum.fin.
16 ver.& ex hoc infertur, vbi dicit,† quod emphyteuta ven-
dendo rem emphyteuticam,non transfert dominium in em
ptorem,donec per dominum fuerit inueſtitus & retentus.
Nec obſtat ſecundum eum, quod in venditione interuene-
rit precarium,aut retentio vſusfructus,qui ex ficta traditio
ne transferunt dominium,iux.l.quod meo,ff.de acq.poſſ.&
l.quiſquis,C.de dona.quia illud verum admittitur, quando
ſit venditio rei franchæ,ſeu allodialis,ſecus ſi emphyteuti-
cæ,per tex.in l.fi.C.de iure emphy.cũ gl.ſuper verb. cadat,
ſubdens ita iudicatum & declaratum fuiſſe in curia Parla-
menti.Iterum ipſe Guid.deciſ.112.idem voluit Affl.in c.1.
quid iur.ſi poſt alie.vbi reprobat Pau.de Caſt. aliter tenen-
tem,in l.1.§.ſi rem,ff.depoſ.& Aluaro.ibi, vbi tradit, quod
in iudicio ipſe non admitteret contrariam ſententiam, tum
quia eſſet dura,& rigoroſa,tum quia iura feudalia videntur
habuiſſe reſpectum ſolum quando vaſallus per veram tra-
ditionem ſe ſpoliauit.Item, & quia magis delinquere vr̃ qs
per veram traditionem, & realiter tradendo, iura ſua a ſe
abdicando,quàm non tradendo realiter.& Aluar. ſententiā
ēt ſequitur Cur.iun.in d.trac.vbi ſupra q.13.verſ. ſed circa
præmiſſa.Rub.Ale.in d.§.morte,nu.321. Affl.in c. imperia-
lem,in prin.no.13.nu.56.de prohib.feu.alie.per Feder. vbi
ſequendo ibi Bal.dicit, ꝙ ſi vaſallus alienando proceſſit ad
actum facti,tunc perdit feudum,ſecus ſi ad actum verbi, pu
ta,quia non fuit tradita poſſeſſio. & ſic per conſtitutionem
precarij non perditur feudum,quia conſtitutio precarij eſt
actus verbi,& non actus facti,quod ſubdit perpetuo menti
tenendum,quoniam vidit magnos doctores dubitare.

Sed his non obſtantibus, vlterius cogitanti contrarium
17 de iure eſſe arbitror, videlicet † quod imò dom. Antonius
per huiuſmodi alienationem cecidit a iure ſuo, & dominiũ
vtile domus alienatæ conſolidatum fuit cum directo domi-
18 nio,per tex.in d.c.potuit.& † in d.l. fin. C. de iure emphy.
quem tex.ampliat Fulg.in conſ.24.etiam procedere in cō-
ductore perpetuo ſeu ad longum tempus, quam ampliatio
nem magnam exiſtimat,(ſi vera eſt)Iaſ.d.l.fi.col. /.ver. an-
tequam veniam.

Verum quia tota vis conſiſtere videtur in reſpondendo
ad contraria, ideo ad eorum deſtructionem me conuerto.
& in primis dico, ꝙ ſola uenditio emphyteutæ abſque alia
traditione ſufficere videtur ad cauſandum commiſſum,per
tex.in d.l.fin.ibi, minime licere emphyteutis ſine conſenſu
domini ſuas meliorationes alijs vendere,vel ius emphyteu
ticarium transferre.nec ibi loquitur tex.ꝙ ad excuſandum
commiſſum, ſit neceſſaria traditio rei, ſed ſolum loquitur
de venditione, non declarando traditionem neceſſariam.
Nam ſi Imperator voluiſſet ſequi traditionem ad commiſ-
ſum cauſandum, bene expreſſiſſet. ut in ca.ad audientiam,
de decim. Vnde cum non expreſſerit,ſtandum eſt in ſimpli-
19 ci diſpoſitione iuris, quia † noſtrum non eſt legem exten-
dere.l.ſi vero.§.de uiro.ff.ſolu.matr.Ita Guid.Pap.in conſi.
147.num.7.ver. ſed teſtat.videre. Idem tenuit Imola,in ca.
potuit.col.22.ver.aduerte tamen,& ibi Barbatia,in uerſic.
ſed quid ſi non tradidit,extra loca.rurſus Barbatia,in ca.2.
ver.limita ēt procedere,de feud. & in rub. de reb.alien.nō
alie.col.10.ver.nono limita.& Collec.in d.c.potuit,col.4.
ver.quid ſi emphyteuta,vbi ēt refert ita tenuiſſe Petrum,&
pro iſta opinione bene facit, quod voluit Cyn.poſt Petr.in
20 l.fi.§.ſed quia noſtra.C.commu.deleg. vbi inquit, † laude-
mium deberi ex venditione, quæ reſoluitur, ſi conſuetudo
laudemiorum loquitur ſimpliciter de venditione, quia ſuf-
ficit, ꝙ res fuerit ſemel vendita, etſi non duret. l. ſi quis.C.
21 de inſtit.& ſubſtit. ſecus ſi loquatur de alienatione. † ſed
quia cōis opinio eſt in contrarium,ut inquit Imo.in d.cap.
potuit,& Alex.in l.ſi a me.col.2.ff.ad leg.Fal. ideo ſecundo
loco reſpondeo, ꝙ ſi foret neceſſaria traditio in ipſa alie-
22 natione, ꝙ ea interuenit per conſtitutum appoſitum in d.
alienatione, quæ ſufficit ad cauſandum commiſſum, cum
per illud trãsferatur vera & propria poſſeſſio.d.l.certe.§.
1.& §.Iulianus.verſi.ego vero poſſideo.Dec.in conſ.302.
23 col.2.Et ideo † ſi res ſit vendita duobus,præfertur ille,cui
prius facta ſit traditio.l.quoties.C.de rei vend.ēt per cōſti
24 tutum, ut per Alex. in conſ.15.in fi.volu.1. ubi inquit,† ꝙ
donatarius poſſidens vigore conſtituti,præfertur alteri do
natario,cui poſtea fuit facta actualis traditio.Dec.in conſi.
302.nu.9.ſupra citato.Iaſ.in d.l.quoties.col.4.verſi.quinto
principaliter limita. Marſ.in ſin.82. in 3.limit.Ioan.Andr.
in addit. ad Spec. in tit.de emp.& vend. ℣. ſciendum,in ad-
dit.inci.hic dubitatur,ſi iſte vendat. Pariſ.conſ.69.nu. 155.
vol.3.Dec.conſ 252.col.3.verſi.tertio principaliter.Guid.
Pap.deciſ.112.Rui.conſi.272.nu.20.vol.1.& conſ.184.col.
3.ver.ſed præmiſſis,vel eod.

25 Pariter † videmus in donatione inter uirum & vxorem,
quæ morte mariti præmorientis confirmatur, ſequuta tra-
ditione,ſi in ea apponatur clauſula conſtituti, quia per eā
videtur facta traditio,ut per Corn.in conſ.224.uolu.3.quē
ſequitur Dec.in conſ.202.col.4.ver.ſed in hoc aduertendũ
eſt.Craue.in conſ.142.col.2.ver.ſuper hoc dubio,& in ſpe
26 cie, † ꝙ ea ſufficiat in caſu noſtro traditio per conſtitutũ,
vt res cōmittatur,voluit Præpoſ.in c.Imperialē,in ℣.calli-
dis,col.1.de prohib. feu.alie.per Fed. Pau.de Caſt.in l.1.§.
ſi rem, ff. depo. vbi dicit, ꝙ vendens ſine conſenſu domini
rem emphyteuticam, quam uere non tradidit, ſed conſti-
tuit eam tenere, & poſſidere nomine emptoris, ipſam rem
perdere debet quantumcunq; poſtea eam recuperauerit.
Alex.in l.ſi a me.col.2.verſ.idē intelligo.Iacob. de S.Geor.
in inueſt.ſua feud.in uerſ. & cum pacto de non alienando.
col.2.uerſ.& ex hoc infertur,vbi inquit in quæſt.facti ſecu
tum fuiſſe hanc ſententiam, quod ſubdit menti tenendum
in pract.Iaſ.in l.fi.col.44.q.19. C. de iure emphyt. ubi tra-
dit hanc limitationem perpetuo notandam, quia cōiter in
inſtrumentis uenditionum apponuntur conſtituta. Marſ.in
ſing.412.Cur.iun.in d.trac.feud. 4.par.q.20.ubi ita dicit ēt
tenere Laud.in cap.imperialem,de prohib. feud. alien.per
Fed.Affl.in ca.1.§.ſi facta.nu.18.ſi de feud.fue.contr.inter.
27 dom.& agna.ubi dicit,† ꝙ diſpoſitio d.l.quoties. C.de rei
uēd.ēt hēt locum in feudis. Et ideo,ꝙ ſi primus me inueſtit
uerbaliter de feudo, & conſtituat ſe precario nomine poſ-
ſidere:deinde alium inueſtit, & dedit ſibi corporalem poſ-

 ſeſſionem,

ſeſſionem,quod habet locum d.lex,quia quando eſt in aliū
tranſlata poſſeſſio per conſtitutum, tunc uera poſſeſſio trā
sfertur quaſi ſimul eodem loco & tempore poſſit fieri utrū
que,alias ſecus.l.parui.ff.de condict.fur. allegat et Paul. in
d.§.ſi rem.Fulg.in conſi.2.col.1·Brun. in conſil.42.colum.
2.in princ.Cuma. in cōſil.41.colum.1.Rui.in conſi. 7. num.
5.uol.2.& in conſi.169.num.17.uol.3.Boer.deciſ.112.nu.5
Guid.Pap. ubi add. in deciſ. 101. Idem Guid.in conſil.147.
uerſic.& ſi dicatur communis, & 192. numer. 4. Rui.con-
28 ſi.2.col.1.volum. 1.vbi atteſtatur hanc eſſe communem, &
magis communem Tiraq.in tract.de iur.conſti.in 3.par.li-
mita 26.numer.6. Et in tantum eſt uera huiuſmodi ſenten-
tia,quod ampliatur etiam procedere,ſi emphyteuta vendi-
diſſet rem cum conſtituto,ſaluo conſenſu domini, per ea,
quæ not.Bal.in l.1.q.16.C.de his, quę pœnæ nomine vbi in
quit,quod vaſallus,qui vendit feudum reſeruato conſenſu
domini,perdit feudum ſecuta traditione, quia talis prote-
ſtatio non releuat facta traditione,quia traditio eſt facti,&
factum eſt contrarium proteſtationi, & quando de facto
eſt cogitatum,proteſtatio non excuſat delictum.Alleg.l.in
bemus.§.extero.C.de ſacroſan.eccl.& in terminis emphy-
teutę,ita determinat Bald.in cap.Cumana.colum. 3. verſic.
& ad prædicta.de elec.dicens,quod alienatio facta per em
phyteutam proteſtando,& reſeruando conſenſum domini,
interueniente facti exequutione,& traditione poſſeſſionis,
talis proteſtatio non excuſat emphyteutam, quominus in-
cidat in pœnam,quia in tali traditione fit conditio domini
durior,& dicta proteſtatio tanquam fraudulosa nou valet:
quia non ex bona fide res geritur,vt no.in l.ſi ita quis.§.ea.
l.ff.de verb.obl.Roman.in fin.511.Cœpol.in caut. 45. Feli.
in c.cum contingat.in 4.columna de offi.delega. Bald.in ca.
1.§.fin.quæ fue.prima cau.ben.amit.Dec.in conſi.460. col.
2.in princip.& 3.verſi.non obſtat quod vltimo.Aret.conſi.
35.col.2.Iaſ.in l.fi.col.pen.verſic.24.C.de iur.emphy.Soc.
q.251.col.4.Alex.conſi.3.colum.1.volum.1.Bru.conſil.42.
colum.2.& hanc eſſe communem dixerunt Iaſ.in d.§. mor-
te.colum.16.in princ.verſic.4.ad iſtam, & ibi Rub. numer.
316.& Heima.Det.nume.97.Dec.in conſi.160. col.3. & Ri
pa in d.c.cnm M,nu.80.
Immo plus voluit idem Bald.in dict.le.1. quæſt.16.iſtud
29 † etiam locum habere,ſi eſſet dictum cum conſenſu domi-
ni,& non aliter,ſequitur Decius in allegato conſi. 160. co-
lumna 3.& Iaſo.in d.§.morte,colum.27.uerſic.ſecus autem
30 eſſet,& nonnulli etiam quando † dictum eſſet cum conſen-
ſu domini,& non aliter,nec alio modo,vt per Bald. in l.vo-
luntas. C. de fideicom. quia adhuc factum eſt contrarium
proteſtationi.Dec.in citato conſi.160.colum.3.& Iaſ. in d.
§.morte,colum.16. verſic. iſtam limitationem, quod dicit
bene notandum,quia frequenter contingit. Pariſ.in conſil.
86.num.14.vol.4.& Gramm.in deciſ.59.colum.fin. vbi in-
quit,ita fuiſſe notatum per ſacrum conſilium. Verum iſtam
partem ſequendam non arbitror,cùm communis ſit in con
trarium,teſte Bal.in capit.1.§.denique.quæ fue.prima cau.
bene amit.quem ſequitur Socin.in conſi.151.colu.4.Felin.
in capit. quæ in eccleſiarum. colum. 31.in prin.verſic.ter-
tius caſus,de conſtitu. uidelicet quādo ſine difficultate poſ
ſet res haberi.Iaſ.in l.fi.C.de iur.emphy.colum.pen. Neui-
za.in conſi.12.col.11.verſic.facit.Guid.Pap.in deciſ.163.in
princip.ubi dicit hanc partem vti mitiorem eſſe tenendam,
cùm agatur de pœnis,cap.in pœnis,de regul.iur.in 6. Cur.
iuni.in tracta.feu.in quarta par.q.21.in fin.verſ. tertius ca-
ſus.Cur.ſen.in conſi.8.colum.2.Herm.Dett.in dicto §.mor
te.nume.95.& ibi Rub.Alex.num.321.verſi. tertius caſus.
Afflict.in c.imperialem,in not.24.n.56.de proh. feud. alie.
per Frider. & hanc eſſe communem firmat Ripa in d.ca.cū
M.num.80.verſicu.2.intellige,& in reſponſo primo,nume.
3.in 3.parte, vbi refert ita tenere communiter Doctor. ca-
no.in capitu.ſecundo de feud.& inquit Iaſ.in dicto §.mor-
te,colum.16.verſicu.tenendo iſtam, quod non reperit ali-
quem, qui in indiuiduo reprobauerit hanc concluſionem.
Secundo dicitur,quod etiam ſi non eſſet cōſtitutum in di
cto inſtrumento alienationis, tamen alio modo probatur
31 traditio,quia † inſtrumentum factum fuit in domo emphy
teutica alienata, & ſic in conſpectu rei,& cum clauſula de-
dit,& vendidit,& tradidit,per quod inſtrumentum in dicta
domo confectum, & maxime cum uerbo tradidit, transfer
tur dominium & poſſeſſio,ac illam probat.Ita Bart.in l.prę
dia.in ſecunda oppoſi.& ibi Alexand.col.pen.verſi.vltimo
nota.ff.de acqu.poſſ.rurſus Bar.in l.2.C.de acqui.poſſ.Ang.
in.§.actionum.colum.5.Inſt.de actio.Corne.conſi.142.co-
lum.2.verſ. non obſtant adducta,uolum.3. & in co nſi.201.
litera O.uol. eo.& ita in terminis noſtris concludūt Aret.
in conſ.41.colu.penul.verſ.2.præmitto & Fulgo.in conſ.2.
verſic.& dato,quod conſtitutum,quæ ſnia comprobatur ꝑ
Compoſt.& Io.And.in c.tranſmiſſam,de elec.& Butr.in c.
32 ſecundo,colum.2.verſic.die,de conſue.vbi dicunt, † quod
inueſtitura beneficij fit in conſpectu ipſius beneficij poſt
eiuſdem collationem,transferunt poſſeſſio. l. quod meo. ff.
de acquir.poſſeſ.l.1,C.eo.tit.Rom.conſi.337.colum.1.verſ.
præterea ipſa verbalis.Affl.in c.1.nume.9.quid ſit inueſtitu-
33 ra,vbi inquit,† quod licèt inueſtitura, abuſiua non tribuat
ius,nec in dominio,nec in poſſeſſione,tamen hoc fallit,ſi di-
cta inueſtitura facta fuerit in præſentia rei donatæ, vel con
ceſſæ,quia tunc transfertur poſſeſſio, ſi donans eſt in poſſeſ-
ſione,& hoc operatur non lex inueſtituræ,ſed viſus,& con-
ſpectus ipſius rei exiſtentis iu præſentia partium.
Non obſtat,quod not.Guid.Pap.in deciſ. quaagedrſima-
34 ſexta dum voluit, † conſtitutum non transferre poſſeſſio-
nem,nec dominium in re emphyteutica, niſi is fuerit inue-
ſtitus à domino,quia reſpondetur, quod immo emphyteu-
ta conſtituendo ſe poſſidere pro alio, non minus transfert
poſſeſſionem, quam ſi verè tradidiſſet, quantum ad ipſum
emphyteutam & illum cui vendidit. Ita Oldr.conſil.139.
col.3.verſic.ſextò quem ſequitur Dec. in conſi. 247.col.2.
& 3.Anchar.in q.63.col.1.uerſic. quò ad tertium.Cuma.in
conſi.173.col.fi.ubi loquitur in re feudali.& Præpoſ.in ca.
imperialem.§.callidis.col.1.ver.nota etiam ex iſto text. in
35 verſic.transfertur,vbi inquit poſt Bald.ibi, † ꝙ ex contra-
ctu nullo transfertur poſſeſſio, quando veritas tendebat
ad tranſlationem poſſeſſionis,& ſecuta eſt traditio:alias ſe-
cus,quem tex.ſubdit eſſe intelligendum quocunque modo
transferat poſſeſſionem, ſiue per actualem traditionem,
ſiue per conſtitutum: cum per illum transferatur poſſeſ-
ſio vera.d.l.quod meo, ſubiungens hoc etiam locum habe-
re in emphyteuta,per not.per Butr.in citato conſ.34.& reſ
pondendo ad Guid.Pap.ita tradit Tiraquel.in tracta.de iur.
conſtit.in 2.par.ampl.36.
Similiter non obſtat,quod inquit Tiraquel. ir d.tract.de
36 iur.conſtit.in 3.part.limit. 26.nu 6.ubi tradit † emphyteu
tā uendentem cum clauſula conſtituti, & cum proteſtatio-
ne,ſaluo conſenſu domini, non cadere a iure ſuo,niſi ſecu-
ta reali traditione.quia aduertendum arbitror eius dictum
debere intelligi ſecundum deciſiones per eum allegatas,
iuxta doct.Bar.in l.non ſolum.§.liberationis uerba.ff.de li
be.leg.uidelicet quando proteſtatio fuiſſet facta cum clau
ſula,ſaluo iure dnmini, & non aliter,nec alio modo, ut lo-
quuntur Bald.in d.c.Cumana.& Curt.Sen.in conſi.8.uel eſ
ſemus in caſu, quo difficilis eſſet recuperatio rei alienatæ
ſi facta fuiſſet realis traditio, ut loquitur Rubeus in d. §.
morte,quæ uerba ſunt Fely.in d.c.quæ in eccleſiarum. col.
31.uerſ. tertius caſus, alias ſi ſecus ſentiret, male diceret,
37 cum † conſtitutum quantum ad effectum priuationis, idē
operetur, ac ſi emphyteuta feudum actualiter tradidiſſet,
ut per Rui.in conſi.69.nu.17.in fi.uol.3.& Guid.Pap.in cōſ.
147.uerſ. imo & ſi foret, ubi inquit, hanc eſſe approbatam
Doct.ſententiam. Laus Deo.

Rolandus a Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

*1 Numerus duodecim liberorum & ſi excuſet patrem, a muneribus perſonalibus, non tamen a patrimonialibus, ſed contra numero 3. ſecundum magis communem.*

*2 Decu-*

2 *Decurio habens duodecim liberos excuſatur ab oneribus patrimonialibus.*

4 *Habens numerum duodecim liberorum ſiue ſint mares ſiue fœminæ quamuis nuptæ, excuſatur à muneribus perſonalibus & patrimonialibus, ratio ponitur num. 9. & 14. 45. & 51.*

5 *Quod amplia procedere ſiue filij ſint in poteſtate, ſiue emancipati, ſiue religioſi, dummodo tamen legitimi & naturales, vel legitimati per reſcriptum, ſecundum aliquos, ſecus ſi naturales, vel legitimi.*

6 *Quod etiam ſane intelligas, locum habere dummodo ſint nati, & non in vtero.*

7 *Amplia quoque concluſionem ipſam procedere, vt in nu. dictorum filiorum computentur nepotes ex filio pro vno loco patris ſui.*

8 *Immunitas difficilius conceditur à muneribus patrimonialibus.*

10 *Ampliari hominum adiectione imperium cupit Imperator potius quam pecuniarum copia.*

11 *Pater habens filios, non habenti præfertur in honoribus.*

12 *Pater habens plures filios, præponitur habenti paucos.*

13 *Pater prolem habens, præfertur in teſtimonijs non habenti filium.*

15 *Numerus duodecim liberorum immunitatem tribuit ab extraordinarijs, non ab ordinarijs, & num. 18.*

16 *Doctores & Medici, qui à lege conſequuntur immunitatẽ à muneribus perſonalibus & patrimonialib. illam nõ habent ab ordinarijs.*

17 *Diuina domus non excuſatur ab ordinarijs muneribus.*

19 *Onus, quod à pluribus fertur, leuius & facilius portatur.*

20 *Numerus duodecim liberorum immunitatem non præſtat ab oneribus, quæ imponuntur ratione belli, contra nu. 27. declara, vt in nu. 30.*

21 *Statutum imponens pœnam facienti propoſitionem in conſilio pro imponenda collecta, non includit eum, qui collectam proponit pro neceſſitate guerræ.*

22 *Statutum diſponens, quod omnes teneantur ſoluere collectas, licet non comprehendat exemptum ex priuilegio, tamen fallit ſi collecta propter neceſſitatem guerræ imponeretur.*

23 *Priuilegium generaliter indultum, non includit caſum publicæ utilitati contrarium, & ſi includeret, non ualeret, declara, ut in nu. 37.*

24 *Neceſſitas non ſubiacet legi, & nu. 38.*

25 *Neceſſitas licitum facit, quod alias illicitum eſt.*

26 *Viſitationes & procurationes plures facere & exigere licet ſuperueniente neceſſitate.*

28 *Conducens rem ſterilem ratione ſterilitatis, remiſſionem petere aon poteſt.*

29 *Conducens fundum tempore guerræ, ſi impediatur uti re locata, remiſſionem petere non poteſt.*

31 *Lex eſt dogma commune prudentum virorum.*

32 *Legis proprium eſt dare formam futuris negotijs, etiam in caſibus de raro contingentibus.*

33 *Oculus legis, ſicut oculus Dei omnia videt, & intuetur.*

34 *Immunitas, quæ à lege doctoribus datur, extenditur & ad onera bellica.*

35 *Numerus duodecim liberorum excuſat patrem à ſuperindicto.*

36 *Superindictum dicitur, quando ſupra munera ordinaria, & mixta aliquid additur ſoluendum, ſecundum emergentes neceſſitates.*

39 *Ceſſante cauſa, debet ceſſare effectus declara, vt in numer. 50. & 55.*

40 *Priuilegium conceſſum filijs propter parentes, eis mortuis non durat.*

41 *Priuilegium conceſſum filijs propter paupertatẽ auctis facultatibus expirat.*

42 *Priuilegium ceſſionis bonorum ceſſat ſuperueniente pinguiori fortuna.*

43 *Ceſſante cauſa, ceſſat & effectus, ſi cauſa & effectus habẽt tractum ſucceſſiuum.*

44 *Excuſatus à munere propter abſentiam reipublicæ, ceſſante abſentia perdit immunitatem.*

46 *Conditionem ſufficit ſemel extitiſſe, licẽt implementum non durauerit.*

47 *Legatum factum per patrem filiæ, cum uidua fuerit, non amittitur, ſi filia ſit effecta uidua, & poſtea nubat.*

48 *Cauſa ubi requiritur quod certo, & limitato tempore adſit, ſufficit, quòd tempore illo limitato adfuerit, quamuis poſtea ceſſauerit, & nu. 56.*

49 *Immunitas conceſſa patri propter numerum duodecim liberorum ſecundum magis communem non extinguitur per mortem unius, uel plurium filiorum.*

52 *Cauſæ duæ ubi concurrunt in aliquo actu, quarum una ſit immediata, & altera remota, effectus attribuitur propinquæ, & non cauſæ remotæ.*

53 *Immunitas conceſſa patri propter duodecim liberos, nõ extinguitur ſi filij habeant unde ſe alant.*

54 *Ceſſante cauſa impulſiua, non ceſſat diſpoſitio.*

## CONSILIVM LII.

Requiſitus, vt dicam quid ſentiam circa difficultates inſraſcriptas, prima facie dicendum videretur, quo ad
1 primam, † quod habens numerum duodecim liberorum, licet excuſetur à muneribus perſonalibus, quia quinque ſuffi ciunt, vt eſt text. in l. fin. C. de his qui nume. liber. libro decimo, Angel. §. primo, columna ſecunda, de excuſa. tuto. Alber. de Roſa. in rubrica, ff. de mune. & hono. numero 88. in l. ſecunda, §. ſextum decimum, ff. de vac. mune. & Pet. de Antib. in tract. de mun. in tertia, par. numero duodecimo, &
2 in §. 2. de diuiſ. muner. numero 25. tamen † non excuſatur a muneribus patrimonialibus, quia hoc tantùm in decurione habente dictum numerum, locum habet, vt in l. ſi quis decurio. C. de decur. lib. decimo, vbi etiam Bal. Alber. de Roſa. in d. l. ſecunda, §. ſextum decimum, ff. de vacat. muner. & Ruin. in conſi. 227. col. 2. in prin. volum. 4. ſecus in alijs, vbi requiritur numerus ſexdecim liberorum, vt per gloſſ. in l. 1. C. de his, qui nume. liber. libro decimo, l. ſemper §. demonſtratur, ff. de iure immuni. quam ſententiam etiam ſequuntur Bald. in d. l. ſi quis decurio. Alber. de Roſa. in dicto §. ſextum decimum. Imol. in conſilio 77. Alex. in conſ. 123. col. fi. volum. 5. & Pet. de Antib. in d. tract. de mune. in §. 2. de diuiſ. mune. num. 26.

Sed præmiſſis non obſtantibus, contrariam ſententiã vti magis à legum verticibus receptam amplectandã arbitror,
3 videlicet, † quod immo ſufficiunt duodecim liberi, vt vult gloſſ. in d. §. excuſantur, & ibi Bart. qui inquit numerũ duodecim, vel ſexdecim ſufficere ad hoc, vt pater conſequatur a lege immunitatem, tam à patrimonialibus, quàm à perſonalibus, & à collectis. Gloſſ. Bart. And. de Barul. Ange. in d. l. ſi quis decurio, & ibi etiam Ioan. de Plat. qui ſubdit hanc eſſe veritatem. Immo, inquit ibi Bart. quod vidit de facto concedi talem immunitatem in Ciuitate Lucana. Rurſus Ioan. de Plat. in d. l. 1. C. de his qui pro num. lib. in l. eos, eod. titul. & in l. neque, C. de mune. patrimo. libro decimo. Bald. ſibi contrarius in conſi. 312. in princip. volum. 3. Petr. de Anch. in capitulo licẽt, de cenſ. Alexand. ſibi aduerſarius in additio. ad Bart. in dicto §. demonſtratur, dum reſidet in opinione Barto. And. de Barul. & Ioan. de Barul. & Ioan. de Plat. vbi ſupra Angel. in §. primo, column. ſecunda, Inſtitu. de excuſa. tut. vbi dicit, quod in practica credit obſeruandam opinionem Bart. tanquam benigniorem, cum ea liberet à muneribus: arg. leg. ſi de interpretatione, ff. de pœnis. quamuis paſſus hic ſit dubius propter auctoritates contrarias, quod ſubdit menti tenendum perpetuò, quia vidit de facto

cto Florentiæ,& Bononiæ allegari, & hoc attentari in per-
ſonas dominorum Petri de Graſſis,Iacobi de Bob.& Federi
ci de San.Vincentio de Bononia,eo exiſtente conſultore,&
quod obtinuerunt decretum.Idem voluit ibi Iaſ.Guid.Pap.
quæſtio. 401. Petrus de Antib.in dicto tracta.in tertia par.
num.12.Ruin.in conſil.124.nume.5.col.4.quod & admittũt
Fulgo.in conſ.32.co..2.Dec.in l.fi.col.fin.ff.ſi cert.petat.&
Alcia.in tracta.de præſump.in 1.regula præſump.36.nume,
2.& hanc eſſe communem opinionem atteſtati ſunt Ana.in
4 conſilio vltimo , & ibi Bologn.in addit. necnon † & magis
Doct.receptam ſententiam Rui.in conſ.127.col.1.in fi. vol.
quarto,ſufficitque quod dicti filij ſint mares,ſiue fœminæ.l.
fin.C.de his qui nume.liber,lib.10,Angel.in d.§.1.colum.2.
Ioa.de Plat.in l.nepotes.C.de his qui pro nume.libero.quã-
uis filiæ eſſent nuptæ,vt per Aegid.Boſsi.in trac.crim.in tit.
5 de principe nu.155.† ſiue in poteſtate,ſiue emancipati.Ioa.
de Plat.in d.l.nepotes,& in l.de patrimonialibus. eod. titul.
Ang.in d.§.1,col.2.Parpa.in rep.l.placet. numero 87. C. de
ſacroſanct.eccl. & Petr. de Antib. vbi ſuprà numero 14. &
Alber.de Roſa.in rubr.ff. de mune. & honoribus nume. 88.
etiam ſi adoptiui,quò ad naturalem,vt per Io.de Pla. in d.l.
nepotes,ſecus quò ad patrem adoptiuum , dummodo tamẽ
naturales,& legitimi;ſecus ſi naturales,vel legitimi,l.2.§.le
gitimos.ff.de excuſat.tuto,gloſſ.in d,l.nepotes, vbi etiã Io.
de Plat.& in l.1.in fin.C.eodem titul.& Iaſ.in dicto,§.primo
de excuſat.tuto.ſecus ſi legitimati per reſcriptum;quia di-
cuntur verè legitim ati naturales , vt in terminis per Rui.in
conſi.124.numero 5.volum.4.quod & ſentire videtur Ang.
in dicto §.1.col.2.in fin.verſ. nam ſpurius non legitimatus,
6 & dummodo † ſint nati,& non in ventre, vt per Ioa. de Pla.
in dicta l.nepotes.Angel.in dicto §.1.colum.2. in fine.Petr.
de Antibo vt ſupra , & Alber. in allegata rubr. de muner.
& honor. numer. 80. & Parpal. in loco ſupra citato . nam
iſto caſu exiſtens in vtero nõ habetur pro nato ad cõmodũ
patris,licet ſecus quo ad commodũ ipſius l.qui in cętero.ff.
de ſta.hom.quãuis aliter obſeruetur in ſtatu Mediolani,vbi
ſufficit ſecundum Aeg. vbi ſup. qđ vẽter ſit ꝓximus partui.

Nec refert,an aliquis ſit ingreſſus religionem ſecundum
Angel. & Petr. de Antib.vbi ſuprà.Requiritur tamen,quod
omnes ſint viui tempore dicti immunitatis,ſecus ſi mortui,
vt in l. 1. C. de his qui pro numero , vbi Ioan. de Plat. &
in d.leg. nepotes , & Parpal. vt ſupra , ac Alber. & Petr. de
7 Antibo. in locis ſupra relatis . Si † tamen vnus ex eis , vel
plures eſſent mortui tempore dictæ immunitatis relictis
nepotibus . hi tamen admitterentur vna cum patruis ad
excuſationem patris & aui. verum eſt, quod plures nepo-
tes ex vno filio præmortuo,non admitterentur , niſi pro v-
no,vt inquit Ange. in dicto §.primo,per text. in dicta leg.
nepotes . vbi Ioan. de Plat. Imol. in conſilio 77. colum. 2.
ac Parpal. & Alber. vbi ſupra, nam ſi nepotes ex filio non
pro ſunt auo ; uiuo patre, & eo mortuo habentur loco v-
nius, etiam quò ad munera perſonalia publica auctorita-
te,& vtilitate,vt patet ex his,quæ habentur in dicta l.nepo
tes,multò minus proficere debent auo , quoad munera pa-
8 trimonialia † in quibus difficilius conceditur immunitas ,
vt in leg. neque . C. de mune patrimon. libro decimo , &
9 ratio † prima quare patri à lege concedatur huiuſmodi
immunitas,eſt,vt poſsit procreationi vacare . 27. quæſtio.
10 prima,& ſic replere ciuitatem hominibus, ampliari † ete-
nim hominũ,adiectione imperiũ cupimus,potius quã pecu
niariũ copia inquit legiſlator in l.fi.§.pe.ff. de bo.damn.ho
minibuſque augere rempublicam leg. 2. in fin. C. de in-
dic. vidu. l. fin. ibi , pro qua multa. C. qui pot. in pig. ha-
11 bea.Et in tantum † lex deſiderat imperio adiectioуem ho-
minum,quod patri habenti filios tribuit prærogatiuam in
honoribus præcedendi non habenti filium l. in albo. C. de
12 decurio. libro decimo , & duodecimo , quod † pater qui
habet plures filios præponatur habenti paucos.l. ſpurij.§.
fi.ff.de decur.

Accedat quoque,quod tradit Bald. in dicta leg. in albo ,
13 vbi dicit,† quod in teſtimonijs præfertur qui habet filios ,
non habenti,facit lex prima.ff.ſolut.matri.vbi fauor publi-
cus verſatur in procreatione liberorum. Vnde inquit Aug.
de Ciuita.Dei in 19.quod pertinet ad virtutis officium , &
viuere patriæ , & propter patriam filios procreare . quod
tradidit etiam Cicero in primo libro off.de quo etiam in l.
prima.§.generaliter in fin.ff.de vent.in poſſeſ.mitt.vbi non
ſolum nobis nati ſumus,ſed partim patriæ,partim amicis.
14 Altera eſt , † vt poſſit ſimiliter vacare educationi libero
rum,l.ſecunda,ff.de dona.inter vir.& vxorem , & in d. leg.
ſemper.§.demonſtratur,ibi,non eſt rationabile , vt conce-
damus liberorum educationi. ff. de iure immun. Ripa in l.
ex facto, nume. decimoquarto, ff. de vulgar. & pupil. quæ
cum ſumptu & labore fit.leg.patrem.C.de de nupt. Facit l.
2.C. de infan. lang. vbi vnuſquiſque ſobolem ſuam nutrire
debet ad quod ſecundum leges & à natura compellitur pa
ter,l.fi.§.filiis autem,C.de bon.quæ liber.

Circa ſecundum articulum,an dictus numerus duodecim
liberorum præſtet excuſationem ab omnibus oneribus pa
trimonialibus , omittendo ſuperflua concludendum vide-
15 tur, † quod non ab ordinarijs,ſed tantum ab extraordina-
rijs ; quod primo probatur ex nota , per Pet. de Antibo in
16 dicto tracta. de mune.in 3. part. numero 55. vbi † inquit,
quod Doctores & Medici, qui à lege habent immunitatem
à muneribus perſonalibus,& patrimonialibus , illam non
habent ab ordinarijs,per leg.ſecundã,C.de mun. patrim.li
bro 10.& in procem.ff.ʃ.hoc autem .leg.fin §.patrimonio-
17 rum.ff. de mune. & honor. quia † etiam diuina domus non
excuſatur.l.ſi diuina domus,C.de exacto.tribu.lib.decimo
l.penul.& fin.C.de priuil.domus,Ang.libro 11.ſi ergo hoc
in Doctoribus & Medicis,qui habent à lege immunitatem,
vt in leg.Medicos.C.de profeſſo.& med. per Ioan. de Plat.
in l.qui immunitatem.C.de muner.patrimo. libr. 10. habet
locum,vtique idem dicendum videtur in patre habente nu-
merum duodecim liberorum, vt à munere patrimoniali or-
18 dinario non excuſetur. † & in terminis noſtris eſt text. in
l.ne quis,C.de mun.patr.lib.10.per quem ita tenent Alb.de
Roſ.in rubri,ff.de mune.& hono.gloſſ.in leg.2. §. numerus,
ff.de vacat.mune.rurſus Alber. in l. ſecunda , §. ſextum de-
cimum,eodem titulo, de vacat.& Petrus de Antibo.in trac.
de mune.in 3.part.numero decimoſecundo,verſic.ſed qui-
dam intelligunt,vbi inquit hoc ſatis probabile per dicta iu
ra:& quod ita intelligitur text.in l.ſciendum, ʃ. reſcripto.
ff.de muner.& hono.Ratio etenim ſecundum Ioan. de Plat.
in d.l.neque,eſt,quia cum omnes ſint eiuſdem ciuitatis,eo-
dem & non diuerſo iure cenſeri debent.l. eum qui ædes , ff.
de vſucap.dignum enim eſſe videtur,vt qui cum aliis ſuſci-
piunt ſimilem vitam , ſimilem in legibus ſentiant diſcipli-
nam.capitulo recolentes,de ſtatu. monach.Item quia alijs
non debet fieri remiſsio , & aliis inferri tribulatio vigeſi-
maquinta quæſtio.prima §.his ita, iuxta finem , verſic. non
19 enim volumus.Vltimò, † quod enim à pluribus fertur, le-
uius & facilius portatur,l.exactores.C.de exacto.trib. lib.
10.& leg.fi.C.de muner.patrimonial.eodem tit.tamen hoc
de facto non ſeruatur in hoc dominio , vbi etiam excuſan-
tur à patrimonialibus ordinariis.

Quod ad tertium , primo aſpectu videretur dicendum ,
20 † quod numerus ipſe 12. liberorum non deberet præſtare
immunitatem ab oneribus , quæ imponuntur ratione bel-
li , vt per Dy. in leg. ſi ex toto . ff. de leg.primo,quia con-
ceſſio ipſa non videtur reſpicere caſum incogitatum , & de
nouo ſuperuenientem.argume. leg.Rutilia , Polla . ff. de
contrahen. emp. leg. qui cum tutoribus,l.cum aquiliana,ff.
de tranſac. & cum Dy. ibi tenent Baldus Raph. Alber. Flo-
rin. Salic. Alexander.& Iaſon,qui in tertia columna,in duo
bus locis dicit hanc eſſe magis communem , ſecundum
quam conſuleret & iudicaret : quia apud eum magnam ha-
bet æquitatem . Paul. de Caſtr. in leg. ad inſtructionem ,
C.de ſacr.ſan. eccle. vbi inquit hoc menti tenendum , quia
quotidianum . Roman. in conſilio trigeſimoſexto colum-
na prima Alexander in conſilio ducenteſimo decimoſexto,
numero vigeſimoprimo,volum.ſecundo , Pariſ. in conſilio
centeſimoquinto,numero vigeſimotertio , volum. quarto ,
Ruin.in conſ.111.num.17.vol.5.Parpa.in l. placet. numero
53.C.

53.C.de ſac.ſan.eccle.Feli.in c.cauſam quæ.colu.11.in pri.
verſ.5 .declaratione,de reſcript.& in c.nõnulli.in verbo ad
euitan.in verſ.& vltra iſtos eod.tit.vbi inquit op.Dyn. com
munem.& Collega meus Natta in conſ.63 .in prima col. v-
bi refert Doct.communiter tenere cũ Dyn.in d.l.ſi ex toto.
Et pro confirmatione iſtius ſententiæ bene facit,quod dicit
21 Cy.& Ang.in l.diuus,per illum tex.ff.de pet.hære. quod† ſi
ex diſpoſitione ſtatuti imponatur pœna facienti propoſitũ
in conſilio,pro imponenda collecta, tale ſtatutum non in-
cludit eum, qui proponit collectam pro neceſſitate guer-
ræ.Ferdinan.Loaz.in addit.ad Galian. in l. Centurio,nume.
165. ff.de vulg.& pupil. vbi inquit, quòd licèt Galian.
ibi dicat ex auctoritate Pau.de Caſtr. in conſ. 187.in 2.par.
22 quod ſtante ſtatuto,†quod omnes teneantur ſoluere colle
ctas,non comprehendantur exempti ex priuilegio, tamen
hoc locum nõ habet,ſi collecta propter neceſſitatem guer
ræ imponeretur:quia tunc etiam ad exemptos extendere-
tur,& hoc fauore reipublicæ, vt per Felin. & alios de qui-
bus ſupra.Nam,vt dicit Bal.in l.iubemus nullam.in c.2.no-
23 tab. C.de ſac.ſan.eccle.per illum textum,†priuilegiũ gene
raliter indultum,non includit caſum publicæ vtilitati con-
rarium, & ſi includeret, non valeret. & quod à neceſſitati-
bus imminentibus ratione guerræ nullus poteſt ſe excuſa-
re ratione alicuius priuilegij:quia publica vtilitas præfer-
tur priuatæ.& Bald.ſequũtur Fel.vbi ſupra.& Crot.in l.om
nes populi.nu.108.ff.de iuſti.& iure. facit & regula genera
24 lis,quæ habet†quod neceſſitas non ſubiacet legi commu-
25 ni.c.2.de obſerua.ieiun.Nam † quod eſt illicitum, neceſſi-
tas facit licitum.c.quod non eſt.de reg.iur.in 6.Iaſ. in d.l.ſi
ex toto.in fin.& communiter dicunt Docto.in c.conquerẽ-
te.de off.ord.quos ſequitur Pariſ.in conſ.105.nu.24. quod
26 † propter neceſsitatem ſuperuenientẽ, licet facere plures
viſitationes,& exigere plures procurationes,nõ obſtãte ꝙ
ſemel tãtũ in anno ſit permiſſa talis viſitatio & procuratio.
His tñ non oſtantibus contrarium de iure verius eſſe arbi-
tror,& quia tota difficultas conſiſtere videtur in reſpondẽ
do ad obiecta,ad illorum reſolutionem me conuerto. Et in
27 primis dico, ꝙ † opinio Dy.non eſt ita tuta, ut præſupponi
tur,quia contra eum tenuerũt Ray.de Forl.Pa. de Ca. Imo.
Aret.Soc.& ultimo loco Rip.in d.l. ſi ex toto. qui mouetur
per tex.in l.1. C.de vaca.mu.pub.lib.10.vbi dicitur,qui mu
neris publici vacationem habent,collationes ex improuiſo
indictas rectè recuſant.nec valet ratio Dy.quòd nõ videtur
fuiſſe cogitatum de oneribus bellicis tanquã inſolitis, quia
reſpondetur,ꝙ potuit concedens,ſi non in ſpecie,ſaltem in
gñe de dictis oneribus cogitare:ergo ad hunc caſum exten
di debet conceſſio ipſa,l.ſub prætextu ſpecierum, vbi Bart.
& alij,de tranſa.Pariſ.in conſ.68.col.pen. volu. 1. Natta in
cõſ.275.col.3.in fi.vbi inquit,hãc partem veriorem, prout
eam etiam vti veriorem tenet Ale.in conſi.30.col.2. vol.5.
& magis communem Collega meus Natta conſi.76.colu.1
Vlterius reſpondetur, ꝙ in caſu de quo agitur, non poteſt
locum habere ratio Dy.cum conceſſio facta reperiatur eo
quidem tempore,quo onera bellica & intolerabilia regna-
bant:ideo non mirum ſi extenditur ad onera bellica.ad cu-
ius confirmationem bene facere videntur,quæ ſcribit Ale.
28 in conſi.112.col.fi.vol.1.vbi inquit,† quòd ille,qui condu-
cit rem,quę tempore ipſius conditionis erat ſterilis,ſi ratio
ne ſterilitatis petit remiſſionem,non debet andiri:quia ſibi
imputari debet per glo.in l.habitationem,in fi.ff.loca.facit
quoque quod voluit Bal.in tit.de pac.Conſt.in verb. uaſal-
29 li,el 2.vbi inquit, ꝙ † ſi quis conduxit fundum tẽpore guer
ræ,& impeditur vti re locata, quod non poterit petere re-
miſſionem:quia talis conductio non poteſt intelligi de alio
tempore:& dicit quod ita tenet Cy.in add. in l.ex cõducto.
§.1.ff.loca.& Bal.ſequuntur Alex.in conſ.116.col.pen. vol.
1.dup.in conſi.6.vol.2. Affl.deciſ. 365.col.2.Dec.in conſil.
312.col.pen.& Aret.in conſi.39.col.1 Marſi.in rubr.ff. de fi
deiuſſo.nu.226.& in l.1.§.ſi ſeruus,2.col.4.ff. de quæſt.
Poſtremò dicitur quòd opinio Dyn.poſſet militare qua-
30 tenus ſit vera,† vbi immunitas fuiſſet conceſſa per priuile-
gium ab homine,& ita in tali caſu ipſe & ſequaces ſui lo-
quuntur,ſecus ſi à lege,vt in caſu de quo agiter: quia tunc
priuilegium à lege conceſſum etiam extenditur ad onera
bellica,quia ceſſat ratio Dyn.tenentis oppoſitum videlicet
quia non fuit cogitatum de tali onere per iura per eum ci-
tata, quæ loquuntur in diſpoſitione hominis, & non in di-
ſpoſitione legis,quia abſurdum eſſet dicere quod lex cõce
dens talem immunitatem,non cogitauerit de futuris bellis
31 cum † lex ſit dogma commune prudentium virorum.
leg.1 ff.de legib.cuius propriũ eſt dare formam futuris ne
gocijs.leges.C.de legib.l.1.in fi.C.de cad.tol.Alex.in conſ.
32 190.nu.9.vol.2.† etiam in caſib. de raro contingentib. qui
tamen contingere poſſunt.l.antiqui.ff.ſi cer.peta.clem.quia
33 contingit, de religio.dom.vbi Card.notat, quia † oculus
Dei omnia videt,& omnia intuetur, ſecundum Bald. in cõſ.
141.col.3.vol.1.& iõ ex hac ratione cõcludit collega meus
34 Natta in conſi.66.col.2.quod† quæ à lege doctorib.dãtur,
vt in d.l.medicos, extenduntur ad collectas etiam impoſi-
tas tempore belli.
Vltimo,quod excuſationem præſtet huiuſmodi priuile-
gium etiam à muneribus & collectis bellicis demonſtra-
35 tur, quoniam † numerus dictorum liberorum excuſat pa-
trem a ſuperindicto,vt voluerunt Albert.& Petr.pe Antib.
36 vbi ſuprà, quod † quidem ſuperindictum dicitur quando
ſupra munera ordinaria tam realia quam mixta, additur
aliquid ſoluendum ſecundum emergentes neceſſitates, ut
per Ioan.de Pla.in rub.C.de indic.lib.10.& in rub.C.de ſu-
perind.eo.lib.& propriè eſt,quãdo princeps ex aliquo bel
lo imminenti ſubditis imponit ſubſidium. Alexa. in d.l.ſi ex
toto,col.1.& Parp.in d.l.placet,nu.110.
Sed quando quis eſt liberatus a ſuperindicto,non poteſt
grauari propter extraordinarias collectas bellorum,vt per
Alex.in d.l.ex toto,quem ſequitur Nat.in conſ.63.num.18.
Nec obſtat d.Bald. in l.iubemus nullam, quia eius dictũ
37 debet intelligi, † quando imminet publica neceſſitas, cui
per ſuperiorem non poſſet prouideri, niſi etiam exemptis
tale onus imponeretur,quia tunc eis imponi poteſt. ita d.l.
intelligi tSoc.in d.l.ſi ex toto,col.2.verſ.3.concluſio. quem
ſequitur Cur.iun.in conſil.61.nume. 14. quia eo caſu nulla
immunitas locum habere poteſt,nec debet, propter publi
cam cauſæ utilitatem.idem tenuit Nat.in conſ.225. num.4.
38 Similiter non obſtat, † quod neceſſitas non ſubiacet legi
communi,quia reſpõdetur, quod neceſsitas in caſu de quo
agitur,non eſt tanta,quin poſſit commodè per alios ſuſten-
tari abſque & quod derogetur huic immunitati conceſſæ à
lege propter fauorem publicum, ut ſupra dictum fuit. ita
ſimiliter reſpondet Natta in d.conſ.63.nu.21.
Deſcendo ad ultimum caput, in quo quæritur, An per
mortem vnius, vel plurium filiorum extinguatur priuile-
gium dictæ immunitatis conceſſum a lege patri ob nume-
rum dictorum duodecim liberorum? & primo aſpectu vi-
39 deretur dicendum, quod ſic, quia † ceſſante cauſa immu-
nitatis, quæ eſt duodecim liberorum,ceſſare etiam deberet
ipſum priuilegium,cap.cùm ceſſante,de appel.le. adigere.
40 §.quamuis. ff. de iure patro. & ideo videmus† quod priui-
legium filijs conceſſum propter parentes, mortuis paren-
tibus non durat.Bart.in l.2.C.de epiſc. & cler. Marſi. in l.1.
41 nu.28.C. de rap. uirg. item † & quod priuilegium propter
paupertatem conceſſum,auctis facultatibus expirat.l.cura.
§.deficiendum.ff.de mun.& honor. Nicol.de Neapol. inter
lecturas Bar.in l.non tantum.§.eos.ff.de excuſat.tut.l. fi.C.
42 qui bon.ced. poſſ. vbi † priuilegium ceſſionis bonorũ ceſ-
ſat ſuperueniente pinguiori fortuna.facit etiam tex.in l.Ti-
tia Seio.§.uſuras,de l. 2. vbi beneficium propter minorem
ætatem indultum,ſuperueniente perfecta ætate finitur.
43 Secundò facit, nam † ceſsante cauſa, ceſsat effectus, ſi
cauſa & effectus habent tractum ſucceſſiuum.Bald. in l. ge-
44 neraliter. C. de epiſc.& cler. † & ideo excuſatus a munere
propter abſentiam reipublicæ, ceſsante abſentia perdit im
munitatem.l.ſi tutor reipublicæ.§.item quod reipublicæ. ff.
de excuſat.tuto.Alex.in l.ſi cum dotem,§.ſi maritus.ff.ſolu.
matri.Dec.in conſi. 24.in fi.ſed quod quis excuſetur à mu-
neribus habet tractum ſucceſſiuum, non autem momenta-

n eum,igitur &c.& ita per prædicta in terminis noſtris cõcludit Alex.in d.§.ſi maritus, & in l.ſciendum,§. poſſeſſor, ff.qui ſatiſd. cogant.dum ſe remittit ad ſcripta per eum in d.§.ſi maritus. cuius ſententiam etiam amplectitur Nicol, Arelaten.in d.add.ad Alcia.in tract.de præſump.in reg.prima,præſump.36.

45 Tertio accedit,nam † ratio quare concedatur à lege patri immunitas ob numerum duodecim liberorum eſt propter numerum liberorum, & ſic in fauorem eorum tantũ, vt eſt tex.in d.l.ſemper.§.demonſtratur,ibi non eſt rationabile,vt concedamus filiorum educationi. ergo ceſſantibus filijs,vel aliquo ex eis,debet etiam ceſſare præmium dictæ immunitatis,quia ceſſante cauſa,debet ceſſare & eius effectus d.l.cum ceſſante.

Quibus tamen non obſtantibus, contraria ſententia eſt de iure verior, quoḍ ſufficit tempore immunitatis extitiſſe duodecim liberos,licèt poſtea aliqui deceſſerunt, quod ex infra dicendis demõſtratur,& primo per tex.in l.ſi quis
46 hæredem.C.de inſtit.& ſubſtitu.vbi † ſufficit conditionem ſemel extitiſſe, licèt implementum non durauerit, & ideo
47 dicunt ſcribentes,quod † ſi teſtator legat aliquid filiæ cum vidua fuerit, ſi filia ſit effecta vidua, & poſtea nubat, non perdit legatum.ita Bal.Pau.Ang.& Iaſ.in l.ſi.per illum.tex. C.de ind.vidui.tol.in l.in ſubſtitutione. ff. de vulg. & pup. Iaſ.in d.l.ſi quis hæredem.col.2,quia ſatis eſt, quod fuerit vidua: ſecus ſi legatum relictum eſſet, donec & quouſque uidua fuerit, quia tunc nubendo perderet legatum, ut ibi per Iaſ.in d.l.ſi quis hæredem. ergo idem dicendum eſt in caſu præſenti, quod ſufficit tempore immunitatis extitiſſe duodecim liberos, licèt nonnulli ex eis poſtea ab humanis deceſſerint.

Secundo pro iſta parte adducuntur leges infraſcriptæ, & primo tex.in l.qui libertinis.§.amiſſi,ff.de ope.liber.ubi liberi amiſſi quò ad futuras operas ꝓſunt,& in l.2.§. oportet. ff. de excuſat. tut. ubi liberi poſtea mortui proſunt ei, qui propter numerum liberorum excuſatus fuit à tutela. tertio per l.ſciendum.§.ſi fundum.ff.qui ſatiſ.cog. ubi ille, qui tempore iudicij poſſidet immobilia, releuatur ab onere ſatiſdandi,& quàmuis poſtea deſierit,non tamen tenetur quaſi cauſa ceſſante cautionem præſtare,quia ſatis eſt,ꝙ tẽpore iudicij poſſederit immobilia.

48 Tertio facit,ubicunque † certo & limitato tempore requiritur,quod adſit cauſa,ſufficit quod cauſa ipſa tempore illo adſit, quamuis poſtea ceſſet. ita Bald.in l. generaliter, col.4.uer.ſed dico.C.de epiſc.& cler.per tex.in l.quæcunque.§.fin.ff.de publicia.quem ſequuntur Anan. in conſ. ult. col.ſi.Dec.in auth.præterea,col.ſi.C.unde uir.& uxor.in c. cum ceſſante,col.1.in fin.de appella.& in conſ.24.colum.1. Ioan.Annibal.in rub.ff.ſol.matri.nu.40.ſed in terminis iſtis lex requirit,† quod tẽpore immunitatis pater habeat duo
49 decim liberos:ergo ſufficit,licèt aliqui ex his poſtea moriatur.& ita ex ui dicti argumenti concludunt quæſtionẽ præſentem Doct.in locis ſuprà citatis.

Quarto ita decidunt Io.And.in c.decet,de reg. iur. in 6. ubi refert in publica diſputatione ita determinatum fuiſſe,& conſultum per præſtantiſſimos Doctores ac iudicatũ. Bar.in l.2.§.ſi.ff.de excuſat. tut. dum ſe remittit ad not. per Io.And.ut ſupra,quem ſequuntur ibi Bal.in addit.ad ipſum. Io.And.Fulg.in conſ.52.col.2.Imol.in conſ.77.col.fin.Alb. in rub.de mun.& hono.nu.88.Dec.in auth. præterea, in fi. C.unde uir & uxor.in l.ſi.in ſi.col.ſi.ff.ſi cert.pet.in ca. cum ceſſante,col.2.in prin.de appella.in l.in omnibus.ff. de reg. iur.& in conſ.24.col.2.Pau.de Caſtr. in d. l.ſi cum dotem. §.maritus.Ana.in conſi. ult. & ibi Bologn. in addit.Marſil. in l.etiam,col.2.ff.de q.Ioan.Annib.de Canon. in rep. rub. ff.ſol.mat.& in l.naturaliter,nu.70.ff.de acq. poſſ. Lauden. in tract.de ſiſco,conclu.198.ubi inquit hoc notandũ, quia obtinuit in cauſa illorum de Caſate in ciuitate Laudẽſi cũ Illuſtriſ.Duce.Hanc quoque partem tenuit Io. de Plat. in l. nepotes,colum.1. C. de his qui nume. lib. colum. 1. Albe. de Roſa.in l.2.ff.de excuſat.tuto.ubi refert hanc partem ueriorem,communem & melioribus fundamentis ac urgentioribus iuribus comprobatam, & ita de facto obtinuiſſe, & eam communem etiam ſequuntur Soc.& Iaſ.in d. l.ſciendum,§.ſi fundum,Ripa in l.ex facto,nu.13.& 17.ff.de uulg. & pupil.Alc.in tract.de præſump.in 1.reg.præſumpt.16.nu. 2.ubi inquit quod ab hac communi propter fantaſiam Bar. de qua in loco ſupra citato,in conſulendo & iudicando nõ eſſe recedendum, & uti magis receptam ſequitur Brun. in tract.diminuit.& de ter.mo.num. 37.

Non obſtant modo adducta in contrarium, quia reſpon-
50 detur, † quod regula, quæ habet,quod ceſſante cauſa, ceſſat & effectus:& alia ſuprà allegata in primo arg.procedũt, vbi vna tantùm fuiſſet cauſa priuilegij,ſecus ſi plures, quoniam tunc ſufficit alteram remanere.Barb. in c.Raynal. col. 9.verſi.re vera.de teſtam. per tex. §.affinitatis. Inſt. de nup. & in l.liberorum, §.notantur.ff.de his quæ not. inſa. ſed in caſu de quo agitur, non fuit conceſsa ipſa immunitas, ſola ratione educationis liberorum, ſed etiã fauore reipublicæ cũ pater tot liberos procreauit,argu.l.1.cum ibi not.ff.ſo. mat.ita Alc.in d.reg.36. Nec habet obſtare quod immunitas ipſa non conceditur à lege patri habenti numerum duodecim liberorum ſola ratione fauoris reipublicæ,cui patet tot liberos procreauit, ſed etiam cauſa educationis liberorum,ut per Luc.de pen.in d.l.nepotes,colu.2.in fin. quo caſu quando concurrent duæ cauſæ finales alicuius effectus, quarum quælibet per ſe non ſufficeret ad effectum, ſed ambæ ſimul conſolidatæ:tunc enim ceſſante una cauſa,ceſſat & effectus,licet altera remaneat.cap. quoniam frequenter.§. porro,iuncto §.ſin autem,vt lite nõ conteſta.Abb.in d. c. cũ ceſſante,& ibi Dec.nu.4.Barb.in c.Raynaldus,col.9.verſi.re
51 vera,de teſta. quia reſpondetur, † quod fauor reipublicę fuit cauſa principalis,& immediata,educatio verò liberorũ
52 remota:quo caſu ſequitur † quod quotieſcunque in aliquo actu concurrunt duæ cauſæ,quarum vna ſit immediata, & altera remota,tunc effectus attribuitur propinquæ, & non cauſę remotę.Barb.in d.c.Raynaldus num. 186. verſ. ſexto facit,de teſt. Cur.iun.in conſ.1.nu4.& cõſ.2.nu.40. Craue. in cõſ.131.nu.15.& 144.nu.2.162.num.4. & ita in terminis de quibus agitur reſpondet Ripa.in l.ex facto num.14.ff.de vulg.& pupil.

53 Secundò reſpondetur, † ꝙ educatio fuit cauſa impulſiua,hinc videmus, ꝙ ſi pater ditiſſimus ſit, & filij habeat vnde ſe alant,quo caſu pater non tenetur alere filium.l.ſi quis à liberis.§.item reſcripſit,ff.de lib.agnoſ. adhuc ei cõpeteret tale priuilegium, vt probat tex.in d.l.ſi quis decurio.in
54 ſui generalitate, ſed † ceſsante cauſa impulſiua non ceſſat diſpoſitio leg. 1. §. ſexum. de poſtul. ita Rip. vbi ſuprà, & per dictam reſponſionem ſatisfactum eſt quoq; 2.arg.

55 Tertio reſpondetur, † ꝙ vbicunque reſtant reliquiæ aliqua priuilegij,licet ceſset cauſa finalis priuilegij, nihilo minus illud non ceſſat propter reliquias,quæ remanent.l.ſi.ff. de decur.l.etiam,vbi Marſ.ff.de quæſtio. Dy. in c. decet,de reg.iur.Io.Annibal.in rub.ff.ſolut.mat.nu.42.Alexa. in d.§. ſi maritus, ſed in caſu noſtro remanent reliquiæ, quia plures ſilij,ergo,&c. ita Ripa in d. l.ex facto,nu. 16.& Ana.in citato conſ.vltimo,verſ.& licèt.

56 Quarto reſpondetur,† quod dicta regula,procedit quando cauſa requiritur ſimpliciter, ſecus ſi certo tẽpore.quia tunc ſatis eſt,quòd illo tempore ſubſit cauſa,vt per Bald. & alios ſupra citatos,& ſic ea procedit, quando cauſa requiritur tam ad inducendum, quam ad conſeruandum, ſecus ſi requiratur ad producendum in eſſe tantummodo,vt in procreatione noſtra videmus omnes, ſed in propoſito numerus liberorum videtur requiſitus ad acquiſitionem priuilegij,non ad conſeruationem, vt probat tex.in l.2.§. qui munera.ff.de vacat. mune. ubi dicitur quod numerus liberorũ ſuperueniens,non eximit ab oneribus ſuſceptis, ergo nec numerus deficiens eximit ab immunitate iam acquiſita, ut idem operetur propoſitum in propoſito, quod oppoſitum in oppoſito.leg.fin.§.ſi filius. ff.de leg. 3.ita Ripa.vbi ſupra numero 17.

Non obſtat vltimum argumentum, quia iam ſatis reſponſum fuit, quod imo cauſa non habet tractũ ſucceſſiuũ, quia ſim-

ſimpliciter non uidetur conceſſum priuilegium contemplatione filiorum, vt eos alat, ſed principaliter in fauorem patris, & reipublicę, cui pater tot liberos procreauit, vt per Alc. in d. præſump. 36. in verſ. nepotes, & alios ſuprà relatos. Vnde ex his omnibus concludendum eſt, quod habenti numerum duodecim liberorum datur præmium huiuſmodi immunitatis, quod etſi non extendatur ad onera patrimonialia ordinaria, tamen extenditur ad extraordinaria, quę etiam imponuntur ratione guerræ: & quod tale priuilegium etiam durat, dato quod aliqui filij poſt acquiſitum ipſum priuilegium moriantur durante vita patris. Laus Deo.

Rolandus a Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

*1 Reſpublica æquiparatur minori.*

*2 Originarij, & habitantes in caſtro, vel territorio domini habentis merum, & mixtum imperium tenētur ſibi præſtare iuramentum, quod pro poſſe ſuo ſaluabunt vitam, membrum, honorem ipſius, & mortem eius euitabunt.*

*3 Habitantes omnes in caſtro domini ſiue teneant res feudales a domino, ſiue nihil, ſed ſolum habitent, ſiue faciant aliquam artem ſiue mercantiam, uel aliquam induſtriã, debent per iuſur. dominum aſſecurare.*

*4 Frater domini tenetur ad iuramentum fidelitatis.*

*5 Prædia poſſidentes in territorio alicuius domini vtilis, ſed non habitantes, non tenentur ad iuramentum, quod pro poſſe ſaluabunt dominum, uitam, membrum, & honorem.*

*6 Sententia conformis eſſe debet libello.*

*7 Iudex fatuus eſt, qui in alio condemnat, quam in petitis, declara ut in nu. 11.*

*8 Iuramentum fidelitatis non ſolet præſtari domino, niſi ratione feudi.*

*9 Iuramentum fidelitatis plura continet, quam iuramentum de quo ſupra.*

*10 Iuramentum fidelitatis proprie eſt, quando vaſallus iurat ad ſancta Dei euangelia fidelitatem domino.*

*12 Agens ex vna cauſa, & probans de alia, obtinere debet, ſi proceditur ſola facti veritate inſpecta.*

*13 Solennitates omnes iuris ciuilis cenſentur ſublatæ, quando iudex procedit ſola facti ueritate inſpecta.*

*14 Clauſula ſola facti ueritate inſpecta, operatur ne in cauſa poſſit procedi manu regia.*

*15 Clauſula ſola facti ueritate inſpecta, operatur quod iudex poteſt iudicare ſecundum quod Deus eſſet iudicaturus.*

*16 Iuramentum, quod præſtatur domino, ut ibi, per originarios, & habitantes, dicitur fidelitatis ſaltem improprie.*

*17 Verba improprie accipiũtur, ut ſuſtineatur libellus.*

*18 Præſcriptio quia facti, non præſumitur, niſi probetur.*

*19 Præſcriptio de facili præſumi non debet, quia eſſet præſumere negligentiam alterius.*

*20 Præſcriptio non inducitur in actibus uoluntarijs, uide multa in nu. 21. 22. 23. & 24.*

*25 Præſcriptio immemorialis non habet locum in his, quæ ſunt meræ uoluntatis, & nu. 27. & 28.*

*26 Aqua ſcaturiens in fundo meo, licet fluxerit in fundũ uicini per mille annos, ex hoc non dicitur acquiſitũ ius uicino, ut non poſſim ſibi impedire curſum dictæ aquæ.*

*29 Dominus ſi per centum annos non impoſuit ſeruitium uaſallo, per hoc non erit liberatus uaſallus a præſtatione ſeruitij.*

*30 Conſuetudo notoria, & generalis, non indiget aliqua probatione, & de ea iudex poteſt ſe informare parte abſente, & non citata: declara ut in nu. 37.*

*31 Conſuetudo per allegantem probari debet.*

*32 Et quidem per ueras probationes, & nõ per præſumptiones, & coniecturas.*

*33 Conſuetudinem probare difficile eſt.*

*34 Notoria multa dicuntur quæ non ſunt.*

*35 Notorium, ut aliquid ſit, ſententia declaratoria requiritur.*

*36 Et in ea requiritur citatio partis.*

*38 Conſuetudo non datur in his, quæ ſunt meræ facultatis.*

*36 Conſuetudo non debet probari generaliter, ſed ſpecialiter in caſu de quo agitur.*

*40 Conſuetudo licet ualeat, quod principes poſſint alienare caſtra inuitis hominibus, tamen non ſufficit probare quod domini ſint ſoliti alienare, niſi etiam probetur quod alienauerint inuitis uaſallis.*

*41 Conſuetudinem generalem alienandi loca principatus non ſufficit probare, niſi probetur quod conſuetudo ſpecialis, & particularis principis ſit alienare multa loca de eius dominio, non obſtantibus quibuſcunque conuentionibus, confirmationibus, iuramentis, & priuilegijs conceſſis hominibus.*

*42 Minor ſicut non admittitur uia reſtitutionis in integrum aduerſus appellationem omiſſam, niſi probet ſe tale quid habere propter quod in cauſa appellationis poſſit uincere, ita nec uniuerſitas.*

*43 Minor alio non edocto ab aduerſarijs reſtitutionem in integrum petere poteſt aduerſus compromiſſum.*

*44 Minori concedi non debet reſtitutio in integrum aduerſus appellationem deſertam, niſi conſtet de læſione.*

*45 Minori etſi ſuccurratur per uiam reſtitutionis in integrum aduerſus tres ſententias contra eum latas, non tamen niſi prius conſtet de iniuria ipſarum, uel aliqua earundem.*

## CONSILIVM LIII.

QVod legitime iudicatum fuerit in fauorem magnifici
do. Ant. vtili d. Caſt. Leonis, habentis in eo merum &
mixtum imperium, & omnimodam iuriſdictionem contra
homines eiuſdem loci tam originarios, quam ibi habitãtes,
qui recuſauerunt domino ſuo præſtare iuramenmentum, ꝗ
pro poſse ſuo ſaluabunt vitam, membrum, honorem ipſius,
& mortem eius euitabunt. & ultimo ꝙ reſtitutio in integrũ
per eos petita aduerſus oppoſitionem omiſſam a dicto iu-
1 dicato, non ſit eis concedenda, † quamuis æquiparentur mi
noribus, iuxta nota. per Pau. de Caſt. in l. reſpub. C. ex quib.
cau. ma. & Soc. in conſ. 269. col. 1. in fi. uol. 2. Primò ſe offert
quod ad primum caput communis theorica tam feudiſtarũ,
2 quam legiſtarum, quæ habet † ꝙ originarij & habitantes in
terra, vel caſtro, aut territorio alicuius domini ibi habentis
merum & mixtum imperium, tenentur ſibi præſtare iura-
mentum, de quo ſupra text. eſt, vbi not. omnes, in c. 1. §. fin.
qual. vaſal. iur. deb. fidel. dom. & rõ ſecundum eos eſt, quia in
terra domini recipiunt ſubſtantiam alimentorum. Iſer. in c.
1. de no. forma fidel. & ibi Affl. nu. 19. item & quia dominus
terræ habet iuriſdictionem in ea, vt ibi per eundem Affl. nu.
19. rurſus in c. 1. in §. inueſtitura. nu. 17. de no. for. ſidel. Iaco
bus de Sanct. Georgio in inueſtitura ſua, in verb. qui quidem
inueſtiti præſtiterunt, verſiculo tertia ſpecies, & in tit. de ho
mag. columna 6. verſiculo 8.

Et ideo dixit Bal. in commen. de pac. Conſtan. in verbo va
ſalli noſtri, quod aliqui iurant fidelitatem domino ſuo vt va-
ſalli, aliqui vero iurãt, ut ciues & habitatores. ſequitur Bru.
in conſi. 35. col. 1. vbi inquit, quod ius feudorum pariter, &
ius commune diſponunt, originarios vel habitantes in loco,
in quo aliquis habet iuriſdictionem maximam cum mero &
mixto imperio, teneri ad præſtandum iuramentum fidelita-
tis. Iacob. Ardizo. in ſumma, qual. vaſall. iurare debeant fi-
del. Alexandrinus, conſilio 11. colum. 1. Afflict. in conſtitut.
reg. in conſtit. dominia uaſallis, verſic. decimo quęro, vbi tra
3 dit, † ꝙ omnes habitantes in caſtro domini, ſiue teneant res
feudales a domino, ſiue nihil teneant, ſed ſolum habitent, ſi-
ue faciant aliquam artem, ſiue mercantiam, uel aliquam in-
duſtriam, debent per iuſiurandum aſſecurare dominum &
iurare. Guid. Pap. deciſ. 306. ubi dicit. quod de anno. 1460.
dum eſſet in ſancto Albano fecit coram ſe conuocare om-
nes homines illius loci, & ſibi ſubditos ratione habitationis

caput

caput hoſpicij facientes,& dum fuerunt coram eo,fecit ſi-
bi præſtare iuramentum quod non erunt domino nociui,
ſed fideles . Et in tantum eſt vera hæc concluſio quod dicũt
4 Docto.in d.cap.1.qual.uaſalli.iurare deb.fidel.dom. † quod
etiam frater domini tenetur ad iuramentum fidelitatis, qđ
& ſequitur Brun.in d.cõſ.35.vol.1.imò & ſecũdum aliquos
5 † tenentur etiam ad huiuſmodi iuramentum, qui ſolum te-
nent & poſſident aliqua prædia in territorio domini,etiam
ſi ibi non habitent,vt per Iſer.& Aluar. in d.ca.1.vbi etiam
Mart.de Laud.Card.Alex.& omnes,in 2.col.quia Do.terræ
habet iuriſdictionem in ſuo territorio.l.pupillus.§.territo
rium.ff.de verb.ſignific.Affl.in conſtitu.reg.in conſtit.domi
ni à vaſallis.nu.10.uerum quia huiuſmodi opinio in iſto ca
pite improbatur,vt per Io.And.Butr.& Imol.in c.nimis,de
iureiurand.Brun.in conſi.35.colum.4. Iaco.de S.Geor.in d.
verſi.qui quidem inueſtiti.col.2.vbi inquit, in quæſti.facti
ita conſuluiſſe.& Alexand.in d.conſi.11.in fi.ideo hanc vlti
mam ampliationem in conſulendo & iudicando ſequendã
non arbitror.

6 Nec † refert,ſententiam ipſam conformen non eſſe libel
lo,vt eſſe debet.l.ut fundus.ff.com.diui.c.licèt Hely.ubi Ca
7 no.de Simo.nam † fatuus eſt iudex,qui condemnat in alio,
quam ſit petitum.l.fin.ad fin.C.de fideicom.liber.Iaſ.in l.ui
num.col.13.uerſi.hinc aſſume ex gl.ff.ſi cer.pet.vbi per eũ
8 additur ratio quia petitur in eo † iuramentum fidelitatis ſi
bi præſtari, ꝙ quidem non ſolet præſtari domino,niſi ratio
ne feudi.Iacob.Ardizo.ibi ſuprà. Iacob. de Sancto Georg.
in d.verſi.qui quidem inueſtiti,in princ.& in tit.de homag.
col.7.verſi.8.& Alexandrinus in d.conſi.11.colu.1.& 2.Qđ
9 † quidem iuramentum fidelitatis plura continet,quam hu-
iuſmodi iuramentum, ut patet in c.1.de for.fidel.& in ca.1.
de nou.for.fidel.& per Doct.in dic.ca.1.qual.uaſal.iur.deb.
10 fidel.dom.Nam† iuramentum fidelitatis propriè eſt, quod
uaſallus iurat ad ſancta Dei Euangelia fidelitatem domino,
ita Affl.in c.1.in 2.not.quid procedit.deb.fidel. vel inueſti.
11 quia pluribus modis reſpondetur,& primò † quod licèt in
libello ſit petitum fidelitatis iuramentum,tamen iſtud non
obſtat,quoniã ubi procedit ſola facti veritate inſpecta va-
let ſententia, quamuis lata ſuper alio quàm petitum ſit. ita
Iaſ.in d.l.vnum,col.14.verſi.ſecundò prædicta.Mar.in trac.
de ordi.iudi.in 4.par.diſtin.9.nume. 33.& in l.is poteſt.nu.
194.ff.de acquiren.hæred.

Secundò reſpondetur, quod ex quo proceſſum fuit ſola
facti veritate inſpecta iuxta formam commiſſionis, quę ita
12 cantat,per quam clauſulam ſola veritas attenditur † is ob-
tinere debet,qui agit ex vna cauſa,& de alia probat,quam-
uis aliàs ſecus.per no.in l.qui habebat.ff.de inſtito . Ità di-
xit ſingulariter Alexander. in l.ſi ita ſtipulatus.§.Chriſogo
nus.in 5.colum.in fin.& Iaſ.nu. 33.ff.de verb. obligati.rur-
ſus Iaſ.in l.certi condictio. §.ſi numos. colum. 7.ſi cer. pet.
Dec.in cap.dilecti.colum.2.de iud. Maran. in d. l.is poteſt.
nu.193.de acquir.hæred.Marſi.ſingu.272.Alex. conſi. 114.
nu.6.vol.6.Rui.in conſi.5.nume.12.volum.4.in conſi.12.n.
11.volum.eo.& conſi.134.nu.11.uolum. 5.Gramma. in de-
ciſio.19.num.7.Crot.in l.1.§.ſi quis ita.num. 50.ff.de verb.
obliga.& Pariſ.in conſi.131.num.14.uolum.1.ratio etenim
13 eſt,quia † quãdo proceditur ſola facti veritate inſpecta,re-
ceditur à regulis iuris communis,& cenſentur ſublatæ om-
nes ſolennitates iuris ciuilis.Iaſ.in d.§.ſi nummos,& in cõſ.
105.col.fin.vol.1.Ripa in d.§.Chriſogonus,nu.181.Maran.
14 in d.l.is poteſt.num.195.adeo † quod proceditur in cauſa
manu regia.Bal.in l.prolatam. C.de ſenten.Cor.conſi.243.
in 4.volum.Rui.in allegato conſi.134 num.11.Ripa in l.na
turaliter.§.nihil commune.nu.781.ff.de acqui.poſſ. Gram.
dicta deciſio.19.nu.4.Aret. conſil. 64.colum.3.Soci. conſi.
12.colum. 2.volum.1. Paris de Put.in tract. ſyndi.in verbo
15 ſententia.colu.5.Maran.in d.l.is poteſt.num.193.Item †&
quia dicta clauſula operatur , quod iudex poteſt iudicare
ſecundum quod Deus eſſet iudicaturus,quia ſoli veritati in
nititur.Bald.in l.penult .verſic.ſexto quæro.C.de iure deli-
be.Natta in clem.ſæpe.§.non ſic.de verbo.ſignifi. Gram.ut
ſuprà.Sayſel.in l.beneficium.ff.de conſtit.princip. vbi inqt
ſe ita ſolitum dicere. Maranus in dicto ractacto in quarta
parte diſtinct.nona numero 32. Aretinus in dicto capitolo
delicti columna 3. & ibi Decius numero quarto Iaſ.in alle
gato conſil.105.colum.fin.

Tertiò reſpondetur,ꝙ ceſſantibus his duabus reſponſio
16 nibus,quæ omnino militant,adhuc valet ipſa ſententia,† ꝗa
dictum iuramentum dicitur etiam fidelitatis, vt per Affl.
in conſtitu.regn.in rubrica de aſſicuratione dominorũ, vbi
inquit,quod dictum iuramentum de iure communi feudo-
rum appellatur iuramentũ fidelitatis; vt patet in c.primo,
qual.vaſal.iur.deb.fidel.in c.1.de forma fidel.in c.1.de no-
ua for.fidel.Capic.deciſio.9.nu. 6. & quamuis non dicatur
propriè iuramentum fidelitatis , licèt Afflict.in d. conſtitu-
tione domini à vaſallis , dicat iſta eſſe ſynonima iura-
mentum fidelitatis,aſſecurationis,& homagium,tamen ne-
gari non poteſt,quin ſaltem impropriè dicatur iuramentũ
17 fidelitatis, † ratione cuius improprietatis ſuſtinetur libel-
lus,ſecundum Bart.& alios in l.ſed ſi poſſeſſori,§.item ſi iu-
rauero,ff.de iureiurand.Maran. in d.ſuo tracta.in 1.diſt.nu.
23.& per conſequens ſententia.

Similiter non obſtat,quod tam per dictos homines quàm
per eorum anteceſſores nunquam præſtitum fuit huiuſmo
di iuramentum domini ſ eiuſdem loci, & ſic quod tuti ſunt
18 præſcriptione, quia reſpondetur , † quod præſcriptio non
præſumitur,cum ſit facti,niſi probetur: arg.l.in bello.§.fa-
ctæ.ff.de capitolo.& poſtl. reuer.le.emancipati, ibi, neque
emancipatum eſſe probaueris. Codicede collatio.& in te-
rminis.Barto.in lege Celſus.ff.de vſucapio.Bald.in conſilio
19 450.volum.4.& dicit Abb.in conſi.82.col.3.vol.1.ꝙ † præ
ſcriptio de facili præſumi non debet, quia eſſet præſumere
negligentiam alterius.Corn.conſ.136.col.fin.uolum.2.Pa-
riſ.conſi.27.nm.89.volum.primo.Alexand.conſi.118.num.
12.uolum.2.Craue.conſilio 132.numer. 12.& in conſil.29.
columna fin.

20 Secundò reſpondetur,† ꝙ in actibus volũtarijs,ut eſt ca-
ſus noſter , pręſcriptio non inducitur.l.viam publicam,ubi
glo.& Bar.ff.de via publ.vbi dicitur, quod nũquàm præſcri
bitur facultati eundi per uiam publicam , quia iſtud poſſe
ire, non eſt ius,ſed quædam facultas.

Secundò facit,quod notant Cy.Bal.& alij in l.prima.C.đ
21 ſeruit.& aq.vbi tradunt,† ꝙ ſi per longiſſimum tempus iui
ad molendum ad tuum molẽdinum, non per hoc potes me
in futurum compellere,ut ibi molam,quia iſtud ire,fuit per
modum meræ facultatis,& in his,quæ ſunt facultatis,non
currit pręſcriptio.Iaſ.in l.quominus.colum.prima.de flum.
& ibi etiam Ripa.num.32.Iacob.de Sancto Georgio in in-
ueſtitura ſua in verbo, & cum molendinis.colum.ſecunda,
ver.ſed donamus.Bal.in trac.præſcr.in 4.par.5.par.prin.in
quinta quæſtio.Ripa in c.cum Eccleſia Sutrina. num.44.de
cau.poſſeſſ.& propter.

22 Terto accedit, quod ſcribunt Butr. & Imol.in d.ca.cum
Eccleſia Sutrina,de cauſ.poſ.& prop.vbi dicunt, quod ſi qs
longiſſimo tempore receptauerit aliquem nobilem in do-
mo ſua,non poterit cogi,ut recipiat in futurum.ſequuntur
Iaſ.vbi ſupra.Abb.in cap. Abbate Sancti Syluani.colu.2.de
verbo.ſign.Dec.in conſilio 8.colum. tertia,in fin.verſiculo
quarto & vltimò. Baldus Balbianus. Iacob. in locis ſupra
relatis.

Quartò corroboratur hæc reſponſio ex dictis per Doct.
23 in cap.ſignificante , de appellat.ubi dicunt quod † ſi homi-
nes acceſſerunt per longiſſimum tempus ad coquendũ pa-
nem ad furnum alterius,cum hoc fuerit per modum facul-
tatis,& libertatis,uel eſſe præſumatur, non conſtito de ali-
qua obligatione,non poteſt induci præſcriptio,nec conſe-
quenter obligatio, uel iuris acquiſitio , & cum hac ſenten-
tia etiam pertranſeunt Iacob. de Sancto Georgio in d.ver-
bo,& cum molendinis.colum.ſecunda; Brun.conſi.56.col.
prima.Ripa.in d.ca.cum Eccleſia Sutrina. num.45.& in d.l.
quominus.nume.132.& Balb.ubi ſupra. colum. 2.in princ.
ubi atteſtatur hanc eſſe communem.

24 Quintò in terminis noſtris, † ita decidit Brun. in con-
ſilio 35.in ſecundo dubio, & in conſilio 99.col. prima ubi
inquit,

ſilio.35.in ſecundo dubio, & in conſilio. 99. columna pri-
ma,ubi inquit,quod licet rei dixerint ſe nunquam præ-
ſtitiſſe iuramentum fidelitatis , nec anteceſſores ſuos ,
ꝙ ex hoc non poſſunt dicere præſcriptionem aliquam ac-
quiſiuiſſe, niſi conſtaret, quod requiſiti præſtare recuſaue-
rint, tanquam liberi, & exempti a iuriſdictione domini, &
poſtea tranſiuiſſent tempora præſcriptionis , per not. per
Bald.in c.licet,in 2.not.vbi etiam Aluar. ſi de feud.fue.con
tro. inter domin. & agna. vbi dicunt præſumendum eſſe ꝙ
vaſallus,qui non fuit interpellatus , præſtiturus fuiſſet re-
uerentiam & obedientiam, ſi fuiſſet interpellatus,& ꝙ non
præſtando ſine interpellatione nunquã præſcribit contra
dñm,& ex ſcriptis per Abb.in ca.ad audientiam. colum.pe
nul.verſi.iuxta prædicta de præſcript.vbi vult, ꝙ ſubditus
non præſcribit libertatem contra dominum ex non obe-
dientia, uel non præſtatione ſeruitij , vel non vſu iuriſdi-
ctionis,quando non occurrit occaſio. & plus dicit Feli.co
lumna vltima,quod etiam ſi veniſſet caſus,& vſus non fuiſ-
ſet,quia non erat opportunum non poteſt dici,quod occur
rerit præſcriptio.

Nec obſtare poteſt,ꝙ ſupra dicta militare debeant in lõ
giſſimo tempore , non autem ſi lapſum fuiſſet tantum tem-
pus,cuius initij memoria non eſſet in contrarium:quia tũc
præſcriptio locum habet, vt per Ioan. And.in ca.peruenit,
de cenſib. Bart.in l.cum in rem verſo.ff.de vſur.Ang. in l.ſi
certis annis. C.de pac.quos refert, & ſequitur Felin.in ca.
cum M.Ferrarienſis.colum.3.verſi.tertia declaratio, de cõ
ſtitu. quod & ſentire videtur Iaſ.in d.l.quominus.in 7.q.&
25 ſecundũ prædicta conſuluit.ff.de flum.quia reſpondetur, †
ꝙ etiam ea , quæ ſunt meræ facultatis non præſcribuntur
ſpacio immemoriali , ut primo probatur per glo. in l.qui
luminibus.ff. de ſeruit. vrb. præd. quæ vult , quod ſi tenui
mille annis domum meam depreſſam, non per hoc acquiri
tur vicino ſeruitus altius non tollendi, & ne luminibus ſu-
is officiatur,quam gloſſ.ſequuntur.Brun.in d.conſi.35.col.
2.& 99.colum.1.ac etiam in conſi. 56.in 1. colum. Ripa in
d.c.cum Eccleſia Sutrina.nu.50.

Secundo facit,quod notat Craue.in trac. de antiqui.tẽp.
26 car.mihi 183.num.39.vbi inquit,† quod licet aqua ſcatu-
riens in fundo meo fluxerit in fundum vicini per mille an-
nos, ex hoc non dicitur acquiſitum ius vicino, ut non poſ-
ſim impedire talis aquæ curſum,cum conſiſtat in mera mea
facultate:& ideo ꝙ erit mihi licitum quandocunque præci
dere venas dictæ aquæ in fundo meo,& impedire curſnm.l.
Proculus.ff.de dam.infec.

Tertio comprobatur hæc ſententia ex dictis ipſius Cra-
27 ue.in d.tract.char.172.colum.1.num.98.ubi tradit,† quod
præſcriptio etiam antiquiſſima, & immemorialis,non pro-
cedit in his,quæ ſunt meræ uoluntatis, aut facultatis: puta
ſi per centum annos & ultra , aliqui iuerint ad molendum
in molendino alterius, vel ad coquendum in furno alieno,
ex hoc cogi in futurum non poterunt , ut ibidem molant ,
aut coquant:quia ex talibus actibus mere uoluntarijs poſ-
ſeſſio aliqua non quæritur.l.ſi in meo fundo.ff.de aq.plu.ar
cem.Valaſcus in l.imperium.nu.137.ff.de iuriſdictio.omn.
iudi. ſine qua poſſeſſione non datur præſcriptio, cap. ſine
poſſeſſione,de regul.iur.in 6.

28 Quarto † confirmatur ex notatis per eundem Craue. v-
bi ſupra char. vltima, colum. 3. verſi.ſed contra præmiſſa,
vbi reprobando Felin.in dicto c.cum M.in 3.declaratione,
qui uolebat, ut ſupra dixi , ꝙ ſi quis hoſpitatus fuerit ami-
cum per tempus immemoriale gratis,cogatur hoſpitari in
futurum, dicit contrarium eſt verius , ꝙ immo licet mille
annis fuerit quis amicum hoſpitatus ſemel in anno,compu
tando , quod ex hoc præſcriptio non inducitur vt patet ex
nota.per Innocen.in dicto c.eum Eccleſia Sutrina.Anchar.
in dicto capitu.ſine poſſeſſione.colum.11.& Valaſcus in di
cta l.imperium.num.137.

Quinto & vltimo accedendo ad proxima,facit quod vo-
luerunt Bald.& Ang.in l. male agitur.col.2.C.de quad.prę
29 ſcrip. vbi di unt, † quod ſi dominus per centum annos
non impoſuit ſeruitium vaſallo , non erit vaſallus liberatus
tempore,quia nunquam habuit aliquam poſſeſſionem liber
tatis,ex quo non fuit requiſitus ad præſtationem homagij,
vel ſeruitij,& prædictos patres ſequitur Affl.in capit. licet.
colum.2.verſ.ex quo ſequitur. ſi de feud. ſue. contro.inter
dom.& agnat.Alex.in conſ.136.colum.pen.in princ.verſic.
item ad hoc,volum.2.& dicit Card.in d.cap.licet.colum. 2.
quod vaſallus,qui eſt paratus præſtare ſeruitium domino ,
quod pręſumitur,niſi interpellatus negauerit,nunquam prę
ſcribit contra dominum:quia per eius effectum dominus vi
detur eſſe in quaſi continua poſſeſſione ſeruitiorum : quod
inquit notabile eſſe ibi Affl.col. 2. hoc quoque voluit Flor.
in l.hæc autem iura.colum.1.verſ.item ex hac l.ff. de ſeruit.
vrba.prædio. vbi dicit notandum eſſe ex dicta l. quod ſi do-
minus ſpacio longiſſimi temporis,puta, centum annorum ,
non requiſiuerit obſequia vaſallo,& modo requirat,non po
teſt ille allegare præſcripſiſſe libertatem,niſi ſe geſſerit pro
libero,& non ſubdito,l.in filiis,C.de decur.lib.decimo:cùm
igitur probata non fuerit præſcriptio per dictos homines,
vel melius,ſimus in his,quæ ſunt meræ facultatis, in quibus
præſcriptio cadere non poteſt,nec etiam euenerit occaſio,
ſaltem vtendi huiuſmodi fidelitate contra dictos homines,
vel quod requiſiti fuerint,& denegauerint , & poſt denega-
tionem ipſam lapſum ſit tempus præfixum præſcriptioni ,
certo certius ſequitur,ꝙ originarij,& habitãtes eiuſdẽ loci
ad requiſitũ fidelitatis iuramẽtũ legitimè cõdẽnati fuerint.

Pariter non obſtat,notoriam & generalem eſſe conſuetu
dinem in territorio ducali originarios & habitantes in lo-
cis,vel territorijs vtilium dominorum non præſtare domi-
30 nis ſuis prædictum iuramentum , quæ † quidem generalis
conſuetudo tanquàm notoria,non indiget aliqua probatio
ne.Bald.in l.ſi fugitiui.columna prima,C.de ſer. fugi. Curt.
Iun.in conſilio vigeſimoquarto, colum. prima.& in qua iu-
dex poteſt ſupplere.Bald.in l.ſi filiusfa.§.veterani,columna
ſecunda,de procur.Curt.iun.conſilio quinquageſimoſecun
do,colum.tertia,in fin.& in conſi.173.colum.ſecunda,Dec.
in conſilio 402.num.10.vbi etiam inquit,iudicem parte ab-
ſente,& non citata poſſe ſe de ea informare,& ſi ita reperit
eſſe,etiam per ſolam famam ſufficere.Bal. in l.Iulia ff.de te-
ſtibus Cyn.in l.2.verſ.2.quæritur,C.quæ ſit long.conſuetu-
do.Alex.in conſ.14.in princip.volum.5.in conſi.82.colum.
volu.3.Cur.Sen.in conſ.79.col.3.Dec.in conſ. 540. colum.
31 fi.559.in fi.& 655.col.2.quia reſpondetur, quod † conſue-
tudo,quæ eſt facti probari debet per eam allegantem. gl.in
verbo. probabis , in l.1. & ibi Bald. in 1. not. quæ ſit long.
conſue.Bart.in l.2.q.27.eo.tit. Corn.conſi.83.litera O.vo-
lum.4.Cur.Iun.in conſi.184.colum.penul.in princi.Dec.in
conſi.402.num.11.420.colum. fin.472. numer.16.483.co-
lumn.fin.& in conſi538.numer.8.Pariſ.in conſi.25. numer.
32 18.volum.1.& in conſi.45.nume.67.volum. eo. Et quidem
probari per veras probationes, & non per præſumptiones
& coniecturas,vt per Dec.in citato conſi.538.numer.8.per
33 text. in dicta l.prima. C.quæ ſit long. conſuetu. † Difficile
enim eſt probare conſuetudinem,ut tradunt Fulg.in conſi.
6.Decius in conſilio 215.numero 2.in fin.& in allegato cõ-
ſilio 538.numero octauo,Curt.Iun. in citatò conſilio 184.
columna penultima , in principio. ſed in caſu de quo agi-
tur conſuetudo aliqua probata non comperitur , ergo &c.

Mec iuuat dicere,quod ſit conſuetudo notoria,quia hoc
34 caret veritate , quia † multa dicuntur notoria , quæ non
ſunt , vt in capitulo conſuluit.de appellat. & ibi Abb. in 2.
35 not. † ad hoc enim , vt aliquid ſit notorium , ſententia de-
claratoria requiritur , teſte Bartol. in l. fin.in princip. ff.ſi
cert.pet.Dec. conſilio 420.numero 11. † Et in qua requiri-
tur citatio partis,ſecundum Aret.in conſilio 105.columna
6.quem ſequitur Dec.in conſilio 483.cap.fi.Minime ſuffra-
37 gari poteſt , † quod iudex de ipſa conſuetudine poteſt ſe
informare,vt ſupra dictum fuit:quoniam dicitur, ſententiã
ipſam procedere in conſuetudine , quæ reſpicit ordinem
procedẽdi,cum ſit modici præiudicij , ſecus in conſuetudi-
ne reſpiciente deciſionem cauſæ de qua agitur vt in caſu
noſtro,quia illa probanda venit.Bart.in l.de quibus,colum
na.12.verſic.ſecundo probatur. ff.de ll.Socinus conſili.36.
col.3.

col.3.Dec.in cõſi.402.nume.12.483.colu. fin. & in conſi. 538. nume.8.

38 Secundo reſpondetur, † opus non eſſe uim facere in dicta conſuetudine, cum ea non detur in his, quæ ſunt meræ facultatis, ut per Corn.in conſi.226.colum.fi.volum.4. vbi dicit, quod licet ſit conſuetum in domibus quibuſdã dare panem pauperibus, tamen nemo poteſt dicere, quod ex hoc inducatur conſuetudo: & dato quod iudicatur non ita de facili, ſicut in alijs, quæ non ſunt meræ facultatis. Dec. conſ.8.colu.tertia in fi.verſi. quarto, & ultimo, ubi dicit, quod in actibus, qui conſiſtunt in mera facultate, non inducitur conſuetudo obligatoria, iuxta not. per Cyn. in l. ſecunda.C.quæ ſit long.conſue.dum loquitur de eo, qui longo tempore iuit ad molendinum alterius, per hoc non inducitur conſuetudo, ut in futurum ire teneatur. Idem Dec. in conſil.215.colum.2.in fin.& conſi.437.in fin.Brun.conſ. 56.colum. prima.Iacob. de Sancto Georgio in inueſtitu. ſua, in verbo, & cum molendinis, colum.2.verſi.ſed ponamus.Balb.in tract.de præſcript.in 4.pa.5.q.col.2.Rip.in c. inter cæteras.nu.66.de reſcrip.Cor.conſi.296.col. pen.volum.4.verſic.ſi itaque.Alber.in l.de quibus.ff.de legib.

Vltimo non obſtat, quod etiam dato, (ſed non conceſſo) quod valeret conſuetudo, ſi probaretur, tamen id pro-
39 cedit, quando legitime eſſet verificatũ, & in ſpecie, † quod originarij, & habitantes in dominio Ducali non eſſent conſueti præſtare iuramentum prædictum inueſtitis de mero, & mixto imperio, omnimoda iuriſdictione cum omnibus iuribus corporalibus, & incorporalibus, & cũ integro ſtatu ſecus ſi generaliter eſſent inueſtiti. Ita Craue. in conſi. 96.n.4.vbi inquit, quod conſuetudo non debet probari generaliter, ſed ſpecialiter in caſu de quo agitur.Baptiſta de Sancto Baſilio inter conſilia, Brun.conſi.66.colum.2.& pro eius confirmatione bene facit quod tradit Rip.in reſponſo
40 ſuo.25.nume.18. in 2.parte, ibi inquit, † quod licet valeat conſuetudo, quod Principes poſſint alienare caſtra inuitis hominibus, tamen quod non ſufficit probare, quod domini ſint ſoliti alienare caſtra ſua, niſi etiam probetur, quod alienauerint inuitis ſubditis. Accedit etiam, quod notat Crau. in conſil.341.colu.13.verſi.ſecundo reſpondeo, ubi dicit,
41 quod † non ſufficit probare conſuetudinem generalem alienandi loca principatus, ſed neceſſe quoque eſſe probare conſuetudinem ſpecialem, & particularem, videlicet ꝙ Princeps eſt in conſuetudine alienãdi loca de dominio, nõ obſtantibus quibuſcunque conuentionibus, confirmationibus, iuramentis, & priuilegijs, quia non ſequitur, Princeps conſueuit alienare multa loca de eius dominio, ergo homines illorum locorum habeant conuentiones, & pacta iurata, & confirmata cum ipſo Principe: ergo ita dicendum venit in terminis noſtris, quod neceſſario probanda erat ſpecialis conſuetudo in dominio ducali, quod etiam inueſtitis modo, quo ſupra non erat conſuetum præſtari iuramentũ fidelitatis. & ſic ex his remanet bene firmatum, ſententiam prædictam bene fuiſſe latam in fauorem dominij vtilis dicti Caſtri Leonis.

Quo vero ad articulum reſtitutionis in integrum poſtu latæ per dictos homines aduerſus appellationem omiſſam,
42 intrepide iudicandum arbitror, † ꝙ ſicut minor non admittitur ad huiuſmodi reſtitutionem, niſi probet ſe habere tale quid propter quod in cauſa appellationis potuiſſet vincere, ita nec homines ipſi Caſtri Leonis. quod probatur ex notatis per Bar.in l.nam poſtea.§.ſi minor. ff.de iureiuran. vbi inquit, quod minor, qui nõ appellauit, non eſt læſus eo ipſo, quod non appellauit, niſi doceat ſe habere aliquid, ꝓpter quod in cauſa appellationis potuiſſet obtinere. Bal. in l.fin.C.de in integ. reſtitutio.mino.vbi tenendo ibi contra Bar.ſic determinat neceſſe eſſe, quod minor prius probet ſe læſum ex ſententia, alias non debet reſtitui ad appellandũ, quia potuit eſſe ſententia iuſta, & ſic quod in nullo fuiſſet læſus in appellando.& reſpondet ad l.minor 25.annis, iun-
43 cta gloſ.ff.de minor.quæ voluit, † quod minor poteſt petere reſtitutionem in integrum aduerſus cõpromiſſum, quia, vt dicit ibi glo.eo ipſo quod compromiſit, læſus fuit, cum perdiderit facultatem appellandi. Item quod ibi a principio conſtabat de læſione, cum compromittendo promiſit ſtare ſententiæ iniuſtæ & iniquæ.l.idem proferre.§.ſtari.ff. de arbit.Ideo potuit petere illico reſtitutionẽ in integrũ, & hanc partẽ dixit veriſſimam Abb.in conſi.78.col.2. verſic.aduertendum col.2.Innoc.in c.auditis, de in integ.reſti-
44 tutio.Alex.conſ.85.col.fin.volu. 5.vbi dicit, † minori non eſſe concedendam reſtitutionem in integrum propter appellationem deſertam, niſi conſtet de læſione, quia non ſequitur deſerta eſt appellatio, ergo eſt læſus. nam oportet, quod minor oſtendat, quod ſi non eſſet deſerta appellatio, iuſtitia manente, ferri debuiſſet ſententia in ſui fauorem, ut probatur in d. §. ſi minor Angel.in §. appellantur. in 3. col.in prin.Inſtitu.de excep. vbi dicit hoc ſingulariter mẽti tenendum, quia multi errant iu actu practico. Capella Tholo.in addit.deciſio.53.& in deciſio.ſequẽti, ubi tradit,
45 † ꝙ ſi minori ſuccurratur per uiam reſtitutionis in integrũ aduerſus tres ſententias contra eum latas, iudex tamen nõ dabit reſtitutionem in integrum, niſi prius ſibi conſtito de iniuſtitia ipſarum, vel aliqua earundem, imo antequam audiatur, oportet, quod ſaltem ſummarie de aliqua noua cauſa doceat, per quam appareat ipſum ueriſimiliter læſum.& in deciſ.389.Pau.de Caſt. & alij in d.§.ſi minor.Sal.in l.fin. C.in quib.cauſ. in integ. reſtitu.Pau.de Caſt. in conſi.281. num.4.in fi.Old.in conſ.108.in fi.quem ſequitur Marſi.in l. 1.§.præterea, colum.16. de quæſtio. Alcia.in tract. de præſumpt.in 1.regula, præſum.41.Deci.conſi.436.colu.2.Crauet.conſi. 179.nume. 8. & hanc eſſe communem legiſtarũ firmat Iaſ.in d.§.ſi minor.colum.4.ſi ergo non datur minori reſtitutio ipſa aduerſus appellationem omiſſam, uel deſertam, niſi prius conſtito de læſione, ergo nec dictis hominibus concedi debet, cum aliquam læſionem non demonſtrauerint. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

## SVMMARIVM.

1 *Contractus geſtus per adultum curatore carentem, ualet.*
2 *Adultus curatore carens, ſecundum magis communem, iuramentum deferre poteſt.*
3 *Adultus ſine decreto poteſt ſoluere pecuniam creditori & in eum transferre dominium dictæ pecuniæ.*
4 *Adultus poteſt omnia facere, ac ſi eſſet maior.*
5 *Minor uigintiquinque annis res immobiles ſine decreto iudicis alienare non poteſt, & nu.36 fallit in præſentia Principis, ut in nu.12.*
6 *Annui reditus computantur inter immobilia, & nu.28.*
7 *Annui reditus excuſant a ſatiſdatione, ſicut immobilia.*
8 *Fratres prædicatores ſunt incapaces annuorum redituum. cum immobilia poſſidere non poſſint.*
9 *Minor non poteſt cum auctoritate curatoris, & ſine decreto iudicis alienare annuos reditus.*
10 *Annui reditus ciuitatis uendi non poſſunt ſine ſolennitate, quæ requiritur in uenditione rerum immobilium, ſicut nec annui reditus eccleſiæ.*
11 *Vendere immobilia qui non poteſt, nec etiam annuos reditus uendere poteſt.*
13 *Principis præſentia ſupplet omnes ſolennitates a iure requiſitas, declara, ut in nu.38.& 40.*
14 *Teſtes ſeptem, licet requirantur in teſtamento, fallit ubi illud confectum eſt in præſentia Principis; quia tunc ualet ſine teſtibus.*
15 *Principis præſentia omnes ſollennitates iuris ſupplet, actuque qui ob defectum ſolennium nullus eſt, inſtaurat.*
16 *Obligatio, & promiſſio minoris, ei utilis, atq; proficua, ſine decreto iudicis ualet, ſed contra, nu.42.*
17 *Pupillus ſi obligetur ſine auctoritate tutoris, ad finem ut liberetur, ualet obligatio.*
18 *Alienatio bonorum aduentitiorum filij, in quibus pater habet uſumfructum, & ſi ei ſit interdicta, tamen ad utilitatem filij eſt ſibi permiſſa.*

*19 Sta-*

19 *Statuta diſponentia, quod contractus mulierum, vel minorum non valeant ſine præſentia propinquorum, intelligi debent de contractibus damnoſis, non autem vtilibus, declara, ut in nu 45.*

20 *Minor pro maiore habetur in fauorabiliter geſtis.*

21 *Sententia lata in fauorem procuratoris minoris minus legitimè conſtituti, ualet.*

22 *Decretum iudicis, quod interuenire debet pro ſolennitate in tranſactione ſuper alimentis de futuro relictis in vltima voluntate, non requiritur, ſi tranſactio ipſa ſit vtilis.*

23 *Res eccleſiæ ſi alienatur ad ipſius commodum, & utilitatem, non requiritur auctoritas ſuperioris, contra numer.47.*

24 *Adultus læſus, reſtitutionem in integrum petere poteſt aduerſus promiſſionem, & obligationem per eum factam.*

25 *Fallit quando id fecit, quod diligens pater familias feciſſet.*

26 *Alimentorum appellatione, quæ veniant?*

27 *Argumentum à ſufficienti partium enumeratione, in iure eſt validum.*

29 *Minor etiam cum decreto iudicis non poteſt donare immobilia nec annuos reditus.*

30 *Cauſa iuſta ſubeſſe debet in decreto iudicis.*

31 *Curator dari non poteſt ad auctorandum in donatione.*

32 *Curator dandus eſt ex iuſta cauſa, quæ ceſſat in donatione.*

33 *Donare eſt perdere.*

34 *Diſpoſitio l.ſi curatorem.C.de in integ.reſtitutione, non procedit, vbi requiritur decretum, & n.35.*

37 *Minor vigintiquinque annis, carens curatote ſicut immobilia alienare non poteſt ſine decreto iudicis, ita nec conſtituere pro curatorem ad alienandum.*

39 *Contractus geſtus in præſentia Principis, ſolennitate ſtatuti non ſeruata, non valet.*

41 *Iudex competens ad interponendam auctoritatem ſuper tranſactione alimentorum dicitur, qui de cauſa principaliter haberet cognoſcere.*

43 *Eccleſia quæ non poteſt alienare ſine ſolennitate, de qua in c.ſine èxceptione.12.q.2.& in aut.hoc ìus porrectum, C. de ſacroſan.eccle.non poteſt facere contractum alienationis ſine dicta ſolennitate, etiam ſi conditio ſua efficeretur melior, & nu.46.*

44 *Minor non poteſt alienare ſine ſolennitate, de qua in l.magis puto.§.ne paſſim.ff.de reb.eo.*

48 *Filius naturalis ali non debet ab hærede patris defuncti, quando ex operibus, & ingenio ſuo poteſt ſibi parare victum, & nu.71.& nu.73.& 74.*

49 *Filius legitimus & naturalis à patre ali non debet, ſi aliter uiuere poteſt.*

50 *Statutum ſeu conſuetudo in totum abſorbens legitimam filiorum licèt non valeat, cum ea ſuccedat loco alimentorum, tamen id fallit, ſi habent vnde viuere poſſint.*

52 *Pater naturalis ſecundum communem, non tenetur dotare filiam naturalem, quando habet vnde viuat.*

53 *Pater naturalis, non tenetur dotare filiam, niſi quando eſt inops.*

54 *Filius natus ex coitu damnato, & ſic ſpurius alendus eſt à patre, & nu.56.*

55 *Declaratio ad auth.præterea, C.vnde vir & vxor.*

57 *Pater nedum tenetur alere filium legitimum, & naturalem, ſed etiam naturalẽ tantum, uel ſpurium, & alios ex quocunque coitu damnato natos.*

58 *Frater tenetur etiam alere vxorem filij legitimi, & naturalis.*

59 *Diſpoſitio ca.cum haberet, de eo, qui dux.in vx.quam polluit per adul.ita practicatur in palatio Cæſaris, ſicut in foro pontificio, & nu.63.*

60 *Alimenta negare, eſt hominem necare.*

61 *Hominem necare, eſt peccatum.*

62 *Pater nedum tenetur alere filium ſpurium, ſed & eius filios ex legitimo matrimonio natos.*

64 *Pater poteſt relinquere filio ſpurio quantitatem ſufficientẽ pro alimentis. & ſpuriæ pro dote.*

65 *Fratres nedum tenẽtur fratrem naturalem alere ex bonis teſtatoris, ſed etiam hæredes extranei.*

66 *Succeſſor quilibet bonorum paternorum, & maternorum tenetur alimenta præſtare de clementia iuris canonici, & legis diuinæ, ſpurijs, & naturalibus.*

67 *Donatarius omnium bonorum tenetur alere filium ſpuriũ donantis.*

68 *Prohibitio patris de non præſtando alimenta filio naturali, non valet, & nu.70.*

69 *Idem ſi ſpurio.*

71 *Declaratio auth.licèt.C.de natur.lib.*

72 *Hæres defuncti nedum tenetur præſtare alimenta filio naturali teſtatoris, ſed etiam duas vncias de bonis ipſius.*

75 *Artiſex nullus naſcitur.*

76 *Alleganti aliquem eſſe notarium, clericum, vel poſſe viuere ex operibus ſuis, incumbit onus probandi.*

77 *Legatum alimentorum factum ſpurio, non ualet, ſi non indiget, niſi ſuperueniret neceſſitas.*

78 *Filius naturalis, uel ſpurius, artem aliquam exercere non tenetur, quando ei eſſet ſumma verecundia exercitium facere.*

79 *Filia naturalis, & ſi alenda non ſit à patre, nec dotanda, quando habet aliquam artem, in qua poſſit ſe exercere, tamen id fallit, quando eſſet filia alicuius magni nobilis, cui dedecus eſſet exercere artem.*

80 *Mater licet non teneatur alimentare filium, ſed ipſum tãtum lactare, tamen id fallit, ſi mater eſſet nobilis, cui ſecundum morem patriæ eſſet dedecus ipſum lactare, quia excuſatur.*

## CONSILIVM LIIII.

QVod promiſſio, & obligatio ſex ſcutorum facta per Magnificum Do.Carolũ adultum de Rotarijs, D, Ioãni etiam Rotario pro alimentis quo ad vixerit, de iure ſubſtere uideatur.

1 Primò ſe offert concluſio, quæ habet, † quod contractus
geſtus per adultum curatore carentẽ valet. l.ſi curatorem.
C.de in integ.reſtit.Barto.in l.neque.C.de procur. Paul.de
Caſt.in conſi.102.ſecundum antiquam impreſſionem.Iaſ.in
l.ſi conſtante, nu.221.ff.ſolu. matri.in l.iuſiurandum, quod
2 ex conuentione.§.pupillus, col.pen.de iureiur.vbi † inquit
magis communem doctorum eſſe ſententiam, adultum curatore
carentem, iuramentum deferre poſſe & in l.nam po
3 ſtea.§.minor, col.2.eod.tit.ad Trebel.Dicens. † adultum ſine
decreto poſſe ſoluere pecuniam creditori, & in eum trã
ſferre dominium pecuniæ ſolutæ, & in l.ſi pupillus, col.2.in
4 princ.ff.ſi cer.petat.Ratio etenin eſt, quia † adultus poteſt
omnia facere, ſicut ſi maior eſſet, vt tradit Iaſ.in d.§.pupil.
Nec habet obſtare quod promiſſio, & obligatio ipſa non
5 teneat, tanquam facta à minore vigintiquinque annis, † qui
res immobiles ſine decreto iudicis alienare non poteſt.toto
tit.ff.de reb.eor.l.non ſolum, l.etiam.l.Prædiorum, C.de
præd.mino.Iaſ.in authen.ſacramenta puberum, in princip.
6 C.ſi aduer.vend.& in conſil.40.colu.2.uolum.1.† inter quæ
computãtur annui reditus, ut ſunt iſti, de quibus agitur. §.
nos ergo, in uerbo ciuilis.in authen.de non alien. clem.exi
ui.§.cumq; annui redditus, de verb.ſign.l.iubemus nulli.C.
ſacroſa.eccle.Bal.in l.1.columna ſecunda, C.de ſuffrag. Alber.
& Alex.in l.mouentium ff.de verb. ſigni. Ray Cyn.Bar.
7 & alij in l.ſciendum.ff.qui ſatiſd.cogan.ubi dicunt, † hos an
nuos reditus excuſare à ſatiſdatione, nõ ſecus atque poſſeſ
ſionem immobilium, quod & placuit Cyn.in l.hac edictali,
§.his illud.C.de ſecund.nup.Federi. de Sen. in conſ.12.vbi
8 tradit, fratres prædicatores horum fore in capaces, quia im
mobilia poſſidere non poſſunt. Bald. in dcti. leg.iubemus,
9 poſt principium, ubi dicit, †. minorem non poſſe cum
auctoritatə curatoris alienare annuos reditus ſine decreto
iudicis.Bart.& Ioan.de Plat.in l.fi.C.de vend.re ciui.lib.11.

vbi

vbi annui reditus ciuitatis non poſſunt vendi ſine ſolenni tate, quæ in ueneditione rerum immobilium requiritur, ſicut nec reditus annui eccleſiæ, d.l.iubemus.

Accedit quoque, quod dixit Bal.in c.ad audientiam la 2.
11 vol.2.verſ.in glo.1.de reſcrip.vbi † qui non poteſt vendere immobilia, ſimiliter nec annuos reditus vendere poteſt, q̃a
12 reſpondetur † huiuſmodi ſententiam non procedere in cõ tractu facto ꝑ adultũ carẽtẽ curatore in pſentia principis,
13 cuius præſentia ſupplet omnes ſolennitates à iure requiſi-
14 tas.l.omnium.C.de teſta.ubi † licèt requiratur numerus ſeptem teſtium in teſtõ, ut euitetur fraus.l.fi.C.de teſta.tamẽ ſi ſit coram principe, illud valet ſine teſtibus. Ad idem eſt gl.in §.illud quoque in authen.vt non fiant pigno.Zaſius in
15 l.2.nu.90.ff.de orig.iur.ubi dicit, † ꝙ ſola præſentia principis ſolennitates iuris ſupplet, actumq; qui ob defectum ſolennium nullus eſt, inſtaurat, & reponit.l.adoptio, ff.de ad.
16 Secundò dicitur, † quod cum præmiſſa obligatio & promiſſio fuerit proficua & utilis domino Carolo, quamuis adulto, & minori vigintiquinque annis, quod illa valere dicitur, quamuis non interuenerit decretum iudicis, vt proba-
17 tur per gloſſ. in l. ſecunda. ff.de acceptila. vbi † ſi pupillus obligatur ſine auctoritate tutoris, ad finem vt liberetur, ualet obligatio, & illam glo.ſequuntur Alex.in l.mutum.§.fi.ff.de acquir.hę red.Iaſ.in l.is cui bonis.colum. 2.verſic.3. adde, de verbo.oblig.in l.ſi pupillus.col.ſecunda, ſi cert.pe. in l.non eo minus, col.2.C.de procur. & Barb.in conſil.35.col.pe.circa fi.vol.2.

Secundò ex dictis per gl.in l.quæcunque. C.de bon.quæ
18 lib.& ibi Bal.vbi † licet patri ſit interdicta alienatio bonorum aduentitiorum filij, in quibus habet uſũfructum, tamẽ eſt ei permiſſa utilitatem filij.Iterum idem Bal.in l.cũ oportet, §.non autem, in prin.C eod.tit.Alexan.in l.mutum.ff.de acq.hæred.Iaſ.in d.l.non eo minus, & in l.is cui bonis.col. 2.ac Barb.vbi ſupra.

Tertiò accedit, quod voluit Bal.in l.neque.C.de contra-
19 hen.& commit.ſtipul.ubi tradit, ſtatuta diſponẽtia, † quod contractus mulierum, uel minorum non valeant ſine præſentia propinquorum, debere intelligi de contractibus dãnoſis, non autem de vtilibus, quod inquit menti tenendum. ſequitur Alexan.in d.l.mutuum.Ang.in d.l.2.ff.de acceptil. Iaſ.in d.l.is cui bonis, col.2.& ibi Butigel.col. 2.in d.l.non eò minus, Barb.in d.conſi. 35.col.pen.conſi.53.col.fin.vol. eo.& in rub.de reb.ecc.non alien.in 4.limitatione, & ratio
20 eſt, quia † quò ad fauorabiliter geſta minor pro maiore ha
21 betur.d.l.neq;.& ideo videmus † quod ſententia lata in fauorem procuratoris minoris minus legitimè conſtituti va-
22 let.d.l.non eò minus.Et quod † illud, quod inductum eſt ꝓ ſolennitate, quod non ualet tranſactio ſuper alimentis de futuro relictis in vltima voluntate, niſi interueniat decretũ iudicis, ualet abſq; illa ſolennitate, ſi tranſactio ſit utilis.l. cum hi.§.eam tranſactionem.ff.de tranſac.Iaſ.in d.l.non eò minus, col.2.verſicu.ſecundò facit.cui ſententiæ etiam aſti-
23 pulatur, ꝙ voluit Bal.in l.contra iuris.ff.de pact.vbi ſi alienatur res eccleſiæ ad com modũ, & vtilitatem eius, non requiritur auctoritas ſuperioris.& Bal.ſententiam amplectitur Barb.in citato coſi.35.col.pe.& in d.rub.in 4 limitatione: ſed huiuſmodi promiſſio, & obligatio eſt fauorabilis, & vtilis dicto D. Carolo, quia per eam liberatur à præſtatione alimento rum, ad quam tenetur uerſus dictũ D.Ioannem filium naturalem d. Magnifici Do.Ioa.Baptiſtæ de Rotarijs, cuius ipſe D.Carolus eſt hæres, ut infra dicitur per text.in auth.licèt, C.de natura.lib.ergo &c.

24 Nec habet obſtare, ſi dicatur, † quod tanquam leſus põt D.Carolus petere aduerſus dictam promiſſionem & obligationem reſtitutionem in integrum, per tex.in d.l.ſi cura-
25 torem, quia reſpondetur, † reſtitutionem in integrum minimè ei concedendam eſſe, quia fecit id, quod diligens paterfamilias feciſſet, ut uoluit Spe.in tit.de reſtit.in integ.§, ꝙ ſi in cauſa.Rui.in l.1.§.nunciatio, nu.223.de op.no.nunc. ſed in caſu præſenti quilibet diligens paterfamilias libẽter mediante dictorum ſcutorum ſex annuorum ſe liberaſſet à
26 ſupradicta alimentorum præſtatione, † quorum appellatione multa veniunt, vt habitatio, veſtes, victus, & alia, de quibus alias ſcripſi in conſi.meo 22.in 1.vol.per totum, ad quod me remitto, ideo &c.

Præmiſſis tamen non obſtantibus, contrariam ſententiã, vt pote ueriorem amplector, & tenendam arbitror. Ad qđ dicendum moueor arguendo à ſufficienti partium enumera-
27 tione, † quod argumentum in iure eſt validum, & approbatum. §.omnium inſtitu. de act.l.patre furioſo.ff.de his, q ſunt ſunt ſui, uel alien.iuris.Ale.conſi.53.nu.8.vol.2.Soc.in conſi.25.nu.28.vol.1.& conſi.ſequenti, col.1.vol.eo.& Pariſ.in conſi.97.nu.18.uol.4.Nam aut Do.Ioãnes vult ſe fundare, quod iſte contractus ualeat, quia eſt annua promiſſio
28 & obligatio, & nõ poteſt, cùm annuę prçſtationes, ut ſupra dictum fuit, computentur inter immobilia quæ ſicuti ab adulto curatore carente, ſine decreto iudicis alienari non poſſunt, ut per Far.poſt Iacob.de Are.& Ale.in l.ſi ex legati cauſa.ff.de verb.oblig.Iaſ.in conſi.48.col.2.vol.1.vbi refert omnes canoniſtas ita tenere in c.conſtitutus, reprobata ibi gloſſ.de in integ.reſti.ita nec annui reditus, ut inquit Bal.in d.l.iubemus nulli, & in conſi. 518.vol.5. Aut vult ſe fundare, quod promiſſio, & obligatio ipſa ſit donatio, & ſi-
29 militer non poteſt, quia † minor non poteſt donare immobilia, & ſic annuos reditus etiam cum decreto. l.fi.§.cum
30 autem.C.ſi minor maior. fac. &c. quia † in decreto debet ſubeſſe iuſta cauſa, l.magis puto.§.ne paſſim.ff.de reb.eo.q ſubeſſe non poſſunt in donatione, & hoc in tãntum eſt verũ, q dicit Bal.in l. 1.C.ſi aduer. donat. ꝙ † etiam non põt dari curator ad auctorandũ in donatione, l.ſi ab agnato, C.de cura.furio.Pau.de Caſt.in coſi.102.colu.1.Cor.conſi.11.col.
31 1.vol.3.cũ † curator ſit dãdus ex iuſta cauſa, ſed iuſta cã nõ
33 eſt dandi curatorẽ ad donandum, † quia donare eſt perdere, l.contra iuris.ff.de pact.Barb.conſ.21.col. 5.vol. 1.& in conſi.53.col.2.vol.2.Rodo.Suar. in alleg.ſua 20.nu. 7.Rui. conſ.22.nu.8.vol.1.conſ.107.nu.12.vol.eo.& in conſi.129. nu.8.vol.5.Aut vult pariter ſe fundare, ꝙ ea valeat tanquã facta ab adulto carente curatore, qui põt contrahere, vt in
34 d.l.ſi curatorem, & hoc eſt ab omni iure alienum, cũ † diſpoſitio d.l.ſi curatorẽ, nõ procedat, ubi requiritur decretũ, vt in caſu præſenti, iux.not.per Bar.& alios in d.l.ſi ex legati cauſa, & Iaſ.in citato conſ.48.col.pe.Vlterius dicitur qđ quatenus valere poſſet, qđ no admittitur, qđ licet contractus valeret mero iure, tamen qđ aduerſus illum competeret D.Carolo tanquam læſo reſtitutio in integrum, ut in d. l.ſi curatorem, nulla probata læſione, cum ea reſultet ex ipſa promiſſione & obligatione, Pau.de Caſtr.in d.conſi.102. col.2.gloſſ.in l.1.vbi Bar.& cæteri.C.de in integ.reſtit.ubi reputant hoc ſingulare.

Supereſt modò reſpondere ad contraria, ad quorum reſolutionem condeſcendo, & ad primũ argumentum ſatis ex
35 ſupradictis reſponſum eſſe videtur, † diſpoſit.l.ſi curatorẽ, locum non habere in caſu præſenti, in quo decretum iudicis requiritur, quia eo caſu, quãuis adultus curatore careat non poteſt contractum alienationis facere ſine decreto de reb.immobilibus, vel quæ inter ipſa immobilia computentur, vt ſunt annui reditus, immo ſi fiat alienatio, ea eſt nulla
36 ipſo iure, Cùm † iura dicant indiſtinctè alienationem rerũ immobilium factam à minore vigintiquinque annis ſine decreto, nullam, non diſtinguendo, an curatorem habeat, uel ne, ut d.l.non ſolũ, l.etiam, & l.prædiorũ.C.de prædijs mino.& ita dixerũt Bar.& alij in d l.ſi ex legati cauſa.& Iaſ.in
37 allegato conſi.84.col.2.in fi.vbi ex his concludit, quod † ſicut minor 25.annis carens curatore, non poteſt alienare immobilia ſine decreto, & auctoritate iudicis: ita nec procuratorem conſtituere ad alienationem immobilium nullo intercedente decrete iudicis.

Non obſtat, quod prçſentia Principis ſuppleuerit decre-
38 tum, quia duobus modis reſpondetur. Et primò † qđ præſentia Principis ſuppleat defectũ teſtiũ qui requiritur in teſtamentis, ut in d.l.omnium, quia coram eo præſumitur copia perſonarũ, tamen non ſupplet alias ſolennitates, ut pro-
39 batur per Rui.in conſ.134.nu.19.vol. 1.vbi dicit, † contractum geſtum per minorẽ coram Reuerendiſſimo epiſcopo & Prin-

& Principe Tridentino non ſeruata ſolennitate ſtatuti non
valere,quia eius præſentia non ſupplet talem ſolemnitaté
a ſtatuto requiſitam.Nec obſtat ſecundum eum d.l.omniū,
quia ibi ſolum ſuppletur ſolennitas teſtium, non auté aliæ
ſolennitates, cum etiam id,quod dicitur de teſtamento fa-
cto coram principe,habeat etiam locum,ſi fiant acta, apud
quę non ſupplentur aliæ ſolennitates.
40 Secundò dicitur, † quod etiam præſuppoſita dicta opi-
nione pro vera,quod illa locum habere poſſet,quando con
tractus fuiſſet geſtus coram principe vti domino & iudice
competente contrahentium,alias ſecus,vt per Bar.& alios,
41 in l.cum hi,§.tranſactionis.ff.de tranſact. vbi † ille dicitur
iudex competens ad interponendam auctoritatem ſuper
tranſactione alimentorum,qui de cauſa principaliter hęret
cognoſcere,ſed in caſu iſto non conſtat de prædictis, ergo
nihil ad propoſitum.
42 Similiter non obſtat, quod † promiſſio, & obligatio vti
vtilis domino Carolo valere debeat, quia pluribus modis
reſpondetur,& primo quod licet eſſet proficua,& vtilis,de
qua tamen vtilitate non apparet, quod ea non valeret ſine
decreto,vt conſtat ex his, quæ not. Iacob. de Aret.Butrig.
Bar.Bal.Angel.Ful.Pau.& alij in l.cum hi,§.tranſactionem.
ff.de tranſac.vbi reprobata opinione gl.ibi determinant,ꝙ
43 † eccleſia,quæ non poteſt alienare ſine ſolennitate, de qua
in c. ſine except.12.q.2.& in authen.hoc ius porrectum, C.
44 de ſacr.ſanct.eccl.& minor,† qui nō poteſt alienare ſine ſo
lennitate poſita in l.magis puto,§.ne paſſim.ff.de reb. eod.
non poteſt contractum alienationis facere, etiam ſi condi-
tio ſua efficeretur melior,vt etiam voluit Soc.in conſil.80.
num.12.vol.4.
Secundò reſpondetur, non conſtare de aliqua vtilitate
ipſius D.Caroli,quia in inſtrumento promiſſionis, & obli-
gationis, non apparet de aliqua liberatione facta dicto D.
Carolo per D.Ioan.vnde ceſſant not.per gl.in dict.l.2.ff.de
acceptillat.
Pariter non obſtant no.in l.neque.C.de contrahen.& cō
mit.ſtip.& in l. mutum, ac in alijs locis ſupra citatis, quia
45 † dicta ibi per Doct.loquuntur in caſu, vbi ſolennitas non
erat introducta pro forma,ſed in merum fauorem prohibi
ti ideo non mirum,ſi hic attēditur vtilitas minoris,ſed nos
ſumus in ſolennitate,quæ introducta eſt pro forma, vbi nō
conſideratur, quod contractus ſit vtilis minori,vt inquit
Bald.in l.fin.§.neceſſitatem.colu.7.C.de bon. quæ libe.vbi
46 † dicit alienationem rei eccleſiæ fore nullam, non interue
niente ſolennitate requiſita in caſu etiam vtili:& diſtinguē
do modo,quo ſupra,ita tenet Fel.in c.cauſam,col.antepen.
de iud.verſi.contra hoc faciunt etiam dicta in d. le.cum hi,
§.tranſactionem.Item dicit Soc.in citato conſi.80.num.12.
quod facienda eſt differentia, an contractus ſit approbatus
de iure communi,vel ne,quia primo caſu,ſi eſt vtilis, valet
non obſtante ſolennitate ſtatuti,de qua in d. l.neque, & in
alijs locis ſupra citatis,aut eſt reprobatus de iure commu-
ni,vt eſt quando minor contrahit alienando bona immobi
lia,quia cum contractus ab initio ſit nullus ex defectu ſolē
nitatis non valet,licet ſit vtilis minori.le. magis puto,§.æs
alienum.ff.de reb. eor.
Poſtremo non obſtat dictum Bald.in l.contra iuris, quia
47 † eius dictum impugnatur per Fel.in d. cap. cauſam,& per
Doct.in d.§.tranſact.
Vltimo non obſtat,quod dictum eſt de reſt.in integrum,
quia hic non eſt tractandum de reſtitutione ipſa,cum cōtra
ctus ſit nullus ipſo iure,propter defectum decreti,vt abun-
dè ſupra oſtenſum fuit.
Vlterius dicitur,quod quando etiam contractus mero iu
re potuiſſet valere, ꝙ locus eſſet reſtitutioni in integrum,
cū ex ipſa promiſſione,& obligatione remaneat dictus D.
Carolus læſus,vt in d.l.ſi curatorem.
48 Deuenio ad ſecundum caput,in quo quæritur,† An ſaltē
dictus Magnificus Dominus Carolus ex vi diſpoſitionis iu-
ris communis teneatur alere dictum D. Ioannem filium na
turalem,d.magnifici D.Ioannis Baptiſtę,cui D. Carolus ab
inteſtato ſucceſſit? prima facie videretur dicendum, quod
non,quia Do.Ioannes poteſt ex operibus, & ingenio ſuo,
vel ſaltem ex famulatu ſibi parate,& quærere victum, Vn-
de dicit Bart.in l.ſi quis ex liberis,§.ſed ſi filius,ff. de liber.
49 agno.quod † etiam filius legitimus & naturalis tali caſu
non eſſet alimentandus a patre,idem Bar.in l.1. C. de mēd.
val.lib.11.& in §.ſi quis igitur,in auth.quibus mod. nat. ef-
fic.ſui.Dec.in conſi.576.col.1.Cacial.in l.frater,§.quæſitū.
num.94.ff.de cond.indeb.Bald.nouel.in l.1.num.86.ff.ſolu.
matr.& ibi Crot.num.88.& Viſitar.nu.100. Moder. in rep.
rub.de don.inter uir.& vxo.§.5.columm.1. vbi ex hoc inſe-
50 runt,quod † licet alias non valeat ſtatutum, ſeu conſuetu-
do abſorbens in totum legitimam filiorum, cum ſuccedat
loco alimentorum,vt per Cy.in l.ſancimus,C.de nup.tamē
hoc intelligitur,quando filius non habet vnde ſe alat,ſecus
ſi haberet vnde viuere poſſet,quia tūc valeret ſtatutum,ſeu
conſuetudo in totum abſorbens legitimam.Allegat Abb.in
51 c Raynutius,in 4.col.verſ.ego crederem,de teſta. vbi † in
quit,hoc notandum.& in filio naturali,hoc volunt Doct.in
l.1.ff.ſol.mat.& Berenga.Foran.in l.in quartam, nu. 134.ff.
ad l.Falc.Modern.in c.per veſtras.§.23.num.11.de don.in-
ter vir.& vxor.
Corroboratur hæc opinio ex communi calculo docto-
52 rum in d.l.1.vbi etiam concludunt,† patrem naturalem nō
poſſe aſtringi ad dotandam filiam naturalem, ſi habet vnde
viuat.Id etiam voluit Bald.in l.mater.C.de iur.dot.vbi di-
cit,quod illud,quod dicitur in l.vxorem,§.naturalis.ff. de
53 leg.tertio,quod † pater non tenetur dotare filiam natura-
lem,debet intelligi,quando filia non eſt inops, vel quando
ex honeſto exercitio poſſet ſibi dotem conſtituere;alias ꝙ
pater tenebitur eam dotare vſque ad condignam quantita
tem,ex qua poſſet alimentari,& inquit Bal.nouellus in d. l.
1.num.100.rationem eſſe,quia tunc ceſſat æquitas, de qua
in c.cum haberet,de eo,qui dux.in vx.quam poll.per adul.
54 vbi † etiam diſponitur,filium natum ex coitu damnato alē
dum eſſe.
Huic quoque ſententiæ accedit, quod ſcribit Franciſcus
de Pepis in auth.præterea.nu.84.C.vnde vir & vx. vbi poſt
55 alios ibi per eum relatos,firmat † diſpoſitionē illius auth.
quæ vult, quod vxor ſuperſtes admittatur ad quartam in
bonis mariti,etiam quando dos eſt parua, locum non habe
re,vbi vxor ſciret multum operari proprijs manibus,& lu
crari ex ingenio, vt contingit in pluribus mulieribus. Hoc
56 † idē recipitur à iure,in filijs ſpurijs, vt per Dec.in cit. cōſ.
576.col.1.Calca.in conſ.59.col.fi.Ale.in cōſ.74.col.2. vol.
2.Bald.in conſi. 116.vol.2.
Verum his non obſtantibus, contrarium de iure verius
eſſe arbitror,quod dominus Carolus inſpecto iure commu
ni adſtringi poſſit ad alendum dictum Dominum Ioannem
quod luce clarius demonſtratur.Clarum enim eſt, in iure,
57 † quod pater tenetur nedum alere filium legitimum, & na
turalem,ſed etiam naturalem tantum,vel ſpurium, & alios
ex quocunque coitu damnato natos,vt de primo eſt tex.in
d.l.ſi quis a liberis,§.ſed ſi filius, & ibi Barto. in §. non tan-
58 tum † vbi etiam tenet alendam eſſe a patre vxorem filij.
Dec.in citato conſ.576.colum.1.de ſecundo eſt text. in §.ſi
quis auctoritatē,in §.ſi quis igitur.in d. authen.quib mod.
nat. effi.ſui.& ibi Barto.authen.licet. C. de nat. lib. Doct.
communiter in l.1.ff.ſolu.ma.Ioan. Coraſ. in l. qui liberos,
59 nu.103.ff.de ritu nup.Et de tertio caſus † eſt expreſſus in d.
c.cum haberet, cuius diſpoſitio practicatur tam in palatio
Cæſaris,quam in foro Pontificio,ut per Ange.inſtit.de iure
nat.ge.& ciuili.in princ.ubi citat,ſe ita conſuluiſſe cum am
60 pliſſimis Doctoribus,quia † negare alimenta,eſt hominem
necare. le. necare,ff.de liber.agnoſcen.hominem autem ne
61 care eſt peccatum. Et † ubi agitur de peccato, ius canoni-
cum eſt ſeruandum in utroq. foro,Crot.in l. prima, numer.
76.ff.ſoluto matrimo.& ibi Bald.nouel.num. 740.& Viſita.
num.119.ubi dicit hanc eſſe communem opinionem, Dec.
in c.Eccleſia Sanctæ Mariæ,num.35.ff.de conſt. & in conſil.
576.colum.1.& 611.colum.1.Moder. in d.rub. de donat.in
ter uir.& uxor.in §.23.columm.pen.Ripa in l.ſi unquam, q.
27.de reuo.don.ubi ſimiliter aſſerunt hanc receptam Doct.
ſen-

ſententiam, & Rui. in conſil. 124. col. 4. in 1. volu. vbi atteſta tur hanc eſſe magis communem. idem quoque voluit Rui.
62 in conſi. 124. numero 11. volu. 1. vbi dicit quod † nedum te netur pater alere filium ſpurium, ſed etiam eius filios natos de legitimo matrimonio. Ripa in d. l. ſi vnquã, q. 27. & Bald. in cõſ. 456. col. fin. vol. 5. vbi inquit, quod cum ius alimentã di deriuetur à iure naturali, l. 1. in fi. ff. de iuſt. & iur. quæ natura eſt communis omnibus filijs, tam legitimis, quam nõ, l. hos accuſare, §. omnibus, de accuſa. ideo omnes filij à parentibus ſunt alendi, & quod hanc conſiderationem habuit æquitas canonica, de qua ſupra, quæ fecit reſurgere ius naturale, quantum ad hanc ſpeciem pietatis, quo iure omnes legitimi naſcebantur, §. licet; quib. mo. nat. eff. ſui. licet lex ciuilis diſponendo in contrarium in tantum amauerit caſtitatem, quod deſtruxit paternam pietatem, tamen vt dictum
63 fuit † eadem æquitas ſeruatur etiam in palatio Cæſaris, vt per Dec. in citato conſ. 711. vbi loquitur de natis ex quocũque illicito coitu.

64 Et ideo videmus, quod † pater poteſt relinquere ſpurio quantitatem ſufficientem pro alimentis, & filiæ ſpuriæ pro dote, quia ſine alimentis, & dote viuere, nec nubere poſſunt Bar. in auth. ex complexu, C. de inceſt. nup. quem ſequitur Dec. in iam ſæpius allegato conſi. 576. & in conſil. 311. colum. 2. Soc. conſi. 2. num. 5. volum. 4. Cur. Iun. in conſil. 37. in fin. & Rui. in conſi. 124. num. 6. volum. 1. vnde cum pater teneatur ad huiuſmodi alimenta, ſimiliter & eius hæres, ſiue ſit filius, ſiue extraneus, tex. eſt in auth. licet, C. de naturali, lib. ibi, paſci verò naturales à legitimis, & ibi Bald. in tertio
65 nota. vbi dicit eſſe notandum, quod † nedum fratres tenentur alere fratrem naturalem ex bonis teſtatoris, ſed etiam hæredes extranei, & hoc etiã menti tenendum dixit Rodo. Suar. in tit. *de todo home*. nu. 14. hoc ẽt tradit & Bal. in conſi. 158. vol. 1. vbi inquit per æquitatem dicti c. cum heret, qđ
66 quilibet ſucceſſor bonorũ paternorum & maternorum tenetur alimenta præſtare de clementia iuris canonici & legis diuinæ. & Bal. ſequuntur moderni in d. c. ꝑ veſtras. §. 23. nu. 12. Boer. in deciſ. 127. num. 14. & Cacialu. in l. ſi qua illuſtris, nu. 91. C. ad Orficia. idẽ Bal. in conſi. 232. vol. 3. & Ful. conſi. 228. col. 2. circa fi. Rui. in cõſ. 124. nu. 12. in fi. volu. 1.
67 imò dicit Ripa vbi ſupra in q. 27. † donatariũ omnium bonorum teneri ex officio iudicis alere ſpurium, Et in tãtum
68 eſt vera hec ſnia, quæ cõiter recepta eſt, † quòd etiam ſi pater prohibuiſſet alimẽta præſtari filio naturali, talis prohibitio nõ valeret. Ita Bald. in l. id quod pauperib. col. fi. C. de
69 ſac. ſan. eccleſ. quem ſequitur Iaſ. † idem volẽs in ſpurijs in cõſ. 29. col. pen. vol. 1. & Gigas in addi. ad Dec. in c. Eccleſia S. Mariæ nu. 35. de conſtituti.

70 Plus voluit Dy. in conſil. 9. quod ſi † pater habens filium naturale m. & alios legitimos, reliquit naturali victum, & veſtitum, ac neceſſaria, donec ipſe ſtare voluiſſet cum filijs legitimis patris ſui ad ſeruiendum eis, & ad eos addiuuandum, & ſi hoc facere noluiſſet, nihil perciperet de relictis quod tamen ſi dictus naturalis noluit ſtare, nec habitare cũ prædictis ſuis fratribus legitimis, nec conditionem patris in teſtamento appoſitam adimplere, quod petere poſſet alimenta ad vitam neceſſaria. motus primo, quia iſta alimenta debentur filijs naturalib. de bonis parentum ex quadã neceſſitate per legem impoſita. §. diſcretis, in auth. quib. mo. nat. eff. ſui. quæ per diſpoſitionem patris nõ poſsũt auferri, nec minui, §. ſi vero ſoluebat, in auth. de nupt. Itẽ quia ei, ꝗ nõ impleuit voluntatem defuncti, illud ſolum aufertur, qđ percipiebat ex incerta, & abſoluta volũtate defũcti, nõ aũt qđ legis auctoritate percipere põt, §. ſi ꝗs autem, in auth. de hæred. & fal. Vltimò, ꝗa cum hoc relictum alimentorum ſit debitum ex legis auctoritate, in eo quod relictum eſt, nullũ onus conditionis apponi potuit, arg. l. primæ ff. de adop. & Dy. ſequitur Bal. in d. l. id quod pauperibus, colu. fi. & Rod.
71 Suar. vbi ſupra, num. 14. & ſequenti, vbi inquit, † quod diſpoſitio dictæ auth. licet, & alia iura, quæ diſponunt filios naturales eſſe alimentandos ab hæredibus patris, procedunt etiam ſi pater hoc prohibuiſſet, ſeu filius naturalis non impleuiſſet conditionem a patre appoſitam, propter cuius non implementum, pater prohibuit & præcepit, ne alimenta ei concedantur, quod ſcribit perpetuò menti tenendum, idem dixit Marſ. in ſing. ſuo 358. in fi. vbi dicit hoc eſſe verbum ſingulare, & fortè paucis notum.

Vlterius dicitur, quod non tantum tenetur dictus D. Ca-
72 rolus ad huiuſmodi præſtationem alimentorum, † ſed etiã duas vncias de bonis dicti magnifici D. Io. Baptiſtæ tenetur tradere prædicto D. Ioanni, cum ſucceſſerit D. Ioan. Baptiſtæ eius patruo ab inteſtato defũcto, & ſine filijs legitimis, vt eſt caſus ſingularis, & memoriæ commendandus in §. diſcretis, in verbo alimentum damus eis, in auth. quibus mo. nat. eff. ſui, & ibi Bar. in 2. notabili. vbi expreſſe dicit ibi eſſe caſum, in quo filius naturalis ſuccedit patri non habẽti legitimos in duabus vncijs ab inteſtato, & vltra eas debet habere alimenta de bonis paternis, idem Bart. in §. conſideramus, per illum tex. in authen. de trien. & ſemi. quod inquit notandum Rodor. Suar. vbi ſupra nu. 15. verſ. alio, & ſecũdo modo.

Reſtat modo reſpondere ad adducta in contrarium, &
73 ideo dicitur, primum argumentum poſſe procedere, † quãdo ipſe D. Ioannes haberet aliunde vnde poſſet viuere, qđ non eſt in caſu præſenti, cum non habeat, niſi de reditu modia duo frumenti ſibi relicta ſingulo anno quo ad vixerit, ꝑ magnificam Dominam Lucretiam relictam quondam Domini Ioannis Baptiſtæ ex ſecundo matrimonio, quæ an ſufficiant ad victum & alimenta, unuſquiſque poteſt conſiderare.

74 Nec obſtat † quod ex operis ſuis poteſt ſibi quærere uictum, uel ex famulatu, quia pluribus modis reſpondetur, & primò minimè uerum eſſe, quod ex operis, & ingenio ſuo poſſit ſibi quęrere alimenta, quoniam artificium aliquod non habet ſufficiens ad alimẽta, unde cum negetur iſta qualitas, incumbit D. Carolo probare, quod ex operis ſuis, &
75 artificio poſsit uiuere. Nam † artifex nullus naſcitur. & pro iſta opinione ad propoſitum adducuntur, quæ ſcribit Excellentiſ. Craue. in conſil. ſuo 71. col. 2. & in conſi. 150.
76 col. 1. ubi dicit, quod † cum qualitas notariatus non inſit à natura, quia notarius nemo naſcitur, quod alleganti incumbit onus probandi huiuſmodi qualitatem, ſicut etiam dicitur de clericatu.

Nec obſtat ſi dicatur, quod uſq. nunc ex artificio uixit, quia reſpondetur, quod poſito hoc pro uero, tamen ꝙ nũc non poteſt amplius facere artificium, quod exercuit, quia in eo malè ſe geſsit, & non habet amplius modum in eo perſeuerandi, quo caſu ſtantib. his, prout uera ſunt, alimenta ueniunt ſibi præſtanda quod ſuadetur ex notatis per Cacial.
77 in d. l. ſi qua Illuſtris, col. pen. in fi. ubi dicit, † relictum alimentorum factum ſpurio non ualere, ſi filius non indiget, niſi ſupueniret neceſsitas, quia eo caſu reſurgeret legatũ, & locum haberet, ergo & idem in caſu præſenti dicendum eſt, quod ratione ſuperuenientis impotentiæ alimentari debeat d. D. Ioannes per prædictum D. Carolum.

Similiter non obſtat, quod ex famulatu poteſt ſibi alimẽ
78 ta quærere quia reſpondetur, † quod quando eſſet ſummæ uerecundiæ tale exercitium facere, quis excuſatur. Ita Bar. in d. §. ſed ſi filius, & in tract. de alimentis. Abb. in d. c. cum heret, col. fin. Cacial. in d. l. ſi qua Illuſtris. nu. 93. Calcã. cõſ. 62. quẽ ſeqtur Crau. in cõſ. 199. col. 1. & Bal. noue. in tract. dot. in 6. par. priuilegio, 16. col. 3. in fi. uerſi. q ͻ tũ, & i l. 1. nu.
79 141. ff. ſol. mat. ubi inquit, † q ͻ id qđ dicitur, filiam naturalẽ nõ eſſe alẽdã à patre, nec dotãdã, ubi ipſa heret aliq̃ honeſtã artẽ, uñ poſsit ſe ſuſtẽtare, ꝗa tũc ceſſaret æq̃tas, d. c. cũ heret, nõ procedere, ſi filia eſſet naturalis alicuius magni nobilis, cui dedecus eſſet exercere artẽ, ut puta, in texẽdo, filiando, & ſimilia, ꝗa tũc excuſaretur, adeò qđ eſſet alẽda, & do-
80 tãda. Et iõ dicit Azo in ſumma C. de patr. pot. q ͻ licet mater nõ teneatur alimẽtare filiũ, ſed lactare uſq. ad trieniũ, l. nec filiũ, C. de patr. poteſt. tñ ſi mater eſſet nobilis, cui ſm morẽ patriæ eſſet indecẽs & dedecus lactare filiũ, qđ tũc excuſatur. & Azo. ſeqtur Bal. nouel. & Cacial. ubi ſupra. ſđ cui dubiũ, qđ magna uerecũdia eſſet D. Ioãni, ꝗ eſt natus ex honoratiſsimo patre, de familia antiquiſsima & nobiliſsima

Rota-

Rotariorum famulari,& aliq artē mechanicā exercere; igitur concludendum videtur,ipſum excuſandum eſſe a prædictis,atque iō D.Carolum,qui hæreditatem patris prædicti D.Ioannis amplexus eſt,teneri,& obligatum eſſe ad dandū duas vntias hæreditatis dicti D.Io.Baptiſtæ,D. Ioanni eius filio naturali,& vlterius ad eum alendum vſq. ad ſufficientem menſuram alimentorum. Laus Deo.

Rolandus a Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

*1 Alimenta mulier petere non poteſt finito primo anno ſtatuto a lege hæredibus mariti ad ſoluendum ei dotes conſiſtentes in pecunia.*

*2 Mulier alimentata ab hæredibus mariti in primo anno luctus,& non poſt,eis operari tenetur.*

*3 Titulus dotis ſine matrimonio eſſe non poteſt.*

*4 Mulier de iure communi non debet alimentari ab hæredibus uiri,quando habet unde aliunde uiuere poſſit.*

*5 Alimenta ubi debentur ex diſpoſitione legis,ſtatuti,uel iudicis,peti non poſſunt,quando aliunde quis uiuere poteſt, ſecus quando debentur ex diſpoſitione hominis, uel iure actionis.*

*6 Quis quando dicatur habere unde ſe alat.*

*7 Verbum,ubi ſit de alimentis,ad reditum habetur reſpectus.*

*8 Mulier ſolitæ dare pecunias mercatoribus ad honeſtum lucrum,debetur per hæredes mariti intereſſe lucri ceſſantis à die moræ commiſſæ in reſtituendo dotes.*

*9 Vſuræ in ſolito mercari,& negotiari, licèt ueniant tanquā intereſſe lucri ceſſantis,hoc tamen articulari,& probari debet,alias is obtinere non poteſt.*

*10 Conuentio facta per hæredes uiri cum uxore de ſoluendo ei ſex pro centenario,ſingulo anno ratione fructuum dotis, ſapit uſurariam prauitatem,& nu. 26.*

*11 Vſura nedum à iure canonico,uerum etiam a iure ciuili reprobatur.*

*12 Vſura eſt rapina.*

*13 Vſura dicitur exactio nequiſſima.*

*14 Vſura indebita eſt naturaliter, & ciuiliter.*

*15 Papa non poteſt diſpenſare ſuper uſura.*

*16 Vſuræ ſunt prohibitæ per euangelium,contra quod Papa ſtatuere non poteſt,nec diſpenſare.*

*17 Vſura eſt,quod datur mulieri ſoluto matrimonio ultra dotem.*

*18 Mulier poſt annum,data etiam mora in reſtituendo dotē, ſecundum magis communem alimenta petere non poteſt, quod tamen declara, ut ibi.*

*19 Vſura eſt,quidquid accedit ſorti.*

*20 Maritus licet ratione moræ commiſſæ in ſoluendo dotes, non poſſit petere uſuras,tamen qui dotem promiſit,nō poteſt pendente ſolutione obligare ſe ad ſoluendum certum quid pro centenario ſingulis annis.*

*21 Teſtator ſi damnat hæredem ad ſoluendum uxori decem ſingulis annis, donec ei dotem ſoluerit,non tenetur hæres ad huiuſmodi ſolutionem,quia uſura eſt propter dinumerationem annorum.*

*22 Vſura imponi non poteſt in ultima uoluntate.*

*23 Teſtator,ſi legauit uni quingentos aureos,& ordinauit qđ donec ei ſoluerentur,tamen daretur ſingulo anno,diſpoſitio non ualet,quia uſura eſt.*

*24 Quantitas ubicunque ſi non ſoluatur capitale, mandatur ſolui ſub nomine etiam pœnæ per dinumerationem temporis,cenſetur eſſe uſura.*

*25 Vſura non permittitur in contractibus.*

*27 Cauſa alimentorum, & ſi ſit fauorabilis, non tamen adeo pia,ex qua plus poſſit pecuniæ deberi, quam ſit debitum principale.*

*28 Fœnerari etiam licitum nō eſt pro alendis pauperibus,& captiuis.*

*29 Promittens Titio decem ad paſcha,& ſi non ſoluerit abinde in antea, promittit quinq; ſingulis annis nomine alimentorum,promiſſio talis non ualet,quia uſura eſt.*

*30 Intereſſe pecuniæ non ſolutæ,licèt de iure communi peti poſſit ſoluto matrimonio,tamen id uerum eſſe arbitratur,ſi de intereſſe præterito conſtat per probationes.*

*31 Cauſa quando reperitur ad eſſentiam actus, non ſufficit illam habere pro ſubſiſtente,niſi uere cauſa ſubſiſtere probetur.*

*32 Abſurdum eſt,quod pecunia pariat pecuniam.*

*33 Contra naturam eſt,ut artificialia germinēt, ex ſententia Ariſtotelis in 1. Politic.*

## CONSILIVM LV.

SIue conſideremus diſpoſitionem iuris communis, ſiue pacti deducti in conuentione inita per Dominam Iacobinam de Benedictis cum quondam D.Conſtantino de Trotis,vti tutore D.Sigiſmundi filij prædictæ Dominæ Iacobinę,nullo modo uidetur dicendum,quod dictus D.Sigiſmundus condemnari poſſit aduerſus eius matrem ad ſolutionē ſcutorum quinque centum pro alimentis ab eadem petitorum ratione retardatæ ſolutionis dotium ſuarum,ex vi pacti de ſoluendo eidem ſcuta ſex pro quolibet centenario, ſingulo anno,durante dilatione data filio ad reſtituendum matri ſortem principalem dotium ſuarum.

Quod autem de iure communi illa habere non debeat dicta Domina Iacobina ratione retardatæ ſolutionis dotis pro alimentis annorum præteritorum, ſatis patet ex communi concluſione Doct. quæ habet quod mulier finito pri-
1 mo anno dilationis ſtatutæ à lege hæredibus mariti ad ſoluendū dotes conſiſtentes in pecunia, & de quo in l.1.§. exactio.C.de rei vxo.act. non poteſt petere alimenta a dictis hęredibus,vt per Doct.in l.diuortio.in prin.ff.ſol.mat. vbi Rapha.Cuma.Alexan. & Iaſ.atteſtantur hanc eſſe communem opinionem,quia cum mulier elapſo dicto anno, habuerit in ſua poteſtate exigere dotes ſuas,quas non curauit recuperare,imputandum eſt ei,ſi illas non exegit, & ideo non mirum,ſi per eam non poſſunt peti alimenta ab hęredib. viri,quod probatur per gl.& Doct.in le. 1. C.de ſen.quæ ſine cer.quant.vbi qui habet in poteſtate ſua exigere ſortem,nō poteſt deducere in iudicium vſuras futuri temporis, quas alias deducere potuiſſet.idem voluit Tancr.in ſuo compēd. in decima rubr.in 12.q.vbi allegat rationem eſſe, quia cum poſt annum ceſſet beneficium dilationis conceſſum hæredibus mariti ad reſtituendam dotem,d.§.exactio, marito dēt ceſſare onus alimentorum præſtandorum vxori,quod in recuperationem dictæ dotis iura conceſſerunt ipſi mulieri:ar-
2 gum.l.in omnib.de re mil.Item † quia cum intra annum luctus propter alimenta ſibi præſtita,teneatur operari hæredib. uiri,vt notatur in l.diuortio, certè non reperitur iure cautum,quod poſt annum teneatur operari, imo totum oppoſitum,vt ibi per Bal.ergo ſequitur.quod poſt annum alimenta habere non debeat,argu.le.ſecundum naturam.ff.de reg.iur.idem uoluit Ale.in conſi.27.col.1. vol.4. ubi etiam aſſerit,hanc eſſe communem,conſ.141.col.2.uol.5.& conſ. 122.col.pen.uol.7.Soc.in l.2.col.pen.in fi.ff.de his, q̄ pœnom.Doct.communiter in c.ſalubriter,de uſur.Soc. conſil. 126.col.3.in pri.vol.1.& plenius Anch.in conſi.143.col.2. circa fi.ubi concludit,quod de iure cōi, ſi hæredes uiri fuerunt in mora in dotis reſtitutione, quod mulier occaſione retardatæ ſolutionis tm̄ non pōt petere alimenta,uel aliqd ultra ſortem qm̄ ſoluto matrimonio, non poteſt dici dos.
3 Nam † dictus titulus dotis eſt extinctus, cum ſine matrimonio eſſe non poſſit.l.3.ff.de iur.dot.unde ceſſante omni priuilegio dotis pro futuro tempore,ceſſare debet cauſa priuilegij.l.Titia.§.uſuras.ff.de leg.2.

4 Secundò pro iſta opinione facit.Nam † etiam de iure cōmuni, nedum in ſecundo anno matrimonij, uerum nec in primo, mulier ab hæredibus uiri debet ali,quando habet, unde aliunde uiuere poſſit.Ita Doct.communiter in d. l.diuortio.Alex.in d.cōſilijs 27.col.1.74.col.2.& 141. col.2.p text. in l. penul. vt in poſ.leg. in uerbo. nec quicq̄ ſuū hēt, quē text.allegat gl.in d.§.exactio,Bal.in conſ.92.uol.2.Nā

5 regulariter ita a lege diſponitur,quod †ubi alimẽtata dẽn
tur ex diſpoſitione legis,uel ſtatuti,uel iudicis, ea peti non
poſſunt,quando aliunde quis habet unde ſe alat, iux. tex.in
l.ſi quis à liberis,§.1.uerſi.ſed ſi filius,ff. de libe. agno. Bar.
in l.libertus quas,§.1.ff.de alim.& ciba. leg. ſecus qñ dẽtur
ex diſpoſitione hominis,puta teſtatoris , uel ex contractu,
& ſic iure actionis , quia tunc quis poteſt petere alimenta,
dato quod ſit diues,& poſſit ſe alere de ſuo.Ita Bal.& Mod.
in l.de alimentis,per illum text.C.de tranſact.Iaſ. in d.l.di-
uortio , in princip. uolum. 6. in fin. & Cor. in conſil. 286.
in princip. in 3.uolum.Sed in caſu,de quo agitur D.Iacobi
na reperitur habere bona immobilia,ut conſtat ex duobus
inſtrumentis,quę ſuccedunt ad ualorem ſcutorum mille,ex
quib.honeſte uiuere poteſt,igitur dicendum uenit, qđ ſcu
ta ipſe quinque centum , quæ à filio petuntur ad rationem
ſex pro centenario pro alimentis,omni iure refragante,nõ
debeantur,quia eſſet uſura,ut infra dicetur .

Non habet obſtare,quod & ſi ex dictis prædijs percipiat
frumentum,tamen non percipit vinum,ligna,& legumina.
Quia reſpondetur, quod ex quo recolligit multum de fru-
mento,licèt nihil de vino,tamen poterit uendere de frumẽ
to,& emere de vino,& alijs quantum ſufficit, Ita Bal.in con
6 ſil.30.in 2.vol.ubi inquit,† quod licèt quis non dicatur ha-
bere,unde ſe alat,quando habet mobilia,ex quibus reditus
non percipiuntur,etſi illa vẽdere poſſit;arg.l.qui bonis, cũ
ibi not.de ceſſ.bonorum.tamẽ quod poteſt dici,ſi habet vn-
de ſe alat ex rebus quarum natura eſt , qđ conuertantur in
alimenta,verbi gratia,multum recolligit de uino,& nihil đ
pane,tamen ex venditione uini , poteſt habere de pane , &
vino quantum ſufficit, tunc tenetur vendere . Sed ſi res non
conſueuerunt vendi pro alimentis , ſed in peculio mulieris
conſeruari,ut annuli,tunc non tenetur vendere, ſed debet
7 alimentari de dote ſua, ſicut conſtante matrimonio , quia †
vbi de alimentis loquimur, ad redditus habemus reſpectũ.
l.ius alimentorum.ff.ubi pup.educ.deb.& Bal.ſequitur So-
cin.in l.diuortio.in fi.prin.ff.ſol.matr.& Ioan.de Gazo.rub.
C.de ſecun.nupt.nu.40.

Vlterius dicitur,quod cum reperiatur alimentata , non
eſt curandum,vnde habuerit,uel non habuerit alimenta,cũ
per ipſam ſteterit,quominus exegerit dotes,ex quibus po-
tuiſſet uiuere,unde cum hoc non fecerit, uidetur quod ali-
quid loco alimentorum petere non poſſit , ut per doct.in
d.l.diuortio.& Alex.ubi ſupra.

8 Similiter non habet obſtare,† ꝙ ratione moræ commiſſæ
per hæredes in non reſtituendo dotes, cum ipſa mulier eſ-
ſet ſolita dare pecunias ſuas ad honeſtum lucrum mercato
ribus , ꝙ ratione moræ, debet haberi ratio intereſſe conſi-
ſtentis in lucro , quod ueriſimiliter mulier percepiſſet , ut
voluit Io.de Imola in d.l.diuortio,per l.2.§.fi.cum ibi not.
de eo ꝙ cer.lo.ac Roma.& Alex.quia reſpondetur, ꝙ iſtud
locum non habet in terminis noſtris,ubi non conſtat,quod
iſta domina Iacobina eſſet perſona ſolita mercari, & nego-
ciari cum pecunijs,& quod veriſimiliter tantundem lucra-
ta fuiſſet.Ita Alex.in conſi 141.col.prima in fin.verſi.ſed ſi pe
tũtur,uolum 5.per l.2.§.fi.cum ibi not. ff.quod cer.lo.iũcta
l.ſi ſterilis, §. cum per uenditorem. ff.de actio. emp.Dec.in
conſil.39.colum. 2. in fin. & in conſi. 122.colum.2. in fin.
9 ubi inquit,†quod licet in ſolito mercari , & negotiari ve-
niant uſuræ tanquam intereſſe lucri ceſſantis,tamen hoc de
bet articulari,& probari;alias non poſſet obtinere. Idem
dixit Crau.in cõſi.89.nu.4.& Anch.ĩ citato cõſ. 150.col.2.
10 †Quod etiam ſibi non debeantur ſex pro centenario ra-
tione fructuum dotis promiſſæ per dictum D. Conſtantinũ,
donec in termino conuento eidem fuerit dos ſoluta , facit
11 quia † huiuſmodi conuentio ſapit vſuram, quæ a iure nedũ
canonico,ſed etiam ciuili reprobatur,gl.in c.quia in omni-
bus,in verbo multi,de vſur.Alex.in conſi.49.in prin.vol.4.
conſi.1.in prin.uol.2.conſi.107.in prin.uol.eod.Rui.in con
ſil.149.nu.8.uol.4.Pariſ.conſil.54.nu.6.uolum.primo.Nam
12 † uſura eſt rapina,14.q.4.c.ſi qui uſuram , & † dicitur exa-
13 ctio nequiſſima,47.diſt.§.erit etiam.Alex.conſi.1. nume.6.
14 uol.2.& quæ † indebita eſt naturaliter & ciuiliter. l. ſi non
ſortem,in princ.cum ibi nota.ff.de cond.indeb.Alex. conſi.
80. in fin. uolumine tertio & hoc adeo uerum eſt , quod
15 † Papa ſuper ea non poteſt diſpenſare capitulo ſuper
16 eo,de uſur.Ale.in conſ.93.num.6.uolu.6. Sunt † enim pro
hibitæ per Euangelium,contra quod Papa ſtatuere non po
teſt,uel diſpenſare,ut probatur,26.diſtinct.c.deinde.Anto.
de Pra.inter conſi.Alex.in conſi.49.colum.prima.vol.4.Qđ
17 autem ſit uſura,patet,quia† illud,quod datur mulieri ultra
dotem ſoluto matrimonio uſura eſt.Ita Barto.in l.inſulam,
§.uſuras.ff.ſol.matrimo.Soc.in conſi.126.colum.penul.uer
ſic.quibus præmiſſis , uolum. primo , ubi inquit ſequendo
18 Bar.ubi ſupra,quod † mulier poſt annum etiam data mora
in reſtitutione dotis , non poteſt alimenta petere , aſſerens
hànc eſſe magis communem, quod conſilium eſt duplicatũ,
vt in conſi.180.volu.2.Idem uoluit Pariſ.in conſi.64. colu.
7.uolum.4.vbi declarando Barto.ubi ſupra dicit,quod eius
dictum non procedit,ubi mulier non fuit in mora repeten-
di dotem,ſed non obſtante eius diligentia , conſequi nõ po
tuit dotem ab hæredibus viri,& erat pauper , quia non ha-
bebat vnde aliunde poſſet ſe alimentare , ſecus ſi non con-
currerent qualitates prædictæ,quia tunc vrget opinio Bar
tol.vbi ſupra,Alex.in l.diuortio,in princ.col.10.ff.ſol. ma-
trim.vbi ſequendo etiam Bart.in d.§.uſuras, dicit , qđ mu-
lier poſt annum,non poteſt petere alimenta, ſeu uſuras do
19 tis,quia † quicquid accedit ſorti vſura eſt,l.rogaſti,§.ſi ti-
bi,ff.ſi cert.pet.Soc.conſi.89.col.fi. vol. 4.

Secundò moueor ex no.per Io.And.in c.ſalubriter,extra
20 de uſuris,vbi inquit,quod † licèt maritus ratione retarda-
tæ ſolutionis dotis,poſſit uſuras petere , tamen qui dotem
promittit , non poteſt ſe ex pacto obligare pendente dila-
tione temporis ſtatuti ad reſtitutionem dotis, ad ſoluendũ
certum quid pro centenario , ſingulis annis,quia eſt vſura.
& iſtam partem uti veriorem ſequitur ibi Cardi.ac vti ſecu
riorem.Laur.de Rodulph.in tract.de vſur.quæſtio. 53. An-
cha.in conſi.150.colum.ſecunda.Alexan.conſi.221.colum.
verſ.& poteſt reſponderi,volum.2.Paul.de Caſt.conſil.11.
volum.1.Soc.in conſi.179.uerſi.ſed in caſu noſtro.volum.2.
Dec.in conſi.39.nume.5.conſi.119.colum.4. uerſic. ad hoc
eſt notabilis deciſio,conſ.116.colum.2.verſi.iſta concluſio
conſi.183.colum.fin.& in conſ.322. colum. 2. Pariſ. conſil.
54.num.73,uolum.primo.Alexan.in conſi.108.uerſicu.nec
obſtat ratio,Soc.in conſi.130.colum.3.uol.4. & in conſilio
88.columm.penult.uolum.eo.ubi dicit hanc opinionem ma
gis communem,& tutiorem,& Crauet.in conſ.189.uerſic.
quintus caſus,ubi inquit tutius eſſe tenere hãc opinionem.
Si igitur in caſu iſto,ubi dicitur eſſe maior ratio , quod ua-
lere debeat huiuſmodi pactum, ubi maritus ſuſtinet onera
matrimonij , illud non ualet,ergo multo minus debet uale
re ex parte mulieris ſoluto matrimonio, ubi ſunt onera
matrimonij ſublata . Alex. in conſilio 74. col.2. uol. 2.

Tertio accedit,qđ dixit Anch.in cõſ.93.ubi inquit,quod
21 † ſi teſtator damnat hæredẽ ad ſoluẽdũ uxori decẽ, ſingulis
annis,donec ei dotẽ ſoluerit,qđ hæres nõ tenetur ad huiuſ
modi ſolutionẽ,qa uſura eſt,ꝓpter dinumerationẽ annorũ.l.cũ
ſtipulãti,in fin.ff.de verb.obl.Lãz.Dec.in l.3.§.fi.ff.de annu.
22 leg.ubi tradit per dictũ Bar.ibi,q vult,ꝙ † in ultima uolũta
te,nullo mõ poſſit imponi uſura,qđ Iac.But.obtinuit Papiæ
qđ hæres grauatus ad dãdũ cẽtũ amico,& quandiu ceſſaret
a ſolutione,quod daret unã bõziã uini omni anno,ſi ſteterit
per triẽniũ,qđ nõ ſoluerit legatum,& legatarius petat tres
bonzias vini:qđ ex quo ille tex.hodie eſt correctus,qa uſu
ræ oĩno ꝓhibitæ,qđ legatarius nõ potuit petere uinum ab
hærede.& Butr.ſeqtur Iaſ.in l.cũctos populos.col.3.uerſi.
& ꝑ hoc dicit,C.de ſac.ſan.eccl.& in l.1.col.2.C.de his,qui
pœn.nomi.Alex.ſeqnendo Ancha.ubi ſup.in conſi. 27. col.
2.uerſi.4.& in conſi.74.nu.6.uol.5.Hanc quoq. ſententiam
23 amplectitur Aret.in conſi.152.col.3.ubi dicit,†quod ſi te-
ſtator legauit uni quingentos aureos,& ordinauit , qđ eius
executores ſoluerent,& ſi non poſſent, aut minus commo-
de,ſoluerent omni anno quadraginta ducatos , uſque quo
ſummam principalem ſoluerent, quod hæc diſpoſitio non
ualet,qa eſt uſura,& Are.ſeqtur Iaſ.ubi ſup.ac Soc.cõſ.56.

colu.

23 colum.prima.volum.3.Moder.in rep.ca.per ueſtras, char.
.173.colum.1.verſic.& faciunt,quia † vbicunque quantita-
24 tas,ſi non ſoluatur capitale, mandatur ſolui per dinumera-
tionem temporis, etiam ſi mandatur ſolui ſub nomine pœ-
næ,cenſetur eſſe vſura,Bal.in l.cum allegas.in fi. C.de vſur.
Bartol.in d.l.cum ſtipulati.in fin.& inquit hoc quotidianũ,
& ſe vidiſſe in practica,& omnino uidendus eſt Are.vbi ſu-
prà,quia pulchrè loquitur.Barba.in conſi. 66.colum.2.vol.
2.Craue.in conſi.89.in prin.Purpur. in l.rogaſti.§.ſi tibi.ff.
ſi cer.pet.Cagno.in l.curabit.col.2.C.de actio.emp.& Petr.
Rebuf.in l.unica.num.616.C.de ſent.quę pro eo quod inte-
reſt &c. Ergo dicendum idem uenit in caſu noſtro, ut pro-
pter dinumerationem annorum iſta promiſſio tanquam ſa-
25 piens uſuram,non valeat,quia † etiam in contractibus non
permittitur uſura,vt in d.l.3.§.ſi.ff.de annu.leg.& in l.roga
ſti,§.ſi tibi,vbi per omnes.ff.ſi cer.pet.
26 Quartò † accedendo ad terminos quæſtionis noſtræ, ita
concludit Anchara.in conſi.150.col.3.vbi dicit,quod ſi ſo-
luto matrimonio,poſt mortem viri hæres eius ſe obligauit
dare decem pro centenario,nomine alimẽtorum dotis ſuæ
quolibet anno,donec fuerit ſoluta dos, quod mulier licitè
27 exigere non poteſt dicta decem pro centenario, quia, & ſi
cã alimentorum ſit multum fauorabilis,l.cum hi.ff.de tran-
ſact.l.prima.C.de fideicommiſ.tamen nulla cauſa eſt, adeo
pia,& fauorabilis,ex qua plus poſſit peccuniæ deberi, quã
28 ſit ipſum debitum principale.Nam † nec pro alendis pau-
peribus,nec captiuis licitum eſſe fœnerari.ca.ſuper eo. de
vſur.Vnde cum fuerit appoſita dicta quantitas per dinume
ratione annorum,quia ſingulo anno aliquid veniebat ſoluẽ
dum,cenſetur uſura.per nota.per Bar.in dicta l.cum ſtipula
ti,in fi.& ſubdit,quod licèt dicatur in inſtrumento, quod ꝓ
mittit noĩe alimentorũ, uel intereſſe,vel quocunq; alio no
mine,tamen conſiderato effectu rei,quem potius,quam ver
ba intueri debemus,ſemper eſt uſura, c.plerique.14.q.3.in
29 quit,quod † ſi dico, promitto tibi decem vſque ad paſcha,
& ſi non ſoluero,abinde in antea promitto quinque ſingu-
gulis annis nomine alimentorum:certe non eſt dubium,qđ
uſura eſt quidquid vltra ſortem accedit,quocũque pio,vel
blando vocabulo nuncupetur, ut dicto c.plerique,vt ſic nõ
ſermoni res,ſed rei ſermo ſit ſubiectus.c.intelligentia , de
30 verbo.ſignifi. & licèt † de iure communi etiam poſſit peti
intereſſe pecuniæ non ſolutæ ſoluto matrimonio l.2.C.de
vſuris,tamen illud debet intelligi,quando de intereſſe præ-
terito conſtaret per probationes, non autem debet ſuffice-
re,ꝙ ſuper obligatione annua adijciatur,qđ illud promitta
31 tur pro intereſſe fu uro,quãdo nondum eſſet n tũ:qa † vbi
cauſa requiritur ad eſſentiam actus,non ſufficit illã habere,
pro ſubſiſtẽte,niſi uere cauſa ſubſiſtere probetur.l.ſi fortè
ff.de Caſt.pec.aliàs ſemper poſſet fieri pactio in fraudẽ vſu
rarum.& Anchar.ſequitur Alexand.in l.diuortio, in princ.
columna ſeptima.ff.ſolut. matrimonio. in conſilio 27.colu.
ſecunda.in fi.cum ſequen.uol.4.in conſi.74.colum. penult.
uolum.3.conſi.62.col.fin.in princ.uolum.6.& in conſi.100.
col.1.verſi.ſextus caſus.Purpur.in dicta l.rogaſti.§.ſi tibi,ſi
cer.peta.Moder.in dicto cap.per ueras.vbi ſuprà, de dona.
inter uir.& uxor.& eò magis dicendum eſt,hanc eſſe vſurã,
cum ipſa domina Iacobina conuenerit cum dicto domino
Conſtantino ad dicta ſcuta ſex perſoluenda pro cẽtenario,
quolibet anno , incipiendo dinumerationem anni & tem-
poris in calendas Maijs ꝓximè præteriti, ut ipſa poſſit ſuſtẽ
tari,& alimentari ex fructibus & prouentibus ipſarum do-
tium,quæ uerba ex fructibus &c.magis oſtẽdunt obligatio
nẽ ipſã non tenere,tanquã ſapiẽte vſurã,vt in terminis con-
ſuluit Aret. in citato conſil.152.vbi ponderat illa uerba ꝓ
fructu,quæ nihil aliud ſignificant,niſi quod uult ipſam præ-
ſtationem annuam dari,ut fructum,& acceſſionem ad pecu
32 niã retentã,& ſic † ꝙ pecunia pareret pecuniã,ꝙ eſt impoſſi
bile,& abſurdu m,d.c.plerique.& Aretin. ſequitur Cagno.
in l.curabit.nu.8.C.de actio.empt.Mod.in d.c.per ueſtras.
in loco,de quo ſuprà.& in ſimili caſu , etiam conſuluit Bar-
bat.in conſilio 66.in ſecunda columna volum. ſecundo vbi
33 allegat Ariſtotilem primo Politicorum dicentem, contra
naturam eſſe,ut artificialia germinent,prout eſt pecunia,
ex artificio eſt,ut habetur in l.1.ff.de contrahen.emp.immo
plus uoluerunt Modern.ubi ſupra ponderando dicta verba
Aret.unum,quod dicunt mirabile,& alibi non legiſſe,uide-
licèt,quod & ſi a principio,quando quid certum non eſt ta
xatum pro intereſſe,poſſit peti aliquod intereſſe honeſtum,
ſi probetur fuiſſe, tamen ubi a principio quid certum fuit
taxatum,non poteſt dimiſſa taxatione peti illud,quod aliàs
honeſtè peti potuiſſet,quia iſto caſu noſtro cenſenda eſt v-
ſura cum iſta ſex pro centenario,tantum fuerit promiſſa ꝓ
certo tempore, intra quod dictus Dominus Conſtantinus
promiſerat eidem dominæ Iacobinæ præſenti, & ſtipulãti,
dare,ſoluere & exburſare ſcuta mille ducentum pro doti-
bus ſuis:quo caſu cum noluerit, nec curauerit dotes ipſas
repetere , ſed potius lucrum ſcutorum ſex pro centenario
conſequi ſingulo anno , arguitur contra eam de uſuraria
prauitate,unde ſibi imputandum uenit, ut per Alexand.in
conſi.74.colum.2.volum.5.

Vnde ex his omnibus clara reſultat concluſio, dictæ do-
minæ Iacobinæ non eſſe ſoluenda dicta ſcuta quinquecen-
tum,tum quia lapſo anno non debentur uxori defuncti per
hæredes alimenta , ſi potuit aliunde uiuere, vel dotes ſuas
recuperare,ex quibus potuiſſet alimentari, tum quia dictũ
pactum ſapit uſurariam prauitatem,quæ ( vt dictum fuit )
ab omni iure reiecta eſt. Laus Deo.Opt.Max.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

1 *Reus conuentus non dicitur liti ſe offerre, ſecundum communem, niſi interrogatus reſpondeat ſe poſſidere, & num.3.*

2 *Liti ſe offerre dicitur, qui in iudicio dixerit, ſe poſſidere, uel etiam ſi dixerit extra iudicium,dummodo probetur.*

4 *Actor temerè agens,debet in expenſis condemnari.*

5 *Iudicium redit ur in inuitum.*

6 *Sententia abſolutoria,& ſi feratur in fauorem rei,quia non poſſidet,tamen etiam ferri poterit ſecundum communẽ unico contextu declaratoria dominij actoris.*

7 *Declaratoria dominij actoris an ſimul ferri poſſit cum abſolutoria in fauorem rei lata.*

8 *Sententia prædicta huiuſmodi effectus eſt, ſecundum magis communem, quod poterit mandari exeutioni contra reum, ſi in eius perſona ſuperueniet poſſeſſio rei controuerſæ.*

9 *Lex ſed & ſi poſſeſſori,uerſiculo proinde, ff.de iureiurand. & ſi loquamur in iureiurando,habet etiam locum in ſententia.*

10 *Sententia declaratoria eiuſdem uirtutis eſſe debet, cuius eſt condemnatoria.*

## CONSILIVM LVI.

1 PRæſuppoſita communi opinione pro uera , † quod
reus conuentus, liti non dicatur ſe offerre , ſi non eſt
2 interrogatus,an poſſideat,ut vult glo. in l. is qui ſe obtulit.
ff.de rei vendic.& ibi Bartol.ubi † quis non dicitur ſe offer-
re defenſioni rei,licèt litiget, niſi interrogatus reſpondeat
ſe poſſidere, & hoc ſiue in iudicio ſiue extra iudicium,dum ta
men in iudicio probetur,per l.fin autem,in princip.ff.eo.ti
tu.uel niſi alio modo appareat, eum poſſidere. ſed melius
hoc dicit Paul.de Caſtr.in l.ſi à te, in §.primo columna 2.ff.
de excep. rei iud. in uerſiculo ex tertia lectura, ubi inquit
notandum eſſe unum, quod non ita bene probatur alibi,
quod in actione reali , vel mixta, quæ competunt contra
poſſeſſorem , ſi reus non fuit interrogatus , an poſſi-
deat, licet reus uenerit ad iudicium, & cauſam defen-
derit negando actorem dominum , & non negando ſe
poſſidere, tanquam ſi poſſideret, nihilominus ſi repe-
riatur in calculo ferendæ ſententiæ, quod non poſſideat,

debet abſolui,& non condemnari ad reſtituendum,tanquã
4 litiſe obtulerit,quia † non dicitur obtuliſſe,niſi interrogatus reſponderit ſe poſſidere,per gl. in d.l.is qui, quam tradit hoc modo intelligendã, ſubdens hoc etiã procedere, ſi cõuentus malitioſè id fecerit,ſciens ſe nõ poſſe condemnari,ut actor uexetur litibus & expenſis: quia imputandũ eſt actori,qui non ſeruauit cautelã datã à iure in interrogãdo ipſum,an poſſideret.l.qui petitorio.ff.de rei vendic.l.qui in terrogatum.ff.de inter.actio. quam cautelam dicit eſſe uti-
4 lem,ne fruſtra actor litiget,per dictum §.cum gl,& ne † con demnetur in expenſis,tanquam ꝙ temerè vexauerit reum. l.eum,quem temerè.ff.de iud.idem Pau.in d.l.ſi à te, in prima col.Ab.& Feli.in c.examinata, de iud.Abb.in ca.penult. col.2.in prima oppo.de excep. ubi vocatus ad iudicium, ſi uenit,& aſſumpſit defenſionem,nec fuit interrogatus,ſi poſ ſideret,non dicitur ſe liti offerre,ſed potius ſe defendere,
5 quia † cum fuerit vocatus,tenebatur comparere,cum iudicium reddatur in inuitum l.inter ſtipulãtem,§.cum Stichũ. ff. de verbo.oblig.& per tex.in d.l.qui petitorio,vbi qui iu dicio petitorio utitur,ne in caſſum experiatur,interrogare debet reum,an poſſideat,uel dolo deſierit poſſidere. idem tenent ibi Feli.col.prima,& latius Pariſ.nu. 13.in verſicul. ſecunda concluſio, vbi atteſtantur hanc eſſe communem, reſpondendo obiectis Cuma.Huicque ſententiæ aſtipulantur Ange.Aretin.in §.omnium, colum.fin.& Iaſ.inſtitut.de actio.Alexand.in conſi.123.colum.fin.volum. ſecundo Iaſ. in l.naturaliter,in §.nihil commune.in 4.combina.Bar.ff.de acqui.poſſ.Bald.& Salic.in l.cogi.C.de petit.hæred.& Soci. in d.l.ſi à te,in princip.& in d.§.1.vbi etiam refert hanc eſſe doctorum receptam ſententiam.

De duobus dubitari contingit,quorum primũ eſt,An eo
6 tempore, quo lata fuit † ſententia abſolutoria in fauorem do.Marci Antonij Cætanei, quia non poſſidebat palatium, & viridarium Solimanum,& contra dominum Alexandrum Mareſcotum,qui pro illorum conſequutione intentauerat rei vẽdicationem, potuit ſimiliter ferri decclaratoria iuris & dominij dicti d.Alexandri, quod habebat in dictis palatio,& uiridario?Alterum verò eſt, poſito,quod valuerit huiuſmodi declaratoria, an ex quo ſuperuenit poſſeſſio palatij,& viridarij in perſonã dicti do. Marci,declaratoria ipſa mandari poſſit executioni contra ipſum tanquam dictorũ bonorum poſſeſſorem? libenter in præſenti conſultatione, ad vtranq; partẽ verba feciſſem, vt ſemper mei moris fuit, ſed anguſtia temporis adeo me premit, quod coactus ſum concluſiuè ſuper præpoſitis difficultatibus loqui.Deuenien
7 do igitur ad primum caput,dico,† ueriſſimam eſſe iuris cõcluſionem, & communi calculo receptam, declaratoriam prædictã fieri potuiſſe,una cũ dicta abſolutoria,ut vult tex. iuncta glo.in tertia lectura in l.ſi à te,§.primo. ff.de excep. rei iud.& Bartol.qui dicit tex.illum ſcribendum eſſe literis aureis.Idem voluit Bal.in l.licèt,minimam.ff.de petitio.hæred.ubi inquit, quod ſi actor in petitione hæreditatis probauit de iure ſuo,ſed non de poſſeſſione conuenti, quod officium iudicis erit declarare,ſed non condemnare per dictã l.ſi à te.§.1.ſed clarius id tradit Bartol. in d.l.is qui vbi dicit,quod in rei vendicatione per me intẽtata,ſi non probo de poſſeſſione conuenti, ſed plenè de domino meo fidẽ faciam,officium iudicis erit,pronunciare rem ad me pertinere,& reum nõ poſſidentem abſolui debere, per d. §.primum,vbi eſt caſus expreſſus ſecũdũ tertiam lecturam gloſſę,Alibi Bar.in l.naturaliter.§.nihil commune,in 4.combinatione,verſi.ſecundò caſu,de acquir.poſſ.& ibi Iaſ.in verſ. qua concluſio,Bartol.Carol.Marm.numer.125.& Ioan.Coraſ.nu. 41. Quia cum reus conuentus paſſus ſit, negotium actoris liquidari,licèt non fuerit probatum eum poſſediſſe,tamen iudicium legitimè inſtitutum fuit, d.l.is qui, ideo nimirum,ſi dicta declaratoria fieri potuit.Hanc quoq; ſententiam ſequuntur Salicet.in d.l.cogi,colum.2.& Bald. colum.fin. ubi dicit huiuſmodi declaratoriam eſſe ferendam ſuper dominio probato,quia dominium rei eſt illud, quod fundat intentionem agentis principaliter.& ideo cũ ſit probatum illud,quod eſt ſubſtantiale,neceſſe eſt,quod feratur ſententia ſecuudum probata,& hoc non obſtante. l.qui petitorio.ff.de rei vendi.ubi dicitur, quod fruſtra experitur, quia illud debet intelligi,quo ad rei compulſionem,& con demnationem, non quò ad dominij declarationẽ, quod inquit notatu dignũ.Id etiam approbatur per Pau. de Caſt.in d.l.ſi à te.§.1.colum.2.ubi tradit ex tertia lectura gloſſę,notandum eſſe unum,quod non ita bene alibi reperitur. quod licèt nunc appareat actorem litigaſſe cum non legitimo cõtradictore, nihilominus quod poteſt actor obtinere ſententiam declaratoriam iuris ſui licèt reus abſoluatur.Subdẽs, quod ſemper ad hoc allegatur ille tex.cum glo.Alibi idem Caſtren. in d.l.ſi à te,in princip.Angel.& Iaſ.in d. §.omniũ. Abb.in c.examinata,in 2.nota.& ibi Felin. colum.1.de iud. Socin.in d.l.ſi à te,in princip.Abb.& Felin.in capitu.penul. de excep. & hanc eſſe communem opinionem Doctor. firmant Aret.in d.§.nihil commune. in 2.combinat.Bartol.in uerſi.ſecundo dicit hic Bartol.Socin.in d.§.1.l.ſi à te,& Pariſ.in citato cap.penul.nu.14.de excep.

8 Quo vero † ad ultimam difficultatem, intrepidè teneo, ſententiam declaratoriam iuris domini Alexandri mittendam fore executioni contra dominum Marcum, pe nes quẽ nunc reperitur ſine noua cauſa poſſeſſio palatij,& viridarij, de quibus in ipſa declaratoria.Ita Bald.& Salicet.in d.l.co-
9 gi,C.de petitio.hæred. † per tex.in l.ſed & ſi poſſeſſorio,in verſi.proinde,ff.de iureiur.& licèt ille tex.loquatur in iure iurando,tamen idem dicas in ſententia,vt ibi per Docto.& in §.fin.eiuſdem l.ubi eſt caſus clarus ſecundum Socin.in d. l.ſi à te.§.1.col.ſecunda,verſi.prima conclnſio. idem uoluit Paul.de Caſtr.in d.l.ſi à te in principio,quia per dictam ſen tentiam declaratoriam prolatam in fauorem agentis, effectum reperitur ius ſuum notorium, quod per reum non po teſt negari,nec per eum impediri,quin executio fiat contra eum,poſtquam habet facultatem reſtituẽdi,quod dicit not. Item,& quia,ſicut ſi reus poſſideret,& iudex eum non condemnaret,ſed ſolum declararet rem ad actorem pertinere, talis ſententia mitteretur executioni contra eum, quia in realibus,uel mixtis ſufficit declaratoria, l.regulariter.ff.de pet.hæred.ergo idem ſi ſit abſolutus, quia non poſſidebat, & poſtea incipiat poſſidere.quia talis abſolutoria ceſſat,& ſic perinde habetur, ac ſi nec abſolutus, nec condemnatus fuiſſet, quo caſu talis declaratoria mitteretur executioni contra reum repertum poſſidere.Ang.& Iaſ.in d. §.omniũ, Bart.in dict.l.ſi à te.§.1.in primo notabili,& ibi Alber.de Roſ.Ioann.Coraſ.in d.§.nihil commune numero 41.Socin. in d.l.ſi à te,in princ.in 2.notab.& in §.1.colum.1.verſiculo ſecunda concluſio notabilior eſt. vbi inquit rationem eſſe,
10 † quia ſententia declaratoria dẽt eſſe eiuſdem uirtutis,cuius eſt condemnatoria,ut in l.ex diuerſo,ff.de rei uend.ergo idem,quod in condemnatoria. Nec uidetur ſecundum eum obſtare abſolutio,quia illa uidetur iuuare abſolutum, quamdiu non poſſidet, ſubdens hanc opinionem probari ibi ſecundum tertiam lecturam,quia in dicto textu ponderatur,quod reus emit,& nouam cauſam acquiſiuit, ergo à contrario,ſi ſimpliciter incœpiſſent ſine noua cauſa poſſidere, cogeretur. Subiungens quoque ſententiam prædictã ſequendam eſſe, tum quia communis eſt, tum quia per illam inducitur finis litis.Iaſ.in dicto.§.nihil commune in 4. combinat.Barto.in uerſicu.quarta concluſio,vbi inquit,omnes ita tenere.Pariſ.in d.cap.penult.nu.19.verſic.& vtilitatem communem,de excep.& Claud.Marm.in d. §.nihil cõmune num.125.& 127.ubi dicit hanc eſſe magis receptam Doctor.ſententiam.

Vnde ex iſtis tribus concluſionibus a legum verticibus communiter receptis,concludendum arbitror prædictam declarationem tanquam bene latam in fauorem Dom. Alexandri exequendam eſſe, & omnino exequi debere aduerſus prædictum Dom.Marcum uti poſſeſſorem palatij,& viridarij,de quibus ſupra. Laus Deo.

Rolandus a Valle Iuriſconſultus.

SVM-

*S V M M A R I V M.*

*1 Statutum cogens agnatos ad compromiſſum, non porrigitur ad clericos, ſed contra, nu. 18. declara, vt in nu. 21. 24. & 27.*

*2 Quod amplia procedere, etiam in clericis, in minoribus conſtitutis.*

*3 Statutum de compromiſſis non ligat minorem, contra, nu. 31. & 33.*

*4 Statutum generaliter loquens refertur ad habiles, & non inhabiles, vt minores, declara, vt in nu. 34.*

*5 Statuta taliter debent intelligi, ne contineant abſurditatē, quia ea a ſtatuto videtur excepta.*

*6 Statutum pœnale prohibens extrahere bladum de comitatu non ligat minores.*

*7 Statutum mandans carcerari debitores, non comprehēdit minores.*

*8 Statutum de compromiſſis, locum non habet poſt litem conteſtatam, contra ſecundum communem nu. 36.*

*9 Receſſus ab vno iudice, & tranſitus ad alium, cenſetur exceptio declinatoria.*

*10 Exceptio declinatoria debet opponi ante litem conteſtatam.*

*11 Poteſtas, quando datur alicui eligendi vnum ex iudicibus competentibus ſi adijt is vnum, poteſt illum dimittere, & ad alium ante litis conteſtationem redire.*

*12 Statutum de compromiſſis eſt validum.*

*13 Item fauorabile, cum tendat ad lites dirimendas.*

*14 Statutum cogens agnatos ad compromittendum, xetēditur ad emancipatos.*

*15 Statutum de compromiſſis inter affines extenditur ad virum, & vxorem.*

*16 Statutum prædictum, etiam porrigitur ad ſponſum, & ſponſam.*

*17 Statutum de compromiſſis locum non habet, niſi petatur.*

*19 Compromittere eſt de proceſſu litis.*

*20 Clericus in reſpicientib. ordinem, & proceſſum, ligatur ſtatuto loci, in quo iudicium agitatur.*

*22 Forenſis litigans in foro alieno, vbi viget ſtatutum de compromiſſis, cogitur ad illud.*

*23 Statutum Ianuæ diſponens, quòd magiſtratus ad partis petitionem teneatur cauſam committere bonis uiris cognoſcendam, & terminandam, ligat forenſem litigantem in dicto loco.*

*25 Statutum ſi iniecit uinculum ante clericatum, clericū poſt dictum uinculum ligat.*

*26 Statutum diſponens, quòd fœminæ excludantur, ligat monialem factam poſt dictum ſtatutum.*

*28 Statuto, ſi cauetur, quod ſolutio debiti per teſtes probari nō poſſit, laicus per debitum ſi efficiatur clericus, poterit ſolutionem probare per teſtes.*

*29 Statutum diſponens, quod filijs maſculis extantibus, fœminæ non ſuccedant patri ab inteſtato, locum non habet, ſi tempore mortis patris filia concurrens cum maſculo ſit monacha.*

*30 Notariatus qualitas non ineſt à natura, ſic dicitur de clericatu.*

*35 Minores ligantur ſtatuto de lucro dotis.*

*36 Declaratio ad tex. in l. minor, §. minores ff. de minor.*

*27 Statutum de compromiſſis non habet locum, publicatis atteſtationibus.*

*38 Tranſactio ſicut non poteſt fieri de re liquida, ita nec commiſſum quod eſt quædam tranſactio.*

*39 Tranſactio ſicut poteſt fieri durante lite in quacunq; parte iudicij de re dubia, ita & compromiſſum.*

## C O N S I L I V M LVII.

Viſis iurib. ad me tranſmiſſis vna cum ſtatuto diſponente, quod de litib. vertentib. inter agnatos. Prætor eos
arctet ad compromittendum. videtur prima conſideratione dicendum, quod ad inſtantiam Domini Leonardi de
Pepis non teneatur magnificus D. Antoniotus de Iuſtinis
compromiſſum requiſitum facere, triplici ex capite. Primò.
1 quia nemini dubium eſt, † ꝙ ſtatutum arctans agnatum ad
compromiſſum, non porrigitur ad clericos, vt eſt dictus D.
Antonius, ita in terminis dixit Anto. de Butr. in c. tua nuper
de decimis, Bal. in c. cū veniſſent, de eo, qui mit. in poſ. cau.
2 rei ſeruan. vbi † ampliat hoc ſtatutum loquens de compro
miſſis neceſſarijs, etiam locum habere in clericis in minori
bus conſtitutis, quod dictum ſequitur Alexa. in conſi. 210.
num. 2. vol. 2. & conſi. 211. col. pen. in princ. vol. eo. Marſ. in
ſing. 497. & in rub. de fideiuſſ. num. 119. Soc. in conſ. 71. nu.
12. vol. 4. Rui. in conſi. 23. nu. 16. vol. 2. & Marāt. in tract. de
ord. iud. in diſt. 8. nu. 8. & 14.
3 Secundò, quia † dictus Dominus Antonius eſt minor, &
ſtatutum de compromiſſis non ligat minorem. Ita Bar. in cō
4 ſil. incip. quæritur. Quoniam † ſtatutum generaliter loquēs
non obſtante ſua generalitate referendum eſt ad habiles in
materia, in qua diſponit. l. 1. C. de ſacroſan. eccle. ſed con-
ſtat, quod minores non ſunt habiles ad compromiſſum fa-
ciendum, & ſi faciunt ipſo iure non tenet. l. ſi pupillus, ff. de
5 arbit. Item † ſtatuta debent taliter intelligi, ne contineāt
abſurditatem, quia ea à ſtatuto videtur excepta. l. Pompo-
nius, ff. de neg. geſt. Sed ſi minor comprehenderetur ſub di-
cta l. municipali, ſequeretur abſurdum, quia per illud gra-
uis læſio eis inferretur. quod autem ex hoc lædantur, pro-
bat tex. in l. ſi minores. ff. de minor. Vlterius etiam læderen-
tur, quia ſi coram aliis iudicib. litigarētur, & iudices malas
ferrent ſententias, litem ſuam facerent, quod non eſt in ar-
bitris, & Bar. vbi ſupra, ſequitur Alex. in conſi. 62. colum. 3.
volum. 7. verſ. 4. pro cuius confirmatione facit, quod voluit
6 Rom. in ſing. ſuo vltimo, ubi dicit † quod ſtatutum pœnale
prohibens extrahere bladum de comitatu, non ligat mino
rem. Item & quod dixit idem Rom. in conſil. 170. column.
7 vbi tradit, † quod ſtatutum mandans carcerari debitores. &
cum Rom. pertranſeunt Barb. in conſi. 6. column. 1. volum.
4. & Roch. de Curt. in capitul. fin. quæſt. 14. in fin. de con
ſuetud.
8 Tertiò, quia † ſtatutum de compromiſſis locum non hēt,
9 vbicunque illud petitur poſt litem conteſtatam, quia † re-
ceſſus ab uno iudice, & tranſitus ad alium, cenſetur quædā
exceptio declinatoria, ſecundum Bal. in auth. habita, C. ne
10 fil. pro patre. quæ † exceptio declinatoria debet opponi an
te litem conteſtatam, l. exceptionem, C. de probationi. Vlte
11 rius facit, quia, † quando datur alicui poteſtas eligendi vnū
ex iudicib. competentib. ſi adit unum, pōt illum dimittere,
& ad alium redire, uſq. ad litis cōteſtationē tm̄. Exemplum
in ſcholari, Bal. in d. auth. habita. Ita dixit Lanfran. in tracta.
de arbit. q. vlt. vbi dicit ſic conſuluiſſe clariſſimum iuriſcōſ.
D. Marcum de Peruſio, cuius conſilij tenorem recitat Lāfr.
ibi de uerbo ad uerbum.
Sed præmiſſis nō obſtātib. cōtrariā ſniam uti ueriorē, &
magis cōem amplectēdā arbitror, & in primis pro fūdamē
to huius partis ꝑſuppono duas theoricas cōiter receptas,
12 quarū prima eſt, † qđ hmōi ſtatutū eſt ualidū, ut ꝑ Bar. in 1.
conſt. C. Alex. in l. 1. §. lex falcidia, ff. ad l. falcid. Soc. in cōſi.
4. col. 1. vol. 1. & Parpalia in l. ſi quis maior. nu. 14. C. de trāſ.
13 ubi aſſerit hanc eſſe cōem. Itē † & fauorabile, cū tēdat ad di
rimēdas lites, l. 1. ibi, ad dirimēdas lites, & ibi, ad finiēdas li
tes, ff. de arbit. l. quamuis, ibi, non finiendarum litis cauſa,
ſed tollēdarum, eo. ti. Rom. & cæteri communiter in l. qui
ſe patris, C. unde liberi, Cuman. conſi. 50. col. 1. Alex. in con
ſil. 125. num. 9. in fi. uol. 5. in conſi. 209. in princ. uol. eod. &
in conſil. 125. colum. 4. uol. 7. Soci. conſi. 4. col. 2. uol. 1. & in
conſi. 27. colum. fi. uol. eo. Dec. in conſ. 13. col. 1. & in conſi.
44. col. 1. Marſi. in ſing. 467. Rui. in cōſ. 46. nu. 1. uol. 1. Soc.
Iun. in conſ. 15. num. 25. uolum. 1. & in conſi. ſequenti, num.
3. Parpalia in d. l. ſi quis maior. num. 34. & adeo fauorabile,
14 quod dicunt Doct. communiter in d. l. qui ſe patris, † quod
extenditur ſtatutum prædictum de compromiſſis fiendis
inter coniunctos, ad emancipatos qui improprie dicuntur

agnati,ex quo habent iura agnatorum,l.meminimus,C,de
legit.hær.Alex.in conſi.125.num.9.in fi,vol,7,Dec,in dicto
15 conſi.13.col.1.Marſi.vbi ſup.Item † & extenditur ad virũ,
& vxorem ſtante ſtatuto de compromiſſis inter affines: ſed
principium affinitatis. Bal.in l.affinitatis,C.com.de ſucceſ.
Doct.in l.1.C.vnde vir & vxor,Alex.in allegato conſi.125.
nu.10.Gozad.in d.l.qui ſe patris, nu. 176.& Marſi.vbi ſup.
16 Vlterius † ſtatutũ prædictum ẽt porrigitur ad ſponſum, &
ſponſam,Moder.in l.ꝗ Seruius.ff.de cond.cau.data,Gozad,
vbi ſupra nu.176.

17 Secunda eſt concluſio,& communis, quod † huiuſmodi
ſtatutum lo um non habet,niſi petatur compromiſſum fie-
ri,vt per But.in cap.cum uenerabilis,de iud.Alex.in conſil.
82.col.pen.vol.1.Iaſ.in l.vniuerſa.col.1.verſi.4.C.de preci
bus Imp.off.Parpal.in d.l.ſi quis maior,nu.16.& Marſi.in ci
tato ſing.467.

Quibus ſic præmiſſis,condeſcendo ad reſponſionem eo-
rum,quæ in contrarium deducta fuerunt, Et ad primum ar
18 gumentum reſpondetur.† quod & ſi dicti patres tenuerint
ſtatutum,de quo agitur,non ligare clericum, tamen quod
19 etiam nonnulli ſunt,ꝗ fuerũt contrariæ ſententiæ,quia† cõ
promiſſum eſt de proceſſu litis,Bal.in l,ſi iudex,in fin. ff.de
his,qui ſunt ſui vel alien.iur,& in leg.fratris,C.de tranſact.
20 † ſed in reſpicientibus ordinem & proceſſum clericus li-
gatur ſtatuto loci,iu quo iudicium agitatur,ita Dec.in c.Ec
cleſia S.Mariæ,num.50.de conſtit.vbi inquit hanc conclu-
21 ſionem veram, quando † ſtatutum ſimpliciter cogit, vt in
terminis noſtris,ſecus ſi per ſtatutum vlterius procedatur,
vt quia dicat,quod laudum ſequutum ex tali compromiſſo
habeat executionem paratam, vel qđ reductio ad arbitriũ
boni viri peti non poſſit,quia tali caſu cum tollantur reme
dia iuris contra iniquitatem arbitrorum, ſtatutum videtur
deciſionem reſpicere.Hanc quoq, ſnĩam cõplectitur Corn,
in conſi,114.volu.2.& Bal.in conſi.4.vol.3.& Blan.in tract.
de compromiſſis in 3.q.num.32.in fi,vbi ſequitur Dec.in d.
c.Eccleſia S.Mariæ,& in num.45.in fin.pro qua ſnĩa accedit
22 quod voluit Pau.de Caſt.in conſi.73.col.fi. vbi dicit, † qđ
forenſis litigans in foro alieno,vbi viget tale ſtatutum, co-
gitur ad cõpromiſſum,& in conſi 66.in 3. dubio in fi.vbi in
quit Sal.ita conſuluiſſe in conſi.incip.in quæſt.vertente,vbi
23 concludit, quod ſtante ſtatuto Ianuæ, quod † magiſtratus
ad partis petitionem teneatur cauſam committere bonis
viris cognoſcendã,& terminandã,etiam forenſis litigans in
foro Ianuæ ligatur,quia ſtatutum prædictum reſpicit ordi-
natoria. Marſil.in leg.fin. num.59. ff. de iuriſd.om.iud,
Rui.in conſi.9.nu.13.vol.4.vbi allegat Imol. & Soci.in c.ſa
nè.de fo.compe.Blanc.vbi ſupra,nu.32.in fi. & in verbo fo-
rẽ ſis,Caccial.in l,omni innouatione,C.de ſacroſ.eccle.vbi
refert ita con ſuluiſſe.

Secundò reſponderi poteſt ex mente Blan,in d.nu. 32.in
24 in verſi.clericus.col.5.verſi.in hac quæſtione, quod † opi-
nio contraria poſſet procedere,vbi ſtatutum non inieciſſet
vinculum ante clericatum,ſed poſt,quia ſi ante, etiam liga-
tur clericus,per not.per Abb.in d.c.Eccleſia S.Mariæ, col.
25 fi.verſic.ſecundus caſus,vbi dicit,†quod ſi ſtatutum iniecit
vinculum ante clericatum, quod tunc clericus factus poſt
dictum vinculum, ligatur ſtatuto, inferendo ad ſtatutum
de primogenito præferendo, ſi ſecundo genitus, tempore
ſtatuti laicus reperitur, ligatur a ſtatuto, quamuis poſtea
clericus efficiatur.quod inquit,etiam locum habere in mo-
26 niali,ſtante ſtatuto, quod † fœminæ excludantur, quia ſi
tempore ſtatuti non erat monialis, ſed ſecularis, excludi-
tur poſtea.

Verùm,quia huiuſmodi reſponſiones videntur pati ali-
27 quam difficultatem, prima quidem † propter auctoritatẽ
Doctorum tenentium, tale ſtatutum non ligare clericum,
quæ opinio videtur eſſe communis, ſecunda verò propter
dicta per Cald.in diſputatione incipiente,Statuto ciuitatis
28 cauetur,col.fi.vbi concludit,quod dictante ſtatuto,† quod
ſolutio debiti;per teſtes probari non poſſit, laicus poſt ſo-
lutum debitum,ſi efficiatur clericus poterit ſolutionẽ pro-
bare teſtibus,quia probatio prædicta eſſentiam, & princi-
pium recipit poſt clericatum,in quibus non poteſt dici,qđ
ante clericatum vinculum iniectum fuerit.& Cald.ſequitur
Alex.in conſil,218,num,11.volum.2.Marſil. in ſing. 29. ſed
in caſu, de quo agitur, iſta petitio compromiſſi eſſentiam,
& principium accepit poſt clericatum,ergo non poteſt in-
ferri,quod ſtatutum de compromiſsis ante clericatum, vin
culum iniecerit.Et ideo dixit Ant.de Butr.in c. quod cleri-
cis,in penul.colum.de foro competenti, quod quando ius
agendi, ſeu obligatio oritur in facto, vel quaſi facto,ſeu
omiſſo clerici,tunc non habet locum doctrina Io. An. in c.
ſine culpa,de regul.iur. in 6. vbi vult, quod ſi ſtatutum fuit
factum ante clericatum,quod liget clericum, ſed ſatis eſt,
quod tempore facti,vel quaſi facti,ſit effectus iam clericus:
quia tunc ſtatutum clericum non ligat,& But.ſequitur Ale
xand.in conſi,210.num,11,circa fin,uolum,2.& in conſ.ſe-
quenti,colum.penul.uerſ. nam ius primogeniturę, ubi ſe-
quendo Salicetum in auth.caſſa,& irrita,C. de ſacroſan.ec-
29 cleſ.uult,† quod ſi ſtatuto caueatur; quod filius maſculis
extantibus,fœminæ non ſuccedãt patri ab inteſtato, quod
illud locum non habet,ſi tempore mortis patris, filia con-
currens cum maſculo ſit monacha, quia hoc ſtatutum ex-
cludit,& effectum ſuum dirigit in tempus delatæ ſucceſsio
nis,quo tempore non habent ſtatuentes ius diſponendi cõ
tra perſonam eccleſiaſticam,ſecus autem ſi ante ingreſsum
monaſterij fuiſset ei hæreditas delata, quia iam ſtatutum
effectum ſuum conſummaſset,antequam effecta eſset reli-
gioſa,& refert Salic.ita fuiſse obtentum in cauſa D.Alody-
ſij epiſcopi Imolenſis,& Salic.ſequitur Rui.conſil.204.nu.
10.uolum.1.ubi etiam dicit ita tenere Anchara.in conſilio
107.idem dixit Dec.in d.c.Eccleſia Sanctæ Mariæ. num.67.
uerſi.& licet prædicta,ubi tradit, quod ſi iſta conſideratio
contraria eſset uera,ſequeretur, quod fere ſemper ſtatutũ
laicorum ligaret clericos,quia quando naſcuntur, ſunt lai
ci,& ſubijciuntur ſtatutis,& ſic ligantur, & licèt poſtea effi
ciantur clerici,remanent tamen ligati,quia eſset iniectum
uinculum,& ſic ferè ſemper eſsent clerici ligati ſtatutis lai
corum,quod non eſt dicendum, ideo tranſeo ad aliam reſ-
ponſionem,quę non habet ſcrupulum,uidelicet, quod ſcri
ptura clericatus nullam penitus fidem facit tanquam ſcri-
ptura priuata,quia licet uicarius epiſcopi Placentini atte-
ſtetur, quod in regiſtris Ser Marchionis ſecretarij ipſius
epiſcopatus contineatur ſicuti de anno 1509.die 10. Decẽ
bris epiſcopus tonſurauerit dictum D. Antonium, tamen
huiuſmodi atteſtatio non probat clericatum, etiam quod
regiſtrum ipſius ſecretarij in actis productum eſset, quia
non reperitur, quod dictus ſecretarius eſſet notarius, nec
hoc probatum fuit,quod equidem probari debebat parte
30 opponente, cum † qualitas notariatus non inſit a natura,
quia notarius nemo naſcitur,ſicut dicitur de clericatu. In-
no.in c.ſuper his,in fi.de accuſ.Crauet.in conſi.150. col.1.
& in conſil.72.nu.2.plus non conſtat quod ſit ſcripta manu
propria dicti ſecretarij, qui dicitur illam recepiſse, ergo
nullam fidem facit,vt patet ex his quæ ſcribit Alex.in conſ.
198.col.1.uerſ.3.oportebat,uol.7.& in cõſ.166.col.2.uol.2

Vlterius dicitur, ꝙ ẽt ſi ipſum regiſtrum ſecretarij fuiſ
ſet productum,ex eo ſolum non probaretur litera clerica-
tus,niſi in tali ſcriptura eſset ſigillum epiſcopi, maximè qũ
non apparet illum notarium fuiſse rogatum de hmõi tõſu-
ra,ut in terminis decidit Aegid.Bella.in conſ.2.quem ſequi
tur Crau.in conſi.134.nu. 41.

Secundò non obſtat, quod ſtatutum prædictum non li-
gat minorem,quoniam primò contrarium probatur ex no
tat.per Bar.in l.de quibus,col.3.uer.primò ergo quæro. ff.
31 de legib.ubi inquit,† conſuetudines ligare minores, & fu-
rioſos,per tex,in l.ſi fine,§.Lucius.ff. de admi.tut. Ale.cõſ.
49.nu,7.uerſ.& conſtat,uol.1.Dec.in auth.ſi qua mulier, in
2.not.C.de ſec.nup.

Secũdò ex ſcriptis per Gul.de Cun.in l.ingenium, de ſta.
32 hom.ubi † minores ligantur ex ui ſtatuti de lucro dotis.&
Gul.ſequuntur Bar.in l.2.q.22.C.quæ ſit longa cõſuetudo.
Ale.in conſ.139.col.2.uol.6.Bal.& Pau.de Caſt. in l.1.C.ſi
aduerſ.dot.& per me in tract.de lucro dot. in q.44.

Tertio

33 Tertiò in terminis compromiſſis, † ita tenuerunt Bald. Paul.Sal.& Ale.in l.fi.C.de in integ,reſt.Ang.Alex.& Iaſ.in l.ſi plures.ff.de pact.Pau.de Caſt.in l.nam & poſteà,§.ſi minor,col.2.ff.de iureiur.Alex.in cōſi.95 nu.33.& 35.volu.6. & in conſi.254.in 1.& 2.col.vol.eo.Bald.in conſi, 358.col. 2.uol.3.Bolo.in addi.ad Ana.conſi.48.col.2.ver.omitto,vbi dicit hanc opiuionem veram,& roboratam multis iuribus, & rationib.Rui.in conſ.97.n.2.vol.5.Maran.in trac.de ord. iud.in 6.pa.in 2.act.n.9.Marſ.in ſing.467.& Mar.Ant.Blāc. in tract.de cōprom.in 3.q.nu.39.ubi atteſtatur hāc eſſe cōmunem opinionem,& hanc partem etiam tenuit in d. q.44.

Nec obſtat ex aduerſo obiecta, quod ſtatutum generale debet referri ad perſonas habiles, & non inhabiles,ut mi-
34 nores:quia reſpondetur, † quod licet non ſint habiles de per ſe, tamen cum authoritate tutoris ſunt habiles. l.ſi pupillus. ff.de arb.ita Moder.in d.tract. de comprom. in 3. q. nu.36.uol.3.verſ.ſed adducta.Alex.in d.conſi. 254.colum. 3.verſi.non obſtat igitur primò.

Similiter non obſtat, ꝙ huiuſmodi ſtatutum cōtineat abſurdum,propter grauam iacturam, quæ infertur pupillo, ꝗ per cōpromiſſum priuatur beneficio appellandi,ut probatur in d.§.minores,quia duobus modis reſpondetur.Et pri
35 mò † ꝙ d.§.minores,loquitur de iure cōmuni,quo iure nullus cogitur ad cōpromittendū. gl.Bar.& alij, in l.qui furti. §.iuſſu.ff.de his,ꝗ not.infa.ſed nos loquimur in caſu,in quo ius ſtatutariū arctat generaliter agnatos ad compromittendū:vnde minores eo iure communi vti debent,quo vtuntur alij agnati in illo loco,l.fin.C.de integr.reſti. aliter ſequeretur,ꝙſtatutū nunquā ligaret minores,cōtra tex.in d.§.Lucius,Item tollitur abſurdum,quia ſi contingeret, cōtra pupillū iniuſtè per arbitros iudicari,poterit ſe tueri,implorādo reſtitutionē in integrū adcerſus ſententiā,per id ꝙ not. in l.1.C.ſi aduerſ.rem iud.l.minorib.25.annis, cū l.ſeq.ff.de minor. &ſic licèt nō poſſet reſtitui aduerſus ſtatutū vel cōpromiſſum factū ex neceſſitate ſtatuti,tamen potuerit reſtitui aduerſus effectū ſtatuti, & aduerſus ſententiam ſequutā ex cōpromiſſo facto ex neceſſitate legis municipalis,ita Ba. in l.1.in prin.C.ſi aduer.do.& ideo videmus qđ etſi ſtatutū diſponat,qđ uxore præmoriente maritus lucretur dotē, ligat ēt mulierem minorē,ut per Bal.in d.l.1.tamen ei poteſt ſuccurri ratione præiudicij,beneficio dictę reſtitutionis in integrū.Itē reſpondetur,qđ tex.in d.§.minores,loquitur ꝗdō cōpromiſſum extitit in aliquem,qui ex ordinaria iuriſdictione poterat de cā cognoſcere,tūc.n.lęditur minor, ꝗa a ſentētia illa potuiſſet appellare: ſed vbi in aliū cōpromittitur,nō lęditur,ita Bar.in cōſ.incip.nūquid tutor,&Ale.in d. cōſ.254.uol.3.&mod.in cita.trac.de cōpromiſſ.vbi ſuprà,ꝑ Ale.in l.fi.col.fi.C.de integ.reſt.vbi ēt alio modo reſpōdēt.
36 Ad vltimum argumentum reſpondetur,† communem eſſe opinionem,quod etiam poſt litem conteſtatam poteſt peti compromiſſum uigore dicti ſtatuti, ut in teminis di-
37 xit Bal.in l,1.ff.de tranſac,vbi inquit,† quod compromiſſum ex forma ſtatuti,non poteſt peti ex forma ſtatuti atteſtantionib.publicatis, quia vbi probatio eſt liquida per teſtes,uel inſtrumenta,non poteſt tranſigi,ergo nec compromiſſum fieri, quod æquiparatur tranſactioni: ſi ergo non poteſt fieri compromiſſum poſt publicatas atteſtationes: igitur ſequitur quod ante earum publicationem,& ſic poſt litem conteſtatam poteſt fieri,&cum Bal.ibi pertranſeunt communiter ſcrib.& inquit ibi Iaſ.col.2.verſ.4.principaliter,hoc dictū quotidianū in practica. Alex.in l.ſi cauſa cognita,in vltim. col. C.de tranſact. vbi etiam tradit hoc dictum ſingulare,& menti tenendum,& in conſi.82.colum.2, verſ.2.fortior,vol.1.& in cōſ.62.col.fi.vol. 2.Paul.de Caſt. in procem.C.col.1.uerſ.& hoc pluries, ubi quærit, an peti poſſit compromiſſum in quacunque parte litis, etiam prope ſententiam,& determinant qđ non,ſed qđ peti debet ante publicatas atteſtationes,quo tēpore res eſt dubia,ſecus poſt,quia clara.Aret.in conſi.100.col.1.in fi.ver.& atteſtatis.Capit.in deciſ.48.in fi.ubi dicit, quod de iure communi compromiſſum ex forma ſtatuti poteſt peti etiam lite conteſtata,dummodo illud petatur antequam fiat publicatio in cauſa.Iaſ.in l.elegāter,in prin.ff.de cōd.indeb.Curt.in d. l.ſi cauſa cognita,vbi fortius uoluit,qđ etiam poſt publicatas atteſtationes,licèt dicat nō potuiſſe obtinere:quia fuit iudicatam contrarium ſæpe.Parpa.in l.ſi quis maior, & ibi Cagn.nu.59.uerſ.nono limitat.C.de tranſact.Goza.in l.quiſe patris.nu.178.C.vnde liber.Montepeſ. in tract.de arb.in 5.lib.c.15.Marc.Ant.Blanc.in d.tract. de comprom.in verbo.lite conteſtata,& Rui.in conſ.9.in fi.uol. 4.vbi inquit ꝙ quamuis compromiſſum non fuerit petitum ante litem conteſtatam,tamen quod peti poteſt,in quacunque parte iudicij,antequam ſint publicatæ atteſtationis,quia tunc res eſt
38 liquida.Et † ideo ſicut de re liquida tranſigi non poteſt,ita nec compromiſſum fieri,quod eſt quædam tranſactio, ut in auth.vt differ. iud.co.9.Nec obſtat,quod talis petitio reguletur ſecundum naturam exceptionis dilatorię,uel declinatoriæ,quæ debet opponi ante litem conteſtatam,vt per Lāfr.vbi ſuprà:quia reſpondetur,quod petitio ipſa non regulatur ſecundum dictam naturam, ſed ſecundum naturam
39 tranſactionis,ut ſuprà dictum fuit. Et † ideo ſicut durante lite poteſt tranſigi in quacunque parte iudicij, dummodo res ſit dubia,ita etiam & compromiſſum peti.ita Ruin. in d. conſi 9.in fi.& contra Lanſ.in ſpecie tenuit Marc.Ant.Blāc. vbi ſupra,vbi ēt ex mente Pau.de Caſt.ibi per eū citati,ꝙ licèt hæc exceptio ſit declinatoria,ſeu dilatoria, tamen non propriè.Vr de ſtantib.prædictis, concludendum eſſe exiſtimo:compromiſſum prædictum fieri debere,& D.Ant.ad illud per d.Poteſtatem compellendum eſſe. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

*1 Veritas verborum adminicula non deſiderat.*

*2 Moderator & arbiter eſt quis in re ſua, etiam in abutendo, & liberaliter donando.*

*3 Text.in l.omnes. §.lucius ff. de his, quæ in fraudem cred. declaratur multipliciter.*

*4 Alienatio facta neptiaus, licet ſola nō ſufficiat ab arguendū dum donationem fraudulentam, tamen coadiauuat præcedentem.*

*5 Creditori volenti reuocare alienata, ſufficit dicere, donantem alia bona non habere, & qui contrarium uult dicere, probet, ſed contra nu.17.*

*6 Inſtrumentum eſt veritas apparens probatio probata, & non probanda, & non indigens diſceptatione fori*

*7 Actore non probante reus debet abſolui, etiam ſi nihil probauerit.*

*8 L.qui accuſare, C.de eden.procedit tam in ciuilibus, quam in criminalibus.*

*9 Iudex omittēs condemnare temere agentem in expenſis, facit litem ſuam.*

*10 Confeſſio donantis poſt donationem alteri factum, ei non præiudicat, & nu.16.*

*11 Notario aſſerenti inſtrumentum per eum confectam eſſe falſum, non creditur.*

*12 Debitori confitenti rem mihi pignoratam prius alteri pignoraſſe, non creditur in mei præiudicium, niſi aliter appareat,*

*13 Confeſſio uenditoris facta, perfecta venditione, non præiudicat emptori.*

*14 Confeſſio præiudicat confitenti, non autem tertio.*

*15 Confeſſio cedentis non præiudicat ceſſionario, ſi fiat poſt ceſſionem perfectam.*

## CONSILIVM LVIII.

QVoniam veritas in filaterijs non conſiſtit, vt exordiar cum Socin.in conſi.228.in prin.
1 † verborum adminicula non deſiderat, ut in, l.1.C.ſi vt mino. ab hæred.ſe abſtin.& in l.3.de lib.præt. minuſque fuco verborum indiget,ac figmentis, & concinnis,vt dicit Codrus ſermone 5. inc.de pulchriore, char.1.quem refert, & citat Neuiz. in ſylua nupt.in princ.nu.3,

Ideo in præſenti cauſa m ota contra domin.Marietam, & Magdalenam nepotes meas ex domin.Aloyſia Bardulla ſorore mea,per Domin. Antonium Cereſolam tentantem reuocare donationem eiuſdem factam, per quondam dom. Hieronymum Burdullam earum patrum de dimidia vnius domus,& vnius viridarij, tanquam factam in fraudem ipſius,uti creditoris præmemorati dom.Hieronymi,non inſiſtam in multiloquio, ſed tantum mouebo fundamentum contra prædictas dom.donatarias,& in fauorem dict.dom. Antonij, demum fundabo intentionem earum, vltimóque loco reſpondebo obiectis.

In fauorem igitur d.do.Antonij adducuntur,quod licet
2 ſit regula trita,& vulgaris,quod † quilibet ſit moderator,& arbiter rerum ſuarum,& de eis ad libitum ſuum diſponere poſſit.l.in re mandata, C.manda.l.etiam,ſolu.mat.etiam in abutendo.l.ſed ſi lege.§.conſuluit.ff.de pet. hæred. & liberaliter donando,l.1.ff.de donat. tamen quod ea limitatur, locum non habere,ubi donatio facta reperitur in fraudem creditoris,quoniam tunc reuocari poteſt. l.omnes. §. Lu-
3 cius.ff.quæ in frau .cre.& † quamuis tex.ille loquitur in donatione omniũ bonorũ,tñ id dicendũ uenit,vbi et ageretur nedum de donatione maioris partis bonorum, ut per gl.in l.nomen, in §.filio. ff.de legat. 3.quam ad hoc allegat Bald. in l.1.q.3.C.ſi quid in frau.patr.Alex.in conſil.108.colu.3. volumn.4.Angel. in §.item ſi quis in fraudem, & ibi etiam Iaſ.inſtit. de act.ſed etiam vbi bona meliora alienarentur. Ang.in l.ſi quis poſt hac.C.de bon.profcr.ſeu damn.& in d. §.Lucius.Dec.in conſi.235.nu.5.& in conſi.587.colu.3.vel ſi fieret vna magna alienatio, ut per Bald.in l.fraus.ff.de legi.Dec.in cita.conſ.235.col.2.& 587.nu.9.Afflidecif.370. nu.13.Pariſ.in conſi.93.nu.17.uol.1.& in conſi.70.col.fin. vol.4.vbi etiam idem dicit, ſi donatur pars bonorum, ſeu res particularis inter uiuos,per tex.in l.qui autem. §.ſimili que modo,& in §.in uos,& in l.ſi frandator,in princ.in glo. in uerbo cupit. ff.de his.q̃ in fraud.cred.ſed in caſu de quo agitur,donatio ipſa facta allegatur de maiori parte bonorum,uel de melioribus in præiudicium d.do.Antonij creditoris donantis, & in eius fraudem: ergo concludendum cũ Ang.& Iaſ. in d.§.ſi quis in fraudem,& Pariſ.in alleg.conſi. 70.colu.fi.quod donatio prædicta præiudicare non poteſt creditori,& quod ipſe tanquam habens priora, & anteriora iura ſuper rebus donatis,poſſit infringere eam,uti fraudulenter factam:& eo magis dicendum videtur illã in fraudem fuiſſe conceptam, cum facta reperiatur neptibus ſuis ex fratre,quæ coniectuta, † etſi ſola non ſufficiat ad arguẽ-
4 dum donationem fraudulenter factam,ut per Bar. in l.poſt contractum,col.2.uer.2.præſum.ff.de do. per l.ſi quis poſt hac,verſi.ſi quis.C.de bon.profcr. tamen ſaltem coadiuuat procedentem,vt inquit Aegid.in tract. ſuo crim. in titu.de bon.publ.nu.46.& maximè in præiudicium tertij. Paul.de Caſt.in conſil.65.& Pariſ.in conſi.53.nu.17.vol. 1.& adeò uera eſt huiuſmodi ſententia,quod inquit Alex. in conſilio 55.nu.8.vol.1.quod ſatis erit † uolenti reuocare alienata,
5 quod dicat,donantem non habere alia bona: & qui uoluerit dicere contrariũ,habebit neceſſe illud probare per no. per gl.in l.cum de lege.ff de probat.& ſi donatarius probauit donantem habuiſſe alia bona,tunc creditor poterit probare,quod donatio erat maioris partis bonorum.

Sed præmiſſis non obſtantibus, quæ uere non obſtant, intrepidè tenendum arbitror in terminis noſtris, donationem ipſam ualidam eſſe,quia de ea conſtat publico inſtrumento,quod habet omnia ſolennia,de quibus per gloſ.in l. generaliter.C.de tab.lib.10.& in c.2.de fid.inſtr.Rui.in cõ-
6 ſil.144.nu.8.uol.4. Quod † quidem inſtrumentum eſt ueriapparens,& probatio probata,& non probanda, & non indigens diſceptatione fori,ut inquit Bald.in l.2.ff.de ſta.homi.& in l.2.C.quando fiſc. uel priua. Angel. in l.intereſt.in vlt.not. C.de ſol.Dec. in conſ.448.col.2.& Rui. in conſilio 128.col.2.in prin.uol.4.

7 Item quia regula eſt triuialis.† quod actore non probante intentionem ſuam,reus debet abſolui,l.ei qui dicit, ff.de probat.l.actor,quod aſſeuerat.C.eod.titu.etiam ſi reus nihil præſtiterit, & probauerit,l.qui accuſare. C.de edendo.
8 † quæ regula procedit tam in ciuilibus,quam in criminalibus,etiam ſi reus non petijſſet ſe abſolui,c.licet cauſã,in fi. de probat.Rot.in deciſ.de quib.per Cur. in d. l.qui accuſare,ſed d.do.Antonius non probauit id, qđ erat fundamentum intẽtionis ſuæ,uidelicet ſe creditorem ſuum, prout de eo fidẽ facere tenebatur,iuxta notata per Bar.&Io.de Plat. in l.1.C.de fide inſt.& in iure haſt.fiſea.li.10.ac Io.Igneũ.in repet.l.neceſſarias.§. non aliàs,& in §.nouiſſimè.nu.187.ff.
9 ad Sylla.ergo † tanquã temerè agens debet ꝑ iudicẽ in expẽſiſ cõdemnari,l.eum quem temerè.ff.de iudi.aliàs ſi ſecus fieret,iudex faceret litem ſuam. l.qui ſolidũ. §.et.ff.de leg. 2.Io.de Vicomerca.in l.1.nu.46.C.de eden. Quod aũt intentionem ſuam nõ probauerit,ſatis clarè demõſtratur,qm ipſe fundare uidetur in quibuſdã literis, & ſcripturis priuatis,quas aſſerit ſcriptas fuiſſe per d.qu.dom.Hieronymum, & per eum recognitas,& cõfeſſatas corã arbitri electis inter prædictos do.Antoniũ,& Hieronymũ poſt dictam donationem factam,qui contra ipſum do.Hieronymũ laudẽ pro tulerunt,& eum cõdemnarunt in ſumma in eo cõtenta, qđ exinde cõfirmatũ fuit per reductionẽ ad arbitriũ boni viri,
10 quæ † confeſſio tãquã facta poſt præmiſſam donationẽ, nõ potuit præiudicare dictis mulieribus donatarijs,in quas iã rerum donatarum fuerat translatũ dominiũ,& poſſeſſio, vigore cõſtituti appoſiti in d. donatione facta in præſentia ipſarum dominarũ Marietæ,& Magdalenæ,quæ dictã donationẽ acceptarũt,iuxta l.ꝗ meo,vbi cõmuniter ſcrib. ff.de acquir.poſſ.Nam clarũ eſt,ꝗ res inter alios acta,alijs non citatis,non præiudicat,toto tit.C.res inter alios act.& in ſpecie de confeſſione eſt tex.ad literam in l.Seia mãcipij, ff.ad Velleia.per quam dixit Spec.in tit.de inſtru.edit. §. poſtre-
11 mò,uerſ.nunquid, † quod non creditur verbis notarij aſſerentis inſtrm̃ per ſe confectum eſſe falſum, vel vitioſum poſtquam habet formam inſtrumenti, quia talis confeſſio alteri præiudicare non poteſt.& Spec.ſequitur ibi Caſtren.
12 vbi etiam per d.l.determinat, quod † ſi debitor confitetur rem,quam mihi pignorauerat prius alteri pignoraſſe, ſi aliter de hoc non apparet, iſta confeſſio alteri præiudicare non poteſt. Et ideo dixit Cuma. in conſilio trigeſimo, in vlt.dubio,& in conſilio 155. columna tertia, verſiculo ad
13 id autem, quod † confeſſio venditoris non præiudicat emptori, qui cauſam habuit ante confeſſionem, cum eo tempore emanauerit,quo venditor nullum ius habebat in re
14 vendita.Nam † confeſſio non præiudicat, niſi inter confitentes, & non quo ad tertium. Afflict. in deciſione ducenteſima quadrageſima quinta, numeto vndecimo, Et accedendo magis ad proxima, facit, quod voluit Alexand. in conſilio ſuo 46.colum. ſecunda, volum. quinto, vbi inquit
15 † quod ſi cedens actiones poſt ceſſionem factam ceſſionario,aliquid confiteatur circa ius ceſſum, talis confeſſio nõ præiudicat ceſſionario,quando damnum, & incommodum poſſet ceſſionario reſultare, ut quia non habiturus regreſſum contra cedentem. l.ſi patrem. §.fi.ff.quemad.ſer.amit. l.fi.ff.de pac.& Alex. ſequitur Affl.in deciſ.263.in fi.vbi refert,concluſum fuiſſe in ſacro conſilio,quod ſi cedens poſt ceſſionem confiteatur ſibi ſatisfactum fuiſſe antequam cederet, quod huiuſmodi confeſſio non nocet ceſſionario, cui cedens non potuit præiudicare,idem conſuluit Cor.ut in conſi.139.col.pe.uerſ.nec obſtat,vol.3.vbi tradit magis eſſe communem Doctorum ſententiam, quod huiuſmodi confeſſio cedentis non officit ceſſionario.Huic quoque ſententiæ aſtipulatur,quod dixit Pau.de Caſt.in l.comparationes,col.3.verſic.Item ſi confiteris.C.de fid.inſtrum. vbi inquit, confeſſionem, & approbationem ſcripturæ tantum nocere cõfitenti,& non tertio, de cuius intereſſe tractatur & cuius ius remanet ſaluum, nõ obſtante aſſerta approbatione.& idem dicendum venit in donante. & ita in terminis donationis voluit Pariſ.in conſi.19.nu.59.volum.3.ubi
16 concludit, † confeſſionem factam per donantem non præiudicare donatario in aliquo,quia cõfeſſione inter alios facta,non habet præiudicare tertio,per d.l.Seia.& in nu.etiã 47.inquit,ꝗ licet ſcriptura negata poſſit comprobari per cõfeſſio-

feſſionem donantis, qui illam ſcripſit,non tamen in præiudicium donatarij, ut punctualiter decidit Barto.in auth.de inſtru.caut.& fid.§.ſi quis igitur,verſi.ſed tamen eſt neceſſe.coll.6.Et maxime, quando tertius habet bona confitentis obligata, quia ſi aliter diceremus, ſequeretur, quod eſſet in arbitrio donantis vti fraude, & de facili daretur via, & modus alios fraudandi. Vnde ex his arbitror concludendum eſſe, donationem prædictam valere, & eam prætextu fraudis allegatæ per d.do. Anto. minime reuocandam eſſe.

Non obſtant modo,quæ ex aduerſo deducta fuerũt,quia illa procedere poſſent, ubi de credito poſſet conſtare ꝑ inſtrumenta, & ſcriptas authenticas, & publicas, & quæ eſſent confectæ ante donationem factam,ſecus ſi poſt,ut late patet ex his,quæ ſupra ſcripta fuerunt,quia tũc verum eſt, quod donata in fraudem creditoris, quæ abſorberent omnia bona donantis, vel maiorem partem,vel rem notabilẽ, aut meliora bona poſſent per ipſum creditorem reuocari. alias ſecus, ut in terminis noſtris,vbi de credito nullo modo conſtat, niſi per ſcripturas priuatas, quæ nullam fidem faciunt, ut per Doct.in l.admonendi,ff.de iureiur. Quo caſu ꝑinde eſt,ac ſi de credito nulla penitus facta fuiſſet fides, cum paria ſint,aliquid non facere,vel facere, ſed minus legitime.l.quoties,vbi Iaſo.ff.de aucto.tuto. quia nihil, & inualidum æquiparentur.l.ſi aut nullum, vbi Bald. C.de legi. hære.gloſſ. in l.fin.C.ad l.Flau.de plagiar. Nec uerum eſt, quod inquit Alexan.in alleg.conſi.55.quod ſatis ſit uolenti reuocare alienata, quod dicat donantem non habere a-
7 lia bona, quia communis opinio Scrib. eſt † quod ad hoc, ut competat reuocatoria, opus eſt, quod fiat executio bonorum debitoris.Ita vult gl.& Doct.in §.Itẽ ſi quis in fraudem,in uerb.poſſeſſis, inſtit. de actio.ubi refert Iaſ.omnes ita tenere. Idem tenent communiter Scrib. in l. 1.C.de reuoc. his, quæ in fraud. cred. ubi Bal. inquit rationem eſſe, quia, ut creditores poſſint agere reuocatoria, opus eſt, ꝙ ſint damnificati. Sed ſi non fiat excuſſio bonorum, non poteſt conſtare eos eſſe damnificatos:igitur non mirum,ſi excuſſio eſt neceſſaria. Laus Deo.

Rolandus a Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

1 *Commercium omne in feudis ſine conſenſu domini prohibitum eſt,declara,ut in nu.15.*

2 *Vſusfructus eſt pars dominij.*

3 *Verbum commercium, eſt verbum generale.*

4 *Commercij prohibitio eſt magis lata, quam prohibitio alienationis.*

5 *Prohibitus rem feudalem alienare ſine conſenſu domini, cenſetur quoque prohibitus uſumfructum in ea conſtituere,declara, ut in nu.18.*

9 *Alienatio feudi prohibetur, etiã quo ad poſſeſſionem, quod intellige,ut in nu.19.*

7 *Vſusfructus, nec alia ſeruitus perſonalis in feudo conſtitui poteſt, ſecundum communem ſine conſenſu domini, declara,ut in nu.12.& 20.*

8 *Dominium utile habens in feudo, poteſt eius uita durante in dicto fundo conſtituere uſumfructum.*

9 *Superficiarius in feudo ſuperficiario ſeruitutem conſtituere poteſt.*

10 *Emphyteuta ſeruitutem conſtituere poteſt in re emphyteutica,& nu.13.*

11 *Reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris.*

14 *Argumentum de emphyteuta ad uaſallum, in iure ualidum eſt.*

16 *Feudum licet ad longum tempus locari non poſſit, tamen id fallit, quando locatio eo pacto facta fuiſſet,ut per eam nullum dominium,etiam utile transferatur in accipientem.*

17 *Alienatio feudi, quæ domino directo non ſit præiudicialis, ualet.*

## CONSILIVM LIX.

IN quæſtione,quæ proponitur,An magnifi. dom. Aloiſius
Burla Caſtri noui vtilis dominus,vſumfructum cõſtitue
re potuerit ſine conſenſu directi dom. Gabrieli Palauicino
in bonis feudalibus d.Caſtri? Prima facie dicendum vide-
1 tur quod non,quia vulgaris eſt regula, † quod omne com-
mercium ſuper feudis ſine conſenſu domini eſt prohibitũ.
2 c.1.de prohib.feud.alien.per Lothar. ergo † & conſtitutio
vſusfructus,qui eſt pars dominij.l.4.ff.de vſufr.Ale.in cõſi.
3 111.nu.3.vol.3.Nam † verbum commercium,eſt verbũ ge-
nerale,gl.in l.ex hoc iure,ff.de iuſt.& iu.glo.in verbo com-
mercium,inſti.de inutil.ſtip.& ideo dixit Ang.in conſ.262.
4 quod † magis eſt lata prohibitio commercij, quàm aliena-
tionis.& Ang.ſequitur Affl.in deciſ.232. vbi etiam ſubdit,
quod ex quo commercium in feudis ſine conſenſu domini
eſt prohibitum,quod ſub ipſa prohibitione, eſt etiam pro-
hibitus contractus reſolutiuus obligationis feudi,cum per
huiuſmodi reſolutionem fiat cõmutatio de perſona ad per-
ſonam,quæ non licet ſine conſenſu domini,vt inquit Iſer.in
c.Imperialem,de prohib.feud.alien.per Feder.
5 Secundo, quia † prohibitus alienare rem feudalem ſine
cõſenſu domini.c.Imperialem,de prohib.feu.alie.per Fed.
cenſetur quoque prohibitus vſumfructum in ea conſtitue-
re,l.fi.C.de reb.alien.non alien.& ita per hanc rationem in
terminis noſtris decidit Roma.in ſingul.628.Tu ſcis, & Iaſ.
in conſ.89.in 4.dub.volum. 1.Nam conſtitutio vſufructus,
eſt alienatio rei,vt per Bart.in l.codicillis,§.inſtituto, ff.de
leg.2.vbi inquit,prohibitum alienare,omnino cenſeri pro-
hibitum in ea re vſumfructum conſtituere,cum id ſit aliena
re,Bal.in rub.de alie.feu.& Alex.in conſ.3.in fi.vol.4.
6 Tertio facit. Nam alienationes, & translationes rerum
feudalium,etiam prohibentur quo ad poſſeſſionem,d. ca.1.
de prohib.feud.alien.per Fed.ergo & vſusfructus conſtitu
tio,cum vſufructuarius dicatur poſſidere.l.3.§.vnde,de vi,
& vi arm.l.naturaliter,ff.de acq.poſſ.
7 Quarto, † quod in feudis vſusfructus conſtitui non poſ-
ſit,eſt gloſſ. expreſſa in c.1.in verb.alienationi,de capitulis
Cor.quam approbant ibi communiter ſcrib.& quam vti cũ
muniter receptam etiam ſequitur Alex.in conſi.18.in prin.
vol.5.quod reperitur.in conſ.118.vol.6.vb. inquit, vaſallũ
conſtituere non poſſe uſumfructum, & ſic ſeruitutem per-
ſonalem in feudis ſine domini conſenſu. Idem dixerũt Iſer.
& Aluar.ac Card.in d.c.Imperialem.Iac. Ardizo. in ſumma
feu.in tit.quib.mod.feu.amit.in uer.nũquid poſſit uſumfru-
ctum,&c.Io.Blanc.in ſum.ſua feu.in tit.quib.mo. feu. amit.
in uerb.nunquid po.Iac. à Sancto Georgio in tract. feud.in
uerb.ita etiam quod ipſi.col.pen.uer.ſubſequenter quæro.
Sed præmiſſis non obſtantibus,contrariam partem tenẽ-
dam eſſe arbitror,quod imò d.magnifi.do.Aloiſius in præiu
dicium ſui,& non domini directi potuit dictum uſumfructũ
prædicto do. Gabrieli conſtituere durante tantum uita ip-
8 ſius conſtituentis.Clariſſimum enim eſt in iure,quod,†qui
habet utile dominium poteſt ſeruitutem conſtituere in bo
9 nis utilis dominij,ut patet † in ſuperficiario, qui cũ habeat
utile dominium,gl.2.inſt.de uſufru.in princ.l.1.§ ꝙ autem.
ff.de ſuperfi.& qui dicitur dominus,gl.in l.3.ff.de ſeruit.po
teſt ſeruitutem conſtituere in fundo ſuperficiario, Ita Nic.
de Neap.& Aluat.in c.1.§.quid ergo in 3.nota. de inueſt.de
re alie.fac. Azo. in ſumma de ſeruitute, §. conſtituitur, &
Cæp.in tract.de ſeru.urb.præd.in c.4.incip. quis poſſit con
ſtituere,col.2.uer.Item quid de ſuperficiario.
10 Item † & emphyteuta,qui cum ſimiliter habeat utile do-
minium,l.1.§.qui in,ff.ſi ager uectig.uel emphy.per.Specu.
in tit.de loca.§.nunc aliqua,uer.45.poteſt imponere ſerui-
tutem in fundo emphyteutico,ut eſt text.cum glo.in l. 3. ff.
de ſerui.ubi Caſt.intelligit durante uita conſtituentis,aliàs
ſecus,quia extincto illo utili dominio, & conſolidato cum
directo,& ſic cũ ſua proprietate, ſeruitus illa extinguitur,
11 quia†reſoluto iure cõcedentis, reſoluitur ius accipientis,
l.lex uectigali.ff.de pig.Idem dixerunt Bald.Salic.& Pau.de
Caſt.in l.& in prouinciali, C.de ſeruit. Iaſ.in l.fi.in 8.q.C.

de iure emphyt.& in l.3.§.ex contrario,col.18.verſ.tamen pro communi opinione,ff.de acqui.poſſ.Afflic.in d. conſtit. Conſtit.diuæ memoriæ,col.7.& in deciſ.330.colum.2.Bal. Aluar.& Præpoſ.in d.§.quid ergo.Cyn.in l.fi.§.pen.in fi.C. com. de lega.

Item & in vaſallo, vt in d.§.quid ergo, vbi eſt caſus expreſſus,vbi no.communiter feudiſtæ,& maximè Afflic.in 2. notab.vbi dicit, quod licèt conſtituere ſeruitutē ſit ſpecies alienationis,vt in d.l.fin.C.de rebus alien.non alien.tamen
12 † ſi vaſallus conſtituit ſeruitutem,non priuatur feudo,tam quam alienans feudum ſine domini conſenſu,quia talis con ſtitutio ſeruitutis valet ipſo vaſallo poſſidente.Hanc quoq; ſententiam ſecuti fuerunt Bal.Salic.& Pau.de Caſt.in d.l.& in prouinciali.Idem Paul.in d l.3.ff.de ſeruit. Iaſ. in d.l.fin. col.36.verſ.& pro hac opinione,Picus in l.Titia.§. Titia cū nuberet,q.37.de lega.2.Bru.conſ.105.col.2.in princ. Capel.Tholoſa.deciſ.462.in additio.Rui.in conſi. 150. nume. 14.vol.3. Cœpol.vbi ſupra.Afflict.in d.conſti.Conſtit.diuæ memoriæ.col.7.& Cur.iun.vbi ſupra,q.14. vbi firmat hanc eſſe communem opinionem. Si ergo dicti qui habent vtile dominium,& omnes alij, qui illud habent, poſſunt dictam ſeruitutem conſtituere durante vita conſtituentis,vt voluit Cæpol.vbi ſup.in fi.ergo & vſumfructum conſtituere, qui eſt ſeruitus perſonalis,l.1.& 2.ff.de vſufru.Alex.in cita.cōſ. 18.in prin.& Pariſ.in cōſ.98.col.1.vol.2. & magis acceden do ad proxima,facit,quod voluit Bal.in l.1.§.item ſi in fun-
13 do.ff.quib.mod. feud. amit. vbi inquit † emphyteutam ſine conſenſu domini poſſe conſtituere vſumfructum in re emphyteutica,& Bal.ſequuntur Alex.in conſ.120.in fin.vol.1. & in d.§.ex contrario,col.21.verſ.quærit Bar.vbi dicit hoc notandum.quia habuit de facto,& in col. antepen. verſ.facit pro eo,& Iaſ.col.17.verſ.nota diligēter.Idem Iaſ.in d.l. col.34.verſ.nūquid autem emphyteuta,& col.36. verſ.pro hac opinione,vbi etiam inquit hoc dictum ſingulare, & ita ibi etiam tenere D.Hieron. Tortum. idem Iaſ.in conſ. 123. col.2.in fin.volu.4.Alb.de Roſ.in d.l.1.Cæpol. vbi ſuprà,& Ruin.in conſ.150.nu.14.vol.3.& in conſ.220.in 1.col.vol. 1.& ratio eſt ſecundum Alex.in d.§.ex contrario, quia per dictam conſtitutionem vſuſfructus,non transfertur in vſufructuarium vtile dominium,quod habet,nec melioramenta,ideo non videtur prohibita talis conſtitutio, quia nō ſumus in prohibitione,l.fin.C.de iur.emph.Si igitur hoc clarum videmus in emphyteuta, cur non in feudatario? Cùm
14 † valeat argumentum de emphyteuta ad vaſallum, vt per Aluar.& Præpoſ.in d.§.quid ergo,& ibi Affl. in fi. & non ſit dare rationem diuerſitatis inter vnum caſum, & alium, & in terminis noſtris ita voluerunt Iaſ.in cita.conſil.123.in 1. dub.& Tiraq.in tract.de retract.in §.1.glo.7.nu.48. & Rui. in conſ.21.col.3.vol.1.& alij,de quibus infrà in reſponſione vltimi argumenti pro parte negatiua.

Non obſtant modo,quæ in contrarium adducta fuerunt.
15 Quia ad primum argumentum reſpondetur, quod † illud poſſet procedere,vbi fieret tale commercium in feudis,per quod fieret præiudicium domino directo,vt ſi transferatur vtile dominium in concedentem,& ſimiliter ſi conſtituatur ſeruitus,vel vſuſfructus in præiudicium domini, & ita procedunt tex.in d.c.de prohib.feu.alien.per Lothar.& in d.l. fi.aliàs ſecus.Quod autem iſta reſponſio ſit vera,demonſtratur. Nam ſi admitteretur argumentum ſuprà citatum,ita ſimpliciter intellectum,ſequeretur vnum, quod eſt contra omnium ſententiam,videlicet, quod nec ſeruitus conſtitui poſſet in feudo ſine conſenſu domini, & tamen iſtud eſt ab omni iure alienum,vt per text.& feudiſtas, in d. §. quid ergo,& per alios Doc.de quibus ſuprà, pro cuius etiam con-
16 firmatione facit. Nam nos videmus, † quod licet quis non poſſit alienare feudum,nec ad longum tempus locare,d.ca. Imperialem,tamen hoc fallit,quando locatio eſſet facta cū hoc pacto,quod nullum dominium, etiam vtile transferatur in accipientem,quia tunc ea valet, cùm nullum damnū inferatur domino.Ita Bal.in c.quæ in eccleſiarum, de conſti.Bal.& Imo.in l.ſi domus,§.fi.de leg.1.Imo.conſ. 68. col. fi.Fel.in c.quæ in eccleſiarum,col.30.verſ.ſexta declaratio, de conſt.Cur.iun.in tract.feu.in 4.par.verſ.3.principaliter, & Tiraq.in tract.de retract.§.1.gl.2.nu.36.& licet Bal.quādoque ſibi contrarius,aliter teneat in d.c.Imperialem,tñ ſecundum Rui.in conſ.150.nu.14.vol.3. Bald. malè loquitur,
17 idem Rui.in conſ.17.col.2.vol.1.& † quod alienatio feudi, quæ non tendit in præiudicium dñi,valeat,volunt Affl.in deciſ.237.nu.7.quē ſequitur Pariſ.in conſ.2.nu.11.vol.1.
18 Similiter non obſtat ſecundum, quia † illud non procedit in omni alienatione,ſed in ea,quæ poſſet afferre præiudicium domino, vel agnatis, ad quos feudum ex pacto & prouidentia,quandoque eſſet recaſurum, vt conſtat ex dictis per Bal.& Salic.in d.l.& in prouinciali, qui reſpondendo ad illud,quod ibi dicebatur,quod qui non poteſt alienare ſine conſenſu domini rem emphyteuticam, nō poteſt eā in ſeruitutem conſtituere,dicit quod non proptereà omnis ſpes alienationis eſt prohibita, & vt etiam probatur per Ale.& Iaſ.in d.§.ex cōtrario,ac Iaſ.in alleg.cōſ.123.uol.4.
19 Ad tertium quoque dicitur,†q; poſſet habere locum,ubi translatio, uel alienatio feudi etiam quo ad poſſeſſionem poſſet cedere damno domini,& ita loquuntur tex. & Doct. in d.c.Imperialem,non autem quādo ageretur de ſolo præiudicio vaſalli durante eius uita,ut ſatis ſuprà dictum fuit.

Vltimo non obſtat,quod communis ſit opinio,q; uſuſfructus non poteſt conſtitui in bonis feudalibus,per gl.in d.c. 1.§.præterea,de c.Conrad.quia reſpondetur,q; gl.ipſa hoc non dicit,ſi bene uideatur,ut etiam refert Picus ubi ſupra.
20 Secundo,quod glo.illa,& Docto.qui ſimpliciter dicunt†in feudis non poſse conſtitui uſumfructum, debent intelligi, ubi de præiudicio directi domini tractari poſſet,uel agnatorum,aliàs quod communis ſit in contrarium. Et ſi bene uideantur Pariſ. in citato conſi.98.& Iac. Ardizon. ubi & Ioan. Blanc. ipſi loquuntur, quando poſſet conſtitui uſuſfructus in præiudicium domini, & eorum, qui ſuccedere debent in feudo ex prouidentia,ſiue inueſtitura: & ideo non mirum,ſi Cur. iun. ubi ſuprà,in d.q.15. dixerit ſe dubitare de communi opinione, de qua ſuprà,cum poſſit cōſtituere ſeruitutem uaſallus in feudo ad ſui præiudicium ſine conſenſu domini. Vnde ex his concludendum eſse arbitror, utſupra. Laus Deo.

Rolandus a Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

*1 Bannitus in perpetuum a dominio ob homicidium in contumaciam, & ad vltimum ſupplicium,ſi uenerit in fortijs iuſtitiæ, ſi captus fuerit extra territorium, & per vim ductus in munus iuſtitiæ,relaxari non debet,ſed contra,num.9.*

*2 Bannitus de vno loco, cenſetur etiam bannitus de omnibus locis, quæ ſunt ſub eodem dominio,vel principe, & num.23.*

*3 Remiſſio delinquentium de conſuetudine non fit de vno iudice ad alium, niſi de locis, quæ ſunt ſub eodem dominio, & niſi loca ipſa ſint confœderata,vt nume.7.& numero 22.*

*4 Statutum Bononiæ confirmatum à Pontifice, diſponens, quod bannitus poſſit impune offendi,extenditur in bannito à ciuitate Bononiæ,& eius territorio exiſtente in territorio Imolæ.*

*5 Bannitus de vna ciuitate intelligitur etiam bannitus de alia ciuitate illi confœderata.*

*6 Banniti ciuitatis Peruſij non poſſunt habitare in caſtro Plebis,ſi ſuperior mandat,quod ibi non recipiantur.*

*8 Cauere debent malefactores,ne ad terras confœderatas aufugiant,quia poterunt ibi puniri.*

*10 Banno ſuperioris contrauenire non videtur, qui per vim ducitur in locum banni.*

*11 Facta contra uoluntatem facientis, ei non imputantur.*

*12 Solutio onerum coactè facta, non tollit immunitatem.*

*13 Da-*

*13 Datium, quod ex forma ſtatuti ſolui debet pro animalibus tranſeuntibus per ciuitatem, non ſoluitur pro animalibus, quæ aufugerunt, & ingreſſa ſunt ciuitatem.*
*14 Vectigal ſoluendum ex forma ſtatuti pro naue, quæ portũ introierit, non extenditur ad caſum, quo illa ui uentorũ præter propoſitum ad portum impulſa eſt.*
*15 Banni effectus non extenditur extra territorium bannientium.*
*16 Bannitus captus extra territorium bannientium, tanquã illegitime captus, debet relaxari etiam ſi familia officialis uoluerit eum capere in territorio, & ipſum fugientem cœperit extra territorium.*
*17 Bannitus ſi dormiendo totus eſſet in alieno territorio, & dormiendo caderet, uel perueniret in territorio bannientium, non poteſt capi, niſi expergefactus ibi permanſerit.*
*18 Fundans ſe in ſtatutis, uel priuilegijs, a uerbis eorum recedere non debet.*
*19 Verba banni ubi non conueniunt, minus eius diſpoſitio.*
*20 Verba appoſita in ſententia, in qua condemnatur reus ad mortem naturalem, ſi uenerit in fortiam iudicis, non poſſunt uerificari in illo, qui in fortiis uiolenter ducitur, quia non dicitur uenire.*
*21 Confugiens ad eccleſiam, qui non poteſt de illa extrahi, ſi per epiſcopum capiatur, & iudici ſæculari tradatur, non poteſt puniri.*
*24 Bannitus legitime captus, ſi ducitur ad iudicem, qui eum banniuit, non debet audiri pro defenſionibus ſuis.*
*25 Statuto ſi caueatur, quod cõtumax habeatur pro confeſſo, ſi quis fuerit contumax, amplius non auditur.*
*26 Bannitus ſi capiatur, poteſt abſque alio proceſſu ſuper delicto puniri, ſi confiteatur ſe eſſe illum, qui in banno deſcriptus reperitur, & tanto magis, ſi ſententia tranſitum fecerit in rem iudicatam, ut in nu. 28.*
*27 Iudex torquere poteſt bannitum, ut confiteatur ſe eſſe perſonam deſcriptam in banno, cum ſit diffamatus.*
*29 Contumax, qui habetur pro confeſſo, & conuicto ex ui ſtatuti non poteſt appellare.*
*30 Bannitus poſtquam eſt captus, poteſt per uiam exceptionis impedire exceptionem, ſi opponat talem exceptionem, quæ ſi a principio oppoſita fuiſſet ante bannum, non fuiſſet compulſus ſuſcipere iudicium.*
*31 Sententia nunquam tranſit in rem iudicatam, niſi fuerit intimata.*
*32 Appellari a banno de iure communi non poteſt.*
*33 Sententia priuilegiata nunquam tranſitum facit in rem iudicatam.*
*34 Bannitus etiam poſt ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, debet audiri.*
*35 Iudex quando poteſt condemnare abſentem, debet quærere defenſionem ſuam.*
*36 Lex prima, §. fi. ff. de quæſt. loquitur poſt ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam.*
*37 Litteræ ad nouas defenſiones, debent concedi per Principem.*
*38 Senatus Mediolani dat litteras iudicibus, ut non obſtante banno, & ſententia, ſupplicantem admittant, & audiant, ad demonſtrandum innocentiam ſuam, quæ oſtenſa abſoluitur.*
*39 Gratiæ natura eſt, ut quidquid iniuſtitia abſtulit reſtituat iuſtitia.*

## CONSILIVM LX.

ANtoninus de Burgo inquiſitus de homicidio, (vt aſſeritur) per eum perpetrato in perſonam Ioannis de Furno, fuit contumax: virtute cuius contumaciæ, ſtante ſtatuto, quod contumax habeatur pro confeſſo & conuicto, fuit condemnatus in bannũ perpetuum a caſtro Sancti Petri, & eius territorio, & in pœnam ultimi ſupplicij, quatenus contingat, eum in fortijs iuſtitiæ uenire. Accedit, quod captus fuit extra territorium bannientis, & per vim ductus in eius fortijs. De duobus quæritur, quorum primum
1 eſt. An † relaxari debeat dictus Antonius, attento, quod captus fuit extra territorium, & per uim (ut dictum fuit) ductus in fortijs iudicis, qui eum banniuit? Secundum eſt, poſito quod non, an ſaltem debeat admitti ad nouas defenſiones? Quo ad primum uidetur dicendũ, quod non, ex not. per Alber. in auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi. o-
2 por. vbi inquit, † quod bannitus de uno loco, cenſetur etiã bannitus de omnibus locis, qui ſunt ſub eodem domino, uel principe. Cum igitur dictus Antonius fuerit captus in loco, uel finibus Saliceti, dominij eiuſdem Principis, uidetur quod fuerit bene captus, & ideo quod relaxari non debeat. & cum Albe. tranſit Marſi. in ſua prac. crim. in §. oportune, nu. 37. & in conſ. 121. num. 12. ac in l. 1. num. 128. C. de rap. uirg. Bene facit, quod uoluit Bal. in l. etiam, colum. 8.
3 de excu. rei iud. ubi dicit, † remiſſio delinquentium de conſuetudine non fit de uno iudice ad alium, niſi de locis, quæ ſunt ſub eodem regno, uel præſidatu. Sequitur Marſ. in conſil. 32. nume. 9. ubi concludit ſub num. 6. verſi. dico, quod
4 † ſtatutum Bononiæ confirmatum a Papa, diſponens quod bannitus poſſit impune occidi, extendit uires ſuas a bannito a ciuitate Bononiæ, & eius territorio, exiſtente in territorio Imolæ, quia ſunt ciuitates, & terrioria ſub eadem ditione Principis & imperio. Rurſus in conſ. 121. ubi determinat, ꝙ bannitus propter delictum a ciuitate Mutinæ, ſi vadit Bononiam, poteſt ibi puniri, cum ciuitas ipſa ſit ſub eodem Principe, dominio, & imperio.

Accedit, quod in fortioribus terminis decidit Nellus in
5 tract. ban. in 2. par. 2. temp. q. 36. vbi † inquit, quod bannitus de una ciuitate, intelligitur etiam bannitus de alia ciuitate illi confœderata, cui opinioni aſſentit Marſil. in d. §. oportune. nu. 37. & in §. aggredior. nu. 23. in l. fin. num. 27. ff. de iuriſdict. om. iud. & in d. l. 1. num. 127. Hinc eſt, quod
9 dixit Bal. in l. etiam, in fin. C. de iure dot. quod † exbanniti ciuitatis Peruſij, non poſſunt habitare in caſtro Plebis, ſi ſuperior mandat, quod ibi non recipiantur, cum ibi cenſeri debeant rei, propter perpetuam fœderis vnitatem, ut in l. non dubito. ff. de iur. fiſ. ſequitur Alex. in addit. ad Bar. in l. ſi conuenerit. §. ſi nuda, §. de pig. act. cui ſẽtẽtiæ aſtipulatur,
7 quod not. Catal. in tract. ſuo ſynd. in verſi. 211. † vbi tradit, quod licet de iure, vel conſuetudine, non eſſet facienda remiſſio in aliquo caſu, tamen ſi ſunt duæ ciuitates confœderatæ, & unus committat delictum in una ipſarum, & poſtea aufugiat ad aliam, poterit ibi capi, & puniri. allegat. d. l. nõ
8 dubito, † quod cauere debent malefactores, ne ad terras confœderatas aufugiant quia poterunt ibi puniri. Marſil. in d. l. §. oportune, num. 36. in conſ. 121. num. 10. & in d. l. 1. nu. 126. Si igitur hæc procedunt in ciuitatibus confœderatis, & delinquens in una ipſarum, poſſit puniri in alia, ſi uadit ad eadem, quanto fortius in caſu, de quo agitur, poterit capi bannitus in blio loco eiuſdem Principis, & Dominij, ac conduci ad locum iudicis, qui eum banniuit.

Quibus non obſtantibus, contrarium eſt de iure verius,
9 doctorum enim eſt approbata ſententia quod † bannitus exiſtens extra territorium bannientis, ſi per uim ductus ſit in territorio iudicis, qui eum banniuit, non debet puniri, nec contra eum exequi bannum, ſed priſtinæ libertati eſt relaxandus, ita Bald. poſt Iacob. Butr. in auth. item nulla cõ
10 munitas, C. de epiſ. & cle. quia † qui per vim ducitur, non fuit inobediens banno ſuperioris, eique volũtarie, nec ſpõte dicitur contraueniſſe, & ideo eius aduentus non debet
11 ei nocere, nec ſibi imputari, cum vulgaris ſit regula, † quod facta contra uoluntatem facientis, ei non imputantur. l. cu-
12 ra, uerſi. nec ſi per vim, ff. de mune. & hono. ubi † ſolutio onerum coacte facta non tollit immunitatem. Et ideo dixit
13 Paul. de Caſt. in l. fi. §. ſerui. ff. de publi. † quod ſi ex forma ſtatuti ſolui debet dacium pro animalibus tranſeuntbus ꝑ ciuitatem, ſi quis ducebat animalia ſua, ut ea ad certum locum conduceret, quæ aufugerint, & ingreſſa fuerint eo inuito ciuitatem, quod non tenetur ad ſolutionem gabellæ. ſequitur Marſi. in conſ. 99. n. 6. ubi multa ad hoc allegat. bene faciunt l. Cæſar. & l. fi. §. ſi propter neceſſitatem. ff. de publi.

14 bli.& l.1.C.de nauf.lib.11. ubi patet † iura mancipalia mã
dantia,quid nomine vectigalis ſolui pro naue,quæ portum
introierit, non extendi ad caſum,quo illa vi, neceſſitate uẽ
torum præter propoſitum ad portum impulſa eſt.& Bal.v-
bi ſupra ſequitur Marſi.in pract. ſua criminali.in §.vltima,
nu.34.in l.1.num.1S.C.de ſicar.in conſi.16.nu.43.& in cõſ.
15 .99.col.in 1.in fi. Nam † effectus banni non extenditur ex-
tra territorium bannientium, ſecundum Bald.in l.1.col.3.
C.de hæred. inſtit. & ex hoc dicit Iaſ.in l.fi.col.1.quem ibi
16 ſequitur Marſ.nu.9.ff.de iuriſd.om.iud.quod † bannitus ca
ptus extra territorium ſtatuentium,debet relaxari,quia il
legitime captus, amplians hoc etiam procedere, ſi familia
officialis uoluerit eum capere in territorio, & ipſum reũ
fugientem cæperit extra territorium,ſecundum Bald.in ca
pitu.cum olim.in fi,de dol.& contu.ſequitur Marſ.in conſi.
121.col.2.& in l.1.§.præterea, ff.de quæſtio.poterat etiam
allegare Bald.in l.ſicuti.§.Ariſto.ff.ſi ſer.uendicetur,ubi di
cit ibi argumentum eſſe, quod non licet bannitum capere
in territorio alieno etiam ſi fugatus intra territorium, per
uenerit extra, quia capientes extra territorium ſunt priua
ti.Idem dixit Salic.in l.2.columna ſecunda, uerſic. ex hoc
C.de exhib.reis.Bald.in l.2. C. de ſer. fug. Nellus in tract.
ban.in 2.par.2.temp.q.30. & in quæſt.33. in fi.ubi dicit, ꝙ
17 † bannitus dormiendo totus eſſet in territorio, a quo non
eſt exbannitus, & dormiendo caderet, uel perueniret in
territorium, a quo eſt bannitus, non poteſt capi,niſi exper
gefactus ibi permanſerit,arg.l.ſi ſeruus ſeruum,§.fornica-
rius.ff.ad l. Aquil. Cum igitur dictus Antonius uoluntarie
non uenerit in fortiam bãnientis,ſed per uim, & coacte du
ctus fuerit,merito ſequitur,quod priſtinæ libertati relaxã-
dus eſt,& reſtituendus,arg.l.cum unus. §.fi.ff.de bon.auct.
iud.poſ. & eo maxime, quia non conueniunt verba banni,
q̃ diligenter conſiderari debent,& quibus inhæredum eſt,
ſicut dicimus in ſtatutis,& priuilegijs, & in alijs in quibus
18 quis ſe fundat, † a quorum uerbis non eſt recedendum, c.
accepimus,de priuileg.l.iſta ſtipulatus.§. Chryſogonus. ff.
de verb.obl. Nam uerba ipſius banni, dicunt, quod prætor
attenta contumacia ipſius Antonij,eum banniuit in perpe
tuum, & ſi ullo unquam tempore uenerit eiuſdem fortij,ꝙ
caput a ſpatulis amputetur. Sed ipſe non uenit, ſed coacte
19 ductus fuit,cum † ergo non conueniant uerba banni,ſimi-
20 liter nec eius diſpoſitio l.4.§.toties,ff.de dã. infec. & ita †
in terminis dictorum uerborum, de quibus in banno no-
ſtro conſuluit Marſi.in conſ.99.ubi dicit, quod illa uerba,
ſi uenerit in fortiam, non poſſunt uerificari in illo, qui in
fortijs uiolenter ducitur, quia non dicitur uenire. l.qui ne
que.ff.de uerb.ſig.Fer.Loaz.in repet.l.fam.§.diui, nu.87.ff.
de lega.1.Item & quia ſecundum eum ſi aliter diceretur,ſe
queretur,ꝙ dictum uerbum uenerit, poſitum in dicto ban-
no,nihil operatur, quod non dicendum, arg.l.ſi quando, ff.
de leg,1.Neceſſe enim eſt, quod ſit differentia inter banni-
tum ſpoute uenientem ad locum banni, illud contemnen-
tem, & ſuperiores,& per uim & coacte uenientem.l.ſi idẽ.
C.de cod. Nam bannitus ſponte ueniens ad locũ a quo eſt
bannitus, pati debet pœnam banni, quod eſſe nõ debet in
bannito coacte & per uim ueniente, quia iſta differunt in
facto:ergo & in iure.l.Papinianus exuli.ff.de minor.

Nec obſtare habet, quod Dominus loci Saliceti ſponte
miſit dictum Antoninm ad iudicem banni,& ideo quod di-
ci non poteſt,quod coacte fuerit ductus, & ſic quod per eũ
poteſt exequi bannum, quia reſpondetur, quod actus iſte
non habet nocere dicto bannito, quia non ſequitur, iudex
Saliceti cæpit bannitum a Caſtro Sancti Petri,territorio Sa
liceti,& eum per uim miſit bannienti.ergo poteſt fieri exe
21 cutio banni. quod probatur,tu ſcis, quod † confugiens ad
eccleſiam, non poteſt de illa extrahi. c. inter alia, de im-
mu.ecc. Pone modo quod aliquis reus confugit ad eccle-
ſiam,a qua non poteſt extrahi per iudicem laicum, ſed Epi
ſcopus, uel Abbas capit eum,& dat iudici ſeculari,an tunc
licite poſſit punire? certe non,Ita Docto.in d.capit.inter a-
lia,ergo & ita in cauſa præſenti.ita in indiuiduo dixit Mar.
in citato conſ.99.nu.20. quia traditio dicti banniti, quam
facit iudex Saliceti,non tollit prohibitionem capiendi eum
extra territorium,iuxta ea quæ habentur,in l.fina. ff.de iu-
riſ.om.iud.quinimo dicitur, quod ſi dictus iudex fuiſſet re
quiſitus,ut deberet eum mittere ad locum banni,non tene
22 nebatur eum remittere, † cum hodie de conſuetudiue to-
tius Italię,in criminalibus non fiat remiſſio rei criminis ca
pti,ad locum commiſſi delicti,ſecundum Bartol.in l.ſepul-
chri,col.2.ff.de ſepulch.uiola.Abba.in conſ.24.colu.2.nu.
1.Marſ.in pract.ſua crim.in §.oportune,num.39.& in conſ.
32.nume.9.

23 Non obſtant, quæ ex aduerſo allegata fuerunt,quia † re
ſpondetur,illa procedere,ubi locus,in quo captus fuit ban
nitus,eſſet ſub dominio,& imperio bannientis,quia tunc ra
tione eiuſdem dominij, uel confœderationis bannitus ca
ptus,diceretur bene captus & poſſet puniri,uel mitti ad iu
dicem,qui banniuit.& ita loquuntur Doctor. ſupra citati,
& Marſi.in conſi.171.col.fi.uerſi.ſimiliter non obſtat:ſecus
autem quando non eſſet ſub dominio & imperio bannien-
tis,ut in caſu de quo agitur, quia uterque locus habet do-
minos ſuos utiles habentes merum & mixtum imperium,
ac omnimodam iuriſdictionem, & ſic diuerſa dominia, &
imperia, & ſic ex his remanet abſolutũ primum caput præ
ſentis conſultationis.

Deuenio ad ſecundum, quod non videtur neceſſariũ ex
24 præmiſſis,tamen,ut uoto requirentis ſatis faciam,dico,ꝙ †
ſi legitime ductus bannitus ad iudicem,qui eum banniuit,ꝙ
non debet audiri pro defenſionibus ſuis,primo ex not.per
25 Bar.in l.1.ff.de requi.reis, ubi dicit,† quod ſtante ſtatuto,
quod contumax habetur pro confeſſo, ſi quis fuit contu-
max,amplius non audiatur,per ea,quę dixit in l.diuus,ff.de
cuſto.& exhib.reo.ubi inquit,ꝙ de iure communi,compa-
rente quocunque contumace,debet audiri ex integro, ſed
ſecundum ſtatuta Italiæ contumaces, & banniti habentur
26 pro confeſſis,& fertur ſententia in eos,uti in confeſſos† &
ideo illis captis,non eſt opus nouo proceſſu,ſed ſola execu
tio ſufficit,conſtito eum eſſe,qui in banno deſcriptus repe-
ritur,ſubditque ſæpius ita obſeruaſſe Barto.in l.inter ſtipu
lantem.§.ſi Stichum,in fi.ff.de oblig. & in l.demonſtratio,
in prin.col.4.verſic. & ideo. ff. de cond.& demon. ubi tra-
dit, ꝙ boni aſſeſſores, quando capiunt aliquem bannirum,
quia forte reperitur alius eiuſdẽ nominis, & cognominis,
antequam faciant executionem, faciunt ei confiteri,ſe eſſe
illum hominem,& illud idem corpus.in l.hac cõſultiſſima,
27 colum.2.C.qui teſta.fac.poſſ.ubi plus dicit, ꝙ † iudex po-
terit torquere bannitum, ut confiteatur ſe eſſe perſonam
deſcriptam in banno,cum ſit diffamatus.argu.illius l.in uer
bo indicia. Angel.in trac.maleficio. in uerbo, & in uerbo
Caium.Sempronij.colu.ſecunda.& in verbo, & ſibi caput
a ſpatuilis amputetur.nu.17.Nellus in tract.ban. in 2.par-
te.2.temp.quæſt.34.& inquit Marſil. in ſingu. 72. quod i-
ſta eſt communis practica. Et † quod dictum eſt, abſque
28 nouo proceſſu executionem fieri poſſe, intelligas ſuper de
licto, ſed fieri debet proceſſus nouus, in quo declarabitur
talem perſonam captam eſſe, quæ reperitur in banno,& il-
lud contra ipſam exequendum eſſe, ut per Bal.in c.1.de feu
do ſine culpa nõ amit.& Ang.in locis,de quib.ſupra, & idẽ
ꝙ ſupra dixit Aegi.Boſ.in tra.cri. in tit.de requir.reis.n.2.
& in ti.bãniti qd amit.nu.18.vbi inquit,ꝙ banniti, ut capiũ
tur,efficiuntur ſerui pęnæ,ſecundũ Are.in l.eius q,§.is cui,
col.pen.ff.de teſta.& Corn.cõſ.55.col.antepen.uol.2.& ra
tio eſt,quia tunc tantũ ſunt afficiẽdi ultimo ſupplicio,iuxt.
l.qui ult.ff.de pœn. Et hoc abſq; alio proceſſu, conſtito ꝙ
ſit ille,qui de maleficio arguitur,& in nu.20.ubi dicit, ꝙ ex
quo concluditur, ꝙ non debet fieri alius proceſſus capto
bãnito,ſed ſola executio,ſeqtur neceſſario,ꝙ ſi uellet ꝓba
re ſuã innocentiã captus nõ eſſet audiendus,ꝑ not.per Bar.
in d.l.ff.de requ.reis.& tanto magis hoc admittendũ nõ ui
detur,cum ſnĩa tranſiuerit in rẽ iudicatam,quia non appel
latũ in tempore,ut per Aegid.in d.titu. banniti quid amit.
col.fi.& in tit.de req.reis in fin.qa iudex functus eſt officio
19 ſuo,ut habetur in l.1. §. ſi quis ultro.ff.de quæſt.uel † quia
eſt inappellabilis uigore ſtatuti, qđ contumax habeatur

pro confeſſo & conuicto, vt per Nellum in tract. bann. in 4.par.primi temp.q.1.col.2.verſi.pro huius. Arim. in addi. ad Ang.in tract.maleſ.in verb. præſente dicto Caio. in ver. ſin autem abſens,Foller.in pract.ſua cri.in 4.par.3. par. nu. 35.& Aegin.Boſſi.in tit.de remed.contra ban.col.fi.

Sed præmiſſis non obſtantibus, veritas eſt in contrariũ, ad quod dicendum moueor ex infra dicendis, & primò ex
30 communi concluſione,quæ habet,† quòd bannitus captus, qui ex forma ſtatuti habetur pro confeſſo de delicto, poteſt per viam exceptionis impedire executionem, ſi opponat talem exceptionem, quæ ſi fuiſſet oppoſita a principio ante bannum,non fuiſſet compulſus iudicium ſuſcipere, ita Bar.in l.non videtur,in fi.ff.de iud. quem ſequuntur Nellus in tracta.bann.in 2.par.primi temp.in fi. Arim. in addit. ad Ang.in d.verb. ita,& caput a ſpatulis amputetur, nu. 16. & in verb.Caium Sempronij in 1.addit.col.fi.ver. tempora tamen prædicta,vbi inquit,quòd licet millies bannitus confiteatur ſe eſſe corpus de quo in banno, tamen ſi tunc opponat exceptionem, quæ ſi a principio fuiſſet oppoſita, non fuiſſet coactus ſuſcipere iudicium, quod tunc iudex declarabit iudicium,& bannum fuiſſe nullum,Marſ. in pract. ſua crim.in §.vltima,q.27.72.ver.ſed tene,vbi dicit, hoc menti perpetuò tenendum,& in conſ.16.nu.33. in conſ. 32.num. 20.ſed ſi ipſe Anton.ante bann.contra eum latum,oppoſuiſſet exceptiones ſuas legitimas,non fuiſſet compulſus iudicium ſuſcipere,immo iudex declaraſſet bannum, & iudiciũ nullum,ergo & nunc lato banno, illas opponendo, debet audiri,& conſtito de innocentia, bannum declarare nullũ. Rurſus Marſ.in conſi.64.nu. 4. ubi dicit quòd etſi bannitus captus fateatur ſe eſſe illum de quo in banno, attamen ꝙ contra eum non poſſet fieri aliqua executio dicti banni, ſi vult probare ſuam innocentiam, nullitatem, & inualiditatem dicti banni, quæ recipienda & admittenda eſt per curiam,non obſtante,ꝙ ſtatuto caueatur,ꝙ ſi captus fuerit aliquis bannitus a ciuitate,vel comitatu Bononiæ,& præſentatus fuerit poſtea Poteſtati, ꝙ ipſe faciat executione banni infra tres dies, nulla defenſione, vel exceptione audita vel admiſſa.Aegid.ubi ſupra,in tit.de ban.nul.col.2.

Secundò facit,quod notat Paul.de Caſt.in conſ.38.col.2. vbi inquit, quod ſi poſt terminũ banni compareт bannitus, & neget ſe commiſiſſe delictũ, quod videbatur tacitè confeſſus ex contumacia, & forma ſtatuti, quòd audiendus eſt, ſequitur Marſ.in d.pract.ſua.§.vlti.nu.28.& in conſ.16.nu. 33.in conſ.64.nu.7.in ſing 72.& Aug.Arimi. in addit. Ang. in tract.maleſ.in verb.Caium Sempronij.nu.3.in fi.

Remanent obiecta, quib. reſpondetur, ꝙ & ſi bannitus captus millies confiteatur, ſe eſſe illud corpus de quo in baſiſio tamen debet audiri in ſua defenſione, vt per Arimi. & alios,de quibus ſupra.Nec obſtat ſententia tranſiuerit in rem iudicatam, poſtquam non admittuntur defenſiones,vt
31 per Aegid.vbi ſupra,quia † aduertendum eſse cẽſeo,quòd in caſu de quo agitur,non poteſt dici,quod ea tranſitum fecerit in rem iudicatam,cum non fuerit bannito,& condemnato intimata,prout requiritur,vt per Bar.& Ang.in l.1.C. de temp.appel.Peruſ.in c.bonæ,ver.8.debet appellari,& in
32 c.ſi.col.pen.de appel.& a † quo banno poteſt de iure communi appellari,ſecundum Caſtren.in conſ.141.in prin.vol. 1.quem ſequitur Aegid.in d.tit.de requir.reis,col.3.in prin. Nec obſtat,ꝙ dicta ſententia ſit inappellabilis,ſtante ſtatuto, quod contumax habeatur pro confeſso, & conuicto, iux.no.per Aug.in tract.maleſ.in verbo præſente dicto Ca-
33 io in verſ.ſin autem abſens.quia † reſpondetur,quòd dicta ſententia tanquam priuilegiata,nunquam tranſit in rem iudicatam,vt per Fel.in c.conſanguinei, de re iudic. & Doct. in l.admonendi,ff. de iureiur. Nec verum eſt, quòd contumax habeatur pro confeſso, & conuicto, & non poſſit appellare,quia cõtrarium tenuerunt Bal.in l. demum,col. pe. in fi.C.de procurat.Peruſ.in c.cum ſpeciali,§.porrò,col.3. de appellat.Aret.in conſi.147.col.3.uer. & idem Angel. in tract.maleſ.in verb.præſente Caio.nu. 21. quod dicit bene notandum,& Corn.in conſ.194.col.fi.vol.1. & in conſ. 17.
34 col. 4. vol. 2. Vlterius dicitur † quòd etiam non obſtante dicta ſententia, quæ tranſitum fecisſet in rem iudicatam, debet audiri bannitus captus,ut in terminis uoluit Marſ.in conſ.42. nu. 18. uer. modò non obſtat, & hoc etiam uoluit Aegid.in tit.de fauo.defenſio.col.2. uer. nullitas banni poteſt etiam oſtendi, quando demonſtratur quod ſi abſuiſset, non tenebatur ſuſcipere iudicium,ut per Bar.in d.l.non uidetur,qui loquitur etiam in banno,quod eſt ſententia diffinitiua, quamuis ſubdat,quod in dominio Mediolani nõ admitteretur,niſi ex conceſſione Principis,uel Senatus,& pro iſta ſententia bene facit,quod decidit Bar.in l.pen.§.ad cri
35 men,col.3.uer.1.quæro,ff.de publ.iud.ubi dicit, † ꝙ iudex, quando poteſt condemnare abſentem, debet quærere de-
36 fenſionem ſuam,allegat l. 1. §.fin. ff.de quæſt.quæ † lex loquitur poſt ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, ut etiam uoluit Aegid.in tit.de literis princ.col.2.& Corn. in conſi.17.col.2. circa medium, uolu. 3. Si ergo iudex debet per ſeipſum innocentiam inquiſiti inueſtigare,pari ratione debet audire ipſum bannitum adducentem legitimas exceptiones pro defenſione ſua,ut in ſimili dixit Corn. in citat. conſi.17.col.2.uerſi.ſi eoim iudex.

Poſtremo præmiſſis etiam ceſsantibus, uidetur dicendũ,
37 † quòd ex quo ipſe Antonius ſupplicauit Illuſtriſſi.principi ſuo,& domino directo dicti loci Caſtri S.Petri, ut uellet ſibi concedere literas gratiæ pro ſuis defenſionib.quod tenetur illas ſibi dare,ut in ſpecie dixit Ægid.in tit. de literis Principis, in uerſi. 3. ſcias, quia alias ſæpe contingeret, ut innocens moreretur, cum multi in exilium mittantur iniuria iudicum,& odio inimicorum eos perſequentium,multi etiam pecunias non habentes propter egeſtatem ſiſtere nõ audent in iudicio,ne in carcerib.marceſcant.Rurſus Ægid. in tit.ban.qui admit.col.pen.in fi. uer. & ideo, & in tit. de
38 remed.contra ban.colum. 2. ubi dicit † quod Senatus ſtatus Mediolani dat literas iudicibus, ut non obſtante banno,& ſententia, ſupplicantem audiant, & admittant ad demonſtrandum innocentiam ſuam, & qua demonſtrata abſoluitur,alias executioni mandatur bannum:niſi ſecundum Ægid.in tit.de literis Prin. col. fi.uer.eſt uerum Senatus ex qualitate iudiciorum tutam haberet conſcientiam ſuam, quod bannitus deliquiſset,quia tunc exequeretur bannum & in tit. de requir. reis. col. 1. in fi. Vnde ex iſtis intrepidè tenendum arbitror, d. Antonium audiendum eſse pro ſua defenſione, & dictas literas nouæ defenſionis per Principẽ
39 concedendas,cuius † gratiæ natura eſt, ut quicquid abſtulit iniuſtitia,reſtituat iuſtitia,ſecundum Sali. & Ang.in l.fi. C.de ſent.paſ.quos ſequitur Ægid.in d.tit. de literis princ. col.1. quamuis ẽt ſinẽ dictis literis audiendus eſset ex cauſis & deciſionib.ſupra relatis,& ideo non immerito Ludouicus Sfortia Dux Mediolani dicebat,Nolo, ut quis moriatur propter contumaciam, intelligendo de bannitis, ut citat Ægid.in tit.de reis perquir.col.1.in fi. Laus Deo.

Rolandus a Valle Iuriſconſultus.

## SVMMARIVM.

*1 Donatio cauſa mortis poteſt reuocari.*

*2 Donatio cauſa mortis, ita reuocatur per donationem voluntariam,ſicut legatum, ſecundum magis communem, per alienationem voluntariam.*

*3 Donatio inter viuos irreuocabilis eſt,etiam quòd fiat in teſtamento.*

*4 Donans poſt donationem perfectam, conditiones apponere donationi non poteſt.*

*5 Donatio, in qua fit mentio mortis, dicitur cauſa mortis, & eò magis, vbi effectus rei correſpondet ipſi donationi, vt in nu. 10.*

*6 Donatio inter viuos eſſe dicitur, ſi expreſsè ita in ea dicatur.*

*7 Verba contractus inſpicienda ſunt, & ponderanda, ad uim contractus dignoſcendam.*

*8 Mentis noſtræ nullum eſt maius teſtimonium, quam qualitas inſpecta verborum.*

*9 Animus hominis ex loquela eius iudicatur.*

11 Teſtes

11 Teſtes quinque in donatione cauſa mortis requiruntur, & num. 18.

12 Mortis mentio vbi fit in donatione, & in verbis diſpoſitiuis importantibus ſubſtantiam donationis, dicitur donatio cauſa mortis: ſecus ſi tempus mortis eſſet adiectum verbis executiuis.

13 Donatio dicitur inter viuos, ſi donans proprietatem, uſumfructum ſibi reſeruauit in vita, quamuis executio eius reſpectu vſufructus fuerit collata poſt mortem donantis, & in ea facta fuerit mentio mortis in verbis executiuis.

14 Donatio dicitur cauſa mortis, ſi donans in principali diſpoſitione bis fecerit mentionem de morte, declara vt in nu. 50. & 51.

15 Verba geminata oſtendunt enixam voluntatem donationis.

16 Verba geminata ſignificant præciſam intentionem.

17 Verba, & non aliter, nec alio modo, habent in ſe naturam præciſam, vt modificatio aliqua, nec alia interpretatio à verbis ſeparata admittatur, declara vt in nu. 57.

19 Teſtes duo ſufficiunt in donatione inter viuos, aliquando plures adhibentur, vt nu. 59.

20 Donatio cauſa mortis propriè dicitur, quando quis donat, vt magis ſe habere velit, quam donatarium, & magis donatarium quam hæredem donantis.

21 Donatio cauſa mortis facta pro ſe, & hæredibus, dicitur cauſa mortis, contra, ſecundum communem num. 37. & 63.

22 Donatio propter merita, in qua fit mentio mortis, dicitur cauſa mortis, contra nu. 41.

23 Donatio cauſa mortis dicitur, ſi in ea facta ſit mentio mortis, quamuis donans ſibi reſeruarit uſumfructum, per cuius reſeruationem fit traditio rei donatæ, contra nu. 42.

24 Donatio in qua fit mentio mortis, dicitur cauſa mortis, etſi donans promiſerit illam gratam habere, & illi non contrauenire.

25 Quod amplia procedere, etiam ſi in dicta promiſione interueniſſet iuramentum, contra, ſecundum communem nume. 44.

26 Donatio facta coniunctis, in qua fit mentio mortis, dicitur cauſa mortis, contra nu. 49.

27 Mortis mentio ubi fit in donatione occaſione ſolius temporis, dicitur inter viuos, ſecus ſi ſit, vt mors ſit occaſio donationis.

28 Donatio in qua fit mentio mortis, licèt dicatur cauſa mortis, tamen a tali coniectura de facili receditur, ut donatio inter viuos interpretetur.

29 Donatio magis inter viuos iudicatur, quàm cauſa mortis, quando in donatione fit mentio mortis, & eſt dubium de animo donantis, & ſic de facto, vel dubium de iure, vt quia hincinde allegari poteſt.

30 Diſpoſitio omnis iudicari debet, ne contineat uel inducat contrarietatem.

31 Contrarietas eſt euitanda, vbi poteſt euitari mediante aliqua diſtinctione, vel probabili interpretatione.

32 Donatio cauſa mortis, & donatio inter viuos ſunt incompatibiles, cum donatio cauſa mortis poſſit reuocari, altera non.

33 Mens contrahentium magis ſpectatur in contractibus, quàm verba.

34 Mens elicitur ex coniecturis, ita vt euidens dicitur mens de qua per coniecturas conſtat.

35 Mens & voluntas in quacunque diſpoſitione prædominatur, & ſequenda eſt.

36 Mens declaratur ex eadem ſcriptura, & ex qualibet eius particula.

38 Donatio inter viuos tranſmittitur ad hæredes, ſecus eſt in donatione cauſa mortis.

39 Legatum antequam dies legati cedat, non tranſmittitur ad hæredes.

40 Donatio facta pro ſe & filijs, iudicatur inter viuos, quamuis in eo mentio mortis facta fuerit.

45 Dominium & poſſeſſio transfertur per purum conſtitutum.

46 Conſtitutum poſt mortem donantis collatum nihil valet.

47 Verbum vnumquodque, in contractu appoſitum, aliquid operari debet.

48 Dominium, & poſſeſſio ciuilis, & naturalis transfertur per clauſulam ad habendum, tenendum, & poſſidendum.

52 Appellare ſemel dicitur, qui dicit appello appello.

53 Verba iniurioſa multa dicens vno momento, vnam iniuriam infert.

54 Verba quantumcunque præciſa interpretationem congruã recipiunt, & à mente proferentis regulantur.

55 Dictio omnimoda, congruam recipit interpretationem à iure communi.

56 Verba quantumcunque præciſa, recipiunt ſubauditionem, & interpretationem ſecundum ſubiectam materiam.

58 Contrarietas eſt euitanda, ubi etiam uerba ſunt vniuerſalia.

60 Probatio concludens debet eſſe clara, & certa, & non dubia, nec obſcura.

61 Abundans cautela non nocet.

62 Experientia rerum magiſtra.

63 A communi opinione in iudicando non eſt recedendum.

64 Mentio hæredum appoſita in donatione, ubi fit mentio de morte dicitur appoſita ex voluntate donantis.

65 Bart. in l. 1. ff. de iure cod. dum vult clauſulam codicillarem apponi ex conſuetudine notariorum, reprobatur.

## CONSILIVM LXI.

QVoniam duæ factæ reperiuntur donationes a Soauino Triberto, vna Antonio & Ioanino fratribus de Tribertis eius nepotibus ex fratre, Altera filijs Andreæ Bueſtri, ideo de viribus prioris donationis videndum erit, &
1 ſic an ſit donatio cauſa mortis, vel inter viuos: quia † ſi ex cauſa mortis, clarum eſt donantem potuiſſe illam reuocare, & ſecundam facere, gl. & ſcrib. in l. non omnis, ff. ſi cert. pet. §. 1. Inſti. de donat. lege ꝙ mortis, ff. de donat. cauſ. mor. Cor. conſi. 126. col. 3. vol. 1. Pariſ. conſi. 16. in prin. volu. 2.
2 Soc. iun. in l. ſciendum, nu. 52. de legat. 1. Nam † donatio cauſa mortis, ita reuocatur per donationem voluntariam, ſicut legatum per alienationem voluntariam, leg. ad rem legatam, ff. de adim. lega. ita Dyn. in leg. Stichum, qui meus erit, in princ. ff. de legat. 1. & ibi Bal. ubi inquit, hoc dictum aureum, & cum quo tranſit Alex. in leg. 2. ff. eod. tit. Rui. in conſi. 7. nu. 15. vol. 3. conſi. 182. nu. 1. vol. 1. & 123. nu. 4. vol. eod. Soc. iun. in d. l. ſciendum, nu. 111. atteſtatur hanc eſſe magis communem, ſi autem inter viuos, vtique apparebit primam irreuocabilem eſſe leg. ſi donationem, leg. velles nec ne. C. de reuoca. dona. Soc. in rub. de leg. 1. num. 42. ubi
3 inquit, † donationem inter uiuos irreuocabilem eſſe, etiam ſi fiat ab aliquo dum teſtetur. Accedat l. fi. C. de reuoc. don. vbi donatio inter viuos non reuocatur, niſi ex cauſis in d. l. inſertis, Corn. in allega. conſi. 126. col. penul. circa fi. & per
4 conſequens ſecundam donationem nullam, quia † perfecta donatione donans non poteſt donationi conditiones apponere, ergo nec eam reuocare, quod eſt plus quã cõditiones apponere, auth. multo magis, C. de ſacroſanct. eccle.

Quod autem dicta donatio ſit cauſa mortis, prima facie probari videtur, ex verbis contractus ipſius donationis, dũ
5 in ea dicitur, donat cauſa mortis, † a quibus verbis, cũ ſint expreſſa non eſt recedendum, leg. ſi quis ſtipulatus ſit Stichũ, ff. de ver. ob. leg. fideiuſſores magiſtratuũ, ff. de fideiuſ. q̃ iura ad hoc allegat Pau. de Ca. in conſi. 127. & in terminis noſtris ita arguit Bal. in conſ. 108. col. 2. in 4. dubio. vol. 3. ubi inquit, donationem eſſe cauſa mortis, quia verba inſtrumenti expreſsè dicebant, ꝙ donabat cauſa mortis, Dec. in conſ. 305. col. 2. in prin. & in conſi. 470. colum. 2. & Pariſ. in conſi. 16. nu. 7. vol. 2. & hoc modo etiam arguit in donatione inter viuos Alex. in conſi. 14. vol. 1. in prin. ubi di-
6 cit, † donationem eſſe inter viuos, quia ita expreſsè dicebatur, & Soc. in conſi. 53. col. 1. ubi in eodem caſu conſuluit,

de quo per Alexandrum,vbi ſupra,Ripa.in reſpō.9.col.2.
in fin.part.3.Ruin.in conſilio.182.numero.30.uolumine
1.Iaſ.in conſi.5.uolum.penult.verſi.ſed præmiſſis,uolum.
3.Beltr.conſi.85.colum.5.volum.1.&in conſi.121.colum.
1.in conſi.168.colum.1.206.col.2.uolu.eo.& in conſi.14.
7 col.1.uolum.3.† ad cognoſcend am enim uim contractus,
verba ſunt inſpicienda & ponderanda,leg.huiuſmodi,ff.de
verb.obli. cum uerba ſint notæ paſſionum animæ,leg.Lab.
8 ff. de ſuppel.lega. Nam † nullum eſt maius mentis noſtræ
teſtimonium, quam qualitas inſpecta verborum ut inquit
9 Bal.in cap.1.de teſtib.Et † ex loquela hominis,animus eius
iudicatur,Bal.in lege, ſed & reprobari,in princ.ff.de excu-
ſat.tut. & tanto magis hæc concluſio procedere videtur in
10 caſu propoſito, vbi, † effectus rei correſpondet donatio-
11 ni cauſa mortis,† quia donatio facta fuit cauſa mortis, &
ſequuta eius morte & non aliter,nec alio modo,& cum nu
mero quinque teſtium, qui requiritur in donatione cauſa
mortis,leg.fi.C.de codicil.leg.fin.C.de dona.cauſa mortis,
& ſi ſit collata poſt mortem, quod eſt proprium donatio-
nis cauſa mortis, inſti.de dona.in prin.traditur in l.fi.C.de
pac.licet ſecus eſſet, ſi effectus rei cum verbis non conue-
niret,quia tunc potius ab effectu, & re ipſa, quam a verbis
dicti contractus iudicarentur, Dec.in conſi.164.num.3.&
in coſiſi.413.colum.2.

Secundo, quod ſit donatio cauſa mortis demonſtratur
12 ex recepta doct.ſententia,quæ habet, quod † vbi in dona-
tione ſit mentio mortis in verbis diſpoſitiuis importātibus
ſubſtantiam donationis, ut in caſu noſtro, ubi factum fuit,
quod caſu mortis ipſius donantis,& eius ſequuta morte,&
non aliter,nec alio modo,ceſſit,tranſtulit,& donauit,acce-
dit,transfert, & donat, &c.tunc ea cenſetur donatio cauſa
mortis,quia iſta cauſa fuit finalis,quæ mouet donantem ad
donandum poſt eius mortem,& non ante:ſecus quando tē
pus mortis fuiſſet adiectum verbis executiuis,quia tunc cē
ſetur donatio inter viuos, cum ſolum tunc dicatur mentio
mortis adiecta cauſa demonſtrandi tempus, quo talis do-
natio executioni demandari debeat.ita Bal.in addit.ad Spe
cu.in tit.de inſtrum. edit. in fin. verſi. ſi quis donat, ubi in-
13 quit, † quod ſi quis donat proprietatem,retento vſufructu
in uita,quod iſta eſt donatio inter uiuos,quamuis executio
eius,quo ad vſumfructum ſit collata poſt mortem,etſi in ea
facta fuerit mentio mortis, cum ea non adijciatur verbo
præſenti, quod eſt donatio,ſed uerbo executiuo,& Bal.ſe-
quuntur Alex.in l.quæ dotis,col.6.verſic.7.fallit,ff.ſol mat.
pro quo dicto inquit bene facere tex. in l. quidam teſtamē
to,in prin.de liber.leg. vbi litera utitur ſimili diſtinctione,
& ſubdit quod non putat alibi hanc deciſionem ita clare
reperiri, & cum ſemel conſuleret. vidi multa conſilia mo-
dernorum tenentiū hanc partem per mendicata ſuffragia,
quia Bal. ut ſupra non uiderūt, idem tenent Claud. Seyſel.
& Iaſ.& conſilium Alex.de quo facit mentionem Alex.in d.
l.quæ dotis eſt,ſub.nu.14.in 1.volum. Soc.in conſi.53.col.
2.vol.1.& in conſ.222.col.2.in fin.Iaſ.in conſil.5.colu.pen.
ver.3.facit in 3.vol.& in conſ.6.col,4.ver.cōfirmo,eo vol.
Rui.in conſi.51.in prin.vol.1.& in 3.col.conſ.182.num.5.
vol.eo.& in conſ. 61.col.2.vol.2.Beltr. in conſ.206.col.3.
vol.1.Dec.in conſ.305.col.3.& in conſ.500.nu.10.

14 Tertio comprobatur ex ſententia,† quia bis donator in
principali diſpoſitione fecit mentionem de morte, ut ibi,
15 mortis cauſa, & eius morte ſequuta † quæ verba gemina-
ta oſtendunt enixam donantis mentem fuiſſe donare cau-
ſa mortis, & quod nullatenus inter viuos volebat donare,
quæ uerba geminata multum attendi debent.l.baliſta.ff.ad
Treb.cum ſimilibus: verba enim geminata ampliant effe-
ctum, vt aliquid operentur. Bal.in l.fructus C.de act.emp.
16 Item † verba geminata ſignificant præciſam intentionem,
Bal.in c.eam te,col.2.de reſcrip.Belt.conſ 88.nu.7.vol.j.&
ita virtute geminationis in terminis noſtris,arguit hanc do
nationem eſſe cauſa mortis.Iaſ.in citato conſi.6.colu. 4. in
principio ver.confirmatur optime,volu.3. & tanto fortius
hoc dicendnm venit,cum poſt dicta verba cauſa mortis, &
17 eius morte ſecuta,ſubſequatur†clauſula,& non aliter,nec
alio modo, quæ clauſula habet in ſe naturam præciſam, vt
modificatio aliqua,nec alia interpretatio a verbis ſeparata
admittatur, ut per gl.& Bal. in l.ſi quidem,C.de excep.Pa-
riſ.in conſ.19.nu.15.vol.2.Alex.conſ.111.in fin.vol.6.Dec.
conſ.91.col.2.& in conſ.281.nu.4.Ripa.in 1.reſpon.nu.3.
in 3.par.poſt Soc.in conſ.251.col.4.verſ.poſtremo,uolu.2.
vbi inquit talia verba adeo præciſa, & prægnantia eſſe, ꝙ
non patiuntur diſpoſitionem,cui adijciuntur,recipere aliū
ſenſum, quam verba ipſa ſonent.Gozad.in conſ.3.num.23.
Alex.in conſ.4.col.2.uol.2.ubi dicit, ꝙ iſta uerba ſunt ual-
de præciſa,& prægnantia,adeo ꝙ non patiuntur diſpoſitio
nem ipſam contrahentiū recipere aliquem alium intelle-
ctum,uel modificationem.

18 Quarto facit, Nam † in dicta donatione fuerūt adhibiti
quinque teſtes, qui reperiūtur in donatione cauſa mortis.
d.l.fi.C.de donat.cauſ.mort.l.fi.C.de codicill.Rui.conſ.51.
nu.5.uol.1.& in conſ.7.nu.14.uol.3.Pariſ.conſ.90.colu.1.
uol.3. ex quo numero teſtium licet coniecturari, quod do-
19 nans uoluerit donare cauſa mortis,& non inter uiuos,cū†
in donatione inter uiuos ſufficiant duo teſtes, ſicut in reli-
quis contractibus.l.ubi numerus,ff.de teſt. ita Cor. in cōſ.
126.litera L.uer.3.uol.1.& in conſ.124.col.2.uol.4. vbi in
quit,ꝙ quādo in donatione fuerunt adhibiti quinq; teſtes,
qui non erant neceſſarij in donatione inter uiuos,quod hic
numerus teſtium non leuem præbet coniecturam,quod do
nator uoluerit donare cauſa mortis.Gozad.conſi.80.num.
15.Iaſ.in d.conſ.6.col.4.uer.item in iſto inſtrumento.Dec.
in conſ.305.col.2.in prin.& in conſi.470.col.3.uer.3.Buti-
gel.in l.ſtipulatio hoc modo concepta, nu.37.de uer.obli.

20 Quinto accedit, Nam † illa proprie dicitur donatio cau
ſa mortis,quando quis donat,ut magis ſe habere uelit,quā
donatarium:& magis donatarium, quam hæredem donan-
tis.l.1.& l.Senatus,ff.de donat.cauſ.mor. Bald. in conſ. 29.
col.1.uol.2.Ang.conſ.254.col.1.Corn.conſi. 216. litera L.
uolu.1.ſed ita eſt in caſu noſtro, ergo donatio ipſa cenſen.
da cauſa mortis.

Nec habent obſtare,quæ ex aduerſo adducuntur ad pro
21 bandum quod ſit donatio inter uiuos,& primo quod † fa-
cta fuit donatio cauſa mortis,pro ſe & hæredibus,quæ uer
ba pro hæredibus,operantur,ut ea tranſeat in donationem
propter viuos, & uoluit Bal.in l.2. C.de iure dot.quem ſe-
quuntur Alex.in citato conſ.14.col.2.uol.1.& Soc.conſ.ſu
pra allegato 53. col.2.uol.1.quia reſpōdetur,quod licet ſit
facta mentio de hæredibus,tamen illa debet intelligi ſecun
dum ſubiectam materiam,uidelicet, ut ſi donatio ſit confir
mata, & locum habeat in perſonam donatarij, quod tunc
tranſeat ad hæredes ex perſona donatarij defuncti, non au
tem,ut incipiat noua donatio ab ipſis hæredibus ex perſo-
na eorum.ita Bal.in conſ.108.uolu.2.col.1.quem ſequitur
Dec.in conſ.470.col.2.uer.ſecundo reſpondetur, & ſic ſe-
cundum iſtam declarationem, illa mentio facta de hæredi-
bus non magis uidetur arguere donationem inter uiuos,
quam cauſa mortis.

Secundo reſpondetur, quod dictum Bald. debet intelli-
gi in dubio,ſecus in caſu claro,ut in caſu de quo agitur,ubi
donauit cauſa mortis, & eius ſequuta morte,& non aliter,
nec alio modo, ita Bald.declarat Beltr.in conſi.156.col.2.
uer.ad id non,uol.1.

Tertio dicitur,quod illa mentio hæredum uidetur facta
ex conſuetudine notariorum,unde non debet multum pon
derari. Cor. conſilio 223. colum. ſecunda uolum. 1. Dec.
conſilio 470.in fin.

Quarto reſpondetur, hanc opinionem eſſe falſiſſimam,
ut demonſtrat Crot. in l. ſtipulatio hoc modo concepta,
nu.38.de uerb.obli.& Dec.in allegato conſi.470 col.pen.
in fi.uerſi.tertio dici poteſt.

22 Secundo non obſtat,†quod quando donatio ſit propter
merita, & ſi in ea facta ſit mentio mortis, tranſit in dona-
tionem inter uiuos.Bal.in l.ſi mortis, ante medium, C.ad l.
fal. Quia reſpondetur, quod etiam donatio cauſa mortis
ſolet fieri propter merita,ut eſt tex.in l.nec adiecit.pro ſo
cio.l.idemque.§.fi.ff.mand.Cor.in conſ.126. literaX. uolu.
1.ubi

1. ubi dicit, quod aſſertio meritorum non magis conuenit donationi inter uiuos, quam donationi cauſa mortis.

23 Similiter non obſtat, † quod donaus reſeruauerit ſibi vſumfructum, uigore cuius reſeruationis inſurgere uidetur coniectura, quod uoluerit potius donans donare inter uiuos, quam cauſa mortis, ut dixit Bald. in conſ. 107. col. 2. uol. 2. propter tranſlationem factam de alijs rebus, ſi enim uoluiſſet donare inter uiuos, ad quod opus fuiſſet illam reſeruationem facere, cum in eius facultate fuiſſet ſemper illam donationẽ reuocare, iuxta no. in l. non omnis, ff. ſi cer. petat. igitur ne inutilis uideatur dicta reſeruatio, dicendũ uidetur, ꝙ ſit donatio inter uiuos. Quoniam reſpondetur, quod dicta reſeruatio, non alterat donationem cauſa mortis, l. Seia. ff. de don. cau. mor. unde eſto, ꝙ per talem reſeruationem uideatur eſſe facta traditio rei donatæ, tamen iſtud non inducit, ꝙ talis donatio cauſa mortis non poſſit reuocari, etiam ſi rei donatæ fuiſſet facta nedum ficta, & tacita, ſed uera & expreſſa traditio. l. non omnis, ff. ſi cert. petat. ubi erat facta numeratio, & traditio rei donatæ cauſa mortis, & tamen intelligitur ualida, niſi donantem pœniteat, ſecundum gl. ibi approbatam communiter. ita Pariſ. in conſi. 15. col. 1. uol. 2.

24 Penultimo non obſtat, quod † donatio etiam cenſetur inter viuos, quoniam in donatione cauſa mortis donator promiſit illam habere ratam, gratam, & illi non contrauenire, Alex. in conſi. 14. uol. 1. ver. prædicta, uol. 1. Guid. Pap. conſi. ultimo: quia reſpondetur, quod Bal. tenet contrariũ, in leg. cum quis, ff. de cõd. ob cauſ. ubi inquit, quod illa verba non impediunt pœnitentiam in donatione cauſa mortis, quia non dicitur contrauenire, qui utitur natura contractus, l. quæro, §. inter locatorum, ff. loca. item dicta præmiſſio debet intelligi rebus ſic ſe habentibus, id eſt, niſi reuocetur, & Bal. ſequitur Alex. in l. quæ dotis, col. 6. in prin. verſic. ſed iuxta, ff. ſol. matr. Corn. conſi. 129. colum. penul. vol. 1. Dec. in l. non omnis, num. 11. ſi cer. pet. & in conſi. 470. col. 1. & in conſi. 305. col. 3. Ang. conſi. 254. colum. 2. Pariſ. conſi. 16. uol. v. Claud. in l. quæ dotis, col. 5. verſi. item circa ſextam limitationem, & ibi Hercula. ſol. mat. Soc. iun. conſ. 114. num. 15. uolum. 3. Crot. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, nu. 78. de verb. oblig. Dec. conſi. 239. col. fi. Alex. in addi. ad Bar. in l. vbi ita donatur, ff. de donat. cauſ. mort. ubi refert ita conſultum fuiſſe per D. Saluſt. & Imol. & ita de facto Florentiæ fuiſſe obtentum, & iſta † reſponſio ampliatur

25 etiam procedere, dato quod in dicta promiſſione interueniſſet iuramentum, cum donatio cauſa mortis habeat tacitam conditionem, niſi donatorem pœniteat, d. l. omnis, & iuramentum talem conditionem recipiat, c. peruenit, de iure iur. ita in terminis noſtris dixit Cor. in d. cõſi. 126. Cur. iun. in conſi. 56. col. 1. nu. 3. Dec. conſ. 305. col. pen. Pariſ. cõſi. 16. col. 4. uolum. 2. Dec. in d. l. non omnis, nu. 11. collega meus Natta in conſi. 104. num. 6. & in conſi. 123. nu. 7. & in conſ. 270. col. fi.

26 Vltimo † non obſtat, quod cenſeatur facta inter uiuos, quia coniunctis, & ſic neptibus ex fratre, ut uoluerunt Cuma. & Rom. in d. l. quæ dotis: quia reſpondetur quod contrarium ibi tenent cõmuniter Scrib. quoniam illa præſumptio, ne quis videtur iactare ſuum. l. cum de indebito, ff. de prob. militat etiam reſpectu perſonæ coniunctæ, ut prius quis u deatur uoluiſſe ſibi prouidere, quam coniunctæ perſonæ, l. præſes, C. de ſer. & aq.

Verum præmiſſis non obſtantibus, quæ vere non obſtãt, contrariam ſententiam in terminis, de quibus agitur, veridicam fore arbitror, & prius antequam deueniam ad reſponſionem eorũ, quæ ex aduerſo adducta, & allegata fuerunt, nonnullas concluſiones præmittam, ex quib. cum ſequentib. remanebit fundata intentio dictorum Antonij, & Ioannis donatariorum, quarũ quidẽ concluſionum prima

27 eſt, quod † vbi in donatione fit mentio de morte, ſolum occaſione temporis & ſic ad finem tantum, ut deſigetur tempus in quo donator vult incipere tempus donatonis cum effectu, vt in caſu de quo agitur, vbi donans ſimpliciter donauit bona ſua cauſa mortis, & eius morte ſecuta, illa etiã dicitur eſſe donatio inter uiuos. Ita Pet. Cyn. Bald. & Ang. in l. quæ dotis. ff. ſol. mat. ſecus quando mortis mentio fit in donatione, ita vt mors ſit occaſio donationis, puta, ꝗa iturus vltra mare, timens de morte donat alicui poſt mortem, quia tunc dicitur donatio cauſa mortis. l. j. & 2. ff. de dona. cau mor. Iaſ. cõſ. 5. col. pe. verſ. 5. facit, vol. 3. Dec. in l. fi. col. 6. in pri. C. de pac. Crau. conſ. 214. col. 2. ſed magis, & collega meus Natta in cõſi. 115. col. 2. in fin. & in conſi. 23. col. 1.

28 Secunda eſt concluſio, quod licet donatio in qua fit mentio mortis, iudicetur in dubio cauſa mortis, d. l. Seia, tñ a tali coniectura de facili receditur, ut donatio inter uiuos interꝓtetur. Ita Corn. conſ. 289. col. 3. nol. 4. per tex. in l. cum maritus. §. fi. ff. de pac. dot. ſequitur. Crau. conſi. 214. col. fi. ſed in caſu ꝑſenti multæ adſunt coniecturæ late ꝑtinẽtes ad donationẽ inter uiuos, ut ĩ patebit, igitur donatio ĩter viuos.

29 Tertia eſt, † quod quando in donatione eſt facta mentio mortis, & eſt dubium de animo donantis, & ſic de facto, uel dubiũ de iure, ut quia hincinde probabiliter allegari põt, tunc potius eſt iudicandum, ꝙ ſit donatio inter uiuos, quam cã mortis. Ita Bal. conſ. 107. col. 3. verſ. præterea, uol. 2. ꝑ gl. Inſt. de de dona. in prin. ſed in terminis noſtris, ut ſupra dictum fuit, & infra apparebit, multa probabiliter poſſent allegari hinc & inde, igitur donatio iudicanda inter uiuos.

30 Quarta eſt. Nam † omnis diſpoſitio iudicari debet, & intelligi, ne contrarietatem inducat, c. inter dilectos. §. cæte-

31 rum. de off. deleg. Rui. conſ. 76. nu. 4. uolu. 5. inquit, † quod contrarietas eſt euitanda, ubi poteſt adiuuari mediante aliqua diſtinctione, vel probabili interpretatione, Iaſ. in l. cum falſa, circa fi. C. de iur. & fac. igno. Sed ſi diceremus quod nõ deberet reduci uerba ipſius donationis, quæ ſonant in cãm mortis, & quę multas coniecturas habent pertinẽtes ad donationem inter viuos, ut infra dicetur, cuius executio ſit delata ad tempus mortis, reſultaret contrarietas in donante, quæ euitanda eſt, §. quibus in prima conſtit. C. Bar. in l. ſcri-

32 ptura æ. C. de fid. inſt. videlicet quod † uoluerit facere donationem cauſa mortis, & inter viuos, quæ incomparabiles ſunt, cum donatio cauſa mortis poſſit reuocari. l. non oĩs, ff. ſi cer. pet. & altera inter uiuos nõ, l. ꝑfecta, C. de reu. do. igitur ut contrarietas ipſa euitetur, dicendũ eſt, ꝙ ſit inter uiuos, & eius effectus collatus poſt mortẽ. l. 1. C. ſi ab hær.

33 Quinta & ultima eſt concluſio, † quod in contractibus, magis ſpectatur mens contrahentium, quam verba l. in conditionibus. ff. de cond. & demõ. l. promittendo. ff. de iure dot. l. ſed Celſus. §. ſi fundus, ff. de cõtrahen. emp. ubi in contractibus, id ꝙ actũ eſt, magis quã dictũ, ſequi debemus. iuſtum eſt contrahentium voluntates potiuſquam verborũ conceptionem inſpicere. l. fi. C. quæ res pign. oblig. poſ. quę

34 † quidem mens elicitur ex coniecturis, ita vt euidens dicatur mens, de qua per coniecturas cõſtat. l. uales, ff. de leg. j. quẽ tex. ſingularẽ inquit Boer. in deciſ. 353. nu. 12. verſ. ꝑte-

35 rea. Pariſ. cõſ. 4. nu. 23. vol. 2. vbi dicit, † ꝙ mens & voluntas, in quacũq. diſpoſitione ꝑdominatur, & ſequẽda eſt, ſm cões cõcluſiones, & qđ mẽs cuiuslibet diſponẽtis ſatis ap-

36 paret ex cõiecturis, & ſatis declaratur † ex eadem ſcriptura, & qualibet particula ipſius. l. ꝙ filiab. l. ſi ſeruus pluriũ, §. ſi. ff. de leg. 1. Rurſus idem Pariſ. in conſ. 23. nu. 11. uolu. 3. iſtis ſic ꝓmiſſis, dicitur, qđ ſi uelimus diligenter mentẽ donantis cõteplare, luce clarius apparebit, donãtẽ ipſũ voluiſſe facere donationẽ cã mortis, ſed inter viuos, & eius executionẽ poſt mortẽ differre, cum nihil repugnet, qđ actus dicatur actus inter uiuos, quãuis collatus poſt mortẽ, vt ꝑ Bal. in l. ſi mortis. col. 1. C. ad l. falc. Ale. in d. cõſ. 14. col. 1. Socin. cõſ. 53. col. 2. uol. 1. & Beltr. cõſ. 88. col. 1. vol. 1. Quia ſi ſolũ cã mortis donare voluiſſet, non tot uerba eſſent appoſita late pertinentia ad donationẽ inter uiuos, vt infra demõſtrabitur, uel ſaltẽ negari nõ põt, ſi de mẽte donãtis ẽ dubiũ, & ſic de facto, vel ſi eſt dubiũ de iure, quia ꝓbabiliter hinc inde poſſit allegari, quin ſit donatio ĩter uiuos cenſenda, & ꝙ ꝑ illa uerba cã mortis, & ſecuta morte, ſtare debeant demonſtratiue, & non aliter, ut ſup. in j. cõcluſione.

Quod autem hic adſint multæ coniecturæ, ex quibus argui poſſit mentẽ donantis fuiſſe, uelle facere donationem in-

inter viuos,& non cauſa mortis, ſuaderi videtur. Primò, 37 quia † facta dictis donatarijs pro ſe, & hæredibus, ex qua nominatione hæredum colligitur, ꝙ donans intentionẽ habuit donandi inter viuos,& probatur ex not.per Bal.in l.2. C.de iure dot.vbi inquit,ꝙ licet donatio cauſa mortis dicatur in dubio,quãdo eſt facta mentio mortis,vt not.l.Seia.ff. de dona.cau.mor.ſi tamen pro ſe, & hæredibus ſit ſtipulatus donatarius, dicitur tunc eſſe donatio inter uiuos, quia 38 † mentio hæredum donatarij magis adaptatur ad donationem inter viuos,cum illa tranſmittatur ad hæredes, quam ad donationem cauſa mortis, quæ non tranſmittitur ad illos,ſi donatarius ante donatorem moriatur.l. non omnis ff. 39 ſi cer.pet.† ſicut nec legatum, ſi legatarius decedat anteq̃ dies legati cedat.l.vnica,§.ſi autem,C.de cad.tol.& Bald.ſequitur Alex.in conſ.14.col.2.uol.1.conſ.78. col.2. volu. 4. ubi dicit,quod propter illam mentionem hæredum ſemper præſumitur donatio inter uiuos.Idem Alex.in conſil. 7. nu. 15.vol.6.Soc.in l.non omnis,in 2.notab.ff.ſi cert.pet.ubi inquit hoc notandum,& Iaſ.ibi,col.3.verſic.2.infero.& Dec. num.8.Soci.conſi.53.num.3.volum.1.& conſ.72.num.5.uolum.3.Bald.in conſi.108.col.2.uolum.3.& in conſ.93. vol. 2.Iaſ.Lancil.Dec.& Salic.in l.quæ dotis,ff.ſol. matr. Iaſo.in conſi.5.col.pen.uerſi.ſecundò facit,volum.3.& in conſ.ſequenti,colum.2.verſi.item prædicta donatio, & in conſilio 169.col.fi.vol.4.Cor.in conſ.289.litera S,vol.4.Aret.conſ. 74.col.2.verſi.tertio moueor.Beltr.conſi.38.col.2.volu.1. conſ.156.in prin.uol.eo.& in conſ.8.nu.3.vol.2.Anch.cóſ. 21.col.2.ad ſi.Ripa in reſponſo 9.col.3.in 3.par.Rui.conſ. 51.col.2.uerſ.& inſuper,volum.1.conſ.52.in princ. conſil. 123.col.2.in fi.conſi.98.num.16.vol.eod.& in conſil. 133. num.12.volum.2.Boer.deciſ.353.num.12. verſ.item etiam quando.Pariſ.conſi.16.col.2.volum.2.Crau. conſ-139.nu. 40 16.& 214.col.pen.vbi inquit,† quod ex quo donatio facta fuerat pro ſe,& filius,arguitur quod donator voluerit donare inter viuos,quia illud pactum eſt contra naturam donationis cã mortis,de cuius natura eſt, quod præmoriente donatario euaneſcat donatio,nec tranſeat ad eius filios.Ferrar.caut.30.& Aufrer.deciſ.Capel.Tholoſa.452.Eutig.in l. ſtipulatio hoc modo concepta,nu.42.de uerb.oblig.& ibi Crot.nu.82.vbi inquit, quod nullus,quẽ viderit,diſcrepat ab hac opinione Bald.Molin. in conſuet.Pariſien.nu.94.

41 Secunda coniectura colligitur,† quia donatio facta fuit pp merita,quo caſu inquit Bal.in l.ſi mortis.colu.1.C.ad l. fal.in verſ.quæro nunquid, ꝙ licet per hæc verba,Dono tibi poſt mortem meã,celebretur donatio cã mortis, tñ hoc fallit,niſi ex iudicijs vel meritis præcedentib. aliter præſumatur.l.Seia,ff.de dona.cau.mort.& Bal. ſequitur Tiraq.in repe.l.ſi unquam,in verbo largitione donatus,C.de reuoc. dona.nu.53.ubi inquit,ꝙ licet Doct.in l.quæ dotis, hanc limitationem prætermiſerint, tamen ꝙ hæc non minus illis omnibus,de quibus ibi, ſi non magis notanda eſt.

42 Tertia † ſumitur coniectura, ratione reſeruatiois vſuſfructus ſibi factæ per donantem,quæ quidem reſeruatio operatur, ut donatio ipſa tranſitum fecerit in donationẽ inter uiuos, ut in ſimili uoluit Bal.in conſ 207.col.2.ubi inquit,quod donatio cenſetur inter viuos, & ſi ſit facta mentio mortis propter reſeruationẽ uſuſfructus per quam trãſlatum fuit dominium in donatarium, quia res ſua nemini ſeruit & ſubdit. Ad quid reſeruatio iſta fieret, ſi nollet donare inter viuos, cum totum eſſet in poteſtate ſua reuocare? Vnde cum reſeruatio in quibuſdam cenſeatur, in alijs tranſlatio,ideo iſta dicitur quo ad proprietatem,ſimplex, & irreuocabilis donatio. Alex.in conſi.14.col.2.verſ.hoc etiam.uol.1.& in conſi.78.in prin.uol.4.conſ.7.nu.14.uol. 6.Soci. in citato conſ.51.colu.3.in princ.& mentio mortis verificabitur reſpectu vſuſfructus, Rui.conſ. 52.col.3.in prin.volu.1.Bel.conſ.75.col.2.uol.1.Cra.conſ.214.nu.10. uerſi.tertio reſpondeo.

Quarta additur coniectura,quia donator promiſit dona 43 tionẽ ipſã ratã habere, & illi nõ cõtrauenire,† quæ verba operãtur donationẽ ipſã trãſire in donationẽ inter uiuos. Ita Alex.in.d.conſ.14.col.j.verſ.prædicta,& conſ.78.nu.4. uol.4.Pau.de Caſt.cóſ.99.& 101.Ang.conſ.179.Alexander conſ.7.col.3.uol.6.Aret.conſ.24.colu.2.Iaſ.in d.l.non omnis,in conſ.5.col.pen.uerſ.4,facit,vol.3.& in cõſ. 169.col. penul.uerſ.3.ad idem facit,uol.4.Ripa in reſponſo 9. colu. 3.par.3.& in reſponſo 11.col.5.par.ea.Gui.Pap.conſ. ultimo,Galia.in l.ſtipulatio hoc modo concepta,nu.38.de ver. oblig.Boer.in deciſ.333.nu.13.circa ſi.Rui.in conſ.182.nu. 6.uol.eo.& in conſi.187.in fi.vol.2.conſil.85.col.1.uol.eo. conſ.121.col.j.conſ.175.colu.2.& 206.col.2.uolu.eo.& in conſ.14.col.2. uolu.eo.& hanc eſſe cõmunẽ,dixit Cro.in l. ſtipulatio hoc modo concepta,nu.77.in fin.de verb.oblig. quia verbũ mortis,exponitur & exponi dẽt,id eſt, propter mortẽ, & quia iſtud pactũ eſt contra donationem cã mortis.& tanto fortius hoc admittendũ arbitramur,cũ promiſ 44 ſio ipſa fuerit & ſit iurata,† cum iuramẽtũ addat illi robur, ut per Are.in d.conſ.74.col.2.uerſ.1.ratio,ubi inquit, ꝙ ratione iuramenti appoſiti in dicta promiſſione, & per dicta verba apparet,qđ donationes,quas fecit donans,uoluit eſſe irreuocabiles,ut in c.3.in verbo non cõtrauenire, de iureiu.in 6.Iaſ.in l.quæ dotis.col.6.cum ſequenti.ff.ſol.matr. Beltr.in dictis conſ.38.col.2.121.in prin.175.in prin.206. col.2.uolu. 1.Ripa in allegato reſponſo. 11.nu. 7.Iaſ.in d.l. non omnis,Beltr.conſi.14.in prin.uolu.3.Soc.conſi.53.uol. 1.conſ.2. ubi atteſtatur hanc eſſe magis communem, & ita alias reſpondendo dixi,ut patet in conſ.meo 8.in 1. uol. & ẽt ſi ſi bene aduertatur ad Bal. in d.l.cum quis,ita ẽt vult ibi dum dicit,ſed certe, imo manifeſte ſibi legem impoſuit, quẽ ad hoc ponderat Roder.Suar.in alleg.uigeſima, nu. 5. ubi inquit,hanc donationẽ iudicandam eſſe inter uiuos, nõ ſolum ſi promiſiſſet donans non reuocare, ſed ẽt ſi ſolum promiſiſſet non contrauenire, ut uoluit Bal. rectè intuenti in l.cum quis,licet corrupte in apoſtillis Alex. Bart. in d.l. ubi ita donatur,allegetur in oppoſitum.

45 Quinta quoq; accedit coniectura,† quia in ea eſt conſtitutũ purũ,per ꝙ transfertur dominium, & poſſeſſio, iuxta not.in l.quod meo,ff.de acq.poſ.& in l.quamuis.§.ſi cõductor,eo.ti.Pariſ.conſ.33.nu.30.uol.3.conſ.128.nu.11.cum ſeq.uol.1.virtute cuius cõſtituti,datur intelligi,ꝙ uoluerit 46 donare inter uiuos,nõ autẽ cã mortis,q̃a † conſtitutũ poſt mortẽ donantis collatum nihil ualet, & nihil operatur, eo q̃a confertur poſt tẽpus mortis, quo poſſeſſio defuncti eſt extincta.l.1.§.Scæuola.ff.ſi quis teſt.li.eſſe ius.fue.Ita Ang. notabiliter in d.l.quamuis,§.ſi conductor, ubi etiam Alex. ꝑ illum tex.ꝙ ꝓ ualde ſingulari refert,& ſequitur Alex. in conſ.ſuo 81.in 4.col.uolu.2.Pariſ.cóſ.98.nu.25.uolu.2.Ne ergo dictũ conſtitutũ cenſeatur appoſitum ſine uirtute operandi,cõtra l.ſi quando,de leg.j.& not.per Bal.in rub.C.de 47 contrah.em.ubi dicit,† unumquodq; uerbũ in cõtractu intelligendũ eſſe,ut aliq̃d operetur,dicendũ vř,ꝙ donans uoluerit facere donationẽ inter uiuos, in qua cõſtitutũ ipſum operabitur effectum ſuæ translationis dominij, & poſſeſſionis,iuxta no.in d.l.quod meo,& in l.interdum,eo.tit.

48 Sexto adeſt etiam † clauſula, ad habendũ,& tenendum, ꝑ q̃ clauſulam transfertur & dominiũ, & quælibet poſſeſſio ciuilis,& naturalis.Bald.in addit. ad Spec. in tit.de emp. & vẽd.verſ.ad habendũ.Gui Pap.deciſ.107.& in ꝓprijs terminis iſtam clauſulam ponderat Bal.in conſ.108.in ſi.uolu.3.

49 Septimo ꝙ ẽt cẽſeatur donatio inter viuos ꝓbatur,† q̃a facta fuit nepotibus ex fratre, & ſic cõiunctis, ex quo caſu firmãt Roma.& Cuma.in d.l.quæ dotis, ꝙ quando ſit donatio ſub cõmemoratione mortis,cõiunctę ꝑſonæ,cẽſetur donatio inter uiuos,ꝑ tex.in l.cũ maritus.§.fin.ff.de pact.dot. quẽ Cuma.ſeq̃tur Soc.in cõſ.137.col.2.vol.1.duplicato in cõſ.232.vbi dicit,hanc cõcluſionẽ ſaltẽ ꝓcedere,quãdo dicta reuocatio nõ tenderet ad cõmodũ donãtis,ut hic,& eo maxime hoc admittẽdũ cenſeo, cũ ex dictis coniecturis cõſtet de animo donantis, ꝙ voluerit facere donationẽ inter uiuos,ut voluit La 7.Dec.in d.l.q̃ dotis.Vlterius dr, ꝙ iſta ſñia non militat in ꝓpoſito, quia licet iſta ſit donatio inter uiuos,tamen non ſortitur effectum, niſi poſt mortem donantis. Ita Natta in d.conſ.104.nu.11.verſ.tamen iſta.

Reſtat reſpõdere ad allegata in contrarium,& ad primũ

dicitur, quod licet a verbis contractus non ſit recedendũ, tamen illa concluſio limitatur procedere, niſi de mente cõ trahẽtiũ aliter appareat, ut in caſu de quo agitur, ut dictum fuit. Nã mens magis inſpici debet quam conceptio uerborum d.l.fin.C.quæ res pig.oblig.poſſ.

50 Similiter non obſtat,† ꝙ quãdo fit mẽtio mortis, in verbis ſubſtantialibus & diſpoſitiuis, ꝙ illa dicatur donatio cauſa mortis, quia illud admittitur, niſi aliud ex mente donantis percipiatur, ut eſt tex. in l. vbi ita donatur, ubi mentio mortis erat facta in parte ſubſtantiali, & diſpoſitiua, & tamen illa donatio transfertur in donationem propter viuos, propter pactum de non reuocando, quod arguit mentem dõnantis voluiſſe facere donationem inter uiuos, cũ illud pactum ſit contra naturam donationis cauſa mortis, quæ poteſt reuocari.d.l. non omnis, quod comprobatur ex not.ꝑ Bar.in l.fi.col.2.in verſ.ſed ſi promitto, C.de pac.quem cõmuniter ſequuntur Scrib.ut inquit Dec.n.20.& Cur.Iun.in conſ.15.in prin.& in conſ.25.col.fi.Alex.conſ.14.col.1.in fi.vol.1.Goz ad.conſ.87. nu.9.vbi dicit, ꝙ ſi promitto tibi omnia bona mea poſt mortem erit donatio cauſa mortis, niſi ſit expreſſe dictum, ꝙ ſit inter viuos, vel ꝙ reuocari nõ liceat.ergo idem dicendum erit in terminis noſtris, ꝙ & ſi facta ſit mentio mortis in verbis diſpoſitiuis donationis, tamen ꝙ illa cenſenda eſt donatio inter viuos, propter pactũ de non contraueniendo, mentionem hæredum, reſeruationem vſusfructus, conſtitutum, & alia, de quibus ſupra.

Non obſtat argumentum de verbis geminatis mortis, quia reſpondetur, ꝙ etiam in caſu, in quo conſuluit Alex. in dicto conſil.14.& Soci.conſi. 54. bis fuerit facta mentio de morte, nihilominus concludunt illam donationem inter viuos, propter uerba appoſita in illa donatione, quæ tẽdebant ad donationem inter viuos.

Secundo reſpondetur, quod licet uerba geminata amplient effectum, tamen iſtud procedit, & locum habet, † vbi
51 geminatio appoſita fuiſſet in actis, quæ fiunt per interuallũ temporis, ſecus ſi in vno, & eodem contextu. Ita Felyn. in c. fi.de offi.delegat.per gl.in c.ab eo, in verbo inſtante, de ap-
52 pell.in 6.quæ dicit, quod dicens, † Appello appello, dicitur
53 ſemel appellaſſe, & allegat etiam conſ. Bart. 106. vbi † dicens multa verba iniurioſa vno momento, vnam tantum iniuriam intulit. Idem dixit Claud. Sayſel.in d.l. quæ dotis, col.3. verſ. Item etiam.

Nec obſtant, quod dicta verba, & non aliter, nec alio mõ
54 fuit præciſa, quia reſpondetur, quod etiam† verba quantũcunque præciſa interpretationem congruam recipiũt. & a mẽte ꝓferentis regulantur. Iaſ.in l.1.col.4.de leg.1.vbi inquit, quod uerba legis quantumcunq; vniuerſalia & præciſa recipiunt interpretationẽ, & limitationẽ congruam, glo. eſt in l.ſtipulatus ſum Damam, in gl.in verſ. ſtipulatus ſum continuo, & ibi not.de verb.obl.ſequitur Pariſ.conſ. 3. nu. 61.volu.3.Dec.in conſ.356.col.2.poſt.Bal.in l.fi.C.de con-
55 trah.empt.vbi dictio omnimoda, recipit congruam interpretationem a iure communi.Rui.in conſ.8.num.11.vol.5.
56 vbi dicit, quod † verba quantumcunq. præciſa recipiunt ſubauditionem & interpretationem ſecundum ſubiectam
57 materiam, per gl.in d.l. ſtipulatus, & in terminis † de verbis, & non aliter, nec alio modo, ita dixit Dec. in conſ.281. col.fi.ſed in caſu de quo agitur, ſecundum mentem donantis dicendum eſt, quod per ſupradicta indicia, & coniecturas conſtat ipſum donantem voluiſſe facere donationem inter viuos, & non mortis cauſa, alias ſequeretur contrarietas, quod voluiſſet facere donationem cauſa mortis, & in-
58 ter viuos, † quæ quidem contrarietas eſt euitanda, etiã vbi ſunt verba vniuerſalia.Ita Rui.in conſi.4.nu.7. volu.2.& in conſil.138.nu.13.vol.5.vbi uerba vniuerſalia reſtringũtur ratione abſurdi euitandi.

Non obſtat denique, quod fuerint adhibiti quinq. teſtes qui conueniunt donationi cauſa mortis, quia reſpondetur,
59 ꝙ † dictus numerus teſtium non oſtendit, ꝙ magis ſit donatio cauſa mortis, quam inter uiuos, cum vtrique donationi
60 numerus teſtium adaptetur. Nam † ſignum ad aliquod oſtẽdendum, non debet eſſe dubium, & obſcurum, ſed clarum, & certum, alias non concludit probatio.l.duo ſunt Titij, ff. de teſt.tutel.Ita collega meus Natta in conſ.104.nu.15.ubi
61 iſtud comprobat alio modo. Vlterius† abundans cautela nõ nocet, l.ſi pupilli, in princ.ff.de neg.geſt. nec mirum eſſe ui-
62 detur, quod ſint quinque teſtes, cum † ut experientia docet, quæ eſt rerum magiſtra.c.quam ſit, de elec.in 6.§.fin.In ſtit.de ſatiſd.ſæpiſſime etiam uideamus, quod in contractibus, vbi tantum ſufficiunt duo teſtes, plures apponantur, q̃ requirantur, & idem in teſtamentis.

Pariter non obſtat ſecundum argumentum, quia admittitur illud in dubio, ſecus in caſu noſtro, vbi conſtat ex coniecturis, animum donantis fuiſſe facere donationem inter uiuos, & illius executionem differre poſt eius mortem.

Similiter non obſtat, ꝙ donatio cã mortis etiam dicatur,
63 quãuis ſit facta mẽtio hæredũ in ea, † q a reſpondetur, cõem eſſe in contrarium, a qua in iudicando non eſt recedendum, iux. not. per Bart. in l.fin. C. de pœna iud. qui male iud. Nec verum videtur, ꝙ illa mentio hæredum uideatur
64 facta ex conſuetudine notariorũ, quia † ex voluntate donãtis, iux.not.per Bald.in l.errore, col.1.C.de teſta. vbi dicit, ꝙ quidquid eſt ſcriptum, videtur eſſe ſcriptum de mandato eius, qui rogauit tabellionem.Sali.& Pau.in l.quoties.C. de hære.inſt.vbi tradunt, ꝙ notarij intelliguntur ſcribere, quod teſtatores voluerunt. Nec uis fienda eſt in dicto Bar. in l.j.ff.de iure cod.propter quod mouentur Doct.ad ita dicendum in terminis donationis, quia aduertendum eſt, ꝙ contra Bar.tenet Imol. in l. filio præterito, col.14.ff.de in-
65 iuſt.rup.teſta.ubi inquit, † ꝙ illa clauſula, videtur apponi de uoluntate teſtatoris, cum teſtamentum publice legatur coram eo.& Imo.ſequitur Alex. in conſ.142.nu.7.vol.2.& Cor.in conſ.225.col.fi.vol.3.& contra Bar.ſimiliter tenuit idem Alex.in conſ.primo, colum.9.uol.5.Dec.in c.cum M. nu.7.de conſt.Crauet.in conſ.75.col.1.ac alibi Dec.in cõſ. 499.col.fi.vbi dicit, dictum Bar.communiter reprobari.Minuſq; obſtat, ꝙ falſiſſima ſit ſententia eorum, qui tenẽt donationem cauſa mortis factam pro ſe, & hæredibus cenſeri donationem inter uiuos, quia ut dixi communis eſt in contrarium. Laus Deo.

Rolandus a Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

1 *Pactum de non alienando, non impedit tranſlationem dominij, licet emptor propter contrauentionem teneatur ad intereſſe, quod ampliatur procedere, etiam ſi eſſet iuramentum, vt in num. 3. & 34.*

2 *Pacto quis aſtringi non poteſt, ne rem ſuam alienet.*

4 *Iurans non uẽdere domum alicui de tali familia, ſi alienet, & transferat, valet alienatio ſecundum cõmunem, licet incidat in periurium.*

5 *Iurans non alienare fundum dotalem, ſi alienet cum iuramento, alienatio eſt nulla.*

6 *Fundus dotalis de iure alienari non poteſt.*

7 *Iuramentum habet uim iudicij.*

8 *Pactum factum in iudicio de non alienando, quando impediat alienationem.*

9 *Pactum de non alienando cum hypotheca generali, non impedit tranſlationem dominij, contra nu. 35.*

10 *Succeſſor, licet non teneatur ſtare colono, tamen id fallit, quando in contractu locationis facta eſſet obligatio ſpecialis conductori de non alienando fundum, ſecus ſi obligatio facta fuiſſet generaliter limita, niſi eſſet iuramentum ſecundum magis communem, vt in nu. 40.*

11 *Lex ſi creditor, ff. de diſtrac. pign. non extenditur ad generalem hypothecam, contra nu. 36.*

12 *Hypotheca ſpecialis magis impedit quam generalis.*

13 *Hypotheca ſpecialis plus afficit rem, quam generalis, & per eam plus iuris conſtituitur creditori, quam per generalem.*

14 *Verba reſolutiua appoſita in contractu, non transferunt dominium in uenditorem.*

*Domi-*

*15 Dominium in pacto legis commiſſoriæ, vel adiectionis in diem, eueniente conditione retrotransfertur, quando pacta prædicta reperiuntur facta incontinenti, & per verba directa, quæ concernant reſolutionem contractus, ſecus in alijs contractibus, ſed contra numero 41. 42. & 43.*

*16 Reſolutio contractus cenſetur eſſe eius naturæ, cuius eſt cõtractus.*

*17 Pactum de non alienando habens naturam reſolutionis cõtractus, impedit dominij translationem.*

*18 Conuentio de non alienando facta per infinitiuum, ſi cõtingat te alienare, res ſit pro non data, impedit tranſlationem dominij.*

*19 Venditio facta cum pacto reſolutiuo, videlicet quod habeatur pro non facta in caſu inobſeruantiæ, ſecundum cõem habet vim pacti legis commiſſoriæ.*

*20 Dictio ipſo iure, importat, id eſt, ſine ope exceptionis.*

*21 Item ſine miniſterio iudicis.*

*22 Item quod ipſo facto.*

*23 Dictio ipſo facto, importat idem quod ipſo iure.*

*24 Verba ipſo iure & facto, important latam ſententiam.*

*25 Verbum nulla, idem ſignificat quod ipſo iure, & abſque ſententia.*

*26 Verba uniuerſalia negatiua nullius valoris, & momenti, important totalem nullitatem, & ipſo iure.*

*27 Verba nullius momenti, de quibus in leg. qui in carcerem ff. quod met. cau. important totalem nullitatem, & ipſo iure.*

*28 Verba nullius valoris, & momenti ſignificant idem, quod nullius vigoris.*

*29 Verba geminata plus operantur, quam ſimplicia.*

*30 Et fortius triplicata.*

*31 Verbum reuertatur, & ſi non habeat virtutem reſolutiuam, cum non ſit directum ſed obliquum, tamen hoc fallit, quando cum dicto verbo obliquo adiecta eſt dictio eo ipſo.*

*32 Dictio eo ipſo, importat idem, quod ſine aliquo miniſterio hominis, vel ipſo iure.*

*33 Pactum iuratum de non alienando com hypotheca generali impedit tranſlationem dominij, & nu. 39.*

*37 Diſpoſitio generalis tantum operatur circa comprehenſa in genere, quantum ſpecialis circa particularia.*

*38 Hypotheca generalis tantum operatur reſpectu cuius libet rei comprehenſæ in genere, quantum ſpecialis,*

*42 Rei uendicatione agi poteſt, quando actum eſt, quod cauſa non ſequuta, datio habeatur pro non facta, quia uidetur retranſlatum dominium, ſicut in pacto legis commiſſoriæ,*

*44 Declaratio ad l. penul. C. de ædil. edic.*

## CONSILIVM LXII.

FActum ſic ſe habet. Do. Aloiſius Barbauara uendidit domum ampliſſimam in loco caſtri Sancti Petri, Do. Baptiſtę de Lignano, pretio ſcutorum mille, cum pacto, quod ſi contingeret emptorem dictam domum alienare, quod ipſo iure & facto alienatio eſſet nulla, ac nullius valoris, & facto reuertatur ad venditorem. Euenit, quod prædicta conuentione non obſtante, domus domino Gaſpari Aceto vendita fuit mediante pretio ſcutorum mille & centum, cum conſtituto, & alijs clauſulis apponi ſolitis & conſuetis, in inſtrumentis venditionum. Reuocatur modo in dubium, An ſtante pacto, de quo ſupra, impedita fuerit tranſlatio dominij, & alienatio ipſa legitime facta fuerit? Prima facie videtur dicendum, quod ſic. Quoniam recepta & approbata eſt
1 Doct. ſententia, quod † pactum de non alienando non impedit tranſlationem dominij, licet emptor propter conuentionem teneatur ad intereſſe. leg. ea lege, vbi gloſſ. & Doct. C. de cond. ob. cau. l. ſi ita quis, §. ea lege, vbi ſimiliter communiter Scrib ff. de verborum oblig. Cano. in c. Raynaldus, de teſta. Docto. in l. filiusfam. §. diui, ff. de lega. primo. vbi Opizo. nume. 149. & Loaz. nume. 160. atteſtantur hanc eſſe communem, & ratio ſecundum Guil. Bart. Bald. & alios in l.
2 nemo. ff. de pact. quia † per pactum quis non poteſt aſtringi, ne alienet rem ſuam, & in alium non transferat. Item & quia pactum nititur ſolo pacto, ſed alienatio nititur traditione & pacto, qui actus eſt perfectior, & ideo maioris auctoritatis. Ita Bald. in d. l. ea lege, colum. 2. quem ſequitur Cur. ſeni. in conſi. 12. in 2. additione, colum. 2. Idem dixerunt Iaſ. in conſ. 211. colum. 2. in prin. volum. 2. & Ruin. in conſi. 180. colum. pen. col. 3. uolu. eo. & adeo vera eſt huiuſ
3 modi concluſio, † quod etiam ſi in dicta conuentione eſſet appoſitum iuramentum, adhuc non impediretur dominij tranſlatio, ut tenet Imol. in c. cum contingat, col. 25. de iu-
4 reiur. inquit, † quod ſi quis iurauit, non vendere domum alicui de tali familia, & alienaret & traderet, ualeret alienatio, licet uendens incideret in periurium. & Imol. ſequuntur Doct. communiter in d. §. diui. Aret. & Iaſ. in d. §. ea lege, idem Iaſ. in alleg. conſi. 211. col. 6. Nec habet obſtare gl.
5 in c. licet mulieres, de iureiur. in 6. quæ vult, quod † ſi mulier iurauit non alienare fundum dotalem, & alienet cum iuramẽto, alienatio ſit nulla, & hoc virtute pacti præcedentis iuramento firmati, quia reſpondetur, quod ideo pactũ de non alienando fundum dotalem non valet, quia habet
6 concurſum iuris ccommunis, cum lex Iulia, C. de rei vxo. actio. & ideo non mirum, ſi impeditur alienatio, § ſanctiſſimas, in auth. de alie. & emph. & ita illam glo. intelligit Alex. in conſi. 16. col. 2. volu. 3. Fel. in c. cum M. Ferrarienſis, col. penultima in fi. & ibi Dec. col. ſeptima. de conſtitu. Iaſ. in l. duobus. §. fi. col. pen. verſic. tenendo tamen glo. de iure
7 iur. Similiter non obſtat, † quod iuramentum habet vim iu-
8 dicij, l. qui iuraſſe. in fi. ff. de iureiur. Vnde † ſicut pactum factum in iudicio de non alienãdo, impedit alienationem, ita & dictum iuramentum, quia reſpondetur ſecundum Bal. in l. fi. C. de pact. inter emp. & vendit. illud procedere quando factum eſſet pactum in iudicio de non alienando, & iudex interpoſuiſſet ſuam auctoritatem, decernens irritum & inane quidquid contrafactum fuerit, quia tunc impeditur alienatio, alias ſecus. & Bal. ſequitur Opiz. in d. §. diui, num. 155 verſ. limitatur ẽt 7. Cro. nu. 91. & Loaz. nu. 163. cum ſeq. & ratio eſt, quia cum iudex huic pacto de non alienando auctoritatem ſuam interpoſuerit, cenſetur ipſe prohibuiſſe, arg. l. 1. §. omnia. C. de veter. iur. enuc. ideo talis prohibitio impedit tranſlationem dominij. leg. ſi ſciens, ff. de contrah. emp.

9 Similiter non obſtat, † quod quando hypotheca interuenerit in pacto de non alienando, impediatur tranſlatio dominij, vt per Cor. in conſ. 321. colum. ſecunda, volum. 4. Pa. de Caſt. in l. ſi ita quis. § ea lege, de verb. obliga. & Crot. in d. §. diui, num. 96. quia reſpondetur, quod concluſio procederet, ſi cum pacto de non alienando concurreret ſpecialis hypotheca, & non generalis, quia ea non ſufficeret. leg. ſi creditor. §. fin. ſecundum ueram lecturam, ff. de diſtrac. pigno. & ibi Bartol. & ideo per illum tex. dixit Alex. in l. ſi filio fa. §. ſi uir in quinquennium, colum. quarta, uerſi. ex quo
10 rum. ff. ſol. matri. quod † licet ſucceſſor non teneatur ſtare colono, etiam ſi colonus habeat hypothecam in re conducta, tamen ſi in contractu locationis promiſit non alienare fundum in præiudicium conductoris, pro quibus omnibus obligat bona ſua, & ſpecialiter fundum, quod uirtute conuentionis nõ poterit aliquo modo fundus alienarri in præiudicium conductoris, ſecus ſi generaliter fuiſſent bona in genere obligata, quod dicit notandum, & ratio eſt ſe-
11 cundum Imol. in d. §. ea lege, quia † cum d. l. ſi creditor, exorbitet a regula d. §. ſi ea lege, ideo nõ debet extendi ad generalem hypothecam. Idem voluerunt Aret. & Iaſ. in d. §.
12 ea lege, quia † ſpecialis hypotheca magis impedit, quam generalis, l. prima, cum gl. in uerbo pignus. & ibi Bald. C. de neceſ. ſer. hæred. inſtit. gloſſ. not. in §. nos igitur, in verſic. tradere, ad fi. in auth. de non alienan. quam ſequitur Neguſan. in tract. de pigno. char. 4. colum. 4. uerſi. 6. differentia,
13 ubi † ſpecialis hypotheca plus afficit rem, quam generalis,

& per eam plus iuris conſtituitur creditori, quam per ge-
neralem, Bartolus, Baldus & Rom. in l. qui abſenti, §. ſi quis
poſſeſſionem, ff. de acquirend. poſſeſ. & Claud. Seyſel.
vbi citat hanc eſſe communem, Guid. Pap. deciſ. 569. Iaſ. in
l. quoties, columna ſeptima, verſic. vndecimo. C. de rei vẽd.
Opiz. in d. §. diui, numero 151. Ruin. in conſil. 180. colum. fi.
vol. 1 conſ. 112. col. 1. & fi. uol. 4. & in conſ. 109. nu. 25. uolu.
eod. ubi dicit hanc communem, & ab ea non eſſe recedendũ,
ac in conſ. 214. nume. 7. uol. 1. Cor. conſ. 111. col. 2. uolu. 3.
Gozad. conſ. 100. col. pen. in fi. & hanc partem uti magis re-
ceptam apud legum uertices atteſtati ſunt Iaſ. in citato cõſ.
211. col. ſexta, verſi. item in iſta, Neguſ. in tract. de pig. char.
mihi 3. nu. 5. Fernan. Loaz. in d. §. diui, num. 170. Natta in cõ
ſil. 474. num. 12.

14 Pariter non obſtat, † quod per uerba reſolutiua contra-
ctus retransferatur dominium in uenditorem, iuxta not. in
l. qui abſenti, §. ſi quis poſſeſſionem, ff. de acqui. poſ. quia re
ſpondetur, qđ licet in caſu de quo agitur ſint uerba reſolu-
15 tiua contractus, tamen non retransfertur dominium, † qa
ſpeciale eſt in pacto legis commiſſoriæ, & adiectionis in
diem, vt in eis dominium retransferatur eueniente condi-
tione, qñ dicta pacta facta reperiantur incontinenti, & per
uerba directa, quæ concernant reſolutionem contractus,
ſecus in alijs contractib. ita Bart. & Angel. in l. 1. ad fi. ff. de
donat. Bald. in l. ſecũda, in 2. not. C. com. de leg. Dec. in cõſ.
300. col. 1. Cuma. in d. le. 1. ubi dicit hanc eſſe communem,
Crot. in d. §. diui, nu. 100. & Curt. in l. traditionib. C. de pac.
& rõ eſt, quia iſta duo pacta reſoluunt ipſo iure cõtractum,
quo reſoluto traditio prima remanet ſine cauſa penes em-
ptorem, merito retransfertur dominium ipſo iure in uendi
torem, arg. l. deferre, §. fi. ff. de iure fiſ. & iſta opinio proba-
tur per tex. in l. penultima. C. de ædil. actio. ubi fuit uenditũ
prædium, ſub hac conditione, quod ſi diſplicuiſſet prædiũ,
inemptum eſſet, & tñ ibi decidit Iuriſconſultus, ꝙ ſi diſpli-
cuiſſet prædium, agendum ſit actione perſonali redhibito-
ria ad reſoluendum contractum. Iſtud idem tenent Bart. &
Ang. in l. ſi hoĩem. ff. de uſuca. per illum tex. ubi fuit factũ pa
ctum per verba directa tendentia ad reſoluendum c ontra-
ctum ipſo iure, & nihilominus non retrans fertur dñiũ ipſo
iure, eueniente condõne dicti pacti reſolutiua contractus.
Accedit quoque ꝙ inquit Bar. in l. & iõ, in prin. ff. de cond.
fur. in l. in ſumma, in prin. ff. de cond. indeb. in l. ſi maior. C.
16 de dolo. vbi † reſolutio contractus dicitur eſſe eiuſdem na
turæ, cuius eſt contractus, vnde ſicut, qñ ex ſolo contractu
transfertur dñium ſine traditione, ita reſoluto tali contra-
ctu retransfertur dñium ſine traditione, gl. in uerſ. remean
tib. in l. fi. & ibi Bar. & alij. C. de l. & iõ tradũt Imo. & Bald.
in l. peto. §. fratre, ff. de lega. 2. ꝙ in contractib. qñ eſſemus ĩ
caſu, in quo ex ſolo titulo trãſfertur dominium, ut in l. fi. C.
de ſacroſan. eccl. tunc prohibitio de non alienando impedi
ret translationem dominij, ſicut in ultima voluntate, ergo
eodem modo dicendum eſt, quod ubi ex titulo & traditio
ne ſimul iunctis transfertur dominium, licet poſtea annulle
tur titulus, uel reſcinditur, non tamen retransferatur do-
minium ſine traditione, iuxta gl. not. in l. 1. in gl. fi. in fi. C. de
in offi. dona. & ibi Bal. ad fi.

Quibus tamen non obſtantibus, contrariam ſententiam
tanquam ueriorem, & magis communem, amplectendam
fore arbitror, & moueor ex ſolido fundamento apud legũ
17 vertices recepto, † quod pactum de non alienando impedit
translationem dominij, vbi pactum prohibitionum aliena
tionis habet naturam reſolutiuam contractus, & traditio-
nis, ut in caſu præſenti, ubi per emptorem fuit promiſſum
uenditori non alienare domum, & quatenus contingeret
ab eo domum ipſam alienari, qđ alienatio ſit nulla ipſo iu-
re, & facto, ac nullius ualoris, & momenti, & domus uendi-
ta præter formam, de qua ſupra, ipſo iure & facto reuerte-
retur ad dictum uenditorem. Iſta ſentẽtia probatur primo
ex no. per Sali. in d. l. ea lege. C. de cond. ob cau. in 2. & ulti.
18 oppoſitione, vbi † dicit quod quando conuentio de non
alienando facta eſt per infinitiuum, quia dictum fuit ſi con-
tingat te alienare, quod res ipſa ſit pro non data, quoniam
infinitiuum alienare, ponit rem in fieri, nõ in eſſe perfecto,
& ſi reſolutio fiat ante completũ actũ impeditur ipſo iure
dominij translatio, ſecus ſi dixerit, ſi alienaueris, uel ſi te
alienaſſe contingat, quia talia uerba tunc ponerent rem in
eſſe perfecto, unde poſt alienationem & dominium iam in
alium translatum, fieri non poſſet in illius præiudicium re
translatio. l. ſi Stichus ſeruus, ff. de manu. teſta. Secundò ex
not. per Pau. de Caſt. in l. 1. in fi. ff. de dona. & in l. qui abſen-
ti, §. 1. ff. de acq. poſſ. in l. ſi hominem, ff. de uſucap. & in d. §.
19 ea lege, vbi † inquit, quod quando fit uenditio, & dicitur ꝙ
habeatur pro non facta in caſu inobſeruantiæ, quod tale pa
ctum reſolutiuum habet uim pacti, l. commiſſoriæ C. de
pact. inter empt. & uend. in quo dominium retransfertur
ipſo iure.

Tertio idẽ dixerũt Iaſ. in d. §. diui, in prima lect. col. 14.
verſ. 4. & ultimo, & in 2. lect. col. 19. in princ. uerſi. tertiò fal
lit. Opizo. ibi num. 154. Crot. numero 100. & Loaz. numer.
172. ubi inquit hanc eſſe communem, quia tale pactum
reſolutiuum habet vim pacti leg. commiſſoriæ, in quo, vt
dictum fuit, retransfertur dominiũ ipſo iure abſque tradi-
tione dictæ. l. commiſſoriæ. Gui. Pap. deciſ. 469. Iaſ. & alij cõ
muniter in d. §. ea lege. rurſus Iaſ. conſi. 211. nu. 2. volum. 2.
Ruin. in eodem caſu Iaſ. in conſi. 112. colu. fi. uolum. 4. Iterũ
Iaſo. conſil. 128. columna 2. volumine 4. & Pariſ. in con-
ſilio 9. numero 143. & Docto. in d. l. qui abſenti. Vnde ſi tot
patres uoluerunt in caſibus ſupraſcriptis & in locis ſu-
pra citatis, quod uigore dictorũ pactorum transferatur do
minium aſque traditione, quanto magis hoc dicendum ve-
nit in caſu noſtro, ubi ſunt tot verba ampla geminata, & p̃-
20 gnantia? quod demonſtratur, nam primo adeſt † dictio ip-
ſo iure, quæ importat, id eſt, ſine ope exceptionis. glo. ſi in
21 clem. 1. de reſcrip. item † ſine miniſterio iudicis. Bart. in l. j.
ff. de compenſa. Fely. in c. Rodulphus, in uerſic. ultimo quia,
de reſcriptis, col. 2. l. iubemus. §. œconomus, cum glo. C. de
22 ſacroſan. eccle. Bald. in l. j. C. de inceſt. nup. item † & idem ꝙ
ipſo facto, Bar. in l. 1. circa medium. ff. de his qui no. infa. &
23 ibi Alex. in addit. Secundo † adeſt dictio ipſo facto, quæ i-
dem importat, ac ſi dictum eſſet, ipſo iure, Bald. in l. fi. per il
lum tex. C. loca. Dec. in conſ. 138. in prin. & in cõſ. 188. col.
pen. in prin. & ſine ſententia, ca. 1. §. ſi. de homi. in 6. Bald. in
24 conſ. 491. uol. 3 ubi † dicit iſta uerba, ipſo iure & facto, im
25 portare latam ſententiam. Tertio † dicitur, quòd ſit nulla,
quod idem eſt, ac ſi dictum fuiſſet ipſo iure & abſque ſen-
tentia. gl. in cap. innotuit, de elect. in 6. Quarto etiam dici-
26 tur † quod alienatio ſit nullius ualoris & momenti, quæ v-
niuerſalis negatiua importat totalem nullitatem & ipſo iu
re. l. ſi quis Sempronium, ff. de hære. inſt. l. non dubium, in fi.
27 C. de legibus. l. qui in carcerem, † in uerbo, nullius momẽ-
ti, ff. quod met. cau. quẽ tex. ita intelligit Card. in conſ. 137.
colum. 1. & Fely. in d. c. Rodulphus, in uerbo, ultimo quia,
28 col. 9. verſ. nullus ſit momenti. Item † dicta uerba importãt
idem, quod nullius uigoris, ca. ordinarj, in fin. vbi hoc not.
29 Arch. de off. ord. Cum ergo † iſta uerba ſint geminata, quæ
magis debent operari, quam ſimplicia. l. baliſta, ad Treb.
30 † & prægnantia ac triplicata, quæ plus operantur etiam
quam verba geminata. Dec. in conſ. 504. col. fin. merito ui-
detur dicendum quod per dictum pactum ſit translatum
dominiũ in uenditorem, ut in terminis noſtris ponderando
dicta uerba, de quibus ſupra dixit Iaſ. in dicto conſil. 311.
per totum, ſed melius in conſ 128. colu. 2. & Dec. in citato
conſi. 187. colu. pen. ubi ponderat illa uerba ipſo facto ſit
nulla permutatio, nulliusque ſit efficaciæ & ualoris. Nec ha
31 bet obſtare, † quod in præſenti pacto uerbum reuerta-
tur, non habeat uirtutem reſolutiuam, cum non ſit directũ,
ſed obliquum, ut per Doct. in l. Centurio, ff. de vulg. & pup.
& Doct. in d. §. diui, quia reſpondetur, quod contrarium p̃-
cederet & locum haberet, niſi uerbo obliquo reuertatur,
adiecta fuiſſet dictio eo ipſo, ut in caſu noſtro, quia tunc
habet uirtutem reſolutiuam. ita Bartolus in d. §. diui, &
Ripa. numero 88. vbi ſequitur Bartolus ac Guid. Pap. de-
32 ciſione 469. quia † illa dictio eo ipſo, idem importat ac ſi
dictum fuiſſet, ſine aliquo hominis miniſterio, vel ipſo iu-
re,

re,ſecundum Arch.in c.1. de ſepult.in 6.& in c.2.de præbē. eo.lib.Card.ī cle.1.de elect.& Fely.in d.c.Rodulphus,verſ. ultimo non obſtat,col. 6.

Supereſt modò, vt obiectis ex aduerſo reſpondeatur,
33 † & ad primum dicitur,veram eſſe cōcluſionem,quod per ſimplicem prohibitionem de non alienando, non impeditur tranſlatio dominij,vt ſupra; ſecus, quando in pacto de non alienando adſunt verba reſolutiua contractus ipſo iure,vt abundē oſtenſum fuit,vt in caſu noſtro, vbi ſunt verba pinguia reſolutiua ipſius contractus emptionis factæ, igitur &c.

Similiter nō obſtat,ꝙ impeditur etiam trāſlatio dñij,vbi adeſt iuramentum,quia reſpondetur, ꝙ licet in hoc contrarium tenuerint Opizo.in d. §. diui,nu.158. & Soc. in conſil.
4 90.col.3.in fi.uol.4.tñ † qđ in terminis noſtris,ut infra dicetur ſuo loco,ſtāte hypotheca generali oppoſita in dicto contractu cum iuramento de non alienando,impeditur trāslatio dominij,ut in terminis de quib.agitur dixit Crot. in d.§.diui,nu.97.uerſ.& iſta concluſio.

Pariter non obſtat,quod † ad impediendū dominij tranſlationem in pacto de non alienando,nō ſufficiat generalis hypotheca,ſed ſpecialis requiratur,qa duob.modis reſpōdetur,& primò, ꝙ immo hypotheca generalis ſufficiat, qa d.l.ſi creditor,§.fin.non loquitur in ſpeciali hypotheca,ſed
36 generaliter,ſimpliciter,& indefinitè,†unde generaliter,& indefinitè intelligi dēt.l.1.§.& generaliter,de leg.præſtād. l.de pretio,ff.de publicia.& ſic ēt in hypotheca generali dixit Pa.de Ca.in d.§.ea lege,col.2.& Alex.in dict.l.qui abſēti,§.1.ubi dicit hāc partē in puncto iuris veriorē.Alexa. in conſi.59.col.2.vol.5.Bru.in conſil.67. col.3.verſ.attentari
37 poſſet.Et pro iſta opinione facit.Nā † tñ operatur generalis diſpoſitio circa cōprehenſa in genere, quantū ſpecialis circa particularia.l.ſi duo,in fi.ff.de adminiſtr.tut.& quod
38 † tñ operetur hypotheca generalis reſpectu cuiuſlibet rei in genere comprehenſæ,quantum ſpecialis.not.gl. in l.ſi is qui,in gl.magna,ff.de iure fiſci.& hanc partem ēt amplectitur Cor.conſi.321.col.2.vol.4.Crot.in d.§.diui,nu.96. vbi dicit hanc partem ueriorem.Io.de Amic.in conſi. 113. col. 2.& Soc.iun.in conſil.129.col.2.vol.2.verùm quia iſta opinio mordetur à multis,iō deuenio ad aliam reſponſionē. &
39 dico,ꝙ † ubi factum eſt pactum de non alienando cum hypotheca generali,& iuramento,quod impeditur translatio dñij.ita Crot.in d.§.diui.nu.97.quem ſequitur Soc.iun. in citato conſi.129.col.3.Idem voluit Soc.in cōſi.90. col.2.in
40 fi.vol.4.vbi † tradit magis cōem eſſe, quod obligatio generalis cum iuramento præſtita conductori pro obſeruantia contractus,obligat præciſè locatorem,adeo quod non pōt vendere domum locatam in præiudicium conductoris.Gozad.conſi.24.col.3.& in conſi.100.col.pen. Neguſ.in tract. de pign.col.3.in fi.& Io.de Amicis in conſil.113.& in conſ. meo 6.in 2.dubio vbi latiſſimè ſcripſi.

41 Nō obſtat ēt † ꝙ dicitur ſpeciale eſſe in pacto l. cōmiſſoriæ,& adiectionis in diē,vt retrāsferatur dñium eueniente cōditione,ſecus ī alijs cōtractib.qa reſpōdetur, nō adeo eſſe ſpeciale in pacto l.cōmiſſoriæ,& adiectionis in diē, vt retrāsferatur dñium,cū idē ſit in oībus pactis habētib.vim reſolutiuā principij cōtractus & traditionis,ſm Bal.in d.l. ea l.col.3.Caſt.in l.q abſēti,§.1.ff.de acq. poſſ. dū allegat Bal. vt ſup. Corn.in cōſi.90.col.2.vol.4.Dec.in conſil.187.col. pen.in prin.verſi.ſtātib.Pa.de Ca.in l.1.in fi.ff.de don.vbi in
42 quit,† ꝙ ſi actū eſt,qđ cā non ſecuta hēatur datio pro non facta,qđ tūc pōt agi rei vēdicatione, quia videtur retrāslatū dñium,ſicut in pacto l.cōmiſſoriæ,vel adiectionis in diē, quia eſt eadē rō.Dec.in cōſi.298.col.fi.Crot in d.§.diui,nu.
43 100.& Loaz.nu.172.vbi expreſſe dicūt,† qđ licet pactū de non alienādo non impediat retranslationē dñij,tñ qđ concluſio ipſa limitatur locū non hēre,qñ dictum fuit,quod eo caſu,quo deuentum fuerit ad aliquē actum alienationis,res ſit inempta,vel uenditio habeatur pro non facta, quod retransfertur dominium,cum iſtud pactum reſolutiuum hēat vim pacti leg. commiſſoriæ, in quo transfertur dominium ipſo iure l.commiſſoriæ.C.de pac.inter emp.& vendit.Iaſ. in citato conſi.128.col.5.verſi.item quia,& col.7.in fi.verſ. non obſtat ergo primo,vbi dicit hanc eſſe magis communē, quæ in iudicando tenenda eſt.

44 Non obſtat,† tex.in l.penul. C. de ædil. actio. quia vltra reſponſionem Cuman.in d.l.1.ff.de donat. reſpondet Iaſ.in allegato conſil.128.num.8.quod ille text. nihil facit, quia in caſu illius legis venditio ſub conditione facta reſoluitur & datur actio redhibitoria, quæ eſt perſonalis,& nō rei uēdicatio,quia ea non poteſt ibi adaptari, cùm emptor agens haberet prædium venditum penes ſe, & vellet habere pretium ſolutum, & quod venditor retro acciperet prædium. Vnde ex his concluditur,alienationem ipſius domus nullā, & venditori competere rei vendicationē pro conſequutione ipſius domus aduerſus dictum Gaſparem. Laus Deo.

Rolandus a Valle Iuriſconſultus.

*SVMMARIVM.*

1 *Vulnera duo ſi illata reperiuntur alicui,ex quibus mortuus ſit, & ignoratur ex quinque, qui ſint,qui ea intuterint, omnes pœna mortis plecti debent, ſed contra ſecundum communem.nu. 10.*
2 *Homicidæ puniuntur pœna mortis.*
3 *Inceptor rixæ punitur de occiſo;ſi ignoratur occiſor. & numero 7.*
4 *Caporalis tenetur de eo,quod fecit tota familia.*
5 *Culpa ſemper aſcribitur ei,qui cœpit rixari.*
6 *Iura multum proſequuntur authores rixæ.*
8 *Iuſtum,& æquum eſt,ne delictum remaneat impunitum.*
9 *Vulneratus a plurib.perſonis.ſi perit,& ignoratur ex cuius ictu moriatur,pro veritate eruenda poterit torqueri,qui fuerit in rixa malæ vocis,conditionis,& famæ.*
11 *Ictus vnius cuiuſcunque contemplandus eſt,*
12 *Incertitudo ſuſpendit inſtitutionem hæredis, dationem tutoris,legatum,& dationem libertatis,ne ſuum poſſint habere effectum.*
13 *Declaratio ad leg. item Mela, §.ſi plures, ff. ad leg. Aquil.*
14 *Criminalia iudicia nihil habent commune cum ciuilibus.*
15 *Damnari quis non debet ex præſumptionib.ſed ex probationibus luce meridiana clarioribus.*
16 *Declaratio ad gl.in l.ſi in rixa,ff.ad l.Corn.de Sica.*
17 *Incertitudo licet operetur,ut omnes nō teneātur pœna mortis,tamen fallit,ſi ex propoſito omnes rixantes ordinauerunt homicidium perpetrare.*
18 *Luſor repellitur à teſtimonio,& nu.24.*
19 *Ludus eſt crimen.*
20 *Statuto ſi caueatur,quod bānitus poſſit offendi,poterit etiā offendi bannitus pro ludo.*
21 *Ludens præſumitur dilapidator bonorum ſuorum,adeo qđ dicitur male vti ſubſtantia ſua.*
22 *Ludus producit multa mala,& quæ,uide hic.*
23 *Deus prouocatur ad iram propter blaſphemiam, & periuria.*
25 *Blaſphematori quotidiano non eſt credendum.*
26 *Cōcubinarius teſtis eſſe non poteſt,& maxime manifeſtus, & in nu. 29.*
27 *Et maximè,quando eſt vxoratus.*
28 *Infamis dicitur qui habet duas concubinas, & ſicut is repellitur a teſtimonio,& dignitate, ita & qui habet vxorem,& vnam concubinam ſimul.*
30 *Inimicus capitalis repellitur,a teſtimonio,quod ampliā, vt in num. 33.*
31 *Inimicitiam capitalem inducunt uerba iniurioſa.*
32 *Inimicitia capitalis oritur ex minis de occidendo.*
34 *Pauper in criminalibus non admittitur.*
35 *Semel malus,non præſumitur malus in eodem genere mali,alias ſecus.*
36 *Semel malus,non præſumitur malus in eodem genere mali, quando poſt delictum per triennium bene uixerit.*
37 *Teſtes deponentes de mala fama debent etiam non interrogati reddere rationem,à quibus fama ipſa originem traxerit.*

*13 Creditor quando ſuccedit debitori cum onere reſtituendi hæreditatem, & ſi ei confundantur actiones ſibi competentes in bonis debitoris nullo confecto inuentario, tamẽ poteſt ſecundum communem deducere creditum ſuum de bonis ſubiectis fideicommiſſo.*

*14 Grauatus reſtituere hæreditatem, non obſtante omiſſione inuentarij poteſt deducere contra fideicommiſſarium nõ ſolum debitum ciuile, & naturale, ſed etiam ſolum naturale.*

*15 Actio hypothecaria competens pro vero debito, ſecundum communem non tollitur per aditionem hæreditatis factam per hæredem grauatum fideicommiſſo.*

*16 Pignoris & hypothecæ natura eſt, vt non tollatur, niſi ſit ſolutum creditori, vel aliter ſatisfactum.*

*19 Debitor vbi aliquis eſt ex contractu, & ex cauſa à principio voluntaria, ſi aliquam liberalitatem confert in creditorem, non cenſetur eam feciſſe animo compenſandi, ſed donandi, & nu. 21.*

*20 Maritus, qui fecit donationem vxori, non cenſetur eam compenſare cum dote, quam confeſſus fuit habuiſſe.*

*22 Vxor, cui legata ſunt alimenta in domo à viro, vltra ea, etiam poterit petere dotem.*

*25 Fructus percepti poſt aditam hæreditatem non dicuntur hæreditarij, ſed proprij hæredis.*

## CONSILIVM LXV.

Circa caſum, de quo quæritur, prima facie videtur dicendum, quòd D. Helena vxor quondam Magnifici Do. Scipionis Caudæ tanquàm hæres ab eo inſtituta nõ poſſit deducere dotes ſuas de hæreditate dicti quondam eius viri.
1 Quoniam clariſſimi iuris eſt, quòd † ſi creditor ſuccedit debitori, non confecto inuentario, actiones ſibi competentes confunduntur. l. debitori, iunctis ibi not. per Scrib. communiter. C. de pac. & ideò quòd non habet locum deductio l. fi. §. in computatione, à contrario ſenſu, C. de iur. delib. vbi dicitur quòd hæres, qui confecit inuentarium, poteſt agere ad id, quod ſibi à defuncto debebatur, ergo à contrario ſenſu, ſi non confecit, deducere non poteſt. Rui. in conſ. 92. in princ. volum. 5. & Pariſ. in conſil. 16. nu. 49. uol. ſecundo, ubi inquit, quòd ſi filius ſe immiſcuit hæreditati paternæ, omnis actio, quam habere poterat contra patrem teſtatorem uirtute donationis ſibi factæ, confuſa fuit & extincta.
2 & ratio eſt, quia † cùm hæres fingatur una perſona cum defuncto, §. 1. in authẽ. de iureiur. à mor. pſt. coll. 5. ius debiti
3 & crediti eſt in unius perſonã reſolutum; conſtat † enim neminẽ ſibi ipſi obligatũ eſſe. l. ſi quis pro eo. §. item ſi filius,
4 ff. de fideiuſ. cùm † debeat eſſe inter debitorem, & creditorem perſonarum diſtinctio. l. 2. ff. de ſtipu. ſeruo. ita Doct. in d. l. debitori, & in l. frater à fratre, ff. de cond. indeb. Neguſan. in tract. de pigno. in primo membro quintæ partis, nu. 49. Ruin. in conſ. 17. nu. 7. uol. 1. & adeò uera eſt huiuſmodi
5 ſententia, quòd † ea etiam procedit quantumcunque ſucceſſio non ſit apud eum remanſura, ut quia oporteat eam ex trebelliano reſtituere, ut per Alex. in l. deducta, in prin.
6 col. 1. ff. ad Treb. ubi † inquit, ita ampliari & declarari regula d. l. debitori, Imol. in l. ab omnibus, §. fratre, ff. de legat. 1. & in l. debitor, ff. ad Trebel.

Secundò, quod non poſſit agere, nec deducere dotes
7 ipſas, demonſtratur, quoniam † Do. Scipio eam inſtituendo, videtur hoc feciſſe animo compenſandi cum dotibus
8 ſibi debitis, vt eſt, quando † debitor legat creditori, qui in dubio uidetur legaſſe cum animo compenſandi, vt nota. in l. ſi compẽſandi, C. de hære inſtit. l. huiuſmodi, §. cum pater.
9 ff. de lega. 1. quod † ampliatur etiam locum habere, ſi portio hæreditatis non aſcenderet ad ipſas dotes, ut ſentit gl. in l. creditorem, ff. de leg. 2. dum dicit quod fruſtra quæritur de æſtimatione: & cum qua ibi tranſit Dy. & Barto. ac Pau. de Caſt. in l. cum ab uno, ff. de leg. 2. ſi ergo compenſationem feciſſe videtur, utique ceſſare debet deductio præmiſſa.

Tertio accedit. Nam D. Helena hæres inſtituta & grauata ad reſtituendum poſt eius mortem D. Marco Antonio
10 Caudæ † omittendo beneficium inuentarij, videtur renunciaſſe ſuis dotibus, & agnouiſſe onus ſibi iniunctum à marito, argu. not. in d. §. in computatione, ergo non videtur eſſe locus deductioni ipſarum dotium.
11 Quartò & vltimo dicitur, quod † etiam dato, quod locus eſſet deductioni dictarum dotium, quod in ea computandi veniunt fructus per eam percepti iudicio teſtatoris, pendente conditione fideicommiſſi, vt videtur eſſe tex. in l.
12 quod de bonis, §. quod auus, ff. ad leg. falcid. vbi † fructus percepti iudicio teſtatoris compenſantur cum vero debito. & ibi hoc tenent Pau. Alex. & Hercul. de Peruſ. in 4. notab. Caſtr. in l. mulier, §. cum proponeretur. ff. ad Trebel. Ripa. in l. in fideicommiſſaria, nu. 19. & 35. eo. tit. Pariſ. in conſil. 21. nu. 65. vol. 2. & Soc. iun. in conſi. 57. col. 2. vol. 3. vbi inquit, hanc eſſe ferè omnium Docto. ſententiam, à qua in iudicando non eſt recedendum.

Quibus tamen non obſtantibus, contraria ſententia eſt de iure uerior, quæ ex infra dicendis clara apparebit. Et in primis moueor ex communi calculo ſcribentium, qui vno
13 ore concludunt, † quod quando creditor ſuccedit debitori cum grauamine reſtituendi hæreditatem, quod & ſi confundantur actiones ipſo iure competentes hæredi, non cõfecto inuentario, tamen quod poteſt deducere creditum ſuum de bonis ſubiectis fideicom miſſo, vt eſt tex. in l. cùm hæreditas. l. poſtulante, l. cùm hæreditas ex fideicommiſſi, l. ita tamen. §. ex Treb. ff. ad Trebel. l. 2. §. cum quis, ff. de hæred. vel actio. vend. Paul. de Caſt. in conſi. 164. colum. 1. & 2. ſecundum antiquam impreſſionem, vbi dicit quod dos detrahenda venit de fideicommiſſo, quoniam in eo non veniunt bona grauati. l. cohæredi. §. cùm filiæ, ff. de vulga. & pupill. nec obſtat ſecundum eum quod actio ſit cõfuſa per aditionem hæreditatis, non confecto inuentario, iuxta d. §. in computatione, à contrario ſenſu, quia reſpondet, quod iſtud etiam erat de iure antiquo ante le. fin. §. in computatione, q̃a creditor ſuccedebat debitori. d. l. debitori, & tñ poterat deducere debitũ aduerſus fideicõmiſſariũ vniuerſalem. l. debitor, ff. ad Trebell. & etiam aduerſus legatarios particulares, l. ſi vniuerſæ, C. de legat. licèt non aduerſus creditores hæreditarios, quia illis tenebatur ultra uires hæreditarias. l. ſi de bonis. C. de iure delib. hodie uero, ſi non eſt confectum inuentarium, quamuis teneatur creditoribus & legatarijs ultra uires hæreditarias, §. ſi uero nõ fecerit, in auth. de hæred. & fal. tamen ſecus eſt in fideicommiſſario uniuerſali, etiam hodie non confecto inuentario,

quia

quia in illo non uenit, niſi ipſa hæreditas, & ea quæ in ipſa ſunt cum debitis & creditis, nulla facta deductione onerum: & ſic ommiſſio inuentarij non nocet, quin proprium debitum, licet uideatur confuſum, deducendum ſit, ſicut de iure antiquo deduci poterat, d. l. debitor. & ſubdit Caſtren. iſta adeò eſſe clara, quòd manibus palpantur, & ſunt ipſa veritas. Alibi ipſe Caſtr. in conſ. 165. colum. 1. & 211. ſecundum antiquam impreſſionem. Idem tenuit Rom. in cõſil. 276. in ſecundo dubio, dicens, vxorem deducere poſſe de bonis mariti bona, quæ ipſa acquiſiuit ex ſucceſſione paterna atque materna, quæ peruenerũt ad manus mariti, qa licèt ſit regula, quòd aditione hęreditatis actio competens hæredi aduerſus defunctum ſit confuſa, d. l. debitori, tamen vbi hæres inſtitutus grauatus eſt de reſtituendo, actio ipſa ac ſibi debitum in effectu non ſunt confuſa cum iure detractionis, vel retentionis, allegat iura de quibus ſupra Paul. de Caſtr. in l. ab omnibus. §. fin. ff. de lega. 1. vbi inquit hoc menti tenendum, quia aliàs vidit errare valentes viros, & in d. §. ex Trebelliano, vbi etiam Alex. & alij. idem Alex. in conſ. 124. in fi. volum. 7. Bald. & alij in d. l. debitori, Capra conſ. 150. col. fin. Soc. conſ. 44. colum. 2. vol. 3. Ang. in conſi

14 lio 64. in ſecundo dubio, vbi † tradit, inſtitutum grauatum poſſe deducere contra fideicommiſſarium, non ſolùm debitum ciuile & naturale, immo & ſolum naturale: quia iura coarctantia hæredem conficere inuentarium, in hoc nihil de antiquo immutarunt, ſed ſolùm prouident contra hæredes, quando volunt vti lege falcidia contra legatarios ſingulares. Iaſon in conſ. 28. colum. 2. uolum. 3. Pariſ. conſ. 25. num. 63. vol. 2. conſ. 33. nu. 53. conſ. 69. num. 39. volum. eod. & in conſ. 48. col. 2. in princ. volum. 3. Crot. in l. ſi is qui pro emptore. num. 176. in fin. ff. de vſucap. Rui. in conſ. 67. col. fi. in princ. vol. 2. conſ. 112. col. fin. 114. col. fin. & in conſi. ſequenti. nu. 11. vol. eo. Soc. iun. in conſ. 8. num. 30. vol. 2. & in conſ. 57. col. 1. vol. 3. Vnde cùm in caſu noſtro Do. Helena creditrix mariti ratione dotium ſuarum ſit eius hæres cum grauamine de reſtituendo integram & totam hæreditatem poſt eius mortem Do. Marco Antonio fideicommiſſario, videtur dicendum quòd deducere poſſit de dictis bonis dotes ſuas ſecundum communem, de qua ſupra.

15 Secundò † adeſt & alia communis concluſio in fauorem dictæ D. Helenæ, quæ habet, quòd actio hypothecaria competens pro vero debito non tollitur per aditionem hæreditatis factam per hæredem grauatum fideicommiſſo, l. debitor, ff. ad Trebel. vbi ſi creditor ſuccedit debitori, quia ſit rogatus reſtituere hæreditatem, pignus, quod habet nõ extinguitur, nec quò ad ius retentionis, nec quò ad poteſtatem agendi hypothecaria, propter naturam pignoris, & hy

16 pothecæ, † quæ eſt, vt non tollatur, niſi creditori ſit ſolutũ, vel aliter ſatisfactum. & ita ibi tenent Bar. Pau. & Alex. Roma. conſ. 276. in ſecundo dubio. Soc. conſ. 44. col. fin. vol. 3. Pariſ. conſ. 25. num. 64. uol. 2. & in conſ. 69. nu. 40. uolu. eo. ubi dicit, quòd licèt uxor hæres grauata adeat ſine beneficio inuentarij, tamen ex hoc non tollitur actio hypothecaria, quæ ſibi competebat pro dotibus ſuis in bonis defuncti, cùm illa eſſent pro dote reſtituenda, & eius in contra ipſi hæredi hypothecata, l. vnica, C. de rei ux. actio. l. 1. ff. ſolu. matr. Alex. & alij in d. l. debitori, Soc. iun. conſ. 57. col. 1. uol. 3. Neguſ. in tract. de pign. char. mihi 89. col. 4. nu. 49. cum duobus ſequent. Ruin. in conſ. 17. nu. 16. uol. 1. & hanc inquit eſſe communem Coraſ. in l. frater. nu. 25. de cõd. indeb. & ratio ſecundum Pau. de Caſtr. in l. debitor, in ſua diſtinctione, eſt, ne hæres remaneat in damno, prout remaneret Do. Helena habens hypothecam expreſſam in bonis dicti quondam ſui mariti dotium ſuarum, quæ cogitur in euẽtum fideicommiſſi dicta bona ſine aliqua detractione Trebellianicæ D. Marco Antonio fideicommiſſario reſtituere.

Non obſtant, quæ ex aduerſò allegata fuerunt, quoniã

17 † ad primum argumentum reſpondetur, quòd licet per aditionem hæreditatis ſine beneficio inuentarij confundatur actio ipſo iure, tamen non cum effectu, quando hæres eſt grauatus fideicommiſſo, & habet hypothecam, quia tũc licita eſt detractio, uel retentio, ſecundum communem opinionem, de qua ſupra: quia talis aditio non habet effectum ſolutionis, ne hæres remaneat in damno, quod ſentiret per reſtitutionem fideicommiſſi. Bart. Paul. & Imol. in l. Stichum, §. aditio, ff. de ſol. in l. ſi is qui pro emptore, in 6. q. de uſucap. & ibi Crot. col. 58. Capra Conſil. 158. in fi. Pau. de Caſtr. in d. l. debitor. col. 2. Pariſ. conſi. 69. num. 42. vol. 2. & Soc. iun. conſi. 8. nu. 29. uol. 2.

18 Ad ſecundum † reſpondetur, ridiculum eſſe, quòd quõdam Domin. Scipio inſtituendo Dominam Helenam vxorem, uideatur hoc feciſſe animo compenſandi, quod pro-

19 batur, quia † ubicunque aliquis eſt debitor ex contractu, & ex cauſa à principio voluntaria, ut eſt maritus in debito ex cauſa dotis, vt per Bartol. in l. huiuſmodi. §. cùm pater, de legat. primo, quia inuitus non cogebatur uir uxorem ducere, & per conſequens dotium reſtitutionem promittere, ut per Crauet. in conſilio 149. nume. ſecundo. & Alexand. conſi. 7. nu. 16. uolum. 6. ſi talis debitor poſteà aliquã liberalitatem conferat in creditorem, non cenſetur feciſſe animo compenſandi, ſed donandi. Ita Alexand. in d. con. 7.

20 num. 16. vbi inquit per dictam concluſionem, quòd † ſi maritus fecerit donationẽ uxori, quod non cenſetur, donationem compenſare cum dote, quam confeſſus fuit habuiſſe. allegat text, quem dicit bonum in leg. 1. §. 1. C. de rei uxor. actio. ubi legatum factũ uxori per maritum, non cenſetur factum animo compenſandi. quod & uoluit Bart. in d. leg. huiuſmodi, §. cum pater, quem ibi communiter ſequuntur Doct. Idem Bart. & omnes in l. ſi cùm dotem, §. ſi pater, ff. ſolu. matr. Alex. in conſi. 19. in 5. dubio. uolum. 6. Soc. in conſ. 10. in 5. q. uol. 1. Cuman. in conſ. 22. col. 1. uerſ. ſed his non obſtantibus. Pariſ. in conſ. 92. nu. 10. & 37. uolu. 2. & in

21 conſi. 69. nu. 25. cum tribus ſequentibus uol. eo. † quia communis eſt concluſio, quòd legatum factum creditori à debitore uoluntario, non intelligitur factum animo compen-

22 ſandi. Et ideò dixit Pau. de Caſt. in conſi. 248. quòd ſi teſtator legat alimenta uxori in domo, quod ultra alimenta poterit etiam conſequi dotẽ, quia non uidetur factum animo compenſandi. ſequitur Picus in auth. præterea. num. 60. C. unde uir & uxor. Accedat, quod uoluit Alex. in l. cum hæres. in 2. not. ff. ad Treb. ubi inquit ꝙ portio hæreditatis relicta creditori, non uidetur relicta animo compenſandi, & ideo quod quarta portio quæ remanebat apud hæredem,

23 non compenſatur cum dote. † & in terminis inſtitutionis eſt tex. in l. ſi ab eo, C. de nego. geſt. & in l. ſi compenſandi, C. de hæred. inſtit. ubi paſſim à ſcribentibus admittitur, debitorem inſtituentem creditorem, in dubio illum inſtituiſſe animo exercendi liberalitatem, & non animo compenſandi. hoc quoque fatetur Pariſ. in d. conſ. 69. num. 25. cum plurib. ſeq. ubi dicit, quòd uxor poterit petere & inſtitutionem, & dotem, quia hodie ceſſat edictum de alterutro, ut in d. l. unica, §. ſciendum, C. de rei uxo. actio. & per Bar. ac alios communiter, in d. §. ſi pater, in authen. præterea. C. unde uir & uxor.

Idem etiam conſuluit Rui. vt in conſil. 92. nu. 5. vol. 5. vbi afferit hanc communem. Nec eſt verum quòd etiam ſi conſtaret quòd animo compenſandi inſtituiſſet eam, quòd dicatur facta compenſatio cum toto debito, etiam ſi minus contineret inſtitutio: quia immo præſumitur quòd teſtator voluerit pro concurrenti quantitate compenſare, ſecundum Imo. in d. l. creditorem, Caſt. & Alex. in l. ſi compenſandi, & Rui. in citato conſi. 92. nu. 9. vol. 5.

Similiter non obſtat, quod D. Helena adeũdo hæreditatem cenſeatur repudiaſſe, & remiſiſſe creditum. nam iſtud negatur; quia adeundo potius cenſetur eſſe ſolutum, vt per Bart. in l. Vranius, ff. de fideiuſ. ſed in terminis noſtris aditio ipſius non poteſt habere vim ſolutionis, tum quia non cenſetur facta animo compenſandi, vt latè dictum fuit, tum quia actio hypothecaria non cenſetur confuſa, ut ſupra in 2. arg. tum etiam: quia debitum adhuc durat, ut deducatur contra fideicommiſſarium, eſto quod hæres ipſa grauata reſtituere adiuerit hæreditatem non confecto inuentario, ut per Pariſ. in d. conſi. 69. nu. 42. uol. 2.

Vltimo non obſtat, quod ſaltem in tali detractione com putandi

putandi ueniant fructus percepti per dictam Dominam
24 Helenam per tex. in d. §. quod auus, quia reſpondetur, † q immo dicti fructus non compenſantur cum uero debito, ut uoluit Barto. in d. l. cùm pater, §. ſi Titio, in uerſi. oppo. quod etiam fructus, & reſpondet ad illum text. qui facit in contrarium, quòd ideo illo caſu computantur, quia ſic teſtator voluit. Idem Bart. in l. mulier, §. cùm proponeretur. ff. ad Treb. & ibi clarius Alex. in col. pen. Rui. in conſi. 112. col. fi. vol. 3. vbi conſuluit in eodem caſu in quo conſuluit Pariſ. in allegato conſil. 25. vol. 2. & in conſi. 115. col. fi. vol. eod. ubi inquit, hoc falſum eſſe & contra communem ſententiam Doct. in d. §. cùm proponeretur, & reprobat Pau. in d. §. quod auus, dum dicit Bart. in d. §. cum proponeretur non loqui de fructibus, ſed de Falcidia, & Trebellianica, ut ſcilicet non computentur in verum debitum, niſi ſit dictum: immo Bart. poſt Iaco. de Aret. expreſsè loquitur de fructibus, prout etiam eum ibi intelligit Alexan. Et ad tex. in d. §. quod auus, ſuper quo ſe fundant tenentes oppoſitũ, reſpondet Rui. in dictis conſilijs, quòd ibi grauatus fuit à teſtatore hæres, ut tàm bona ipſius hæredis propria, quàm eiuſdem teſtatoris reſtituat, quia ergo fuit grauatus hæres reſtituere etiam propria, intelligitur etiam grauatus reſtituere fructus perceptos ex bonis defuncti, & ex ipſius iu-
25 dicio: quia † non ſunt hæreditarij, ſed proprij hæredis, cùm ſint percepti hęreditate adita. l. in fideicommiſſaria. ff. ad Trebel. in princ. & ibi per Dyn. & Barto. ubi hoc eſt expreſſum. quia igitur voluit defunctus fructus venire in reſtitutione, apparet quod noluit eos cedere lucro hæredis, & ſic propter hoc compenſantur dicto caſu cum uero debito. Ex his itaque, quæ latè dicta fuerunt, intrepidè concludendum arbitror, dictam Dominam Helenam hæredem prædicti quondam eius uiri, quamuis ſine confectione inuentarij, ſtantibus grauamine de reſtituendo & hypotheca, de quibus ſupra, deducere poſſe dotes ſuas in bonis ſubiectis fideicommiſſo: & ita declarandum eſſe per ipſos peritiſſimos uiros, per quos præſens caſus decidi debet. Laus Deo.

Rolandus a Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

*1 Veritas quantò magis conteritur & oppugnatur, tantò clarior expulſis nebulis in lucem progreditur.*

*2 Exactio pedagij, quæ fit ab hominibus vniuerſitatis, poteſt per principem reuocari.*

*3 Argumentum à ſufficienti partium enumeratione in iure eſt validiſſimum.*

*4 Tempus immemoriale, & ſi habeat vim priuilegij, tamen illud non debet plus operari quàm expreſſum.*

*5 Expreſſis minorem vim habent, quæ tacitè intelliguntur.*

*6 Tacitè intellecta, non ita latè interpretanda ſunt, ſicut expreſſa.*

*7 Princeps ſine cauſa reuocare poteſt priuilegium alteri conceſſum exigendi pedagium, declara, vt in nu. 53.*

*8 Priuilegium conceſſum ſubdito, regulariter poteſt eo inuito ſola voluntate reuocari.*

*9 Laicus, ſi acquiſiuit ius patronatus, aut ius præſentandi per priuilegium, Papa poterit conferre beneficium abſque alia derogatione ſpeciali.*

*10 Immo legatus de latere poterit conferre beneficium tale.*

*11 Conſtitutio prohibitoria, ſicut fit ſola uoluntate, ſic etiam ſola uoluntate reuocatur.*

*12 Conſuetudo dicitur ius poſitiuum, licèt non ſcriptum, differens ſolum à iure communi, ut tacitum ab expreſſo.*

*13 Princeps ſine cauſa ius poſitiuum tollere poteſt.*

*14 Princeps ſtatutis derogare poteſt, declara, vt in num. 56.*

*15 Conſuetudinem princeps tollere poteſt.*

*16 Princeps ſolus conſuetudinem habet ſub pedibus ſuis vt eã reuocare poſſit.*

*17 Conſuetudo, per quã ligantur manus Principis non valet.*

*18 Conſtitutio Principis eſt fortior conſuetudine, quia derogat ei.*

*19 Conſuetudo ceſſari poteſt per legem Cæſaris, quæ poſt talẽ ceſſationem non excuſat delinquentem.*

*20 Rex eſt lex animata in ſuo regno, & poteſt plus quam lex communis, uel conſuetudo.*

*21 Ius exigendi vectigal acquiritur ex allegatione tituli cum probatione temporis immemorialis, exactionis uectigalis.*

*22 Princeps & ſi contractus ſuos & anteceſſorum obſeruare teneatur, tamen ſine cauſa poteſt etiam eos reuocare, in quibus nulla interuenit datio, uel factum recompenſatiuum, & nu. 54. & 63.*

*23 Allegatio tituli cum probatione immemoriali habet uim contractus oneroſi, qui per Principem ſine cauſa reuocari non poteſt.*

*24 Princeps licet ſine cauſa non poſſit contractum oneroſum reuocare, tamen ſecus cum cauſa.*

*25 Vniuerſitas propter ſolam contumaciam priuilegijs priuari poteſt.*

*26 Ciuitas ſolo adæquari poteſt propter rebellionem.*

*27 Et damnari ad aratrum.*

*28 Ciuitas Mediolani tempore Federici Barbaroſſæ fuit ſale ſeminata in ſignum ſterilitatis, & quod perpetuo nõ deberet reædificari.*

*29 Henricus Imperator damnauit ad aratrum propter rebellionem ciuitatem Thuſciæ.*

*30 Ciuitas ſi efficitur rebellis poteſt princeps eximere caſtra ab eius obedientia, & licèt redeat ad obedientiam, caſtra ipſa non recuperabit.*

*31 Ciuitas propter crimen læſæ maieſtatis poteſt dari in prædam.*

*32 Vniuerſitas quæ non tenetur de delicto, niſi illud commiſſum fuerit conuocato conſilio, & præcedente eius deliberatione, tamen tenetur ubi delictum habet cauſam continuam, & ſucceſſiuam, ut eſt rebellio, contra nu. 68. declara, ut in nu. 69.*

*33 Princeps, qui in ſuis ſubditis contrahit ſecundum communem tenetur ſuum contractum obſeruare.*

*34 Nec ei contrauenire poteſt, etiam de plenitudine poteſtatis, & nu. 55.*

*35 Contractus ſunt de iure gentium.*

*36 Principi licèt Deus ſubiecerit leges, non tamen cõtractus, ex quibus obligatur.*

*37 Princeps ubi aliquid facit cum ſubdito per uiam cõtractus, ita ſeruandum eſt ius commune in dicto contractu, ſicut ubi contrahitur inter priuatos.*

*38 Pacta inita inter Imperatorem Federicum, & ciuitates Lombardiæ debent per ſucceſſores in Imperio obſeruari.*

*39 Princeps tenetur obſeruare contractum prædeceſſorum, maximè, quando fit in his, quæ pertinent ad officium ſuum iuxta moram ſui principatus, uel ſub nomine ſuæ dignitatis.*

*40 Acquiſitio facta ex curſu temporis immemorialis habet uim contractus, & nu. 59.*

*41 Aequiparaturque conceſſioni principis, ex quo eius auctoritate introducta fuit.*

*42 Similiterque habet uim conceſſionis factæ per habentem poteſtatem.*

*43 Habet uim conſtitutionis, ac ſi de conſenſu partium tale ius ſtatutum fuiſſet, & nu. 61.*

*44 Necnon & tituli legitimè conſtituti, ac mandati.*

*45 Item & uim pacti expreſſi, ac tantum poteſt quantum Imperator cum cauſa, ut in nu. 47.*

*46 Liberatio inducta per præſcriptionem æquiparatur liberationi inductæ per pactum.*

*48 Titulum, quem uult quis, ſufficit allegare pro fundamento pedagij cum probatione temporis immemorials.*

*49 Nobiles ſi nunquam fuerunt interpellati de contribuẽdo in oneribus, ſi nunc interpellentur, & allegent titulum liberationis, & ad probationem huius tituli inducatur tempus immemoriale, præſumitur titulus liberatorius per eos allegatus.*

*50 Emphyteuſis præſcripta realis, uel perſonalis, eſſe præſumitur*

*tur qualis proponitur.*

*51 Titulus paſcendi pecora probatur ex curſu temporis immemorialis, etiam ſi non allegetur titulus ſpecialis.*

*52 Taxas annuatim exigenti ſufficit allegare titulum, & eum probare per uſum & conſuetudinem tanti temporis, cuius initij memoria & c. abſque alia probatione.*

*57 Princeps ſecundum communem non poteſt per legitimationem his præiudicare, quibus delata fuit hæreditas, & adita.*

*58 Modus acquirendi dominium per præſcriptionem, licet de iure ciuili fuerit introductus, tamen ſecundum communem, dominium acquiſitum mediante dicto miniſterio eſt de iure gentium.*

*60 Curſus temporis immemorialis æquiparatur priuilegio expreſſe conceſſo à Principe ex certa ſcientia.*

*62 Princeps non poteſt derogare titulo allegato, & cauſato ex curſu temporis immemorialis.*

*64 Delictum particularium perſonarum obeſſe non debet uniuerſitati.*

*65 Vniuerſitas delinquere non dicitur, ſi non præceſſit deliberatio, etiam ſi delictum fuiſſet commiſſum uexillo leuato, & pulſata campana.*

*66 Singuli differunt ab uniuerſitate, & ab hominibus, ut uniuerſis.*

*67 Vnus ex delicto alterius non poteſt grauari.*

*70 Principi turpiſſimum eſt ab honeſto recedere.*

## CONSILIVM LXVI.

QVoniam † veritas quanto magis conteritur & oppugnatur, tanto clarior expulſis nebulis in lucem progreditur, ſicut aromata magis redolent, quanto magis conteruntur, ut exordiar cum Paul. de Caſtr. in conſ. 23. vol. 1. quem citat Crau. in conſ. 135. nume. 18. Vt veritas præſen-
2 tis conſultationis magis in lucem prodeat, primò † demonſtrabo, nullum ius competere hominibus Leolæ in exactione pedagij, de quo in themate, atque ideo licuiſſe Illuſtriſſimo Domino ipſius loci directo exactionem ipſam reuocare Ad quod dicendum moueor, arguendo a ſufficienti par-
3 tium enumeratione, † quod argumentum in iure eſt ualidiſſimum. l. obligationum ferè, §. placet. ff. de actio. & obli. l. filius. §. filius, de lega. 1. Bal. in l. conuenticula. col. 2. verſ. item eſt argumentum, C. de epiſc. & cler. Abbas in cap. cum venerabilis, de excep. Parif in conſ. 67. nu. 18. vol. 4. Soc. iu. in conſ. 66. nu. 10. vol. 1. conſ. 163. nu. 13. vol. 2. & in cõſ. 14. nu. 2. vol. 3. Nam aut agentes pro ipſa vniuerſitate volunt ſe fundare in priuilegio cauſato ex ſpacio temporis imme-
4 morialis, & non poſſunt, quoniam, † & ſi ſpacium temporis immemorialis habeat vim priuilegij, l. hoc iure, §. ductus aquæ. ff. de aq. quot. & æſti. c. ſuper quibuſdam, §. præterea, de verbo. ſign. Bald. in conſ. 49. vol. 1. Alex. in conſ. 6. col. 2. in prin. vol. 1. conſ. 35. col. 2. in prin. vol. 2. & in conſ. 78. nu-
5 mero 3. & 14. vol. 6. tamen † plus non debet operari priuilegium tacitum, quam expreſſum. l. qui ad certum, ff. loca.
6 & ideo videmus, † quòd, quæ tacite intelliguntur, minorem vim expreſſis habent. Abb. in cap. dilecti, de for. compe. &
7 † quòd tacitè ſubintellecta, non ita latè interpretanda ſunt, ſicut expreſſa. Iaſ. in l. cũ quid, col. 2. ff. ſi cer. pet. Soci. iun. in conſ. 72. num. 36. uol. 1. & melius ad terminos noſtros per
8 Alex. in conſ. 54. nu. 14. vol. 4. Sed clarum eſt, quòd † ſi Princeps conceſſiſſet dictis hominibus priuilegium exigẽdi pedagium, quòd illud ſine cauſa potuiſſet reuocare. Doct. in cap. quæ in eccleſiarum num. 18. de conſt. in c. nouit. nu. 19. de iud. Parif. in conſ. 2. num. 120. uol. 4. ubi ſolo arbitrio cõcedentis poteſt reuocari, arg. tex. in l. qui fundo. C. de om. agr. deſer. lib. 11. Afflict. deciſ. 128. nu. 10. Goza. conſ. 5. nu. 27. vbi gratia, ſicut priuilegium poteſt reuocari. rurſus in conſ. 69. num. 9. vbi inquit quòd Papa ſine cauſa potuit uniuerſitati Lozani reuocare, & tollere priuilegium alias ei
9 conceſſum. Ruin. in conſil. 130. nu. 13. uol. 5. ubi tradit, † ꝙ princeps priuilegium cõceſſum ſubdito regulariter eo inuito ſola uoluntate poteſt reuocare, & eo ignorante. Rurſus in conſ. 121. nu. 4. uol. 3. Soci. in conſ. 87. num. 11. uol. 3. Hinc etiam dixit Didac. in tract. pract. quæſtionum, cap. 36.
10 nu. 6. quòd † ſi laicus acquiſiuit ius patronatus, aut ius præſentandi per priuilegium, uel præſcriptionem, quòd Papa poterit cõferre beneficium, & collatio valebit abſque alia derogatione ſpeciali, etiam quòd nulla facta fuerit ſpecialis mentio iuris patronatus laicorum, & quòd iſta collatio
11 comprehenditur ſub reſeruationibus. Imo plus, quòd † legatus de latere poterit talia beneficia conferre. Dec. in conſilio 117. col. 2. & hanc eſſe communem Doct. ſententiam firmat Curt. iun. in conſ. 1. & ideo dixit Innoc. ibi per eum relatus in cap. cum ad monaſterium, de ſtat. monach. quòd ſicut ſola uoluntate fit conſtitutio prohibitoria, ita ſola uoluntate reuocatur, & eius fit relaxatio, ergo & tacitum priuilegium ex curſu temporis immemorialis cauſatum, ut in terminis decidere uidetur Alex. in conſ. 16. col. penul. in princ. uol. 5.

Aut uolunt ſe iuuare ex ui conſuetudinis immemoria-
12 lis, & pariter non poſſunt, quia † cum conſuetudo dicatur ius poſitiuum, licet non ſcriptum, differens ſolum à iure communi, ut tacitum ab expreſſo. §. ex non ſcripto.
13 inſt. de iur. na. gen. & ciuili. Craue. in conſ. 238. col. 2. † princeps ſine cauſa poteſt illud tollere, & auferre, tanta enim eſt poteſtas principis contra ius poſitiuum, ut facta poſſit habere pro infectis, quo ad omnem iuris effectum, ut eſt
14 tex. iuncta glo. in clemen. 1. de immu. eccle. Et ideo † videmus, quòd poteſt derogare ſtatutis, quia dicuntur ius poſitiuum. Bal. in conſi. 187. col. 2. uerſ. ſed quid, volu. 2. etiam iuratis, Gozad. conſi. 70. col. 2. & clericis conceſſis, Afflic.
15 deciſ. 361. nu. 9. & in ſpeciẽ † in materia conſuetudinis, ita tradit Oldra. in conſi. 117. per tex. in l. 3. §. diuus, ff. de ſepul chr. uiol. authen. omnes peregrini, C. commu. de ſucceſſio. & ideo dixit Bald. in conſi. 388. 401. colum. 1. circa fin. & in conſil. 430. in fi. vol. 4. quem ſequitur Craue. in conſil. 238.
16 col. 4. quod † ſolus princeps habet conſuetudinem ſub pe-
17 dibus ſuis, ut eam reuocare poſſit. & † ob id non ualet cõſuetudo, per quam ligatur manus principis. Rota dec. 103. Nota quod non ualet, in antiquis. Bal. conſil. 512. in princ. vol. 3. & in conſi. 174. colum. 1. in fi. volum. 5. quem ſequitur Craue. in tract. de antiqui. tempo. in 1. par. in princ. nume-
18 ro 41. ubi inquit, † quod dictum ſeu conſtitutio principis eſt fortior conſuetudine, quia derogat ei. Affl. deciſ. 305. num. 16. alibi ſcribit Bal. in d. auth. omnes peregrini, quod
19 † conſuetudo poteſt caſſari per legem Imperatoris, quæ poſt talem caſſationẽ non excuſat delinquentem. Craue. in d. trac. de antiqui. temp. in 4. part. verſ. tranſeo nu. 40. Accedit, quod pulchre dixit Bald. in auth. hoc amplius, col. 2. in prin. uerſic. quæro an filijs regis, C. de fideicommi. quod
20 † Rex eſt lex animata in ſuo regno, & poteſt pluſquam lex communis, uel conſuetudo. Et ideo cum in his, quæ ſunt iuris poſitiui, vel conſuetudinis, Princeps rerum naturam poſſit mutare. §. fuerat, inſtitu. de actio. Oldra. conſil. 257. columna fina. ſequitur, quod conſuetudinem ipſam tollere uel reuocare poterit.

Aut volunt ſe fundare in allegatione tituli cum probatione temporis immemorialis, ut inſtruit Sal. in l. 2. circa fi. C. noua uectigal. quem ſequitur Rui. in conſi. 104. col. fi.
21 vol. 4. ubi † inquit, quòd ius exigendi uectigal acquiritur, ſi allegetur titulus, & ad eius probationem inducatur temporis immemorialis exactio uectigalis. argu. l. ſi filius, C. de pet. hære. l. qui in aliena. in 3. reſponſ. ff. eo. tit. & in hoc
22 fundamento ſimiliter vim facere non poſſunt, quoniam † & ſi princeps contractus ſuos, & anteceſſorum obſeruare teneatur, cap. 1. ubi omnes Cano. de probat. Iaſ. in conſi. 1. in prin. & in 2. dubio, vol. 1. & in conſi. 10. col. 1. cum ſeq. vol. 3. Dec. in conſ. 580. col. 1. Ripa in 6. reſponſo, num. 12. in 2. par. tamen aduertendum eſt, quòd princeps etiam ſine cauſa poteſt contractus ſuos reuocare in quibus nulla interuenit datio, uel factum recompenſatiuum, ut per Bal. in le. qui ſe patris, col. 6. verſ. hoc ſcias, C. vnde lib. ubi inquit, ꝙ licet principi reuocare, quando concedens aliquid non eſt lucratus à ſuſcipiente, puta, aliquam donationem, uel factum,

ctum,quod habeat recompenſationem cum re conceſſa, a-
lias ſecus, quia committeret dolum, l cum mihi, §. ſecun-
dum eum,ff.de dolo.Alexan.in conſi.101.col.2.vol.1.conſ.
216.col.2.vol.2.Soc.cõſ.3. col.4.vol.3.Iaſ.in cõſ.59.col.2.
& fi.uolu.1.Paul.de Caſtr.in conſil.275.col.2.Brun.conſil.
97.colu.2.& Rui.in conſi.130.nume.15.uolum.5.ſed in ter
minis de quibus agitur, non apparet, quòd allegatus fue-
rit aliquis titulus, in quo interuenerit datio, aut factum,
ergo militate videtur concluſio ipſa communis, quæ ha-
bet, quod princeps ſine cauſa poteſt conceſſiones ſuas gra-
tuitas reuocare, vt etiam dixit Ripa in citato 6.reſponſo,
nu.12.vbi loquitur de priuilegijs, donationibus,& feudis
gratuitis,Idem Ripa in reſponſo 19.num.23.ea.par.& Cra
ue.in d.tract.de antiq.temp.in 1.par. uerſ.nõ omitto,n.38.
23 Aut vltimo volunt ſe fundare, quod † allegatio dicti ti-
tuli cum probatione temporis immemorialis habet vim
contractus oneroſi, qui per principem ſine cauſa non po-
teſt reuocari, ut per Doc.in d.c.1.de probat.& in le.digna
uox, C. de ll.& iterum dicitur, quod hoc argumentum eis
non ſuffragatur, quoniam † licèt princeps non poſſit con-
24 tractum oneroſum ſine cauſa reuocate, tamen cum cauſa
poteſt,vt per Doct.in locis ſupra citatis. pro qua ſententia
bene facit tex.in l.Titius puerum.ff.de obſequ.à liber.præ-
ſtand.vbi libertas data non gratuito, poteſt ex iuſta cauſa
ingratitudinis reuocari. & ita illum tex. intelligit Pau. de
Caſt.in d.l.digna uox, & Caccialup.in l.omnes populi.nu.
107.& Cro.ibi.nume.99.Fely.in c.1.in 5.decla.Alex. in ci-
tato conſi.101.col.5.216.col.3.uol.2.& in conſ.16. col.pe.
col.5.Bologn.in conſi.6.col.2.Deci.in conſ.335.col.2.Iaſ.
in citato conſil.1.col.5.vol.1.Pariſ.in conſil.2. nu.129.vol.
2.Rui.in conſ.21.num.12.volum.1. & in conſ. 105.num.4.
vol.5. Sed in caſu præſenti liquet de cauſa, quia ob rebel-
lionem hominum eiuſdem loci, qui contra iuramentum fi-
delitatis ligiæ præſtitum dicto Illuſtriſſimo Domino ſuo
admiſerunt inimicos ſuos in ipſo loco, ſpernendo præce-
pta ſua,quo caſu cum cauſa fuerit iuſtiſſima,nimirum ſi po
tuit homines ſuos punire, reuocando ſibi conceſſa. Nam
25 † ſi propter ſolam contumaciam vniuerſitas poteſt priui-
legijs ſuis priuari, Bal.in c.1.de mil.vaſal.qui contu. eſt, &
26 † propter rebellionem adæquari ciuitas ſolo, vt per Bart.
27 in l.hæreditarium,ff.ad l.Falcid.† & damnari ad aratrum,
ut inquit Inno.in c.cum in iniuncto de no.ope.nunc.Mart.
de Laud.in tract.de princ. numer.112. Albe.de Roſa.in l.ſi
28 vſusfructus,ff.qui.mo.vſusfr.amit. vbi dicit, † quòd tem-
pore Federici Barbaroſſa ciuitas Mediolani fuit ſeminata
ſale.in ſignum ſterilitatis, & quod perpetuo non deberet
29 reædificari. & dicit Ange. in conſi.165. quod † Henricus
Imperator damnauit ad aratrum propter rebellionem ci-
uitatem Thuſciæ.Abb.in c.inter cætera, de maior.& obed.
30 ubi tradit, † quod ſi ciuitas efficiatur rebellis, poteſt prin-
ceps eximere caſtra ab eius obedientia,& licet poſtea ciui
tas redeat ab obedientiam, caſtra ipſa non recuperabit.
Idem dixit de Ciuitate Brixiæ, & Bononiæ ipſe Abb.in c.
dilectus,el 2.colum.3.de ſimon.Baldus in l.in teſtamento.
31 C.de teſtam.ubi † propter crimen læſæ maieſtatis poteſt
dari ciuitas in prædam, quanto magis poterit propter ve
ram rebellionem priuari cõceſſionibus ſibi ex cauſa etiam
oneroſa factis?

Nec habet obſtare, quòd huiuſmodl rebellio non fuit
32 commiſſa per vniuerſitatem ipſius loci, quia † ut ab ea fa-
cta dicatur, requiritur, quod homines ipſius vniuerſitatis
conuocato conſilio,& præcedente deliberatione eã admi-
ſerint,ut p Bar.in l.aut facta,§.fi.col.fi.ff.de pœn. Cor.cõſ.
224.col.6.vol.4.& do.meus Rui. in conſi.107. num.5. uol.
5.quia reſpondetur,doctrinam Bart.& aliorum ſupra cita-
torum locum habere, & procedere in delicto momenta-
neo, vt in homicidio,ſecus ubi delictum habet cauſam cõ-
tinuam & ſucceſſiuam, ut eſt rebellio, Ita Ancha. in conſil.
157.colum.7.quem ſequitur Iaſon in l.ciuitas.in 2.colum.
ff.ſi cert.peta.Deci.in conſi.486.colum.fin.& in conſi.669.
col.fi.& Fel.in d.c.dilectus.col.2.

Sed præmiſſis non obſtantibus, contrarium de iure ve-
rius eſſe,arbitror, vt infra apparebit. Verum antequam ad
confutationem eorum quæ ex aduerſo deducta fuerunt, cõ
deſcendam,præmittam tres concluſiones pro fundamento
huius partis indifferenter ab omnibus receptas.Prima ete-
nim eſt † quòd princeps, qui cum ſubditis contrahit,tene-
33 tur contractum ſuum obſeruare. Ita Legiſtæ communiter
in l.digna uox,C.de ll.& Canoniſtę in d.c.1.de proba.Dec.
in conſ.286.col.4.& 580.in prin.Ruin.in conſ.69. num.23.
vol.3.conſil.21.col.1.conſ.17.col.2.& in conſ.31. col.pen.
in fi.vol.5.nec ei poteſt contrauenire,d.c.1. ibi, vt is colli-
geret, qui tibi ſeruare deberet,etiam de plenitudine pote
ſtatis.Pau.de Caſt.in d.l.digna vox,Deci.in cõſ.410. col.4.
conſil.580.in princip.& in conſil.618.colum.2.Socin.conſ.
86.col.fin.volum.4.& Crauet.in conſil.135.colum.3. & ra
tio eſt, † quia contractus ſunt de iure gentium. l.hoc iure,
34 ff.de iuſti.& iure,quod † ius immutabile eſt, §.ſed vt natu-
35 ralia,inſt.de iur.na.gen.& ciuil. & ideo dicit Bald. in l.1.ff.
de ll.quòd princeps poteſt contrahere cum fidelibus, qui-
bus tenetur de iure gentium & ciuili, quia ciuili rationi na
turalis ratio operatur l.bona fides,ff.depoſ.alias ſi contra-
rium diceremus,nullus reperiretur, qui vellet cum Princi-
pe contrahere, & ſic hominum commercio priuaretur, qđ
eſſet valde graue. l.hi qui, C.de appel. Princeps enim præ-
ciſè obligatur, & tenetur ex contractu ſuo, vt inquit Bald.
in cap.1.de natu.feu. Nam † licet Deus ſubiecerit ei leges,
36 non tamen contractus,ex quibus obligatur. Hinc dixit ali
bi ipſe Bald. in cap.1. de no. for.fidel. quòd † vbi princeps
37 aliquid facit cum ſubdito per viam contractus, & conuen-
tionis,in tali contractu ſic ſeruandum eſt ius commune, ſi-
cut vbi contrahitur inter priuatos, & ſic illum princeps
adimplere tenetur, legibus enim viuere volumus, inquit
Imperator in d.l.digna vox, Socin. in conſil.76. num.3.vo-
lum.primo, & nedum ſeruare tenetur contractos ſuos, ſed
etiam anteceſſorum ſuorum,ut inquit Bal.in cap.1. de pro-
batio.ubi infert,quòd † pacta inita inter Imperatorem Fe
38 dericum, & ciuitates Lombardiæ debent per ſucceſſores
in Imperio obſeruari. Idem Bald. & alij in d. l.digna uox,
Dec.in dicto cap.1. in 2.nota. Iaſ.in d.conſil.1. in 2. dubio,
uolum.1.& in conſil.10.colum.2.uolum.1.Soci.Iun.in con
ſil.60.num.18.uolum.3.& num.1 .& præſertim, † quando
39 contractus fiunt cum aliquibus impertinentibus àd offi-
cium ſuum, iuxta morem ſui principatus, ſecundum Bald.
in.l.1.in princ.ff.de conſtitu.princ.vel ſub nomine dignita-
tis,vt per Baldum in dicta l.digna uox. in fi. Baldus in con-
ſil.417.volum.1. & in conſil.158. colum.2. uolum.3. & per
Decium vbi ſupra,ac Socinum iuniorem in citato conſ.60.
num.29.

40 Secunda eſt concluſio,† quod acquiſitio facta ex curſu
temporis immemorialis habet uim contractus. Baldus in
conſil.315.315.colum.1.uolum.3.quem ſequitur Craue.in
conſil.10.nu.11.& conceſſionis etiam,Alexan.in conſil.24.
colum.3.uolum.5.conſil.52.num.2.uolum.eod.Bal.in con-
41 ſil.249. colum.4.uolum.3. † vbi æquiparatur conceſſioni
principis, ex quo eius auctoritate introducta fuit. & Bald.
ſequitur Crau.ubi proximè.Socin. in conſil.181. colum.pe
nult.in princ.uolum.2.Afflict.in cap.i. §.ſi quis per 30. nu-
me.10. ſi de feud.fue. controuer. inter do. & agna. Pariſ.in
conſil.3.colum.penult.uolum.4.Io. Hannibal.in repe.l.ne-
42 mo poteſt,nume.592..de leg. pri. ubi † talis acquiſitio ha-
bet uim conceſſionis factæ per habentem poteſtatẽ. Crau.
de antiqui.temp.in 4.part.ſectio. abſolutis.num.9. necnon
conſtituti.Card.conſil.57.colum.1.Socin.in conſil.297.nu
43 mero 3.ubi dicit, tale tempus habere uim conſtitutionis,
ac ſi de conſenſu partium tale ius ſtatutum fuiſſet,Pariſ.cõ-
ſil.101.num.84.volum.1.104.num.15.112.nu.21. uol.eod.
conſil.25.num.22.uol.2.conſil.13.num.15.uolum.4. Iaſ.in
conſil.208.colum.3,uol.1.Goza.in conſ.8.num.37. & Rui.
in conſil.118.num.8. uolum.4. Io.Hannibal, ubi ſupra nu-
44 me.597.† ac mandati.Barb.conſil.9.in princ.vol.1. & titu-
li ligitimè conſtituti,Fely.in c.accedentes,col.7.de præſcr.
Inno.in cap.2.de in integ.reſt.Io.Igneus in l.neceſſarios,§.
non alias,in uerbo nouiſſimè,nu.7. ad Syllan.Balb. in tract.

de præſcript.in 3.part.princ.verſic.6.col.5.in princ. Pariſ.
in conſ.26.num.27.uol.1.conſ.25.num.12.vol.4.conſ.111.
45 num.46.114.in princ.vol.eo.& Gozad.vbi ſupra. Item † &
vim pacti expreſſi.Bal.in conſil.185.vol.1.conſil.215.348.
& 430.vol.3.col.3.verſ.3. & in conſ.24.col.1.vol.4. Iaſ.in
l.quominus,col.19.in fi. & ibi Ripa nu.41.ff.de flum.Dec.in
conſ.588.nu.6.& 680.col.2.Pariſ.in conſ.112.nu.20.vol.1.
Io.Hannib.vbi ſupra,nu.592.Crauet. in conſil.10.num.10.
Facit etiam,quod voluit Bald.in conſ.313.col.2.vol.3.vbi
46 dicit,†quòd liberatio inducta per præſcriptionem æquipa
ratur liberationi inductæ per pactum,Bald.in c.1. § porro,
qual.feu. olim pot.alie. quem ſequitur Affl.in c.1. §.ſi quis
per triginta,nu.6. ſi de feu.fue.contro. inter dom. & agna.
47 & quæ † tantum poteſt quãtum Imperator cum cauſa.Iſer.
in ca.1. §.flumina,col.3.quæ ſint rega. Iaſ.in d.l.quominus,
col.8.Balb.vbi ſupra,col.2.Gozad. in citato conſ.8.nu.37.
Ruin.in conſ.118.nu.10.uol.4.
48 Tertia & vltima eſt concluſio, † quòd ſufficit agentibus
pro ipſa Vniuerſitate allegare titulum,quem velint pro fun
daméto acquiſitionis ipſius pedagij, & ad illius probatio-
nem allegare curſum temporis immemorialis, ut inſtruit
Sal.in d.l.2.col.fin.C.noua vecti.non poſſe,vbi inquit,quòd
ad acquirendum ius colligendi pedagium, ſufficit allegare
aliquem titulum ſuper iure pedagiandi, probãdo uſum tan
ti temporis,cuius initij memoria non exiſtit in contrariũ,
quia præſumitur ille titulus allegatus. & Sali. ſequitur Iac.
de Sancto Georg.in inueſtitura ſua feuda. in verſ. cũ mero,
& mixto imperio,& in tract.de homag.col.pen.vbi inquit,
49 † quòd ſi nobiles nunquam fuerunt interpellati de contri
buendo in oneribus,& nunc interpellentur, ſi ipſi allegent
titulum forte remiſſionis & liberationis, & ad probandum
talem titulum inducant probationem huiuſmodi tempo-
ris,quòd hoc caſu præſumitur titulus liberationis per eos
allegatus,Subdens ita etiam tenere Alber.de Roſa.in rubr.
ff.de mu.& hono.col.6.in fi. verſ.ſed pone quòd aliquis ha-
bet homines cenſuales,vbi dicit ita tenere contra glo. quæ
mille animas infirmauit,in l.cum de in rem verſo,ff.de uſur.
Facit etiam,quod dixit Alex.in conſ.6.colum.3. volu.1.vbi
ſequendo Sali. vbi ſupra inquit ſufficere communi Caſalis
in caſu ſuo allegare aliquem titulum in dicto pedagio, qui
ſatis diceretur probatus eo ipſo,quòd exactio eſſet proba-
ta ſpacio immemoriali,argum.l.filius, C.de pet.hæred.pro
cuius confirmatione in medium adducit, quod voluerunt
But. & communiter alij in cap. cum apoſtolica. de his quæ
fiunt à præla.vbi quærunt, An in terminis illius decretalis,
quia ibi dicitur, quòd laici ante Concilium Lateranenſe,
quod celebratum fuit tempore Alexandri tertij decimas
conceſſas tenent,ſi laicus eſt in quaſi poſſeſſione feudi deci-
malis alicuius eccleſiæ, vt quia poſitum in parochia eccle-
ſiæ,iuxta c.ad decimas,de reſt.ſpol.in 6.& eccleſia illa velit
vendicare conceſſionem feudalem fuiſſe factam poſt Con-
cilium Lateranenſe, & laicus dicat,quòd ante, quis debeat
probare? & concludunt, quòd ſi laicus poteſt probare poſ
ſeſſionem temporis immemorialis obtinebit, ac ſi appare-
ret conceſſionem fuiſſe factam ante dictum Cõciliũ, prout
laicus ipſe allegauit. Et ſic patet, quòd ſtatur allegationi ti
tuli cum probatione temporis immemorialis, quod & in
caſu decimarum etiam tenuit Barb.in conſ.35.col.3.vol.2.
& Ripa in c.decernimus, col. fi.de iud.vbi aſſerit hanc eſſe
communem Bal.in tracta.de præſcrip.in 5.par.in 7.q.col.7.
& ſequen.
Accedit quoque,quod tradit Pariſ.in conſ.23.num.18.&
22.volu.4. vbi concludit quòd ſtante curſu tanti temporis
præſumitur, quòd ex conſenſu & cõuentione inita cum par
rochianis ſolutio decimarum fuerit diminuta. Hoc etiam
voluit Bald.in conſil.24. col.1. vol.4.vbi quærendo,an em-
phyteuſis præſcripta, ſit realis, vel perſonalis? concludit
50 † quòd talis præſumitur, qualis proponitur. Ruin. in con-
51 ſil.118.col.2.vol.4.verſ.& tanto magis,vbi dicit,quòd † ti-
tulus paſcendi pecora, probatur ex dicto curſu tanti tem-
poris, etiam ſi non allegetur titulus ſpecialis,quia habet in
ſe titulum cum hanc eſſe communem, quod Princeps non
poteſt reſtituti, nec aduerſus probationem tituli allegati
ex dicto tempore, poterit eccleſia reſtitui ex aliquo capi-
te, quia curſus eiuſdem temporis habet, (vt dictum fuit)
vim conſtituti, & ſic perinde eſt, ac ſi ſeruitus fuiſſet ritè &
rectè conſtituta, dicto §.ductus aquæ.Socin.iunior in conſi
52 lio 49.num.24.volum.1.vbi inquit,†quòd exigenti annua-
tim taxas, ſufficit allegare titulum, & eũ probare per vſum
& conſuetudinem tãti temporis,cuius initij memoria, &c.
abſque alia probatione. Felin.in cap.accedentes. colum.5.
verſic.poſt hæc,de præſcrip. Cum igitur communitas præ-
dicta alleget ſe poſſe pedagium exigere à trãſeuntibus per
illum locum, ſeu eius territorium vigore contractus one-
roſi ipſi vniuerſitati facti per ſuperiores, qui pro tempore
fuerunt, ad quem probandum allegat, & deducit, ita ſem-
per obſeruatum fuiſſe, & per ſpacium temporis immemo-
rialis. Sequitur ex dictis concluſionibus ſupra citatis vni-
uerſitatem ipſam fore in portu victoriæ, etiam quòd de ta-
li contractu fidem non fecerit, & per conſequens, quòd Il-
luſtriſſimus Princeps modernus nõ debuerit, nec etiam po
tuerit contractum prædictum reuocare, ſed illum incõcuſ-
ſe obſeruare teneatur,iuxta nota.per Scriben.in dicto cap.
1.de proba. & in aliis locis ſupracitatis.
Reſtat modo reſpondere adductis in contrarium, & ad
53 primum argumentum reſpondetur,† illud ſibi locum ven-
dicare poſſe in priuilegio gratuito, ſecus in priuilegio,
quod tranſiuit in contractum oneroſum, quia ei Princeps
contrauenire non poteſt, etiam de plenitudine poteſtatis,
vt tradunt communiter Doct.in d.cap.1. de proba. & in di-
cta l. digna vox, cum per dictum modum introductum de
iure ciuili acquiſiuerit dominium directum dicti pedagij,
per ea quæ not.Bartol.in l.ex hoc iure, ff.de iuſt.& iur. Iaſ.
54 in conſil.227.col.2.volum.2.vbi inquit, †quod quando pri
uilegium principis tranſit in contractum,vel quaſi, & ſub-
diti adimpleuerint promiſſa, tunc Princeps, nec eius ſuc-
ceſſor poteſt tale priuilegium amplius tollere.l.item eorũ,
§.ſi actor,cum glo.ff.quod cuiuſque vniuer.nom. Bart.in l.
quod ſemel,ff.de decre.ab ord.facien. Bart. & alij in l.om-
nes populi,de iuſt.& iur.& ideò dicit Iaſ.alibi in conſil.86.
55 num.8.vol.3. quòd † remiſſio, vel gratia per viam contra-
ctus conceſſa ſubdito, non poteſt per Papam, vel Impera-
torem cõcedentem,etiam de plenitudine poteſtatis reuo
cari,Ruin.in conſ.29.num.4.uol.4.
Ad ſecundum reſpondetur, quòd & ſi ſecundum rece-
ptam Doct.ſententiam princeps poſſit derogare ſtatutis &
conſuetudinibus ſine cauſa,cum dicantur de iure poſitiuo,
56 tamen † quòd id non admittitur in iure quæſito mediante
miniſterio iuris ciuilis, quia tunc requiritur cauſa, & non
ſufficit clauſula de plenitudine poteſtatis, & id videmus in
aditione hæreditatis,& in præſcriptione, de quibus per So
cinum in l.Gallus,§.& quid ſi tantum.in colum.8.verſic.cir
ca tertium,ff.de lib.& poſthu.Galiaul.ibi,nume.96. & Rui.
in finalibus verbis,vbi aſſerunt hãc eſſe communem, quod
57 † princeps non poteſt p legitimationem præiudicare his,
quibus delata fuit hæreditas, quæ fuit adita. Curtius ſe-
nior conſilio 65. colum.3. Craue.in conſilio 7.in 3.colum.
in fi.in conſil.103.colum.1.conſil.135.num.20.& in conſil.
241.colum.4.in fi. vbi admittitur hanc eſſe communem, &
in tracta.de antiqui.temp.in prima parte,num.49.& in con
ſilio 172.colum.2.in fi. vbi plus dicit hanc eſſe crebriorem
58 Doct. ſententiam, quia † licet modus acquirendi ſit de iu-
re ciuili introductus,tamen dominium acquiſitum median
te dicto miniſterio eſt de iure gentium, vt per Bartolum in
dicta l.ex hoc iure, Aret.in l. tertia, ff. de teſta. Crot.in ru-
brica de acquiren.poſſeſſ.Pariſius in conſil.1. numero 108.
volum.1. vbi inquit, non valere conſequentiam, modi ac-
quirendi dominium per ſententiam, vel præſcriptionem &
ſimilia,ſunt de iure ciuili, ergo eodem modo debet iudica-
ri & cenſeri dominium: quia talis obiectio tollitur ex di-
cto Bartol. in l. ex hoc iure, dicentis dominium quæſitum
ciuilibus modis eſſe de iure gentium,ſubdens hanc partem
ſequi communiter Doct.in cap.quæ in eccleſiarum, de con
ſtit,& licet ibi Deci. ibi teneat contrarium, tamen contra

cum eſt magis communis opinio, ut per eundem Pariſ. in conſil.101.nume.70.uolum.primo,& in conſil.6.nume.23. volum.1.Ruin.in conſil.31.nume.21.uolum.5.ubi loquitur in præſcriptione,& reprobat Pau.de Caſtr. & Ange. aliter ſentientes, rurſus in conſil.98. nume.4. & 23. uolum.4. in conſil.21.num.2.volum.5.130.num.15.uol.eo.& in conſil. 108.num.6.uolum.2.Iaſ.in l.fi.in 7.limita. C.ſi contra ius, uel util.publ.ubi reprobat Bal.aliter ſentientem in l.fi.C. ſenten.reſ.non poſ. ergo idem dicendum uenit in terminis noſtris,ubi dicti agentes ſe fundant in titulo allegato contractus oneroſi probato per curſum dicti temporis imme-
59 morialis introducti à iure ciuili,† quoniam huiuſmodi cōtractus habent vim cōtractus ſpecialis initi cum principe, ut de priuilegio dixit Barba.in conſil.9.in prin.volum.1.& Iaſ.in conſil.208.col.pe.volum.2.& Bal. in c.1.colum. pri-
60 ma,in fi.quæ ſint regal.ubi †dicunt,quòd æquiparatur curſus tanti temporis,priuilegio expreſsè conceſſo à principe ex certa ſcientia,bene facit,quod dixit Socin. in conſi.297. nume.3. uol.2.ubi ait, † tale tempus immemoriale habere
61 uim conſtitutionis,ac ſi de conſenſu partium tale ius ſtatutum fuiſſet, Afflict.in conſtit.regn.in 6.q.ubi dicit, quòd ciuitates,quæ habuerunt iuriſdictionem ex conſuetudine tāti temporis,cuius in contrarium memoria hominis nō exiſtit in contrarium,l.prima,C.de eman.lib. poſſunt condere ſtatuta,quia dictus curſus tēporis operatur, ac ſi ipſe princeps conceſſiſſet iuriſdictionem.

Item reſpondetur, quòd† princeps non poteſt de roga-
62 re titulo allegato, & cauſato ex curſu tanti temporis,quia aliud eſt præſcriptio, & aliud eſt allegatio iuſti tituli, & præſumptio ex tanto tempore, ſecundum Aret. in conſil. 15.in tertio dubio in fi.quem ſequitur Ruin. in conſil.103. numero 8.uolum.5.

Non obſtat ſimiliter & tertium, quia illud poſſet procedere, † ubi eſſemus in caſu, in quo allegaretur titulus
63 gratuitus, & ad eius probationem curſus tanti temporis, quia tunc non poſſet plus titulus præſumptus, quam uerus,ſecus,quando allegatur titulus obligatorius,& ad eius iuſtificationem curſus tanti temporis, quia tunc cum ſit in facultate partis allegare quem titulum uoluerit, ut fuit allegatus in caſu præſenti, & oneroſus, ſequitur quòd illum princeps obſeruare tenetur, cum habeat eandem uim,ac ſi cum principe geſtus fuiſſet, iuxta ſuperius allegata.

Vltimò non obſtat, quòd ex cauſa rebellionis princeps ipſe potuit reuocare dictum contractum,quamuis ex cauſa oneroſa factum, quia reſpondetur, quòd ad hoc, ut uniuerſitas poſſit priuari propter dictam rebellionem pedagio,de quo ſupra,opus fuiſſet,quòd ea commiſſa fuiſſet cōuocato prius conſilio, ut per Bartol.in d.l.aut facta, §.fina. ff.de poen.Fely.in cap.cum dilectus,de ſimo.Angel. in conclu.236.colum. fin.Paul. de Caſt.in conſil.87.Dec.in conſil.221.colum.1.& in conſil.667.colum.fina. Curt. iun. in conſil.174.colum.fin.& in conſil.vltimo, colum.fin. Pariſ. in conſil.21.nume.34. uolum.4.ſed allegata rebellio non fuit per uniuerſitatem prædictam commiſſa, minuſque de uoluntate conſilij, ſed per quoſdam (ut fertur) particula-
64 res, † quo caſu delictum particularium non poteſt obeſſe dictæ uniuerſitati, ut tradit Oldr.in conſil.65. in fin. quem ſequitur Craue.in conſil.21.nume.8.ubi dicit,quòd iniquiſſimum eſſet tot innocentes & miſerabiles perſonas puniri ob factum aliquorum particularium. Et ideo per doctrinā Barto. in d.l.aut facta. §. fina. conſuluit in ſpecie Paul. de Caſt.in conſil.86.non ſufficere ad hoc,ut libellus procedat contra aliquam uniuerſitatem probare, quod homines unius terræ combuſſerint certum fœnum unius nobilis, niſi probetur,quòd fecerint prius conuocato cōſilio, quod requiritur, unde quòd agendum erat contra particulares, qui ignem iniecerunt. ita conſuluit Aret. in conſil.169.nu. 17.quod ciuitas Florentina non potuit excommunicari de iure per Syxtum Pontificem,vel ſubijci interdicto, ex eo, quod Florentini interfecerunt Archiepiſcopum Florentinum, & captiuauerant Cardinalem, quia cum non fecerint præcedente deliberatione & conſilio, quamuis commiſiſſent homicidium, non poterant omnes puniri, ſed tantum puniendæ erant ſingulares perſonæ, quæ illud perpetrauerant,& prædicta ſequitur Iaſ.in d.l.ciuitas, colum.2. Immo
65 plus voluit Barto.in dicto.§.fi. quod † etiam ſi vexillo leuato, & pulſata campana,fuiſſet commiſſum delictum, non tamen dicitur vniuerſitas delinquere, ſi deliberatio non præceſſit. Abb.in capit. in Geneſi, de elect.in cap.dilectus, el 2. colum. fina. de ſimon. vbi iſti dicuntur potius incitatores ſingulorum. Aret. conſ. ſupra citato 165. colum.17.
66. Nam † ſinguli differunt ab ipſa vniuerſitate,& ab hominibus vt vniuerſis. l.in tantum.§.vniuerſitatis.ff.de rerum diuiſi. l.ſed ſi hac.§. qui manumittitur, ff. de in ius vocan. Et
67 †propterea ſicut vnus ex delicto alterius non poteſt grauari, cap. primo,de iniur.& dam.dato, lib.6. ſic etiam non debet ex delicto vnius de vniuerſitate aggrauari ipſa vniuerſitas, ut in ſpecie probatur ex not. per glo. in l.ſicut, §. primo.ff.quod cuiuſq; vniuerſ.nom.& clarius per glo.in l. ſi ex dolo,§.ſed an municipes,in verbo poſſit,ff.de dolo.
68 Nec obſtat, quòd† doctrina Barto. vendicat ſibi locum in delicto momentaneo, non autem in ſucceſſiuo, vt in rebellione, quia dicitur, quòd propriè in rebellione tenuit contrarium Io.de Ligna.in cle.1.de pœnis, ubi inquit,ſe aliàs cum maximo honore defendiſſe ciuitatem Bononię coram Papa,vt non poſſet ciuitas ipſa tanquam rebellis puniri,uel ſubijci interdicto, etiam ſi homines ciuitatis feciſſent rebellionem,ex quo non apparebat,quod de hoc pręceſſiſſet collegialis deliberatio. & cum eo ibi tranſit Imol. colum.2.nec non. Aret. in allegato conſi.165.colum.17.& d.meus Ruin.in conſil.107. colum.2. volum.5. & quamuis Pau.de Eleaz. Ancha.& Card.ibi in d.clem.1.uideantur cōtra Io. de Ligna.tenere, tamen aduertendum eſt, quòd loquuntur in caſu, in quo ad ciuitatem, vel locum peruene-
69 rit utilitas, vel commoditas ex tali delicto, † puta, quia traditus eſt locus in prædam hominibus,ſecus,quando omnes ciues,vel multi aliquid faciunt tanquam ſinguli, & poſtea per actus ſequentes non poteſt detegi voluntas tacita ciuitatis, vel loci approbantis.Ita declarat Ioan.de Ligna. Card.ibi in d.cleme.prima, in verbo Ciuitas. in 2.colum. verſicu.nam tenendo,quem ſequitur Aretin.vbi ſupra,col. 3.verſic.& licet, ubi pro concordia dicit conſiderari poſſe duos caſus. Nam aliquando ex delicto commiſſo ab omnibus,vel maiori parte populi, vel etiam à paucioribus peruenit vtilitas, & commoditas quæſita ex delicto ad ipſam ciuitatem, puta, quòd tradita eſt ciuibus præda, vel caſtrum occupatum à ciuibus, qui occuparunt, tunc probabiliter dici poteſt, quod delictum uidetur commiſſum nomine ciuitatis, & ipſa accipiendo tales res videatur ratificaſſe, & præſumatur hoc mandaſſe. Ita not. Butr. in cap. cum ad ſedem, declarando ibi glo. de reſtitut. ſpol. quia enim vtilitas quæſita ex delicto peruenit ad ciuitatem, videtur declarari retro eius nomine delictum rebellionis perpetratum, argum. not. in l.fideicommiſſa.§. inter, ff.de lega.3. ſecus eſſet ſi res quæſita ex delicto reperiretur penes ciuitatem, quæ tamen non tradita fuiſſet à delinquentibus,ſecundum glo.& Inno.in d.cap.cum ad ſedem, etiam ſi ciuitas ſciuiſſet per ſuos ſubditos ſpoliationem fuiſſe cōmiſſam,ſed in caſu præſenti nullibi conſtat,quòd ad dictam vniuerſitatem peruenerit vtilitas aliqua ex dicta rebellione, ſed totum oppoſitum, quia ea paſſa eſt ruinas, expenſas,& intollerabilia damna, igitur ceſſare videtur obiectū ratificationis allegatæ. Vnde ex his, quæ longo calamo ſcripta fuerunt, concludendum arbitror, prædictum Illuſtriſſimum non potuiſſe reuocare, nec auferre vniuerſitati prædictæ exactionem dicti pedagij, eamque reintegrandam eſſe, & reintegrari debere in priſtinum ſtatum, aliàs
70 eſſet ab honeſto recedere, † quod Principi turpiſſimum eſt, ſecundum Mar. Salomo. in l.Princeps, nume.5. ff. de conſt. princ. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

SVM-

*S V M M A R I V M.*

*1 Actore non probante plenè & legitimè id, quod eſt fundamentum ſuæ intentionis, etiam ſi reus nihil probauerit, abſolui debet.*

*2 Declaratur hæc regula procedere in abſolutoria diffinitiuè ferenda.*

*3 Eamque procedere, etiam ſi intentio actoris ſit fundata ſuper negatiua.*

*4 Agens ad prædium debet ſecundum communem articulare de identitate, eamque probare per duo confinia.*

*5 Confinia duo licet ſufficiant ad probationem identitatis, tamen hoc fallit, quando in inſtrumento eſſent deſcripta quatuor, quorum duo conueniant rei petitæ, & alia non, ſed contra, nu. 18. & 19.*

*6 Fœmina communiter excluditur à ſucceſſione feudali.*

*7 Quod amplia procedere etiam in feudo hæreditario.*

*8 Fœmina ſuccedit in feudo, quod habuit originem à fœmina, & nu. 20. ſecundum communem.*

*9 Fœminæ licet regulariter non ſuccedant in emphyteuſi ſuſcepta pro ſe & filijs, tamen id non procedit in emphyteuſi, quæ originem habuit à fœmina.*

*10 Fœmina, & ſi ſuccedat in feudo, quod principium habuerit a fœmina, tamen id ſecus arbitratur, vbi adſunt maſculi.*

*11 Fœmina in feudo exiguo ſuccedere non poteſt.*

*12 Iuramentum & ſi remittatur in feudo exiguo, non tamen ſeruitium.*

*13 Feudum quando eſt fœmineum, licèt admittantur maſculi excluſis fœminis, tamen id locum habet in feudo ex pacto & prouidentia, ſecus in hæreditario, ſi non ſunt hæredes primi acquirentis, vel vltimi defuncti, & nu. 21. ac 24. ſecundum magis communem.*

*Quod intellige procedere, ſi agnatis eſſet delata hæreditas, aliàs ſecus, contra nu. 29.*

*14 Res debet in libello per confines declarari.*

*15 Identitas prædij per duos confines declaratur.*

*16 Confinia duo, ſi reperiuntur appoſita in inſtrumẽto rei cultiuæ, illa ſufficiunt ad probationem identitatis, licet poſtea effecta fuerit ſyluoſa.*

*17 Mutatio præſumitur in his, quæ variantur tempore.*

*22 Feudum hæreditarium ſecundum magis communem dicitur, quando eſt ſuſpectum pro ſe & hæredibus.*

*23 Item, & quando ſimpliciter acceptum eſt pro ſe.*

*25 Agnatus, qui vult admitti in feudo hæreditario, debet probare ſe hæredem vltimi defuncti, vel primi acquirentis.*

*26 Qualitas requiſita ad actum debet ſpecificè probari.*

*27 Fundans ſe in culpa alicuius, ſiue agendo, ſiue excipiendo, debet eam clarè deducere.*

*28 Excipiens ſuam tenetur probare exceptionem, quia in ea, ut actor conſideratur.*

*30 Vaſallus, ſi decedit relicto deſcendente ex fœmina inhabili ad ſuccedendum in feudo hæreditario, & agnato qui non ſint heredes, feudum deuoluitur ad dominum.*

*31 Hæres particularis ſecundum magis communem non admittitur in feudo hæreditario.*

## CONSILIVM LXVII.

PRima conſideratione dicendum videtur, Magnificam
D. Antoniam de Benedictis, in præſenti iudicio moto
contra Magnificum Dominum Gaſparem etiam de Bene-
dictis obtinere non debere, quia uidetur, quòd ſumus in
1 regula, quòd † actore non probante plenè & legitimè id,
quod eſt fundamentum intentionis ſuæ, reus etiam ſi nihil
probauerit, abſolui debeat. l. qui accuſare, C. de eden. l. ei
qui dicit. ff. de proba. l. actor. C. eod. tit. Alex. in conſil. 132.
nume. 2. volum. 5. conſil. 117. col. 1. volu. 7. & in conſil. 127.
2 col. 1. vol. eo. vbi inquit, † regulam ipſam intelligi debere
de abſolutoria diffinitiuè ferenda, iuxta gl. in auth. qui ſe-
mel, in verbo locum, ubi etiam Doctores. C. quom. & quan.
3 iud. iterum Alex. in conſi. 72. col. 1. vol. 5. vbi etiam † tradit
eam procedere, ſi intentio actoris ſit fundata ſuper negati-
ua, ex not. per Inn. in c. ſuper his, de accuſa. notant commu
niter Scriben. in l. in illa. ff. de uerb. oblig. Alex. in conſi. 42.
colum. 2. vol. 6. & Craue. in conſil. 112. nu. 6. Quod autem
non probauerit fundamentum intentionis ſuæ ex infra di-
4 cendis demonſtratur. Nam trita eſt concluſio, † quòd agẽs
ad prædium, debet articulare de identitate ipſius, & eam
probare, vt per Cor. in conſil. 165. col. fi. vol. 3. Crau. in cõſ.
198. num. 4. & Rui. in conſil. 141. nu. 4. vol. 5. ſaltem per duo
confinia, ſecundum Bart. in l. demonſtratio falſa, in prin. in
7. q. ff. de cond. & demon. quem ibi Doct. communiter ſe-
quuntur, ubi dicit, quòd ille, qui vult probare quòd de cor
pore conſtat, ut ſic falſa demonſtratio non vitiet, ſufficit
quod oſtendat nomen loci cum duobus confinibus con-
gruere feudo, quia tunc fundatam habet intentionem ſuã,
quia de corpore conſtat. & licèt aliqua alia demonſtratio
fuiſſet adiecta, quæ reperiatur falſa, hoc non nocet, quia
quidquid vltra illas demõſtrationes neceſſarias adiicitur,
fruſtra eſt, & nõ vitiat l. 1. §. fi. ff. de dot. prælega. ſi enim om-
miſſio non vitiat, multo minus erronea expreſſio. l. 1. C. de
rei vxo. actio. niſi allegans contrarium illud probauerit, ſe
quitur Alex. in conſi. 113. colu. 4. uerſic. nec ad hoc obſtat,
vol. 1. ſed per dictam Dominam actricem licet fuerit arti-
culatum de identitate prati, de quo actum fuit, tamen ea
non fuit probata. igitur &c.

Nec habet obſtare, quod ſatis conſtare videatur de iden
titate ipſius prati ex duobus confinibus deſcriptis in in-
ſtrumento acquiſitionis eiuſdem, ubi dantur duo confinia
immutabilia, uidelicet uia publica, & riuus melinus, quæ
ſufficere debent pro demonſtratione ipſius identitatis, vt
in terminis tradit Rui. in conſil. 90. nu. 12. vol. 1. & in conſi.
5 115. nu. 10. uol. 5. quia reſpondetur, quod † licet recepta ſit
huiuſmodi concluſio, tamen ea recipit limitationem, vt nõ
procedat, quando in acquiſitione ſunt deſcripta quatuor
confinia, quorum duo conueniant rei petitæ, & alia duo
non, ut eſt text. in l. in teſtamento quidam, ff. de cond. & de-
monſtr. vbi Paul. de Caſtr. ita declarat, & limitat dicta per
Bart. in d. l. demonſtratio, in 7. q. quẽ refert, & ſequitur Ale.
in conſ. 38. col. 2. uol. 5. ubi dicit, ꝙ licèt uerũ ſit, ꝙ quando
ſunt tres demonſtrationes deſignatæ, ſi duę ſunt uerę, & ter
tia falſa, præferantur illę duæ, & tertia non attendatur, ut
per Bart. ubi ſupra. tamen ſecus ubi ſunt quatuor demon-
ſtrationes, uel plures, quia ſi duæ concordant, reliquæ con
tradicunt, tunc non dicitur conſtare de corpore, in quo
concordant illæ duæ, & ratio eſt ſecũdum eum, quia quãdo
probationes, uel demõſtrationes ſunt plures, redditur res
in ambiguo & incerto, adeo quod ſuccumbit ille ad quem
ſpectat onus probandi id, quod eſt fundamentum intentio-
nis ſuæ, c. ex literis, de probatio. ſi uero demonſtrationes
ſunt ex una parte plures, præfertur qui habet pro ſe plu-
res. l. 4. l. ob carmen. §. fin. ff. de teſtibus, idem Alex. in addi.
ad Bart. in d. l. demonſtratio. col. 2. verſ. parum infra, ſed in
caſu præſenti licet ſint deſignata confinia uiæ publicæ, &
riui melini, tamen alia duo, uidelicet Do. Antonius Variſel-
lus, Ioan. de Peſinis non conueniunt dicto prato, ergo iden
titas non probata.

Ex alio etiam capite videtur, quòd dicta domina Anto-
nia ſuccũbere debeat, quoniam ipſa agit ad bona feudalia,
6 † à quibus communiter fœmina excluditur, quia incapax,
c. 1. §. & quia vidimus, qui feu. dar. poſ. c. 1. §. filia, de ſucceſ.
feu. c. 1. §. ad filiam, de grad. ſuc. in feud. Alex. in conſ. 98. nu.
9. uol. 6. Bald. in conſil. 401. in princ. uol. 5. & in conſ. 232. in
prin. uol. 3. ratio etenim eſt, quia dominum iuuare non po-
teſt, nec pugnam facere, ut per glo. communiter approbatã
in d. c. 1. §. hoc autem, qui feud. dar. poſſ. in c. 1. an mutus vel
ſurdus. Alex. in conſ. 10. col. 1. in fi. uolu. 5. Soc. in conſ. 257.
nu. 2. & Pariſ. in conſ. 4. col. 2. in prin. uol. 1. ubi inquit, hoc
7 † etiam procedere in recepto pro ſe & hæredibus, quia il-
lud verbum hæredibus intelligitur de maſculis, ut dicunt
Scrib. in cap. 1. de natu. ſucceſ. feud. Cur. iun. in conſ. 41. nu.
1. Soc. in conſ. 19. col. 1. uol. 1. Pariſ. in conſ. 12. nu. 12. uol. 1.
conſ. 16. in prin. vol. eo. & in conſ. 16. nu. 12. uol. 4.

8 Nec obſtat,† quòd concluſio ipſa non procedit in feudo fœmineo,quòd originem habuit in fęmina, quia in tali ſuccedunt fœminæ.gl.in d.c.1.in §.& quia uidimus, in uerbo, ſi ergo,per tex.in c.1.de nat.ſucceſ.feud. vbi tex.dixit,fœminæ non ſuccedunt,niſi fœmineum,&c. pro cuius ſententia facit quod ſcripſit Anchar. in conſil.339. vbi conſuluit,
9 †q̃ ſi quis recipiat emphyteuſim pro ſe & filiis, licet regulariter non veniant fœminæ, quia in contractibus maſculinum non concipit fœmininum, tamen illud non procedit, vbi emphyteuſis eſſet fęminea,vel originem habuiſſet in fęmineis, quia tunc fęminæ venirent. & Anchar. ſententiam amplectuntur Goza.in cóſ.79.col.fi.in fi.& Cur.iu.in tract. feu.in 3.par.in 1.q.in 1.limit. licèt Anch. alleget corruptè.
10 Quia reſpondetur,†quòd dicta limitatio intelligi debet, quando non adeſſent maſculi, ſecus ſi ſint, quia tunc licet feudum ſit fęmineum,magis admittuntur maſculi, quam fęminæ. Ita Iacob.Ardizo.Iacob.de Beluiſ.Nicol.de Neapol. Bal.Aluar.& Afflict.in c.1. de benef.fęm. ſecundum verum & communem intellectum. Cur.iun. ubi ſupra, & pro hac ſententia etiam facit tex.in c.1.de eo, qui ſibi & hære.maſ. vbi ſi quis ſtipulatus eſt ſibi & hæredibus maſculis, quibus deficientibus,fęminis eſt ſtipulatus,ſi deceſſit ſtipulator relicta filia, & illa ab hoc ſeculo migrauerit ſuperſtitibus duobus filiis,quorum alter deceſſit ſuperſtitibus duabus filiabus, alter vero ſuperſtite vno filio maſculo, portio illius, qui deceſſit cum filiabus deuoluitur ad filium maſculum alterius fratris, & ſi feudum iam factum fuerit fęmineum, & iſtum tex.ad hoc allegat Gozad. in conſil.53.col. pen.in fi.Curt.iun.in conſ.140.num.3. & in conſ.181.nu.2. Pariſ.in conſ.9.in fi.vol.1.& Clar.in 4.lib.feud.q.73.ſed in terminis noſtris adeſt dictus D.Gaſpar.agnatus,ergo ceſſat obiectum.
11 Similiter non obſtat, † fęminam hanc ſuccedere debere in dicto feudo,quia eſt exiguum,vt limitat Roma.in conſil. 367.col.fi.Barb.in c.ex parte,in pri.de feu. quia reſpondetur,quòd & ſi pro feudo exiguo non præſtetur iuramentũ, tamen non remittitur ſeruitium,ut inquit Bald.in c.1.§.eſt
12 & alia, quæ fuit pri. cau. ben.amit. vbi ſignanter dixit, † q̃ licet in feudo exiguo iuramentum remittatur, tamen non remittitur factum,id eſt,ſeruitium,quod per mulierem pręſtari non poteſt,per tex.in l.hæc ſcriptura.ff.de cond. & de mon.Curt.iun.vbi ſupra in 11.limit.

Nec obſtat etiam,quòd quando feudum eſt fęmineum,[licet admittantur maſculi, excluſis fœminis, nihilominus id locum habet in feudo ex pacto & prouidentia, non autem in feudo hæreditario, ut eſt præſens, de quo agitnr, quia
13 †conceſſum pro ſe & hæredibus, in quo non admittuntur maſculi,niſi ſint hæredes primi acquirẽtis,vel ultimi uaſalli defuncti, ut per Curt.iun.in conſ.155.nu.4. & in conſ.1. nu. 11.& Pariſ.in conſ.16.nu.13.uol.1.quia reſpondetur,quòd prædicta ſententia locum ſibi vendicat, ubi agnato delata fuiſſet hæreditas,quia tunc non poteſt repudiare hæreditatem ſibi delatam, & amplecti feudum, ſecus quando hæreditas ei non fuit delata,quia abſque hæreditate poterit conſequi feudum,vt concludit Iac.Alua.Iac.de Belu.& Bald.in c.1.an agna.vel fil.Dec.in conſ.208.in fi. Curt.iun.in conſi. 138.colum.fin.verſ.& ſi quiſpiam.Afflict.in conſti. regn.in conſtit.incip.Conſtitutionem,num.3.vbi inquit,ita bis cõſuluiſſe, & quòd credit veritatem dixiſſe. Ruin.in conſ.17. col.fin.volum.1. Vnde licet dicto Domino Gaſpari non fuerit delata hæreditas dominæ Mariæ vltimo loco defunctę, tamen ex quo eſt agnatus ſuccedere potuit in dicto feudo, à quo per fęminam remoueri non debet ex iuribus & deciſionibus ſupra citatis.

Verùm præmiſſis non obſtantibus, ulterius cogitanti cõtrarium de iure eſſe arbitror, & dico in primis, quòd imò probata uidetur identitas ipſius prati ex dictis duobus cõfinibus deſignatis in inſtrumento conceſſionis,uidelicet ex confinibus riui melini,& uiæ publicæ, ut uoluit Bart.in d.l. demonſtratio,in 7.q. quem ibi (vt dixi) ſequuntur cõmuniter ſcribentes. Alexan.in conſ.190. num.8.volum.9. vbi
14 inquit, † de ſubſtantia emptionis & uenditionis rei venditæ eſſe, quod res ſaltem confinetur per duos confines, vel alia demonſtratione res reddatur certa, per l.forma.ff. de
15 cenſ. ubi etiam glo. dixit † quod in libello debet res per confines declarari, allegat l.Pomponius ſcribit,ſi frumentum,§.ſi.ff.de rei vendi.Idem Alex.conſi.92.col.fin.volum. eod.conſil.73.col.2.uolum.3.conſil.38.colum.2. volum.5. circa fi.conſil.50.num.13.& 183.colum.pen.in fin.volum. 6.Socin.in conſil.54.num.20.uolum.4. & in conſil.89. col.
16 5.verſic.ſed circa.volum.1.vbi† dicit quod ſi in inſtrumento rei cultiuæ fuerint poſita duo confinia,quod illa demonſtratio confinium ſufficit ad probationem identitatis rei, li
17 cèt ipſa poſtea fuerit effecta ſyluoſa,quia † in his,quæ mutantur tempore,non ſequitur, olim res erat talis, ergo & hodie,ſed potius præſumitur mutatio,& per Bald.poſt Nicol.de Matha.in l.ex perſona, C.de proba.Idem tenuerunt Corn.in conſil.165.colum.fin.volum.3. Crauet. in conſil. 112.num.3.& in conſil.198.colum.2.verſicu. neque obſtat quod negauerit. Pariſ.in conſil.59. num.21.uolum.3. & in conſil. 67.colum.fi.volum.2.Rui.conſil.50.num.12.vol. 1. & in conſil.143.num.2.uolum.eod. & in conſil.115.nume. 10.uolum.5.Vnde cum iſta ſit communis opinio,ut per Soci.in l.in teſtamento,la prima,colum.2.de cond.& demon. in l.ſi quis in fundi vocabulo, in princ. colum.2. verſic.ſecunda concluſio, ff.de lega.1. meritò ab ea in conſulendo, & iudicando recedere non debemus.

Nec obſtat, quòd prædicta communis limitatur locum non habere,vbi dantur quatuor confinia, quorum duo cõueniunt rei petitæ, & alia duo non, quia pluribus modis reſpondetur, & primo, quod tex.in d.l.in teſtamento, non probat intentionem Pauli de Caſtro, vt ibi clarè oſtendit Soci.cuius dicta non tranſcribo.

Secundò reſpondetur, quòd Paul.de Caſtr. non dicit id, ad quod allegatur, ſed tantum quod determinatio Bart.in d.l.demonſtratio.in 7.q.,quæ uult, quod ſufficiant duæ demonſtrationes, ſi illæ reperiantur conuenire alicui corpori, licet tertia non conueniat, eſt contra dictum tex. & ſic Caſtren.tantum loquitur,quando tertia demonſtratio erat falſa,& non quando plures erant falſæ, ſed contra eum eſt communis, de qua ſupra latè dictum fuit, igitur in eius dicto uis facienda non eſt.

Tertiò dicitur quod dato (ſed non conceſſo) quod ita voluiſſet Caſtren.quod malè loqueretur, quia contrarium tenuit ipſemet Caſtren.in l.ſi in nomine, C.de teſta. uerſi-
18 cul.ſed qualiter conſtare dicitur,ubi dicit,† quod non ſolum ſufficiunt duæ demonſtrationes, quando tertia eſt falſa,ſed etiam ſi ſint plures aliæ appoſitæ,quæ non congruãt, Sequitur Rui.in conſil.115.nume.10.volum.5. Riminal. in d.l.ſi in nomine,quem ſequitur Pariſ.in conſil.58.num.25. uolum.3.& Rui.in conſil.50.num.12.uolum.1.Et eo magis
19 hoc† pro certo admittendum venit in terminis noſtris, vbi illæ aliæ duæ demonſtrationes non conueniunt alteri rei, per not.per Alex.in d.l.ſi in nomine, colum.1.in fi.vbi tradit, quod licet quando ſunt quatuor demonſtrationes quarum duæ conueniant,& aliæ duæ non,non reddatur res dubia,& non debent præualere magis illæ, quàm iſtæ,tamẽ quod id locum habet, quando appareret quod illæ aliæ duæ demonſtrationes,quæ non conueniunt rei,de qua agitur,conueniebant alteri,aliàs ſecus,ut in caſu præſenti,vbi apparet q̃ illa duo confinia Antonij Variſelli,& Ioannis de Peſinis non conueniunt aliæ petiæ terræ vel prati.

Non obſtat, quòd in dicto feudo fęmina ſuccedere non
20 poſſit,quia reſpondetur,†quòd imò ſuccedere poteſt,quia feudum fœmineum,quod ortum habuit à domina Genipera,in quo fęmina tanquam capax ſuccedere poteſt,vt per Docto.ubi ſupra,& Zaſ in tracta.de feud.in 8.par. in 2.par uerſ.ſupradicta concluſio, ubi atteſtatur hanc eſſe communem opinionem,quem ſequitur Clarus in d.4.li.q.73. verſ. præterea quæro.

Nec valet in caſu præſenti, quòd limitatio ipſa locum non habet vbi adſunt maſculi agnati, ut eſt dominus Ga-
21 ſpar, quia aduertendum eſſe arbitror, † quòd prædicta ſententia poſſet ſibi locum uendicare, vbi eſſemus

in feu-

in feudo ex pacto & prouidentia, vbi admittuntur agnati, quamuis non hæredes, vt per Dec.in conſil.285.colum.2. verſic.circa primum Bald.Iſer. Alua. & alios in capit.1.an agna.vel fil.Pariſ.in conſil.2.nume.22.volum.1.Socin.iun. in conſi.112.in 3.colum.volum.2.& d.meum Rui.in conſi. 25.nume.18.volum.1.& ita aliàs reſpondi,ut in conſil.67.
22 num.21.vol.1.ſecus in feudo hereditario,quod eſt,† quando eſt conceſſum pro ſe & hæredibus,ut per Alex.in conſi. 10.in 3.colum.in princ. uolum.1. ubi atteſtatur hanc eſſe magis communem. Pariſ. in conſil.2. colum.4. uolum.1.in conſ.4.nu.27.vol.eo.Deci.in cõſ.185.col.2. in conſil.194. 390.col.3. verſi.in dicta prima inueſtitura, & in conſ.445. col.2.vbi etiam dicit hanc cõmunẽ,&Crauet.in conſi.197. num.5. Nam † ſi feudum ſimpliciter ſuſceptum pro ſe, di-
23 citur hæreditarium in dubio.Bald.in c.1.colum.4.an agna. vel fil.Alex.in conſ.26.col.2.volum.5.Curt.iun. in conſil. 3.num.4.Bru.conſil.80.colum.4.Pariſ.in d.conſil.2.nume. 18.& conſil.3.nume.9.uolum.eod. Rui. in conſi.17.colum. 2.volum.1.& Alcia.conſil.160.nume.9.180.in prin.& 183. colum.2.quanto magis hoc dicendum venit,vbi in conceſſione fit mentio, nedum de hæredibus, verum etiam & de ſucceſſoribus, vt per Ang.in conſi.184.Cur.iun.conſ.155. num.3.conſil.1.num.11.Dec.in conſil.194.nume.4.&390. nume.5.Pariſ.in citato conſil.2.num.19.conſi.3.num.10.& in conſi.16. colum.2.eo. volum.1. ac Alcia. in conſilijs ſu-
24 pra relatis,† in quo non admittuntur agnati,niſi ſint hæredes primi acquirentis, vel vltimi vaſalli defuncti ſecundũ magis communem concluſionem,vt per Alex.in conſi.10. colum.3.volum.3.Cur.Iun.in conſil.1.nume.11. Curt.ſen. conſil.50.columna 8.Pariſ.in conſil.13.colum.2. volũm.1. conſil.2.num.25.& 15.nu.13.volum.eod. Curt.iun. conſil. 155.num.4.Bru.in conſil.18.colum.3. ubi ſimiliter atteſtatur hanc magis Docto.receptam ſententiam, & Alcia. ubi ſupra, & quidem hæredes vniuerſales & non particulares, ſecundum Curt.ſeni. conſilio 82. colum.4. pariſ. conſilio 2.nume.28. & in conſil.16.colum.2. volum.1. Docto. in l. Gallus.§.etiam ſi parente, ff. de lib. & poſth. Sed Dominus Gaſpar non eſt hæres Dominæ Mariæ ultimo loco defunctæ,quæ inſtituit hęredem vniuerſalem dictam dominam Antoniam, ut liquet ex teſtamento ipſius, nec etiam pri-
25 mæ acquirentis. † vt probare tenebatur, iuxta tradita per
26 Pariſ.in conſil.23.num.288.volum.1.Nam † qualitas requiſita ad actum,debet ſpecifice probari. l.1. §. ait prætor, ff. ne quid in flum.pub.ubi Bart.Et ideo dixit Bart.in conſilio incip.Commune Lucignani.in 3.dubio, quòd qui ſe fundat
27 in culpa alicuius, ſiue agendo,ſiue excipiendo,debet cauſam deducere clarè. ſequitur Alex. in conſil.100. colum.2. in fi.volum.1. in conſilio tertio. numero 7. volum.2. Item
28 † excipiens ſuam exceptionem probare tenetur, quia in ea,vt actor conſideratur.Bart.in l.1.per illum text.ff.de excep. Pariſ.in conſil.45. in princ. volum.1. Cor.conſil.223. col.3.verſic. nec obſtat,volum.2.unde cum non probauerit hanc ſuam exceptionem, videlicet ſe hęredem vniuerſalem primi acquirentis,nec ultimi defuncti,certo certius ſequitur, dictum D. Gaſparem non poſſe ſuccedere in ipſo feudo.

Vltimo non obſtat, quod & ſi in feudo hæreditario quis non admittitur, niſi ſit hæres, tamen id fallit, quando ſibi non eſſet delata hæreditas,ut per Docto.& alios ſupra cita
29 tos,quia reſpondetur,† quod contrarium tenuit Curt.iun. in tract.feud.in 1.part.in verſicu. octauo principaliter,colum.6.verſic. & per prædicta, ubi dicit ſe conſuluiſſe,quod
30 † ſi mortuus eſt vaſallus. qui reliquerit deſcendentes ex fæmina, qui non ſunt habiles ad ſucceſſionem feudi, d.§. & quia vidimus,qui tamen fuerunt hæredes in bonis allodialibus, & etiam agnatos,qui erant capaces feudi, ſed tamen non hæredes tanquam ulteriores in gradu, quòd dictum feudum hæreditarium non poteſt tranſire ad aliquẽ, qui non ſit hæres,imo quod illud extinctum eſt,& ad dominum reuertitur, ex quo deſcendentes ex fœmina non poterant ſuccedere, quia non erant hæredes, quæ omnia ſubdit notanda, quia ad ea plurimum non aduertitur.Idem Curt. in conſ.1.nu.17.Alciat.in conſ.10.nu.54.Brun.in conſ.40. verſ.4.facit,dominus Nicol. Alibran. in conſ.13. in 2. par. nu.90.in fi.inter conſi.Montisferati, & nu.123. vbi expreſsè inquit, quòd vbi feudum eſt ſtipulatum pro hæredibus, vel poſſint eſſe hæredes, vel non, nunquam tamen quis admittitur, & potius aperitur via domino, quam quod quis admittatur, niſi ſit hæres. ſubdens hanc ueram opinionem, & ſi Deci.alitet ſenſerit in dicto conſ.208.in fi. qui errauit, ut dicit in num.129.non ualet conſequentia, non poteſt eſſe hæres,ergo admittitur ad feudum,etiã quòd nõ ſit hæres Idem tenuit Cardi.Simo.in cõſ.39. inter dicta conſ. nu.25. uerſ.patet etiam reſponſio,ubi etiam reprobat Dec.dicens quòd ſi bene uideantur auctoritates Aluar.& aliorum,quæ allegantur per Dec.neceſſarium eſt, eas intelligere, ut deſcendentes admittantur, ſi ſunt hæredes, nec eſt inconſide-
31 ratione,an poſſint,uel non. Vlterius facit † nam ſi non admittuntur hæredes particulares,ut atteſtatur hanc eſſe magis communem Pariſ.in conſ.9.nu.83.inter dicta cõſ.quod eſt conſ.ſuo 23.nu.192.uol.1.quantominus debent admitti, qui non ſunt hæredes in aliquo. Ex iſtis igitur quæ latiſſimo folio dicta fuerunt, concludendum arbitror,dictam dominam Antoniam fouere ius,& in eius fauorem iudicandũ. condemnato dicto Domino Gaſpare in expenſis pręſentis iudicij,iuxta l.eum quem temere, ff.de iud. Laus Deo.

Rolandus a Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

*1 Indicia requiruntur in crimine læſæ maieſtatis, & numero 34.*
*2 Scientia punitur, quando maleficium committendum eſt in Principem,declara,ut in nu.35.*
*3 Pœna in crimine læſæ maieſtatis eſt mors,& confiſcatio bonorum tam feudalium,quam allodialium.*
*4 Socius criminis licèt regulariter non admittatur contra ſocium,tamen fallit in crimine læſæ maieſtatis.*
*5 Specialia multa admittuntur in crimine læſæ maieſtatis, quæ in alijs caſibus non concederentur.*
*6 Ordo iuris non ſeruatur in cognitione criminis læſæ maieſt.*
*7 In crimine læſæ maieſtatis proceditur ſummariè,de plano, ſine ſtrepitu,& figura iudicij.*
*8 Citatio facta in loco notoriè non tuto,licèt ualeat, tamen id fallit,ubi citatio fit per edictum in loco publico appoſitũ cum ſaluo conductu.*
*9 Reſpublica Ianuenſis poteſt concedere delinquenti ſaluum conductum,etiam ſecuta ſententia.*
*10 Citatus tenetur comparere,quando ei,& cauſæ ſuæ de ſecuritate per ſaluum conductum prouidetur.*
*11 Abſens à relegatione ſupra, licet non poſſit damnari,tamẽ hoc locum non habet in crimine læſæ maieſtatis, declara,ut in nu.37.*
*12 Lex abhorret,ut ex præſumptionibus quis damnetur.*
*13 Sententia lata in abſentẽ ualet in crimine læſæ maieſtatis.*
*14 Citatio ubi eſt nulla,uel minus legitimè facta, proceſſus,ſententia,& omnia quæ ſequuntur ſunt nulla.*
*15 Vitium ubi eſt in citatione, proceſſus eſt nullus.*
*16 Citatio eſt fundamentum iudicis.*
*17 Denunciatio,ſi non ualet,nec etiam inquiſitio propter eam formata tanquam acceſſoria.*
*18 Citatio inualida nullum producit effectum.*
*19 Citatio minus legitimè facta non interrũpit præſcriptionẽ.*
*20 Delegatus principis, & ſi poſſit citare per edictum, non tamen in loco notoriè non tuto.*
*21 Citatus in loco notoriè non tuto,non tenetur appellare, nec excuſationem mittere, nec allegare de loco non tuto.*
*22 Notorium licet excuſet ab onere probandi,ſi illud allegetur, id tamen locum non habet, quando notorium eſt,locum non eſſe tutum.*
*23 Litteris ſalui conductus quis credere non tenetur, quando agitur de periculo vitæ.*
*24 Saluus conductus eſt fragilis cautio.*

25 *Nemo ſe ponere debet in periculo.*

26 *Citatus ad locum notorie non tutum, non tenetur comparere, etiam cum ſecuritate oblata.*

27 *Citatus, qui non tenetur comparere, nec etiam ſecundum communem ſub ſaluo conducto præſentiam ſui facere tenetur.*

28 *Cauſa, quando committitur cum poteſtate citandi per edictum, citationes debet affigi ſaltem in duobus locis, alias ſi ſecus fiat, illæ ſunt nullæ.*

29 *Citatus ad locum non tutum, non dicitur contumax.*

30 *Confeſſio reſultans ex banno, & contumacia, vt ſuum ſortiatur effectum, requiritur vt bannum, & contumacia rite, & recte proceſſerint, alias nullius eſt momenti.*

31 *Statuto, ſi caueatur, quòd contumax habeatur pro confeſſo, minor non poterit haberi pro confeſſo, niſi ſit in vero dolo, non autem in præſumpto.*

32 *Contumax vt haberi debeat pro confeſſo requiritur trina citatio.*

33 *Proceſſus formatus contra minorem carentem curatore, eſt nullus.*

34 *Bonus vir, id quod non ſcit poſſe probare debet tacere.*

## CONSILIVM LXVIII.

VIſo proceſſu inquiſitionali criminis læſæ maieſtatis
formato per Illuſtr. delegatum Cæſareum, contra Il-
luſtrem Comitem Scipionem de Fliſco, vna cum ſententia
rebellionis, & confiſcationis bonorum pariter contra eum
lata, prima facie dicendum uidetur, ſententiam ipſam de iu
re ſubſtinere debere, quoniam conſtare uidetur per indi-
1 tia † quæ etiam in tali crimine lęſæ maieſtatis requiruntur
ut gl. & ibi Cy. Bald. & Sali. in l. ſi quis alicui. C. ad l. Iul. ma-
ieſt. Angel. in tract. malef. in uerbo, *Che hai tradito la mia
patria*, in princ. Marſil. in l. 1. in princ. nu. 36. ff. de quæ. in l.
de minore, in princ. nu. 14. eo. tit. & in pract. ſua crim. in §.
diligenter, nu. 175. Foller. in pract. ſua crim. fol. 573. nu. 4.
& Aegid. in tracta. ſuo crimin. in titu. de indiciis, num. 198.
quod ipſe cum Iulio Cibo machinatus eſt cõtra Cæſarem,
ut ex proceſſu agitato cõtra ipſum Iulium apparet, in quo
dictus Comes fuit nominatus tanquam conſcius, & parti-
2 ceps dictæ machinationis. Vnde † uigore dictæ machina-
tionis, & ſcientiæ uidetur dicendum ipſum incidiſſe in cri-
men læſæ maieſtatis, ut de primo eſt tex. in l. prima, §. quiſ-
quis. C. ad l. Iul. maieſt. & de ſecundo per Barto. in l. utrum
ff. ad l. Iul. de parricid. Bart. & Ang. in l. occiſorum. ff. ad Syl-
lania. Lauden. in tract. de crim. læſæ maieſta. not. 13. ubi in-
quit, hoc notandum pro principibus contra ſubditos ſcien
tes proditiones. Arim. in addit. ad Ang. in tract. malef. in di-
cto uerbo, *Che hai tradito*, in uerſ. quod crimen, ubi etiam
dicit ſententiam Bart. in practica ſeruari. Abb. in cap. 1. de
offic. deleg. & in c. 1. de reſt. ſpol. & opinionem Barto. fuiſſe
obſeruatam Florentiæ in perſonam d. Raynati de Patiis, re-
3 fert Dec. in d. cap. 1. de off. deleg. † & per conſequens legi-
gitimè damnatum fuiſſe ad mortem, ſi peruenerit in poſſe
iuſtitiæ, & in confiſcatione bonorum, tam allodialium, quã
feudalium, ut in c. primo, quib. mod. feud. amit. Laud. in di-
cto tract. not. 37. & Curt. iun. in tract. feud. in 5. par. princ.
in prima concluſione, & Afflictus in titu. quæ ſint regal.
in uerbo. & bona committentium crimen læſæ maieſtatis,
num. 17. Nec habet obſtare, quòd dicto filij ſtandum nõ ſit,
4 cum aſſerit ſe participem huiuſmodi criminis, † qui tanquã
ſocius regulariter non admittitur contra ſocium eiuſdem
criminis, l. 1. §. D. Antonius, ubi latè p Marſ. ff. de quæſt. quia
reſpondetur, ſpeciale eſſe in crimine læſæ maieſtatis, ut uo-
luit Specul. in tit. de accuſ. §. 1. uerbo. item repellitur, quia
ſocius. ſequitur Marſilius in l. de minore. in princip. nu-
mero 3. de quæſt. in conſil. primo, num. 32. & in conſil. 109.
num. 11. Foller. in d. pract. crim. fol. 222. num. 2. & Aegid. in
5 d. ſuo tracta. in titu. de indiciis, num. 196. Nam † multa ſpe-
cialia in dicto crimine admittuntur, quæ in aliis caſibus nõ
conceduntur, ut latè per Marſilium in dicta l. de minore.
6 & ideo uidemus † quòd in cognitione dicti criminis non
ſeruatur ordo iuris, quia ſumus in enormibus delictis, ita
Pariſ. de Put. in tract. ſyndica. char. 31. colum. 2. in fi. Mar-
ſilius in practica ſua crimin. in §. diligenter. num. 165. & in
conſil. primo, num. 30. ubi loquitur in criminæ læſæ maie-
ſtatis. Laud. in dicto tract. de crim. læſæ maieſtatis, not. 47.
7 ubi inquit, † quòd in dicto crimine proceditur ſummariè,
de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ut uoluit Barto. in
tract. ad reprimendum, & Aegid. vbi ſupra, numer. 198. &
Afflict. quæ ſint rega. in verſic. & bona committentium, nu-
me. 26. Similiter non habet obſtare, quòd proceſſus contra
eum agitatus ſit nullus, & per conſequens ſententia nulla,
8 quia † citatus in ciuitate Ianuæ loco notoriè non tuto, dicto
Comiti Scipioni, in qua per Republicã Ianuæ fuerat ſen-
tentialiter damnatus tanquam rebellis, ac condemnatus in
publicatione bonorum. Quæ quidem citatio eſt nulla, cle.
paſtoralis, in §. Piſana, de re iudic. Quoniam reſpondetur,
quòd præſuppoſita opinione ipſa pro vera, ea non videtur
admittenda in terminis, de quibus agitur, ubi citatio præ-
dicta facta fuit per edictum in loco publico poſitum vna
cum ſaluo conductu dicto delegato Cæſareo conceſſo per
Rempublicam prædictam, quod ab omnibus commodè le-
gi poterat, vt requiritur ſecundum Pau. de Caſt. l. pupillus,
§. pręſcribere, de inſtit. Cagn. in l. 2. in verſic. poſtea ne diu-
tius, in 4. not. ff. de orig. iur. & in quo ſecuritas ei concede-
batur libera, ampla, & generalis, ut à die qua citatus fuerit
per totum tempus in edicto ſtatuendum, dum modo tem-
pus illud non excedat duos menſes, poſſet liberè per Ia-
nuenſe dominium tranſire, & ad ciuitatem Ianuæ accedere,
ſtare, & commorari, non obſtantibus omnibus delictis etiã
concernentibus lęſionem maieſtatis Ianuæ, & in ſpecie de-
licti, de quo fuerat declaratus rebellis, & condemnatus, ac
omnibus quibuſcunque, ſi quæ antea uel poſtea perpetraſ-
ſet, dummodo intra dictum tempus iret, & perſonaliter in
fortijs, & poteſtate prędicti delegati Cæſarei ſe conſtitue-
ret. quod ſi fecerit, uoluit quoque dictum ſaluum condu-
ctum durare ultra, & ſe extendere vſquequo lata eſſet ſen-
tentia per dictum Cæſareum delegatum, & vltra per dies
9 octo. quo caſu † cum Reſpublica ipſa ei conceſſerit huiuſ-
modi ſecuritatem, quam concedere potuit, etiam ſecuta
dicta ſententia, vt per Sali. in l. cum indulgentia, C. de ſen-
tent. paſ. per tex. in l. relegati, de pœn. Aegid. in tract. ſuo
crim. in titu. de citatio. nume. 39. & in tit. de remed. ex ſola
clemen. prin. numero 58. & in titu. de fauor. defenſ. nu. 10.
& Foller. in ſua practi. crimi. char. 837. num. 189. merito ſe-
quitur, quod debuit oblata dicta ſecuritate coram ipſo Cæ
ſareo delegato comparere, ut per Angel. in diſputatione
ſua incipien. Bononienſis, in 2. dubio, vbi notabiliter con-
10 cludit, † quod quando per ſaluum conductum tam ſibi quã
cauſæ ſuæ de ſecuritate prouidetur, tenetur citatus com-
parere. & Angel. ſequitur Peruſ. in cap. ex parte, in fi. de ap
pella. & ſi non comparuit potuit contra eum procedere, vt
feciſſe videtur.
11 Non obſtat quoque † ꝙ abſens à relegatione ſupra, non
poteſt damnari. l. prima. ff. de requi. reis. & l. abſentem, ff.
de pœn. ſed ſolum eius bona debent annotari, vt per Gand.
in ſuo tract. in rubr. quid ſit agen. reo abſente, & contuma-
ce, & Aegid. in dicto tract. crim. in titu. de reis requir. co-
lum. prima, vbi bona abſentis annotantur, & annotatio
ſibi intimatur, quo facto ſi infra annum comparet, recu-
perat bona annotata, ſin autem amplius, non auditur quò
ad dicta bona annotata, ſed confiſcantur, ipſe vero, quo ad
12 perſonam auditur perpetuo, & ratio eſt, quia † lex ab-
horret, ut ex præſumptionibus quis damnetur, d. l. ab-
ſentem, quoniam reſpondetur, obiectionem hanc non mi-
litare in crimine læſæ maieſtatis, ut per Soci. in cap. ve-
niens, verſic. quintodecimo, de accuſat. Aegi. vbi ſupra nu.
1. circa. fi. uerſi. fallit in caſu, Capic. deciſ. 14. num. 3. & Foll.
in pract. crimi. in verſic. item quod commiſit crimen læſæ
maieſtatis. numero 91. vbi inquit quod contra eos poteſt
procedi, ac ſi forent præſentes, & Affl. in dicto uerbo, &
13 bona committentium, nume. 45. vbi inquit, quod † licet
regulatiter ſententia lata contra abſentem, non ualeat,

d. l.

d.l.abſentem,tamen in crimine læſæ maieſtatis ualet, alle-
gat Ang.in d.l.abſentem.
Quibus tamen non obſtantibus, contrarium intrepidè
tenendnm eſſe arbitror, uidelicet ſententiam ipſam rebel-
lionis & confiſcationis bonorum latam per dictum Illu-
ſtriſſimum delegatum Cæſareum contra prædictum Co-
mitem Scipionem nulliter latam fuiſſe, quod ſequentibus
fundamentis demonſtratur.& primo per communem theo
14 ricam,quæ habet, quòd ubi citatio eſt nulla,uel minus le-
gitimè facta,proceſſus, ſententia, & omnia quæ ſequuntur
ſunt nulla,ita gloſ.not.in l.ſi accuſatoribus, in gloſ.ſi.C.de
accuſa.quam ſequitur Bald.in c.1.§.ſi clericus, in 1.colum.
de pac.tenen.in l.cum fratrem,in ulti.colum.C.de his,qui-
bus,ut.indig. in conſi.173.volum.3. vbi inquit, quod ubi
citatio non eſt rite facta, ſententia eſt ipſo iure nulla, & in
conſil.213.col.fi.volum.4.& in conſil.411.colum. ſecunda,
volum.eod.Marſil.in rubr.de fideiuſſ. nu.416. in conſil.20.
num.4.conſil.64.num.53.conſil.81.num.49.conſi.120.col.
2.& in conſi.131.num.32.& in practica ſua in §.2.num.90.
& in §.quoniam,nume.40.facit etiam, quod uoluit Bald.in
authen.ſi hæres,C.ſi min.ſe ab hære.abſt.& in l.teſtamenta
15 in 9.colum. C.de teſtamen. ubi † quando uitium eſt in ci-
tatione, numquam ualet proceſſus, ſequitur Marſi. in di-
ctis conſilijs, ratio etenim ſecundum legum uertices eſt,
16 † quia ea fundamentũ eſt iudicij,ut in §.fi.Inſt.de pœn.te-
me.litigan.gloſ.in clemen.1.in verſic.citationes, de iud.gl.
in cap.Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſt.Abb. in c.quoniam
contra. in gloſ. in uerſic.citationes, & ibi Dec.num.23.de
prob.Marſil.in l.de unoquoque,nu.51.de re iud.17.Spec.in
titu. de citat.in princi. Accedit etiam, quòd inquit idem
17 Specu.in titulo de inquiſi.in primo verſic.vbi dicit,†quòd
ſi denunciatio maleficij non ualet,ſimiliter non ualebit in-
quiſitio propter eam formata tanquam acceſſoria,quod di
cit ſummè notandum, & eum ſequitur Marſil. in d.conſil.
63.num.51.
Sed in caſu præſentis proceſſus,citationes, de quibus in
eo, ſunt omnino nullæ, & inualidæ, ergo, & proceſſus, ac
18 ſententia nulla,quia †citatio inualida nullum producit ef-
fectum Bald.in c.in nomine domini. in 3.not.de teſtib.quẽ
19 ſequitur Affl.in deci.366.colum.fi.ubi etiam ſubdit,†cita-
tionem ipſam inualidam, non interrumpere præſcriptio-
nem,ut uoluit Barto. in l.accuſare.ff.de adulter.& Felin.in
ca. illud, de præſcrip. Quod autem ſint nullæ, & inualidæ,
patet. Nam dictus Comes fuit citatus per dictum delega-
tum per edictum in loco notoriè non tuto ipſi citato,vide-
licet in ciuitate Ianuæ, in qua per Rempublicam ipſam fuit
proceſſatus,& condẽnatus in confiſcatione bonorũ,&tan-
quam rebellis dictæ Reipublicæ declaratus, quo caſu ſuc-
20 cedit communis doctorum concluſio, quæ habet, † quod,
& ſi delegatus Cæſaris vigore commiſſionis ſibi factæ po-
tuerit citare per edictum præfatum Comitem, ut per Bart.
in tract.ad reprim.in verſic.per edictum, ac Fel. in cap. ac-
cedens.el 2.§.porro,colum.2.vt lite non conteſtata.Mara.
in tract.de ord.iud.in 4 part.in 5.diſtinct. num.53.non ta-
men in loco notoriè non tuto,quia tunc non tenetur com-
parere, clem.paſtoralis, in §.Piſana, de re iud. quia huiuſ-
modi citatio tanquam notoriè iniuſta, non arctat citatum.
Bart.in l.de ętate,ff.ad Treb.quem ibi omnes ſequuntur.Pe
ruſ.in cap.ex parte.el 1.in gloſ.1.de appell.Marſ.in conſil.
81.nume.4.Affl.deciſ.289.num.24.Pariſ. in conſil.28.num.
4.uolum.4.& Ruin.in conſil.3.nu.3. uolum.5. & in tantum
21 eſt vera,† ꝙ à dicta citatione nedum non tenetur appella-
re,ut per Barto.in d.l.de ætate,& Peruſ.vbi ſupra, & Fely.
in dicto cap.cum R.canonicus, colum.1.de offi.deleg. poſt
Bald. in l.executionem, C.de execut.rei iud. verum etiam
nec mittere excuſatorẽ,excipere, nec allegare de loco nõ
tuto,vt probatur,in d.§.Piſana,& per Fely.in d.cap.cum R.
canonicus,col.2.uerſic.amplia ſexto, de offi.deleg. in c.cũ
olim.in princ.de excep.vbi inquit. ita debere intelligi di-
ctum D.de Rota in deciſ.3.de dolo,& contu.dum dixerũt,
citatum ad locũ non tutum, debere mittere excuſatorem,
quia illud debet intelligi in loco notoriè nõ tuto.Alibi idẽ
Fely.in c.accedens,el 2. in ſeptima concluſione, vt lite non
conteſta.& Præpoſ.in d.c.ex parte,el 1.in glo.1.de appella.
22 vbi etiam inquit, † quòd licet aliàs notorium excuſet ab
onere probandi,ut in cap.3.de teſtibus, ſi tamen illud pro-
ponatur, & allegetur, vt eſt glo.in clem.appellanti, de ap-
pellat. tamen quando notorium eſt, locum non eſſe tutum,
tunc illud excuſat,ne dum ab onere probandi, uerum quo-
que ab onere proponendi,& allegandi,vt dixit ſing.Innoc.
in c.præterea, de dilat. quem ſequuntur Imo.Panor.in d.c.
ex parte.
Nec vis fieri debet in dicto ſaluo cõductu,de quo ſupra,
quia etiam ſecuritate ipſa ſtante non tenebatur dictus Co-
mes comparere coram dicto Cæſareo delegato, ut in ter-
minis concludit Imol.in l.nam quòd,§.non omnis,ad Treb.
per tex.in cap.accedens,el ſecundo.vt lite non conteſtata.
23 & ibi Fely.colum.2.verſi.tene menti,vbi dicit, †quòd quis
non tenetur credere litteris ſalui conductus, quando agi-
24 tur de periculo uitæ, † quia ſaluus conductus eſt fragilis
cautio.l.quæ ita,§.primo, ad Trebel. Barbat. in d.c.cum R.
Canonicus,ubi etiam inquit, quòd cum ſaluo cõductu quis
accedere non debet,& ſi non accedit, excuſatur in non cõ-
25 parendo. l.de ætate, ad Trebell. quia † nemo debet ſe po-
nere in periculo,cap.1.de cleri.non reſid.in ſexto.quos pa-
tres ſequitur Afflict.in deciſ.289.col.3.in princip. alibi Af-
flict.in conſtitutio.reg.in conſtitutione Priuilegia.in fi.co-
lum.& eo magis hoc dicendum venit in caſu, de quo agi-
tur, ubi dictus Comes in ciuitate Ianuæ habebat pro inimi
co, ne dum Illuſtriſſimum Principem Doriam virum po-
tentiſſimum,& qui odio inteſtino domum ſuam proſecutus
eſt, vt patet cœcis & tonſoribus: verum etiam multos, &
infinitos alios nobiles propter homicidium perpetratum
in perſonam Illuſtriſſimi Zanetini Dorię per quondam Co
mitem Aloyſium fratrem ipſius Comitis Scipionis,quo ca-
26 ſu tunc ab omnibus indiſtinctè admittitur,† talem citatum
notoriè ad locum non tutum, non teneri ad comparẽdum,
etiam cum dicta ſecuritate oblata, ut voluit Fely. in d.cap.
cum R.Canonicus,in verſ.amplia ſecundo,vbi inquit,quòd
quis non tenetur credere litteris ſalui conductus, quando
timet gentes inimicas, populum,vel ſtatutum. Idem voluit
Aegid.Boſſ.in tract.crim.in titu.de citat.num.37. vbi dicit,
27 quòd ſi quis non tenetur comparere, nõ tenetur etiam ſub
ſaluo conductu præſentiam ſui facere,ſecundum communẽ
in d.cap.accedens,quando locus non eſt tutus propter ini-
micitias, quia tunc ſaluus conductus plenè non tollit cau-
ſam timoris.& in titu.de fauor.defenſ.in nu.10. verſ.aduer
tendum,vbi inquit hanc ſecuritatem non ſemper excuſare,
quia ſi quis habet inimicos potentes in loco ſecuritatis o-
blatæ,illa non ſufficit.Idem dixit Præpoſ.in d.cap.ex parte.
in fine.
Secundò alio modo dicitur, quòd ipſæ citationes fuerũt
28 nullæ,quia alia eſt concluſio, quòd † vbi committitur cau
ſa cum poteſtate citandi per edictum: ſaltem ipſæ citatio-
nes debent affigi de neceſſitate in duobus locis, alias ſi ſe-
cus fiat,illæ ſunt nullæ, ita poſt dominos de Rota voluit Pa
riſ.in conſ.31.num.31.uol.4 ſed ſi uideantur relationes di
ctarum citationum,de quibus in proceſſu, luce clarius ap-
parebit illas tantum fuiſſe affixas vni ex columnis plateæ
banchorum,ergo &c.
Cum igitur dictæ citationes fuerint nullæ, tum quia co-
mes citatus ad locum notoriè non tutum,tum quia citatio-
nes per edictum tantum affixæ dictæ columnæ plateæ ban-
chorum,& non in alio loco,ſequitur, quòd dici non potuit
contumax,vt voluit glo.in c.cauſis,in verbo venire, de off.
deleg.Iaſon in rubrica de in ius vocan.Afflict.in dicta deci-
ſione 366.in fi.& per Corn.in citato conſ.159.quem ſequi-
tur Marſ.vbi ſupra, vbi loquendo in proprijs terminis, in-
29 quit,quòd † citatus ad locum non tutum, non dicitur con-
tumax,ſi non comparet.Afflict. in dicta conſtitutione Priui-
legia in fi.Facit,quod voluit Bald.in l.prima,ſi quis iuſd.nõ
obtemper.vbi vult, quòd data nullitate citationis redditur
cõtumacia nulla,per l.vir probus,ff.iud.ſolui, quẽ ſequitur
Gram.in conſil.1.num.7.vbi etiam dicit,ꝙ vitiata prima ci-
tatione,

tatione, non tenet proceſſus in contumaciam factus, ut te-
net Bal.in dicta auth.ſi omnes, & ſi contumax non fuit per
delegatum pro confeſſo pro nunciari non potuit, quoniam
ut uoluit Baldus in l. error. in ultima col. C.de iur. & fac.
igno.† ad hoc, ut confeſſio reſultans ex banno, & contu-
macia ſuum ſortiatur effectum, requiritur quòd bannum,
& contumacia ritè, & rectè proceſſerint, alias confeſſio re-
ſultans ex dictis banno & contumacia nullis, non ſortitur
effectum, & Bald. ſequitur Foller.in pract. ſua in uerbo &
confitebuntur, num.29.

Vlterius, dato etiam quòd Comes fuiſſet contumasx,
quòd tamen ab omni iure alienum eſt, & quòd in tali caſu
ex diſpoſitione iuris communis pronunciari potuiſſet pro
nunciari nõ potuit delictum, de quo in inquiſitione. An cõ-
confeſſo tñ adhuc dr, ꝙ qm ipſe eſt minor, quo caſu dicunt
31 Scriben.in l.vbi exigitur.ff.de edend.quod† ſtãte ſtatuto, ꝙ
contumax habeatur pro confeſſo, minor non poterit habe
ri pro confeſſo, quia requiritur, quod contumax ſit in dolo
vero, non autem in præſumpto, vt dicitur eſſe minor. Idem
dixerunt Bald. Angel. & Alexan.in l.2.col.1.ff. ſi quis in ius
voca.non ier. Peruſ in ca. Nicolao.in vlt.col. de appell. vbi
dicit hoc ſingulariter menti tenendum. Afflic.in conſti. re-
gn. in conſtitutione minorum, in 5. notab. Boer.deciſ.63.
Foller.in pract.crimina.in verſic. & confitebuntur, num.7.
Marſi.in practica ſua, in §.poſtquam.nu.60.ubi inquit, hoc
menti tenendum, & in l.de unoquoque.nu.184. de re iudi.
Dec.in conſi.34.colu.3.

Præterea ex alio capite nulla eſt pronũciatio ipſa, quia,
32 † ut quis haberi debeat pro confeſſo, requiritur trina cita
tio propter magnum prȩiudicium. Ita Bal.in l.receptitia.in
fi.C.de conſtit.pecu. vbi inquit, quod ſtante ſtatuto, quod
contumax haberi debeat pro confeſſo, requiritur trina ci-
tatio, & Bal. ſequitur Fel.in c.conſuluit, verſ. quinto fallit,
de offic.deleg. Marſ.in pract.in §.poſtquam col.fi. & in d.l.
de vnoquoque, num.184. Affl.in conſtit. regn. in conſtitu-
tione Pœnam eorum.in 4. not. & Foller.in practi. crim. in
verſi. & ſi confitebuntur, nu.16.

33 Tertio dicit, † quod dictus proceſſus fuit nullus, quia for
matus contra minorem carentem curatore, qui non poteſt
ſtare in iudicio, nec aliquid iudiciale facere ſine curatore.
Marſil.in conſilio 48.num.46.per l. clarum.C.de auct.præ
ſtan. Affl.deciſ.396.col.2. Igitur & ſententia nulla, tanquã
lata contra indefenſum.l.cum & minores, C. ſi aduer. rem
iudic.

Non obſtant, quȩ ex aduerſo allegata fuerunt, quia ad
primum argumentum reſpondetur, quod illud admittitur
pro vero, quando conſtaret de machinatione, & crimine læ
ſæ maieſtatis, ut loquitur tex.in d.l.quiſquis, ſed in caſu, de
quo agitur, non conſtat, igitur &c.

Similiter ad ſecundnm dicitur, quòd non cõſtat, quod
dictus Comes fuerit ſciens machinationis, conſpirationis,
& tractatus, de quibus in proceſſu, & ideò quod non fa-
ciunt ad propoſitum ſcripta per Bar.in d.l.vtrum, & alio-
rum de quibus ſupra; quamuis etiam dictum Barto. non ita
35 ſupinè intelligendum ſit, ſed cum grano ſalis, † videlicet
quando ſcientia ipſa probari poſſet, & non aliter, vt per
Bald.in conſil·incip.quamquàm, vbi deplorat mortẽ cuiuſ-
dam militis, qui ex hac cauſa fuit decapitatus, & inuehitur
contra aſſeſſores, qui ſimpliciter ſequuntur Barto. & ita re-
fert Ang.in tract.maleſi.in verſic. *Che hai tradito la tua
patria*.col.2.pro quo dicto Bal.benè facit text.in cap.qua-
propter.2.q.7.ibi, probationib. competentibus exhibitis,
quem allegat Dec.in c.1.de off.deleg.nu.9. Affl.in titu.quæ
ſint regal.in verſic. & bona committentium, nu.103.per.gl.
36 in c.plerunque.2.q.7.quæ dicit† ꝙ bonus vir, id quod ſcit
non poſſe probare, debet tacere. Ioan.de Plat.in §.publica,
inſti.de publ.iud. Fel.in c.de cætero, de re iud.in fi. & in c.
quãtȩ, de ſent.exc. Dec.in c.culpa caret, de reg.iur. Claud.
in l.vt vim, col.46.verſi.ſed ſuccedit, de iuſt. & iur. Bal.cõſ.
88.nu.1.vol.1. Alex.conſil.13.col.1.vol.6. Marſi. ſing.164.
Foller.in pract.ſua crim.fol.574.nu.8. Ioan.de Ana.in rub.
de his qui fil. occid. Roman. in l.1. §.occiſorum. ad Syllan.
ubi dicit, quòd contra Barto. & ſequaces conſuluit Bal. Flo
rentiæ, & obtinuit. Ange.in l.frater.ff.de parricid.ubi dicit,
quòd fuerunt decapitati plures ciues, qui non reuelarunt
tractatum, quem ſolummodo ſciebant, & de quo non fue-
rant participes, ſubdens, quòd hoc malè factum fuit, & ini-
què, quia iura non patiuntur.

Pariter non obſtat, quòd ſtante ſaluo conductu, de quo
ſupra, ꝙ Comes Scipio comparere debebat, quamuis cita-
tus in loco non tuto, quia ſatis ad hoc reſpõſum fuit ſupra,
quod amplius non repeto.

Vltimò non obſtat, quòd abſens in hoc crimine poteſt
37 damnari, quia reſpondetur, † hoc procedere, quando con-
tra abſentem ritè, & rectè proceditur, ſecus ſi nulliter, ut
in caſu, de quo agitur, ubi nulla præceſſit citatio legitima,
& non fuerunt ſeruata de iure ſeruanda. Vnde ex his, quæ
ſupra abundè ſcripta fuerunt, omninò concludendum eſſe
arbitror, ſententiam ipſam rebellionis cum publicatione
bouorum nullam eſſe declarandam. Laus Deo.

Rolandus a Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

*1 Maieſtati Catholicæ vti Duci Mediolani licuit ex cauſa publicæ vtilitatis caſtrum Valentiæ inuito comite, veluti domino ipſius caſtri, auferre.*

*2 Comes, qui conceſſit militi caſtrum in feudum, poteſt neceſſitatis tempore cuſtodes ibi ponere.*

*3 Dominus directus poteſt reficere, vel fortificare caſtrum feudale inuito vaſallo.*

*4 Princeps tempore guerræ poteſt capere locum vaſalli, & ponere gentem.*

*5 Ius ſuperioritatis ſemper remanet domino directo in feudo vaſalli.*

*6 Ciuitas, vel Princeps, tempore guerræ pro ipſius defenſione poteſt incaſtellare campanile eccleſiæ.*

*7 Licèt Princeps poſſit ſecũdum communem vaſallo feudum ex cauſa auferre, tamen, ſi ceſſet cauſa, feudum ipſum eidem uaſallo reſtitui debet.*

*8 Princeps ex cauſa publicæ utilitatis poteſt remittere iniurias, & damna illata ſubditis.*

*9 Quod communiter prodeſt omnibus, priuatorum commodis præfertur.*

*10 Princeps, uel Imperator, ſi de plenitudine poteſtatis aufert alicui feudum ſine cauſa, tenetur uaſallo ad intereſſe, uel ad aliud feudum æquale in bonitate, & quantitate.*

*11 Dux pro habenda pace ſui territorij, poteſt auferre caſtrũ uaſallo ſuo, & alteri concedere.*

*12 Princeps propter directum dominium, quod habet in bonis feudalibus, poteſt ex cauſa publicæ utilitatis ea feudatario auferre, & alteri dare abſque reſtitutione pretij, ſed contra.nu.25.& 45.*

*13 Imperator, uel populus, qui manumittit ſeruum alterius ex cauſa publicæ utilitatis, non tenetur ad alicuius pretij ſolutionem.*

*14 Princeps, qui ex cauſa publicæ utilitatis aufert bona priuati, licèt teneatur ad pretij reſtitutionem, tamen hoc de cõſuetudine non obſeruatur. ſed contra, num, 46.*

*15 Princeps, & ſi ex cauſa publicæ utilitatis, & neceſſitatis poſſit rem alterius auferre, id tamen uerum arbitratur, ſi domino rei iuſtum pretium ſoluerit. uide ibi multa exempla. Quod amplia procedere, etiam ſi princeps uteretur clauſula, non obſtante, ut in nu.24.*

*16 Via publica ſi ui fluminis amittatur, uicinus proximus uiam præſtare tenetur, ſoluto ſibi pretio à fiſco.*

*17 Princeps ubi ex cauſa aufert rem priuati, ut donet militi, uel alteri, ſemper tamen debet illi à quo res aufertur, pretium rei offerre.*

*18 Princeps, quãdo recipit plauſtra, & animalia ſubditorum pro uehendis ſuis rebus, loerium ſoluere debet.*

*19 Excuſari licèt quis non poſſit prætextu dignitatis, ſiue religionis*

*gionis, vt nauis ſua ad exercitum non vadat, tamen ſi talis nauis pro republica capta per hoſtes incenſa, vel abrepta fuerit, vel naufragio perierit, periculum erit Reipublicæ.*

20 *Princeps alicui artellarias ſuas ex cauſa auferre non pōt, niſi earum pretium prius ſoluat.*

21 *Princeps licèt poſſit ex cauſa quem priuare dominio ſuo, nō tamen gratis.*

22 *Officialis & ſi propter publicam vtilitatē capere poſſit res priuatorum, id tamen intelligi debet data mercede de publico, & nu. 40.*

23 *Donatio facta per regem de bonis priuatorum ratione publicæ vtilitatis, præiudicat dominis, ſoluto tamen pretio.*

26 *Rex licèt in feudis, vt in quibus plus iuris debet, quam in alijs bonis, poſſit cum cauſa feudalia bona poſſeſſori auferre, tamen contra Regem agi poteſt ad intereſſe.*

27 *Princeps fauore publicæ vtilitatis, non ſolum poteſt imponere adhoam feudatarijs, verum etiam recipere res eorum, & alteri donare ipſis inuitis ſoluto tamen pretio.*

28 *Confirmatio Principis mihi facta de inuaſione caſtri alterius, cuius poſſeſſionem apprehendit, quamuis nō valeat, tamen id fallit, niſi ea facta fuiſſet pro ſtatu Reipublicæ, quia tunc valet. ſed princeps tenetur vero domino ad æſtimationem.*

29 *Rex, qui Comiti Muſochi donauit terram Caſtrinoui Magno ſcutiferp ex vi rebellionis confiſcatam, ſi illam eidē ex iuſta cauſa reſtituit, tenetur dicto Comiti ad pretium & æſtimationem.*

30 *Facilius ſubuenitur tractanti de damno, quàm de lucro.*

31 *Milites, qui tempore guerræ non ducti mercede, ſed gratis vadunt ad bellum pro defenſione patriæ, ſi perdunt equos æquum eſt, vt per commune emendentur.*

32 *Igne exorto in vicina, ſi domus alicuius deſtruitur a uicinis, ne ignis ulterius progrediatur, damnum ei communiter à vicinis reſarciri debet.*

33 *Expenſæ factæ in capiendo bannitum, reperiuntur a fiſco.*

34 *Comes Valentiæ in emendatione damni ſibi dati in caſtro ſuo, pro portione ſua contribuere tenetur.*

35 *Emendari, ſi debet alicui de villa damnum per commune uillæ ex forma ſtatuti, & imponatur collecta pro tali emēdatione, ipſe idem, cui damnum eſt datum debet contribuere cum cæteris.*

36 *Iactum, qui fecit rerum ſuarum cauſa alleuiandæ nauis, tenetur contribuere pro rata ſua in emendatione ſibi faciēda a conſocijs.*

37 *Maieſtas Catholica ſicut ſi abſtuliſſet caſtrum alicui teneretur ad totius pretij ſolutionem, ita etiam tenetur ad dāni emendationem, quando reſtitutio fit cum maxima ruina partis caſtri.*

38 *Ratio eadem, quæ eſt de toto quo ad totum, eſt de parte quo ad partem.*

39 *Executio, ſicut quando fit ſuper toto corpore animato, requiritur merum imperium, ita etiam, quando fit executio ſuper eius parte.*

41 *Ciuitas, ſi vult facere foſſata per agrum alienum, domino pretium ſoluere debet.*

42 *Reſpublica indigens animali, & ſeruo alterius pro ipſius vtilitate, poteſt capere animal & ſeruum, pretio tamen ſoluto.*

43 *Princeps licet quid faciat ob publicam vtilitatem, tamen ſi ex eo damnum inferatur priuatis, illud reſtitui debet.*

44 *Superior, vel ciuitas, quando facit legem generalem, cuius occaſione auferuntur bona priuatorum, non tenetur ad reſtitutionem pretij.*

47 *Conſuetudo mala, appellatur lex mortis, & ideo extirpanda.*

48 *Conſuetudo fodiendi metalla in ſolo priuati, non ſoluto pretio, quia reprobata, & contra ius naturale, non ualet.*

49 *Conſuetudines, ubi ſunt uariæ, & diuerſæ, illa ſequenda eſt, quæ fauorabilior eſt.*

50 *Obſeruantiæ quando ſunt diuerſæ, ultima, ſi minus grauat tollit primam.*

51 *Diabolica poteſtas eſt, auferre rem alienam ſine pretio.*

## CONSILIVM LXIX.

IN caſu præſenti reuocatur in dubium, An Sereniſſimus Rex Catholicus Dux Mediolani, qui tempore belli decurſi tam pro ſui commodo, quam publica Ducatus Mediolani vtilitate, & conſeruatione, ad manus ſuas accepit Caſtrum Valentiæ multis cum ædificijs in eo conſtructis ꝑ illuſtrem Mercurinum Gattinarium caſtri prædicti Comitem, vtilemque dominum, & exinde pace compoſita ipſi reſtitutum, ſed pro maiori parte dirutum, atque deſtructū, an ad ipſius deuaſtationis æſtimationem, atque emendationem teneatur? Antequam ad veritatem præſentis articuli condeſcendam, duo præmittenda duxi.

1 Primum eſt, † quod Maieſtati ſuæ Catholicæ vti Duci Mēdiolani licuit ex cauſa publicæ vtilitatis caſtrum Valentiæ vaſallo ſuo anferre, eo etiam inuito, vt probatur ex not. per Bald. in l. ſi ita. §. ſi dominus. ff. de vſu, & habi. vbi dicit,
2 † quod licet Comes conceſſerit militi caſtrum in feudum, tamen ibi ponere poterit cuſtodes neceſſitatis tempore. l. ſi ut certo. § . ſi de me. fl. commo. Bal. & Ang. in authen. nunc ſi hæres, C. de litig Alber. in l. 1. in fi. ff. de dam. infect. Brun. in conſi. 87. col. 4. Bald. Præpoſ. & Affl. in c. 1. §. Quid ergo, de inueſt. de re alie. fac. Facit etiam, quod dixit Alber. in l. fi. ff.
3 de vſu, & hab. vbi inquit, † quod dominus reficere poteſt, vel fortificare caſtrum feudale inuito uaſallo, & econtra: quod dictum ſequitur Iacob. de S. Georg. in inueſtitura ſua, in verſic. de caſtro Rubei montis. col. 3. in prin. & magis ad proxima accedendo, hoc voluit Bald. in l. ſi aliquam, in fi-
4 ne ff. de offi. proconſ. & lega. vbi dicit, † quod Princeps tempore guerræ poteſt capere locum meum, & ibi facere fortilicium, ac ponere gentem. & Bal. ſententiam ſequūtur Cremen. in not. 25. Iac. de Sancto Georg. vbi ſupra. Afflict. in d. §. quid ergo, nu. 25. & Cæpol. in tract. de ſeruit. vrba. ꝑdio. in rubr. de ſolo ſeu area, in fi. & ratio eſt ſecundum Bal. & alios. in d. §. quid ergo, quia dominus proprietatis ſecurus eſſe debet de ꝓprietate: allegat. l. ſi cuius, ff. de uſufruct.
5 Item ſecundum Afflict. ibi, † quia domino ſemper remanet ius ſuperioritatis in feudo vaſalli, ſecundum Bald. de nou. cod. compo. colum. 4. uer. l. 2. & l. humanum. C. de legibus.
6 Nec hoc mirum eſſe debet, cum etiam videamus, † quod ciuitas, vel Princeps tempore guerræ poteſt incaſtellare cāpanile eccleſiæ pro ipſius defenſione, ſecundum Cyn. & Baldum in lege ſecunda C. de ſum. Trinita. & fide cathol. in quo ius tantum non habet Princeps, ſicut in caſtro feudali.

7 Alterum eſt, quod † licet princeps poſſit ſecundum communem Doct. ſententiam alteri feudum ex cauſa auferre, tamen ſi ceſſet cauſa, feudum ipſum vaſallo reſtitui debet: vt in caſu, de quo agitur, factum eſſe uidetur. Ita Innoc. in c. plerique, de iur. immu. cum quo tranſeunt Butr. & Imo. in c. quæ in eccleſiarum, de conſtit. ubi etiam Dec. num. 27. Alias in foro contentioſo & conſcientiæ, Principis actus non tenet cauſa ipſa ceſſante. Socin. in conſi. 194. num. 10. volum. 2. Afflict. in deciſ. 361. nume. 29. Dominus meus Ruin. in conſilio 3. numero 13. volumine 1. & in conſilio 37. numero 7. volumine 4.

Quibus ſic præſuppoſitis, deueniendo ad diſcuſſionem præſentis dubitationis, prima facie dicendum videtur, quod dicta ſacra Maieſtas non teneatur verſus dictum Comitem Valentiæ ad alicuius ſui damni reſtaurationem.

8 Primo, quia certiſſimi iuris eſt, quod princeps ex cauſa publicæ vtilitatis poteſt remittere iniurias, & damna illata ſubditis, Baldus in l. bene à Zenone, colu. 1. verſ. quinimmò. C. de quadr. præſcrip. Et hoc adeo verum eſt, (vt inquit

Ange.

Ange.in d.l.conuentionem. in fin.quem ibi ſequũtur alij.
ff.de pact.)quod in perpetuum ſubditi vlterius non poſsũt
conqueri, neque agendo ciuiliter,neque criminaliter:ſub-
dens,ita feciſſe ciuitatem Peruſinam, quãdo pacem cum ec
cleſia compoſuit.Iaſon.in l.venia,colum.fina.C.de in ius vo
cand.& in l.Barbarius,colu.8.de offi.Preto. Capic.in deciſ.
69.nu.23 .Si ergo in caſu præmiſſo pacis,propter publicam
vtilitatem remitti poſſunt iniuriæ & damna ſingularium ꝑ
ſonarum abſque eo,quod vlterius conqueri poſſint,ergo &
in caſu præſenti idem dicendum videtur: quod pro vtilita-
te publica ſtatus Mediolani,potuit Dux ipſe vaſallo ſuo au
ferre caſtrum abſque eo,quod conqueri poſſit feudatarius
de dicta ablatione,& aliquid a ſupremo principe petere ꝓ
intereſſe caſtri ſibi ablati, & pro parte deſtructi: quia,
9 † quod communiter prodeſt omnibus,priuatorum commo
dis præfertur,ſecundum Bald.in l.quicunque.in fi.C.de ſer.
fugi.& in l.reſcripta.C.de preci,Imp.offer.
Secundò pro hac opinione facit,quod no. gloſſ. Bald. &
10 alij in c.1.§.ad hoc,verſic.ſi verò.de pac. iura. firm. vbi † ſi
Princeps,vel Imperator de plenitudine poteſtatis aufert ali
cui feudum ſine cauſa,tenetur vaſallo ad intereſſe, vel ad
aliud feudum æquale in bonitate,& quantitate,ergo,ſi cum
cauſa aufert,non videtur,quod ad aliud intereſſe teneatur,
cum differẽtia eſſe debeat inter primum caſum, & alium,vt
per Docto.in c.quæ in eccleſiarum,de conſtit.& iſtud vide-
tur ſentire Alexa.in conſi.94. columna penultima verſicu-
lo ſed præmiſſis,volum.5. quem ſequitur Capic.in deciſio.
11 69.columna prima vbi ſimpliciter dicit, quod † Dux pro
habenda pace ſui territorij, potuit auferre caſtrum vaſalli
ſui,& alteri cõcedere.Et in ſpecie iſtud voluit Luc. de Pen.
in l.ſi.in verbo donauerit.C.de loc.præd.ciuil.lib.11.vt re-
fert Afflict.in cap.1.numero 26.de capita.qui cur.vend. vbi
12 dicitur,quod † princeps propter directum dominium, qđ
hẽt in bonis feudalib.põt ex cauſa publicæ vtilitatis feuda-
tario auferre bona feudalia,& alteri dare,valebitq. aliena-
tio,etiam quod non reſtituatur pretium.
Tertio pro hac opinione facit,quod voluit gloſſ.in l.Bar
barius,in verbo multo magis,verſicu.ſed an vel Imperator
13 ff. de off. Præto. vbi vult, quod † ſi Imperator,vel populus
manumiſerit ſeruum alterius ratione publicæ vtilitatis, nõ
teneatur ad alicuius pretij ſolutionem.
14 Quartò,confirmatur hæc ſentẽtia.Nam † licèt Princeps,
qui ex cauſa publicę vtilitatis aufert bona priuati,teneatur
ad pretij reſtitutionem,vt voluit tex.iuncta gloſſ.in l.ſi lo-
cus.§.ſi.ff.quemad.ſeru.amit.Tamen ſubdit gloſſ.in vltimis
verbis, quod iſtud non obſeruatur. & gloſſ. ibi ſequuntur
Albe.de Roſ.& Paul. de Caſtr.ac Cœpol. in tracta. de ſer-
uit.vrban.præd.c.24.quan.& quali. & quomo. ſeruit.amit.
in fin.Cum igitur hoc deuiet a conſuetudine,quę eſt altera
lex:ſequi videtur,Ducem ipſum Sereniſſ.ad alicuius damni
reſtitutionem erga dictum Comitem non teneri.
Sed præmiſſis non obſtantibus, contrariam ſententiam
vti veriorem æquiorem, & magis amicam legibus omni-
no amplectendam arbitror. Ad quod dicendum moueor
15 ex ſolida & firma concluſione,quæ habet,quod,† licet prĩ
ceps ex cauſa publicæ vtilitatis, & neceſſitatis poſſit rem
alterius auferre, id tamen intelligendum venit, ſi domino
rei iuſtũ pretium ſolueritꝫquod probatur.Primo, per text.
in leg. mulier in opus ff. de capitulo & poſt li. reuer. ubi
mulier ob maleficium data in opus ſalinarum, & a latrum
culis exteræ gentis capta,ſi iure commercij vendita ac re-
dempta fuerit, in ſuam pœnam incidit, ſoluto tamen pre-
tio redemptoriꝫcum ab eo ſecundum gl. geſtum fuerit ne-
gotium fiſci vtiliter.per quem tex. dixit Cœpol. caute.12.
quod ſi quis emit rem furtiuam, vel vi raptam,vel ab hoſti
bus captam, tunc pretiũ quod ſoluit, recipere poteſt a do-
mino, quod dictum refert,& ſequitur Iaſ.in l.ſi pretium,in
fin.C.de procura.& Alcia.in tracta. præſump. in 3.regu.in
20.præſump.
Secundo,ad idem eſt tex. iunct.glo. in verſi. deportabi-
tur,in l.in bello,§.ſi deportatum.ff.eo.tit.de capti.vbi,ſi ho
ſtes cœperunt deportatum in inſulam, qui exinde redem-
ptus fuerit,in eam cauſam veniet,in qua futurus eſſet,ſi ca-
ptus non fuiſſet,& ſic deportabitur, pretio tamen dato re-
demptori a fiſco. Facit etiam tex.in d.l.in bello.§.ſed in ca
ptiuo, vbi captus de metallo & redemptus, in pœnam
ſuam reuertitur, ſed redemptor a fiſco ex conſtitutione
Impe ratoris, & diui Seueri pretium recipiet.
Tertio facit gloſſ. magna.in fi.in l.Barbarius.de off.præ-
to.ubi Princeps,vel populus Romanus,pro vtilitate Reipu
blicæ ſeruum alterius capere poteſt, & ei pretium ſoluere
tenetur.
Quarto,pro iſta opinione facit.l.j.C.quibus ex cau.ſer.
ꝓ præm. liber.accep.vbi ſerui, qui in publicum detulerunt
monetarios, adulterinam monetam clandeſtinis ſcelerib.
exercentes,libertatem conſequuntur,ſoluto tamen pretio
dominis ſeruorum a fiſco. Facit etiam l.ſecunda,iuncta gl.
in verbo donetur.eo. tit. vbi ſi quis ſeruus raptus virginis
facinus diſſimulatione prætteritum,aut pactione prætermiſ
ſum, detulerit in publicnm, libertati donatur, ſoluto tamẽ
pretio a fiſco domino ipſius. Idem voluit tex.in l.fin. eodẽ
titu.vbi ſeruus militiæ deſertorem prodiderit, libertatem
conſequitur, pretio dando a fiſco domino ſuo, ſecundum
gl.ibi, quia ſeruus conſuluit fiſco.
Quinto probatur,per tex.in l.ſi quando,C.de ope.publ.
vbi ſecundum Roma.in conſi.310.col.j.verſ. ſecundo pro-
batur. Eſt caſus expreſſus, ꝙ gratia publicæ vtilitatis do-
mus priuatorum poſſunt auferri, & dirui, dummodo pre-
tium detur, quamuis ablationi non conſenſerint.
Sexto, per text.in l.ſi locus.§.fina.iuncta glo.ff.quemad.
16 ſerui.amit.vbi † ſi via publica vi fluminis vel ruina, amitta-
tur,vicinus proximus viam præſtare tenetur, ſoluto ſibi
pretio a fiſco. Et ratio eſt ſecundum Floria. ibi, quia cum
agatur de commodo omnium tranſeuntium, æquum eſt,ut
omnes conferant.Et ex illa gl.infert notandam eſſe doctri-
17 nam, quod † vbi princeps aufert ex cauſa rem priuati,
vt donet militi, vel alteri,ſecundum formam l.Lucius.ff.de
euic. & leg. item ſi verberatum, §. finali ff. de rei vend.ſꝑ
tñ debet illi à quo aufertur res,pretium ipſiusrei offerre.
Septimò facit,quod not.Iſer.in c.1.§.plauſtrorum,& ibi
18 Affl.columna 1. quæ ſint rega. vbi inquit, quod † quando
princeps recipit plauſtra,& animalia ſubditorum pro vehẽ
dis rebus Principis,videlicet naues,loerium ſoluere debet,
quia ſatis eſſe debet Regi,quod eis inuitis,eorum animalia
vel naues recipiat.Quoniam,ſi licet pro expeditione reipu
blicæ ſubditos grauare pro vehendis rebus Principis,intel
ligitur ſemper mediante pretio, ſicut dicimus de principe
recipiente rem priuati pro cauſa reipublicæ, quia ſemper
debet ſoluere pretium.Idem probatur in l.2. C.de nauibus
non excuſ.lib.11. iunctis not.per Luc.de Pen.ibi,in colum.
finali in princip.verſiculo ſed pone. vbi diſponitur, quod
19 † licèt nullus poſsit ſe excuſare, vt ſua nauis ad exercitum
non vadat,ſiue prætextu dignitatis,ſiue religionis,tamen ſi
talis nauis priuati,vel eccleſiæ,pro Republica capta, ꝑ ho-
ſtes fuerit incenſa,vel abrepta,vel naufragio perierit,peri-
culum erit Reipublicæ. Allegat legem quemadmodum,§.
municipales,verſiculo item ſi dum.ff.ad leg. Aquil. & d.l.ſi
locus.§.fin.
Octauo confirmatur hæc opinio ex ſcriptis per Iaſ.in cõ
20 ſil.46.col.3.vol.3.vbi determinat, ꝙ princeps ex cauſa nõ
põt alicui auferre res ſuas,puta artellarias,niſi earum pre-
tium prius ſoluatur.per text.in d.l.2.C.quibus ex cau. ſer-
ui &c. in verſi. vt eorum domini pretium à fiſco percipiat.
21 per quam not. ibi Baldus, quod † licet princeps poſſit ex
cauſa aliquem priuare dominio ſuo,non tamen gratis, ſed
ſoluto pretio.
Nono accedit, quod voluit Bartolus,quem ibi ſequun-
tur alij,in leg.fin.§.fin.ff.de pigno.act.vbi dicit ex illa lege
22 notandum eſſe, quod † propter publicam utilitatem po-
teſt officialis capere res priuatorum, quod tamen de iure
intelligi debet data mercede de publico. Et cum Bartol.
pertranſeunt quoque Floria. in d.l.ſi locus.§. fin.Iaſ.in d.l.
Barbarius.colum.8.verſic. ſecunda concluſio, & in citato
conſi.49.colum.3.

Deci-

Decimò,facit deciſio Iſer.in c.1.§.poſt natale, & ibi Af-
flict. columna ſecunda in fin. de pac.tenen.vbi,licet fauore
publicæ vtilitatis,quis poſsit compelli ad vendendum rem
ſuam ſtabilem,l.ſi quis ſepulchrum,ff. de religio. & ſumpt.
fun.tamen eis ſolui debet pretium.Iterum ipſe Iſer.in con-
23 ſtit.regn.in 1.add.ad gloſſ. vbi † donatio facta per Regem
de bonis priuatorum ratione publicæ vtilitatis præiudicat
dominis,ſoluto tamen pretio,quod dictum refert,& ſequi-
tur Afflict.in capi.1.nume.20. de natu.feu.& latè ita tenent
Feli.in c.quæ in eccleſiarum,& ibi Dec.num.26.de conſtit.
Soc.in conſil.120.nume.8.in fi.volum.3. Dec. in conſ.520.
col.fi.Gozad.in conſi.15.num.12.Pariſ.in conſi.6. num.21.
volum.2.& conſil.1. nume.111.volumine 1.Dominus meus
24 Rui.in conſi.88.col.fi.vol.4.& in conſi.31 col.fi.uol.5 †Et
adeo vera eſt hæc doctorum approbata concluſio, vt ea ēt
procedat, ſi princeps uteretur clauſula, non obſtante. ut
per Iaſ.in l.fi.C.ſi contra ius,vel util.pub.Dec.in conſ.537.
nu.6.ac Pariſ.in conſi.11.nu.117.vol.1.

Nec obſtare videtur, ſi dicatur,ꝙ iura & deciſiones, de
quibus ſupra, loquantur in bonis allodialibus, in quibus
princeps non habet, nec vtile, nec directum dominium, vt
in feudalibus,in quibus dominium directum habet. Quia
25 reſpondetur,† ꝙ apud ſcribentes in materia de qua agitur,
nulla conſtituitur differentia inter bona feudalia capta à
principe ex cauſa publicæ vtilitatis, vel allodialia, quia
vtroque caſu pretium debetur, vt in primis voluit Luc. de
Pen.in d.l.fi.col.26.verſi.& ꝙ in feudis,iuncto verſi. poſſet-
que.C.de loca.prædio.ciuil.lib. 11. ubi expreſsè determi-
26 nat,ꝙ † licèt Rex in feudis, ſeu caſtris feudalibus, in quib.
plus iuris habet,quàm in alijs bonis, poſsit bona ipſa feu-
dalia cum cauſa poſſeſſori auferre, tamen contra Regem
agi poteſt in caſu prædicto ad intereſſe.arg. efficaci. l. 2. ff.
de no.ope. nunc. citat multa alia iura, quæ videri poſſunt.
Hanc quoque ſententiam amplectitur Afflic.in c.1. nu. 26.
de cap.qui cur.uend. vbi refert Luc. tenere contrarium in
loco ſupra per me citato, licèt malè, ut patet ex ſupradi-
ctis.Accedit etiam deciſio Iſer.in c.1.§.ſimiliter.ubi etiam
Affli.nu.16.iuncto num.19.de cap.qui cur. uend. vbi dicit,
27 quod † fauore publicæ vtilitatis nō ſolum poteſt princeps
imponere adhoam feudatarijs ſuis, verum etiam recipere
res eorum,& alteri donare ipſis inuitis, ſi tamen patronis
iuſtum pretium ſoluatur. Hoc idem probatur ex nota.
per Aff ictum in capitulo 1. numero 18. cum duobus ſe-
28 quentibus,de nat.feud.ubi dicit, quod † confirmatio prin-
cipis mihi facta de inuaſione caſtri alterius,cuius poſſeſsio
nem apprehendi,quamuis non ualeat,tamen hoc fallit no-
tàter,niſi cōfirmatio facta fuiſſet pro ſtatu Reipublicæ, vel
ut reduceret hoſtem ad fidelitatē,quia tunc valet confirma
tio, ſed princeps tenetur vero domino ad æſtimationem.
arg.ca.cum ad decorem,de cler.coniug. Facit etiam,quod
uoluit Rui.in conſi.31.in fi.vol.5. vbi dicit,quod Rex Chri
ſtianiſſ. qui Commiti Muſochi donauit terram Caſtri noui
Magno ſcutifero confiſcatam ex ui rebellionis, illam ſi ex
iuſta cauſa eidem reſtituit, tenetur dicto Comiti ad pre-
tium & æſtimationem. Accedit quoque, quod in fortiori-
bus terminis dixit idē Rui. in conſi.108.num.29. vol.2.vbi
29 decidit,quod†princeps,qui remunerauit aliquem ex cau-
ſa de iure competenti agnatis in feudo, ex contractu pro-
prio ipſius principis, tenetur ei ſoluere pretium.

Confirmatur quoque ex dictis per Bal. in l. ſi aliquam.
in fin.ff.de off.Proconſ. & lega. Quærit enim ibi Bal. Prin-
ceps tempore guerræ fortificauit locum meū, vt habilius
faceret guerram,& poſuit ibi gentes ſuas: quod potuit etiā
me inuito.l.2.C.de naui.non excu.lib.11.poſtea finito bel-
lo repeto locum meum ſic aptatum: excipitur contra me
per principem,quod reddere ſibi debeo ſumptus:quæritur
quid iuris? & concludit, quod non teneor ſumptus redde-
re,ſed fortilicium cedere debet lucro meo.& mouetur hac
ratione, quia princeps non mihi negocium geſſit, niſi tan-
quam uni de populo,ſed ſibi,& regno ſuo.Vnde non tene-
or ad conferendum,niſi tanquam unus de populo,ſed non
tanquam priuatus ad totam impenſam.l.1.§. idem Labeo,
ff.ne quid in loc. publ. & per caſum, d.l.ſi aliquem,quæ di-
cit, quod expenſis publicis fieri debet. & Bald. ſequuntur
Cremen.Iaco.de S.Gerg. Affl. & Cœpol.in locis ſupra re-
latis. Si ergo ex ratione præmiſſa, vbi agitur de lucro, ita
ſtatuitur a Doctoribus: multo fortius dicendum uenit, ꝙ
ubi tractatur de dāno,ut in caſu præſenti,Maieſtas ſua Ca-
tholica,quę maiorem partem caſtri Valentiæ deſtrui fecit,
non ad commodum Comitis principaliter, ſed ſuum be-
neficium, & ad publicam uilitatem Ducatus Mediolani,te-
neatur de publico ad emendationem dicti damni, quoniā
fauorabilior eſt cauſa damni, quam lucri. lege Proculus,
ff.de damn.infect. Spec. in tit.de proba §.3.uerſi. ſi ergo de
30 bitor. & † ideo facilius ſubuenitur tractanti de damno,
quam de lucro. Craue.in conſi. 120. num.2. Pro cuius con
firmatione facit,quod voluit Alb.de Roſ.in l.1.ff. ad l.Rho.
de iact.ubi inquit,quod ſi hoſtes uenirēt ad ciuitatem, & ci
uis eundo ad portam illis reſiſteret, & equus ſibi morere-
tur,ei emendari deberet per commune,id etiam uoluit Ba.
31 in l.ſecunda,eo.tit.ubi tradidit,quod† milites,qui tempo-
re guerræ propter defenſionem patriæ uadunt ad bellum,
ſi perdunt equos,æquum eſt,quod per commune ſibi emen
dentur.quod ſane intelligēdum eſt,ſi gratis iuerunt,non au
tem ſi ducti mercede,ſecundum Guliel.de Cun. in l.ſi labo
rante,ff.eo.tit.& ibi Alex. in addi. ad Bar.Quod dictum tā-
ꝙ notabile ē mēti tenēdū,ut inquit Bal.in addit ad Anan.in
cōſ.71.in fi.ꝙ & uoluit Albe.in d.l.1.eo.tit. Additur quoq.
32 qđ not.Bal.in d.l.2.in verſi.æquiſſimum, ubi dicit, quod † ſi
igne orto in aliqua uicinia, domus alicuius deſtruitur a ui-
cinis, ne ignis ulterius extendatur, ꝙ de iure fieri poteſt,
l.ſi quis fumo,§.j.ff.ad l.A qui.illi tali cui domns eſt deſtru
cta,debet communiter damnum reſarciri,cum pro utilita-
te communi id ſit factum.Quod ſubdit menti tenendum,&
notandum.Idem tenent Alber.de Roſa.in rub. dicti tit.ad l.
Rhod.de iac.& in l.1.ſcilicet,quando uerisimiliter erat itu
rus ad dictam domum.Rurſus idem Alber.in d.l. ſi quis fu-
mo,vbi refert Vber.de Bob.dixiſſe ita fuiſſe iudicatum Mu
tinæ.Hanc quoque ſententiam amplectitur Floria. in d. l.ſi
locus.§.fin.Facit etiam,quod not.Bal.in c.1. colum.1.& ibi
Affl.num.8.hic finitur lex Feder.vbi inquit,quod † expen-
33 ſas,quas quis facit in capiendo bannitum, repetita fiſco,
quod dictum refert,& ſequitur Petr.Girar.in ſing.14. uerſ.
ſed quæro.Non tamen negatur,quod † ipſe Comes tanquā
34 vnus de populo non teneatur in emendatione dicti damni
contribuere pro portione ſua,ex his,quæ voluit Bal.in d.l.
ſi aliquam,& in l.1.& 2.in §.cum in eadem,ff. ad l. Rhod.de
iactu.vbi inquit,quod,† ſi cui de uilla debet emendari dā
35 num per commnne uillæ ex forma alicuius ſtatuti, & pro
hoc debeat imponi collecta,ipſe idem, cui datum eſt dam
num,debet contribuere cum cæteris, prout facere tenere-
tur,ſi alius extraneus damnum paſſus eſſet, qui debuiſſet
emendationem habere ab illo caſtro, & uilla. Idem tenuit
Alb.in d.rub.& in l. 1. vbi etiam per gloſſ. ibi inquit,quod
36 † ille,qui fecit iactum rei ſuæ cauſa alleuiandæ nauis, tene
tur contribuere pro rata ſua in emendatione ſibi facienda
à conſocijs.allegat etiam l.2.in §. portio,& l.nauis.§.cum
autem,eo.tit.

Nec obſtare uidetur,ſi dicatur,quod & ſi caſtrum Valen
tiæ fuerit Comiti prædicto ablatum, tamen etiam fuit re-
ſtitutum, & ideo non eſſe locum recompenſationi. Quia
reſpondetur,quod & ſi reſtitutum fuit,tamen redditum eſt
37 deſtructum pro maiori parte, quo caſu†ſicut Maieſtas Ca
tholica ſi abſtuliſſet caſtrum,teneretur ad totius pretij ſolu-
tionem, ita etiam tenetur ad damni emendationem, quan-
38 do reſtitutio fit cū maxima ruina partis caſtri,quia † eadē
ratio, quæ eſt de toto, quo ad totum, eſt de parte quo ad
partem,l.an pars,ff.pro derelic.l.quæ de tota,ff.de rei vēd.
Facit notabile uerbum Ang. in l.j.§. ſed ſciendum, ff.de æ-
39 dil. edic. vbi dicit, ꝙ ſicut, quando fit executio ſuper toto
corpore animato,requiritur merum imperium, ita etiam
quando fit executio ſuper eius parte.Quod dictum tanquā
notabile ſequitur Marſ.in ſing. 256. Secundo iſtud proba-
tur ex not.per Flor.in l.magiſtratus,col.fin.ff.ad leg.Aqui.

40 ubi inquit, quod † liceat officiales pro executione iuſtitiæ poſſint capere animal, currum, vel aliam re... tertij nece ſſa riam, tamen omne damnum domino debent emendare, ꝑ d.l. uel iuſtum pretium rei domino offerre, argum. d.l. ſi locus, §. fi. Accedit qnoque, quod dixit Bal. in l. 2. C. pro quib.
41 cau. ſer. præm. liber. accep. ubi inquit, quod † illa lex præſtat argumĕtum valde notabile, quod, ſi ciuitas aliqua uult facere foſſata per agrum alienum, debet ei ſoluere pretiū. & Bal. ſequitur Iaſ. in d.l. Barbarius, colum. 8. verſi. ſecunda concluſio, & in conſil. 46. col. 3. volumine 3. & in l. fi. C. ſi cō tra ius, vel util. publ. colum. 2. vbi dicit, quod, quando vult facere huiuſmodi foſſata, ciuitas tenetur ad æſtimationem damni. Idem uoluit Luc. de Pen. in l. 2. colum. fin. C. vt ruſti-
42 ca. lib. 11. vbi tradit quod † reſpublica indigens aliquo ani mali, & ſeruo alterius pro vtilitate reipublicæ poteſt capere animale, & ſeruum, pretio tamen ſoluto. ſubdens quod, ſi in rebus taliter captis damnum dederit, ad illius emendationem tenetur. per l. quemadmodum. §. municipales, verſ. item ſi dura, ff. ad l. Aquil. Confirmatur concluſio hæc dictis per Crauet. in conſil. 95. numer. 7. & ſequ. vbi inquit, quod
43 † licet Princeps quid faciat ob publicam vtilitatem, tamen ſi ex eo damnum inferatur priuatis, illud reſtitui debet: iuxta nota. in l. item ſi verberatum, ff. de rei vendic. alias, quod iſta publica vtilitas claudicaret, quia alios ditaret, alios qui dem ad inopiam reduceret, quæ claudicatio, & inæqualitas in omnib. eſt fugienda. l. ſi id quod, in fi. C. de reſcin. vend.

Non obſtant modo, quæ adducta fuerunt in contrarium.
44 Quia ad primum argumentum reſpondetur, † illud procedere, & locum habere, quando ſuperior, vel ciuitas faceret legem generalem, cuius occaſione auferretur bona priuatorum, quia tunc verum eſt, quod non requiritur reſtauratio pretij, ſecus, quando aliquid diſponeret contra certam, & ſingularem perſonam, vel contra certas perſonas, quoniam eo caſu requiritur reſtauratio pretij. Ita Alex. in con ſi. 19. colum. 4. verſic. ad tertium, volum. 2. duplicato in cō ſil. 108. volumine 3. quem ſequitur Rui. in conſi. 60. columna 3. uolumine 5. Idem vult Iſe. in c. 1. §. ſimiliter, vbi etiam Affl. numero 69. de cap. qui cur. vendi. Dec. in conſi. 520. co lumna fin. verſ. & prædictæ concluſioni, & in c. quæ in eccle ſiarum, num. 26. verſic. 2. hoc intelligitur, de conſti. quamuis in primo caſu nonnulli Doc ſint, qui aliter ſentiant, videlicet, quod ēt ſuperior per uiā l. generalis auferēdo bona priuatorum teneatur ad pretium, vt uoluit Iaſ. in d.l. Barbarius, columm. 8. in fin. verſ. inuenio tamen, quem ſequitur Roch. de Cur. in c. fi. de conſuet. fol. 46. col. 3. ſecundum par uam impreſſionem, vbi dicit non eſſe fiendam differentiam, an princeps auferat dominium ex l. generali, vel conſuetudine, vel ab aliquo particulari ex diſpoſitione ſua, & reprobat Alexandrum vbi ſupra, & Affl. in dec. 321. nu. 17.
45 Ad ſecundum reſpondetur, quod † princeps, qui aufert vaſallo feudum ex cauſa publicæ vtilitatis, vel ſine cauſa, ſemper tenetur feudatario refundere pretium, vt ſatis liquet ex deciſionib. ſupra citatis. Nec eſt verum (vt ſupra dictum fuit) quod Luc. de Pen. in d.l. fi. C. de loca. præd. ciuil. aliter ſentiat.

Tertio quoque argumento reſpondetur, quod immo ſecundum Doct. in d.l. Barbarius, Imperator, vel ciuitas tenĕtur domino ſerui manumiſſi pro publica vtilitate pretium illius ſoluere, vt etiam dixit Luc. de Pen. in d. lege ſecunda C. ne ruſtic.
46 Non obſtat etiam & vltimum, quia, † etſi gloſſ. in d.l. ſi locus. §. finali dicat non obſeruari, quod reſtitui debeat pretium domino viæ, cui aufertur, tamen male loquitur. Primo quia eſt irrationabilis, & ideo ſuccedit, quod dixit Abb. in cap. cum uenerabilis, de conſuet. quod conſuetudo irrationabilis amittit nomen conſuetudinis, ergo & obſeruantia
47 irrationabilis. Facit ēt tex. in c. mala. 80. diſt. vbi † conſuetudo mala appellatur lex mortis, iō extirpanda. Scđo accedit
48 ꝗ dixit Affl. in deciſ. 321. nu. 16. vbi inquit, quod † conſuetudo fodiendi metalla in ſolo priuati non ſoluto pretio, qa reprobata, & contra ius naturale, non valet. Tertio gloſ. ipſam reprobant Iſer. in capit. 1. §. poſt natale, in fin. de pac. tenen. & viola. & ibi Affl. col. 2. in fi. Iaſ. in l. fi. col. 2. C. ſi cōtra ius, vel vtil. public. & in conſi. 46. col. 3. vbi dicit, quod licet glo. in d. §. fin. dicat contrarium obſeruari a fiſco, tamen ad illam gl. debet addi, & male, ſecundum Iſer. vbi ſupra. Idem dixit Roch. de Cur. in d. ca. fi. char. 46. colu. 3. vbi tradit illam glo. male loqui. & idem ſentit ibi Floria. in d. §. fin. dum inquit, quod credit gloſſ. ipſam, quę dicit contrarium obſeruari, procedere in caſu illius legis, vbi vicinus ſperabat commodum alluuionis, & ideo nimirum ſi damnum ſentire debebat. Quarto reſpondetur, quod cum appa reat de contraria obſeruantia ſuæ maieſtatis, quæ ſolita eſt reficere damna paſſis: ea attendi debet tanquam fauorabilior. l. tutor, qui repertorium. §. ex certis, ff. de admi. tuto. Iac. Nig. in l. diem functo, num. 2. ff. de offic. aſſeſſ. vbi inqt,
49 quod, † vbi ſunt variæ & diuerſæ conſuetudines, illam ſe-
50 qui debemus, quæ eſt fauorabilior. Plus dicitur, quod, † vbi ſunt uariæ obſeruantiæ, vltima tollit primam, quando vltima minus grauat. Ita Ptol. in repe. l. admonendi. num. 108. ff. de iureiuran. per l. primam poſt prin. ff. de excu. tuto. quā ad hoc dicit ſingularem. Sed ultima in caſu noſtro eſt fauorabilior, & minus grauat; ergo &c.

Vnde ex his omnibus, quæ abunde ſupra dicta fuerunt:
51 concludendū eſſe arbitror, (quoniam † diabolica poteſtas eſt, auferre rem alienā ſine pretio, ut inquit Bald. in l. ſicut, de ſeru. quem ſequitur Affl. in cap. 1. num. 29. de cap. qui cur. vend. in deciſi. 321. nume. 16.) quod maieſtas ſua Catholica, quæ inter alios Principes nomen iuſtiſſimi habet, & quæ iuſtitiā ſummopere ſemper amauit, eamque exerceri iuſſit: teneatur damnum paſſum per Comitem Valentiæ, emendare. Laus Deo.

Rolandus a Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

1 *Mulier ſecundum communem iuri hypothecæ renuntiare poteſt; ſi uir alia habeat bona, in quibus mulieri conſultum eſſe poſſit in caſu dotium reſtituendarum: ſecus, ſi alia non habeat bona.*

2 *Quod amplia procedere, etiam ſi maritus tempore renunciationis haberet alia bona, ſed non tempore repetitionis dotis, quia tunc uxor poſſet agere, & regreſſum habere ad bona alienata.*

3 *Renunciatio iuris hypothecæ facta, quando marito nulla alia bona ſuperſunt, dicitur donatio.*

4 *Donatio inter uirum & uxorem eſt prohibita, quia contra bonos mores, etiam ſi ſit firmata iuramento, ut in nu. 13. ſed contra ſecundum communem. num. 19. & 32. vbi eſt magis communis.*

5 *Pactum liberatorium obligat ad non agendum.*

6 *Donatio inter coniuges, quæ morte confirmatur, ſi non inſinuatur, in totum uitiatur.*

7 *Inſinuatio requiritur in renunciatione.*

8 *Item & in pacto de non petendo.*

9 *Renunciatio iuris hypothecæ firmata iuramento, & marito non exiſtente ſoluendo, non ualet, ſed contra, num. 26. & 27.*

10 *Iuramentum recipit illas conditiones, limitationes, interpretationes, & exceptiones, quas recipit principale diſpoſitum, immo auget, ut in num. 26. item declara, ut in num. 31.*

11 *Donatio ſimplex inter viuos, ſicut reuocatur per ſuper uenientiam filiorum: ita etiam ſi ea apponitur iuramentum.*

12 *Promiſſio generaliter facta de non excipiendo de nullitate, ſicut non includit nullitatem reſultantem ex defectu iuriſdictionis, ita nec iuramentum ſuper dicta promiſſione appoſitum.*

14 *Renunciatio, ſeu donatio, non inſinuata, iuramento non firmatur: ſed contra ſecundum communem, num. 22. & 36. & 41.*

*15 In-*

15 *Inſinuatio inuenta eſt propter publicam utilitatem non principaliter, ſed ſecundario, ut in nu.13.*
16 *Inramentum contra publicam utilitatem non ualet.*
17 *Inſinuatio introducta eſt a lege, ut remoueantur fraudes,*
18 *Donatio iurata quatenus ualere poſſit ſine inſinuatione, id locum habere poteſt, quando eſſet renunciatum legibus requirentibus inſinuationem: alias ſecus, ſed contra, ut in num.37.*
21 *Donatio propter nuptias, ſi alienetur alteri cum renunciatione iuris hypothecæ factæ per vxorem cum iuramẽto ualet.*
24 *Alienatio rei dotalis facta cum iuramento ualet.*
27 *Teſtamentum, in quo tantum ſunt quinque teſtes, cum iuramento, ualet propter iuramentum, quod habet uim clauſulæ codicillaris.*
28 *Iuramentum facit ualere actum omni meliori modo quo poteſt.*
29 *Subſtitutio iuramento firmata, quæ non valet iure directo, ualet iure obliquo propter iuramentum.*
30 *Iuramentum appoſitum ſuper actu indiuiduo facit eum diuiduum in illa parte, in qua ualere poteſt.*
33 *Iuramentum in multis caſibus tenet contra legem.*
34 *Iuramentum in forma ſpecifica adimpleri debet.*
35 *Anima cuique rei præferenda uenit.*
38 *Ius publicum pacto priuatorum tolli non poteſt.*
39 *Iuramentum habet uim caſus expreſſi.*
40 *Legitimæ renunciatum non cẽſetur per generalem renunciationem, quia requiritur ſpecialis, fallit quando eſt iuramentum.*

## CONSILIVM LXX.

QVod hæredes quondam dominorum Iacobi & Ioannis Baptiſtæ de Iulianis, fundamentum validũ facere poſ-
ſint in renunciatione facta per quondam dominam Hiero-
nymam Scarelam de iure hypothecæ ſibi competentis pro
dotibus ſuis, in bonis quondam Domini Hieronymi eius vi
ri. Primò facere videtur concluſio indubitabilis, quæ ha-
1 bet: quod † licèt mulier iuri hypothecæ renunciari poſſit. l.
etiam, C. ad Velleia. & l. iubemus, eo. tit. Prac. Papien. in for.
libel. realis actio. in verb. Veris & legitimis, col. 9. verſi. ſex
tus caſus, in fi. Bald. in conſi. 164. & conſi. ſequ. vol. 3. tamen
id inteligendum venit dummodo vir habeat alia bona, in
quibus poſſit eſſe cõſultum mulieri in caſu repetitionis do-
tium ſuarum, aliàs ſecus. ita Bart. in l. Mæuia, §. fi. vbi Alex.
& alij ff. ſolu. mat. Bar. in d. l. iubemus, vbi inquit, hoc menti
tenendum perpetuò, & ibi eum ſequuntur cõmuniter Doc.
Dyn. Odofr. & Alber. in l. pignus, ff. de his, quæ in fraudem
cred. Negu. in tract. de pign. in tertio membro. 6. par. nu. 14.
2 verſi. quando autem. Afflic. in dec. 311. & 313. vbi † ampliat
hanc concluſionem locum etiam habere, vbi maritus tem-
pore renunciationis haberet alia bona, ſed non tempore
repetitionis dotis, quia tnnc vxor poſſet agere, & habere
regreſſum ad bona alienata, ſuper quibus renunciauit iuri
hypothecæ. allegat Imol. ita tenẽtem in c. peruenit. col. 4. d̃
emptio. & vend. & ſubdit opinionem hanc tanquam æquio-
rem tenuiſſe ſacrum conſilium contra Paul. de Caſtr. aliter
tenentem in d. l. Mæuia, §. fi. & Affl. ſequitur Pariſ. in conſil.
75. num. 17. volum. 3. pro cuius confirmatione accedat tex.
in auth. ſiue à me. C. ad Velleia. vbi dicitur, quod, ſi vir con-
ſtante matrimonio alienauit, ſeu obligauit donationem ꝓ
pter nuptias in præiudicium vxoris etiam conſentientis, nõ
valet alienatio, niſi trãſacto biẽnio conſentiat iteratò, & tũc
ſuperſit alia bona æquiualentia viro, aliàs mulieri contra
poſſeſſorem competit actio in rem, Sed in caſu de quo agi-
tur, non extabant alia bona tempore renunciationis, ſeu re
ſtitutionis dotis, niſi quæ tradita fuerunt dictæ quõdam D.
3 Hieronymę. ergo &c. Et ratio, quare non valeat † renuncia
tio ipſa, quando nulla ſuperſunt alia bona, eſt, quia ipſa re-
nunciatio ſecundum Bal. & Alios in d. l. iubemus, continet
4 donationem. d. l. pignus. Quæ † donatio inter virum & vxo
rem prohibita eſt, quia contra bonos mores, l. 1. ff. de dona.
inter vir. & vxo. Item & quia viro non remanente ſoluen-
do mulier per hãc renunciationẽ eſſet obligata non agere,
5 nec petere. Nam † ex pacto liberatoris quis obligatur ad
non agendũ, l. vbi pactum. C. de tranſact. l. ſi vnus. §. pactus.
ff. de pact. Alex. in conſi. 197. in fi. vol. 7. ſed mulier pro viro
nullo modo poteſt obligari Auth. ſi qua mulier, C. ad Vel-
leia. ergo talis renunciatio nõ valet. ita Bar. & alij in d. l. iu
bemus, & in d. l. Meuia. §. fi.

Secundò, ex alio defectu corruit in totum dicta renuncia
tio, quia facta ſine inſinuatione, cum tranſcendat ſcuta duo
6 millia & ultra, quo caſu † donatio facta inter coniuges, quę
morte confirmatur, ſi non eſt inſinuata, vitiatur in totum. l.
ita determinatur ꝑ antep. C. de don. inter vir. & vxo. iuncta
gl. & ibi notãter Sal. Pro qua ſeñia aliàs cõſuluit So. vt ipſe
refert in l. 1. in pe. ch. ſol mat. vbi inquit eius conſiliũ fuiſſe
approbatũ a collegio Piſano. Alibi idem Soc. in l. ſi inter vi
rum, in princ. ff. de reb. dub. & in conſi. 115. volum. 4. Iaſ. in
7 l. 1. §. ſi ſtipulanti. ff. de verb. obl. Et in ſpecie, quod † in renũ
ciatione requiritur inſinuatio, voluit Bald. in l. illud, C. de
ſac. ſan. eccl. vbi dicit, quod aliàs eſſet nulla, per l. ſancimus,
C. de dona. etiam ſi eſſet confirmata. & Bald. ſequitur Afflc.
in tract. de iur. proth. in princ. in 10. nota. Nam remittere,
eſt dare. l. ſi mulier. vbi no. omnes. ff. de cond. ob cau. Bar. in
l. peculium, in princ. ff. de pecul. Bald. in l. uenditrici, in fi. C.
de reb. alien. non alie. quem ſequitur Pariſ. in conſil. 65. nu.
8 57. Et † idem in pacto de non petendo, dixit Bald. in l. 1. C.
de bon. mater. per glo. in l. ſiue apud acta, C. de tranſac. quã
ad hoc allegat Alexand. in l. ſi quis pro fundo, C. eod. tit. &
in conſi. 10. col. 3. vol. 5. in princ. & Angel. in §. idem iuris,
colum. 24. de exceptio. vbi inquit, quod eſt donatio. Hinc
etiam videmus, quod pactum de non petendo dicitur con-
tinere donationem rei deductæ in pacto, adeo quod indi-
get inſinuatione, ſicut ſi res fuiſſet ex cauſa donationis tra-
dita, ſecũdũ gloſſ in l. ſi quis obligatione, de reg. iur. & gloſ.
ac Bartol. in l. Modeſtinus, ff. de dona. & Alex. in l. ſi credi
tor, C. de pac.

Nec obſtare videtur, quod prædicta ſibi locum vendica-
9 re poſſunt, vbi † indicta renunciatione non eſſet appoſitum
iuramentum, aliàs ſecus: vt in caſu, de quo agitur, vbi renũ
ciatio ipſa, quæ dicitur donatio, validatur iuramento, vt ꝑ
Alexan. in l. Seius, & Augerius, ff. ad l. Falci. & Dec. in conſi.
202. colum. 2. Quia reſpondetur pluribus modis: & primò,
quod iuramentum non operatur validitatem ipſius renun-
ciationis, ſed debet intelligi ſecundum naturam actus, ſuꝑ
quo interponitur. l. fi. C. de non nu. pecu. Ant. de But. & alij
in cap. Quintauallis, de iureiur. Pariſ. in conſi. 92. num. 49.
10 volum. 4. vbi dicit, quod † iuramentum recipit illas condi-
tiones, limitationes, interpretationes, & exceptiones, quas
recipit principale promiſſum, vel diſpoſitum. Sed de natu-
ra renunciationis iuris hypothecæ eſt, vbi non extant alia
bona, in quibus non poſſit eſſe conſultum mulieri, quod ea
non valeat, ergo nec iuramentum ipſius validitatem opera
ri poteſt. Et ad hoc benè facit, quod voluit Bar. in l. Titia, §.
11 Imperator, ff. de legat. 2. vbi dicit, quod † ſicut ſimplex do-
natio inter viuos reuocatur per ſuperuenientiam filiorum
l. ſi vnquam, C. de reuo. dona. ita etiam reuocatur, ſi in ea ap
ponatur iuramentum de non contraueniendo, quia illa taci
ta conditio, quæ tacitè ineſt donationi, ſcilicet, ſi donans li
beros non ſuſceperit: etiam ineſt iuramento, & Bar. ſequi-
tur Dec. conſil. 408. colum. 2. in princ. in conſi. 16. nume. 14
vol. 2. & in conſi. 140. num. 5. volu. 4. idem Rui. in conſi. 14.
12 num. 19. volum. 2. vbi inquit, † quod promiſſio generaliter
facta de non excipiendo de nullitate, ſicut non includit nul
litatem, reſultantem ex defectu iuriſdictionis, ita nec iu-
ramentum ſuper dicta promiſſione appoſitum, cum regule
tur ſecundum naturam dictæ promiſſionis, & recipiat om-
nes limitationes, quas dicta promiſſio ſimplex recipere ſo
13 let. d. l. fi. Secundò reſpondetur, quod † donatio inter co-
niuges iuramento non firmatur, quia contra bonos mores.
Nam donans in paupertatem reduceretur. l. 1. ff. de dona. in
ter vir. & vxo. Item quia cura educandi liberos negligere-
tur.

tur. Tertiò, quia occaſio diuortij cauſaretur. Quartò, quia matrimonia eſſent venalia, text. eſt, qui prædictas rationes allegat in l.2.ff.de dona.inter vir.& vxo.Bald. in conſil.29. volumine 3. Si igitur eſt contra bonos mores, ergo non obligatorium, cap.non eſt obligatorium, de reg. iur. in 6. & hanc partem tenuerunt Bartol.in d. l.1. Paulus de Caſtro in conſilio 65. columna 3. Baldus & Card. in cap, cum contingat, de iur.iu.Bal.& Ang.in l.ſi quis inquilinus.§.ſi.de lega. 1.idem Bald.in conſil.398. volumine 1.Corn.in conſi.104. in prin.vol.2.

Nec obſtare videtur, quod renunciatio ſeu donatio ipſa(quamuis non inſinuata) iuramento firmetur, vt per Fed. de Sen.in conſi.181.Alexan.in conſi.4.columna penultima volumine primo, quia duobus modis reſpondetur, & pri-
14 mo, quod † contrarium tenuit Bald.in l.illud, in 5.q. C. de de ſacroſan. eccl.Roma.in l.Modeſtinus, ff.de dona.Barb.in conſi.16.colum.10.volu.2. vbi aſſerit hanc eſſe communē, & in conſi.67.col.fi.inter conſi.Curt.ſenio.Ang.in conſilio 59.in fi.vbi dicit ſe ita conſuluiſſe in ciuitate Caſtellæ. idē Ang.in conſi.179.colum.fin.Pau. de Caſtr. in conſilio 100. col.2.vbi inquit hanc partem veriorem, & in conſi. 105.co
15 lumna fi.Et ratio eſt, quia dicta † inſinuatio inuenta fuit pro pter publicam vtilitatem.Nam Reipublicæ intereſt, ne quis re ſua male vtatur.§.pe.inſt.de his qui ſunt ſui vel alien.iur.
16 † Et iuramentum contra publicam vtilitatem non valet. c.
17 ſi diligenti, de for.comp.Item & quia † inſinuatio introducta eſt a lege, vt remoueantur fraudes, quæ committi poſſunt, maximè inter coniunctos, l.data, C. de dona. Secundò
18 reſpondetur, quod † quatenus donatio iurata poſſit ſine inſinuatione valere, ea poſſet habere locum quando renunciatio eſſet legibus requirentibus inſinuationem, ſecus, ſi iuratum eſt in donatione, vel renunciatione ſimpliciter. Ita Calder.in conſi.20.in titul.de iureiur.Aret.in conſi.2.& in conſi.17. col.4.

Quibus tamen non obſtantibus, contrariam ſententiam tenendam eſſe arbitror, videlicet, quod renunciatio iuris hypothecæ facta per dictam quondam D. Hieronymam cū iuramento, ſicut officeret ei, ſi viueret: ita etiam nocere dēt eius hæredibus. Quod primo probatur per communem
19 Doct.concluſionem, quæ habet, quod † donatio iuramento firmata inter coniuges ualet, & hanc eſſe communem opinionem dixerunt Paul.de Caſt.& Iaſ.in l.pacta, quæ contra. C.de pac.Alex.in l.Seius & Augerius, colu. 4. ff.ad l.Falc.in conſi.8.col.2.volum.2.Moder.in l.ſi donatione.C.de colla. Dec.in conſi.232.colum.2.in conſ.240.col.1.Ripa in reſpō ſo.4.num.6.in 3.par.vbi inquit opinionem hanc canonizatā eſſe apud Doctores.Rurſus Ripa in reſponſo,6.col.2.in fin. Aret.in conſil.74.colu.2.Ant.Petru.in repe.l.1. num.29.de iur.iu.Crot.in l.frater à fratre.numer.78.ff.de cond.indeb. Rui.in conſi.179.num.3.volum.1.conſi.132.num.3.volum. 4.conſi.137.num.2.& 7.vol.eo.& in conſi.154. num. 5.vol. 5.Gram.in deciſ.103.num.73.& eam magis communem atteſtantur Pariſ.in conſil.86.num.19.& 46. uolum.3. Corn. in auth.ſacramenta puberum, num.81.C.ſi aduer.ven. Imo. in c.cum contingat.char.antepen.de iureiu.Ripa in reſponſo 17.in 1.col.par.3.Curt.in d.l.pacta, quæ contra, vbi etiā inquit pluries ita conſuluiſſe.Alex.in conſi.157. nu.15.vol. 2.Anto.de Petr.in d.l.1.nu.44.Dec.in conſi 202.col.2.verſ. alia eſt opinio.Rodor.Suar.in tit.*dellas arras*, nume.23.& ita alias ſæpius conſulendo tenui, vt in conſi. 8.numero 16. conſi.77.nume.2.& in conſil.93.numero 4.volumine 1.Ratio enim eſt, quia talis donatio non eſt improbata principaliter ratione publicæ vtilitatis, ſed ſecundario, & per quandam ſequelam, vt per Petru. & alios vbi ſupra, & vt etiam infra dicetur. ſed iſta renunciatio eſt donatio, vt ſupra, ergo, &c.

20 Secundò, in terminis noſtris, † quod renunciatio facta per vxorem cum iuramento de iure hypothecæ ſibi competēte pro dotibus ſuis, in bonis mariti, ualeat, tenuit Imo. in dicto c.cum contingat. Alexand.in addi.ad Bar.in l.iubemus, ad Velleia.in l.Mæuia.§.fin.ff.ſolut.matrimo.& in cōſ. 83.numer.7. volumine 6.Rui.in conſi.41.num.2.volumine 5. Afflict. in deciſ.311.columna 2.vbi inquit, gloſſ. in auth. ſi qua mulier.C.ad Velleian. aliter tenentem communiter reprobari.Pariſ.in conſilio 75.numero 16.volumine tertio Crot.in l.ſi conſtante, nu. 107.ff.ſolu.matr.Camp. in tract. dot.in tit.de pac.dot.verſi.23.quæro: cui ſententiæ accedit quoque, quod voluit Bal.in l.etiam. C.ad Vellei.ubi tradit;
21 quod † ſi res donata propter nuptias, vel res obligata ſpecialiter pro dote, alteri obligetur, vel alienetur, & mulier conſentiat renuntiando iuri hypothecæ, non ualet alienationib. ſeruata forma tradita in authen. ſiue a me, C.eo.tit. & interueniat iuramentum in tali alienatione, quia Canoniſtæ dicunt, quod appoſito iuramēto omnia valent propter vinculum iuramenti, & eius robur..cap. licet mulieres, de iureiurand.in 6.& Bald.ſequitur Alexand.in addit.ad Bart. in authen.ſiue a me, C.ad Velleia.

22 Tertia eſt concluſio, quod † renunciatio, quæ ſapit donationem, Pariſ. conſi. 26.num. 58.volum.tertio, & ſi aſcendat ad ſcuta duo millia quinque centum, & non fuerit inſinuata, validatur iuramento, quod ſupplet defectum inſinuationis. ut tradunt Alexand.in conſi.83.in fin.uolum.ſecundo.Iaſ.in conſil.52.col.fin.in princip.uolum.primo, vbi inquit hanc eſſe veram & communem ſententiam, a qua in iudicando valde eſſet temerarium recedere, quam partem vti communem etiam amplectuntur Dec. in conſ.239. num.3. 488.nume. 6.a qua dicit ſimiliter non eſſe recedendum.& in conſi.536.nume.14.Soci.in conſi.77. colum. 5. cum ſequ.Cur.iun.in conſi.81.num.7.Pariſ.in conſi.33.nu. 45.volum.3. in conſi.26.num.60. volum.eod.in conſil.16. nu.32.uolum.2.& in conſi.69.num.95.uolum.3.Rui.in cōſ. 51.num.18.volum.primo.conſi.121.num.2.conſi.125.in fi. conſi.126.nume.9.conſi.127.num.2.conſi.180.num.15.volu.eo.& in conſi.132.num.5.volum.4.Craue.in conſil.118. colum.prima, ſententiamque ipſam vti magis communem ſequuntur Alex. in conſi. 157. in fin.uolum. 2.Iaſ. in conſi. 118.col.2.uolum.4. a qua dicit in iudicando non eſſe recedendum, & in conſi.169.colum.antepen.verſi.ſecundo principaliter, volum.eo. Dec.in conſi.432. num.17. & 21.Cur. iun.in conſi.34.colum.1.& in conſi 141.colum.fi.Soc.iun. in conſi.67.nume.20. uolum.2. & cum hac ſententia etiam pertranſeunt Ripa in reſponſo. 11.in fi.in 3. par.& Cagno. in l.ſi quis in obligatione, de regu.iur.Ratio enim quare valeat, traditur a maioribus noſtris, in locis ſupra allegatis, & maxime ab Anton.de Petru.in d.l.1.nu.73.cum pluribus ſequentibus, quia iure cautum non reperitur ſecundum I-
23 mol.in dict.cap.cum contingat, quod † inſinuatio fuerit introducta principaliter ob publicā vtilitatem, ſed bene habetur, quod fuit introducta, ut tollatur occaſio procurandi donationes clandeſtine, & per fraudem, ut in l.donatio, C. de donat. & licet dicatur intereſſe Reipublicæ, ne quis re ſua male utatur: iſtud non ſufficit ad infringendum iuramē
24 tum, ubi eſt utilitas ſecundaria, ut patet in ſimili † in muliere alienante rem dotalem: nam licet interſit Reipublicæ mulieres non eſſe indotatas, l.j.ff. ſolu.matr.tamen confirmatur contractus alienationis rei dotalis iuramento. c.cū contingat, de iureiur. Car. in l. ſi quis pro eo, de fideiuſ. in tertio caſu.Aret.in terminis in conſi.2.col.penul.verſi.magis autem.

Non obſtant modo, quæ ex aduerſo adducta fuerunt, qa ad primum argumentum reſponſum fuit in ſecundo funda
25 mento illud non procedere, † vbi in renunciatione iuris hypothecæ appoſitum fuiſſet iuramentum, ut in caſu, de quo agitur: ſecus ſi in ea iuramentum non interpoſitum fuiſſet, quia tunc fateor, ſequendo opinionem relatam, illam renunciationem non poſſe officere, nec D.Hieronymæ, ſi viueret, nec hæredibus ſuis.

Nec refert, quod iuramentum nihil operari debeat, cum ſequatur naturam actus renunciationis, ſuper quia interponitur, quæ non valet, quando non ſunt alia bona, in quibus
26 conſultum eſſe poſſit mulieri, quia reſpondetur, quod † regula fieri poteſt in contrarium, vt inquit Iaſ. in l.ſi conuenerint, colum.2.verſ. ego facio regulam, ff.de iuriſd.omn. iud. quod imò iuramentum non debet reſtringi ſecundum

natu-

naturam ipſius actus,ſuper quo interponitur, ſed quod ſem
27 per aliquid addit actui. Patet, quia uidemus, quod † ſi in teſtamento non ſunt adhibiti niſi quinque teſtes, & apponatur iuramentum,valet propter iuramentum:quod habet vim clauſulæ codicillaris,ſecundum Bal.in d.l. eam quam, verſic.ſextus caſus,& ibi Bal.C.de fideicommiſ.Item uide-
28 mus,quod † iuramentum facit actum valere omni meliori modo,quo poteſt,dato quod ſine iuramento alias non valuiſſet.l.cum pater.§.filius matrem,ff.de leg.ſecundo. & ið dixit Bal.in l.verbis ciuilibus.ff.de vulg.& pupil.& in l.ſi iu
29 re,ff.de teſta.tute.quod † ſubſtitutio iuramento firmata, q̄ non valet iure directo,valet iure obliquo propter iuramētum,vbi alias annullaretur.Idem repetit alibi Iaſ. in l.ſi pecuniam.col.pen.in princ.ff.de cond.cauſ.data,vbi inquit regulā ipſā eſſe falſam, quod iuramentū reſtringatur ſm naturam actus,ſuper quo interponitur, quia regula eſt in contrarium. & idem tradunt Corſet. in repetitione l.primæ.in
32 priuilegio,de iureiurand.& Anto.Petr.in numero 163. vbi multa ad hoc allegat, & ideo dicit Socin. in conſilio 16.nnmero 65. volumine 4. poſt Anton. de Butr. per eum
30 citatum, quod † ſi iuramentum apponitur ſuper actu indiuiduo,tantæ eſt potentiæ, vt licet actus ſui natura non poſſet valere propter indiuiduitatem, tamen propter iuramentum poteſt cenſeri diuiduus, ut ſortiatur effectum in illa parte, in qua valere poteſt:ex quo continet in ſe clauſulam, vt faciat valere actum omni meliori modo, quo valere poteſt, ita quod vtile per inutile non debet viciari. & Soc.ſequitur Pariſ. in conſilio 14.nume.19.uolum.1.Multa etiam cumulat Bauerius in tract.de virtute iuramenti a nu. 8.vſque ad 50.

31 Secundo reſpendetur, quod † regula d.l.ſi.C.de non nu. pecu. locum habere poſſet, vbi in renunciatione deficeret conſenſus renunciantis, alias ſecus. Ita Corſet. & Petr.vbi ſupra.Gozad.in conſil.57.colum.penulti.in fin. Crauet. in cōſilio 202.col.2.& Ruin.in conſi.137.nu.2.Sed in renūciatione præſenti non deficit conſenſus, ut patet ex verbis inſtrumenti,vbi in verſicu.Et ultra etiam pro maiori &c. Domina Hieronyma pro cautela ipſorum de Rubinis (cum auctoritate,conſilio,& conſenſu Domini Hieronymi ſui viri, & ſuorum proximorum agnatorum, ſciens bona ſui mariti ſibi obligata pro dotibus ſuis) conſenſit dictæ obligationi,& hypothecæ per maritum ſuum factæ dictis de Ruberinis, cum renunciatione iuris omnis hypothecæ ſibi cōpetentis occaſione dotium ſuarum, & inſuper bonis ſui mariti,ita, quod adueniente caſu ſolutionis prædictæ,dicti Iacobus & Baptiſta,ſeu habentes cauſam ab eis,& inſuper prædictis bonis mariti ſui ſibi obligati ualeant ſuam conſequi ſolutionem pro ſumma dictorum ſcutorum duorum millium quinquecentum:& quod ipſi ſint priores,& potiores dicta D.Hieronyma, omni exceptione, oppoſitione, & contradictione remotis.

32 Ad ſecundum reſpondetur, quod † imo donatio iurata inter coniuges ſecundum magis communem,de qua ſupra in primo fundamento, ualet,nec habet obſtare,quod ſit contra bonos mores, & ideo iuramentum non obligatorium. Quia reſpondetur, quod capitulo non eſt obligatorium, debet intelligi,quando iuramentum contineret turpitudinem,ut quia, quis iurauit homicidium committere, vel filios,& uxorē expellere.ca. quemadmodum,de iureiur. Ita Feder.de Sen.in conſi.4.quem ſequitur Dec. in citato conſ. 202.colu.2.Vel quando eſſet contra bonos mores naturales, ſecus, ſi ciuiles, ut etiam per Deci.ibi,& Docto.in d.l.
33 pacta,quæ contra. Et ideo uidemus, quod † licet quælibet lex ſit fundata ſuper bonis moribus ciuilibus, cap.erit autem lex, quarta diſtin. tamen in multis caſibus tenet iuramentum contra legem, ut d.c.cum contingat, & in cap.de bitores,eod.tit.de iureiur. Bal.in l.cum multæ.C.de dona.
34 ante nup. Nam † iuramentum, quod principaliter eſt præſtitum Deo,capit.magni. de uoto,cum poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, omnino ſeruandum venit, & in forma ſpecifica adimplendum. d.c.debitores, alias contraueniens eſſet periturus, & peccaret mortaliter in ſuæ animæ perditionem,ut d. ca.cum contingat.Pariſ. in conſi.69.nu. 31.volu.3.& quanquam in præcedentibus dictum ſit,quod Reſp ublica per tales donationes ſaltem ſecundario patiatur,tamen magis fauendum eſt animæ, quam Reipublicæ:
35 quoniam † anima cuique rei præferenda uenit.l.ſancimus, C. de ſacroſan. eccle. de duobus enim malis minus debet eligi, vel ſaltem maius uitari,c.duo mala. 13.q.1.

Similiter non obſtat, quòd renunciatio ipſa non obſtante iuramento redditur nulla ex defectu inſinuationis, quia
36 reſpondetur, † crebriorem eſſe ſententiam Doctorum, iuramentum ſupplere defectum inſinuationis, vt abundè dictum fuit. Nec refragari videtur, quod dictum fuit, ſi iuramentum ſupplet defectum inſinuationis, illud debere intelligi,quando eſſet renunciatum legibus requirentibus inſinuationem: ſecus, ſi ſimpliciter iuratum fuiſſet. Quia re-
37 ſpondetur, quòd diſtinctio Calderin. de qua ſupra non eſt uera,quia,aut inſinuatio fuit inuenta à lege fauore publico principaliter, & tunc iuramentum non poteſt ſupplere defectum inſinuationis,ut per Bart.& alios in l.ſi quis pro eo, ff.de fideiuſ.etiam ſi eſſet renunciatum legibus requirenti-
38 bus inſinuationem: quia † ius publicum pacto priuatorū tolli non poteſt.l.ius publicum,ff.de pact. & quia ea facilitate,qua quis inducitur ad iurandum,eadem facilitate inducitur ad renunciandum legibus requirentibus inſinuationem,vt in ſimili dixit tex.in l.doli mali, uer.diuerſum,ff.de nouat.Aut verò uolumus dicere, quòd inſinuatio ſit à lege requiſita fauore publico, ſecundariò, prout eſt uerior, & magis communis ſententia, & tunc iuramentum ſupplebit defectum inſinuationis,etiam quòd non ſit renunciatum legibus requirentibus inſinuationem, ut in d. c. cùm contingat. Ita Curt iun.in conſil.34.col.1.cum ſeq.

Vlterius dicitur, quòd etiam dato,quòd requireretur re-
39 nunciatio, dictis legibus, tamen † iuramentum habet vim caſus expreſſi,vt per Bal.& Sali.poſt Cy.in l.1. C.commod. Alex.conſil.133.nu.11.vol.5.Gozad.conſ.69.num.19.Vnde perinde eſt,ac ſi dictis legibus eſſet renūciatum,ut in ſimili
40 videmus,quòd † licet per generalem renunciationem non cenſeatur renunciatum legitimæ, vel iuri petendi eius ſupplementum, niſi expreſsè, & ſpecialiter ei fuerit renunciatum.l.ſi quando,§.generaliter,C.de inoff.teſtam. tamen ſecus eſt, quando eſt iuratum, quia perinde eſt, ac ſi ſpecialiter illi eſſet renunciatum. Alexand in l. ſi quis maior, C. de tranſac.Iaſ.in l.ſi.C.de inoff. teſta.Pariſ. conſi.72.num.18. uolum.1.& in conſi.49.uol.3. Dec. conſi.432.nu.25.conſi. 404.numero 10.385.numero quarto Gozad. conſilio 87. num.13.in fin.

Similiter non obſtat,quod ſi iuramentum ualidat dictam renunciationam,nō poteſt operari effectum inſinuationis, quia ſatis eſt, quod unum operetur effectum, per no.in auth.ſacramenta puberum,C.ſi aduer.vend.vbi dicitur,quod
41 † ſi minor iurauit ſuper contractu venditionis,operatur ſolum hunc effectum,vt repræſentetur maior,& ſic,vt contractus valeat,non ut tollat beneficium, l.2. C.de reſcin. vendi.prout declarat Soc.in l.1.§.ſi quis ita.ff.de uerbo.oblig. & Ruin.in conſi.98.nu.7.uolum.2.Pariſ.in conſi.12.nu.64. volum.2.Quia reſpondetur, quod imo iuramentum poteſt ſupplere plures defectus, cum in omni caſu poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ. Paul. de Caſtr.conſi.219.Abb. in conſi.8.in ſecundo dubio,uolum. 2. & expreſſe hoc uoluit Dec.in conſi.414.in fi.Pariſ.in conſi.33.num.46. volu. 3.& in conſi.69.num. 127.uolum.eo. Vnde ex his concludendum eſſe arbitror, dictam renunciationem obeſſe hæredibus dictæ quondam Dominæ Hieronymæ. Laus Deo.

Rolandus a Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

1 *Diſponere de rebus ſuis allodialibus unuſquiſque poteſt, & ſuper illis ordinare,& fideicommiſſum relinquere.*

2 *Pactionibus libertas de ſupremis iudiciis conſtringi non poteſt.*

3 *Teſtari de bonis feudalibus quis poteſt cum conſenſu domini,& nu.5.*

4 *Ter-*

*4 Tenor inueſtituræ attendi debet, cum præferatur omni na turæ feudorum.*
*6 Vaſallus, cui conceſſum eſt feudorum clauſula, & quibus de derit, poteſt de eo teſtari.*
*7 Feudum ſi eſt conceſſum Titio pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, de eo poteſt uaſallus teſtari.*
*8 Teſtari de feudo regulariter quis non poteſt, & num. 21. & 25.*
*9 Ordinatio teſtamenti in feudis non attenditur, ſed natura pactorum, uel conſuetudo.*
*10 Vaſallus ſi ſimul teſtetur de bonis proprijs, & uaſalliticis ualebit teſtamentum de proprijs, & non de alijs.*
*11 Vaſallus pro anima non poteſt teſtari de feudo, adeo quod non debetur inſtituto, uel legatario feudi æſtimatio, & num 20.*
*12 Approbatio & confirmatio facta in forma communi nullum ius tribuit.*
*13 Electio inualida etiam ſuperioris approbatione non confirmatur.*
*14 Dictionis vero, natura eſt, ut aduerſetur præcedentibus, in iure, & in facto.*
*15 Diſpoſitio teſtatoris, & ſi in feudalibus non ualet, tamen fallit, ſi confirmetur a directo domino de cuius preiudicio tantum tractetur, quia ualet.*
*16 Dominus directus poteſt reſpectu ſui iuris & intereſſe conſentire, quod feuda tranſeant ad alias perſonas, ad quas de ſui natura non erant tranſitura, puta ad fœminas, uel natos ex eis.*
*17 Ratificatio trahitur retro, & mandato æquiparatur.*
*18 Teſtator quando legat, uel relinquit alteri ius habẽs in re morte ſua periturum, relictum redditur inutile.*
*19 Emphyteuſim habens uſque ad temp[illegible]ortis duraturam, ſi eam alteri leget, legatario ſecundum communem ni hil debetur.*
*22 Transferre quis non poteſt in alium, quod non habet.*
*23 Conceſſio generalis facta titulo lucratiuo, non complectitur niſi ius concedentis.*
*24 Datum non habetur ab eo, qui donare non poteſt.*
*26 Grauatus fideicommiſſo aliquem inſtituens, ſecundum cõ munem illum inſtituere non uidetur in bonis fideicommiſſo ſubiectis, & nu. 31.*
*27 Grauatus fideicommiſſo non poteſt in bonis ſubiectis reſti tutioni fideicommiſſi alimenta conſtituere.*
*28 Pronomen ſuum denotat dominium.*
*29 Teſtator legans rem communem cum hærede, dicendo meam, uidetur legare partem tantum ipſius teſtatoris, ſecus ſi ſimpliciter legaret rem communem cum hærede.*
*30 Abſurdum euitandum eſt.*
*32 Diſpoſitio limitata ad certum tempus, vltra illud non extenditur.*
*33 Limitata cauſa limitatum producit effectum.*
*34 Conceſſa uno tempore, cenſentur alio tempore prohibita.*
*35 Hæres beneficio inuentarij tenetur habere ratam diſpoſitionem defuncti, etiam ſi rem hæredis alienaſſet.*
*36 Hæres pendente conditione fideicommiſſi, ſi alienauit bona ſubiecta fideicommiſſo, non poterit fideicommiſſarius purificata conditione ad illa agere, ſi grauato ſucceſſit.*
*37 Feudi alienatio nocet filijs hæredibus patris, & agnatis, qui ſucceſſerunt alienanti, quamuis ad feudum admitti potuiſſent, etiam ſi hæredes illius non fuiſſent.*
*38 Hæres adeundo hæreditatem uidetur contrahere cum ſubſtitutis circa obſeruationem contentorum in teſtamento.*
*39 Appellatione hæredum & ſucceſſorum in feudis, non ueni unt fœminæ, ſed maſculi.*
*40 Confeſſio præiudicat confitenti, & nu. 42.*
*41 Confeſſio maior eſt quocunque publico inſtrumento, & qui buſcunque depoſitionibus teſtium.*
*43 Confeſſio ubi eſt, ibi relaxatio omnis probationis,*
*44 Confeſſionem nullam iudex pronuntiare non poteſt.*
*45 Confeſſioni defuncti, hæres contrauenire non poteſt.*
*46 Confirmatio facta cum clauſula ex certa ſcientia reddit validum, quod nullum erat.*
*47 Factum ex certa ſcientia principis, in dubium reuocari nõ poteſt.*
*48 Clauſula ex certa ſcientia habet uim clauſulæ de plenitudine poteſtais.*
*49 Princeps ubi ſcribit de plenitudine poteſtatis, nihil opponi poteſt quod annullet gratiam.*
*50 Geminatæ clauſulæ demonſtrant latiſſimam & enixam uoluntatem & confirmantis, & multo fortius triplicatæ.*
*51 Teſtamentum redditur nullum præteritione filiarum.*
*52 Præteritio tollitur ex approbatione teſtamenti paterni.*
*53 Iuri dicendi nullum teſtamentum, præſcribitur ſpatio triginta annorum.*
*54 Filius excluſus de iure ciuili a capite liberorum, ſpatio triginta annorum poteſt intra alios triginta adire ex capite agnatorum.*
*55 Abſtenſio, uel repudiatio ſemel facta, amplius reuocari non poteſt.*
*56 Præteritione filiarum omnia diſpoſita in teſtamento pater ne conſeruatur ſecũdum cõmune, præter hæredis inſtitutionem, iuxta authen. ex cauſa. C. de lib. præter.*
*57 Clauſula codicillaris appoſita in teſtamento, ſecundum cõ munem operatur, ut relicta in eo debeãtur a uenientibus ab inteſtato.*
*58 Legitima filio debetur in bonis allodialibus patris, non au tem in feudalibus.*
*59 Creditor quando ſuccedit debitori, nullo confecto inuentario, confunditur actio in totum, ſi in ſolidum ſuccedit, uel in parte, ſi in partem tantum ſuccedit, & nu. 67.*
*60 Hæres fingitur una perſona cum defuncto.*
*61 Vſumfructum pater conſequitur in bonis feudalibus filij, ſed contra, num. 65. ſecundum communem.*
*62 Ius commune ſeruandum eſt in materia feudali, ubi in feudis nulla habetur deciſio expreſſa.*
*63 Vſusfructus quæritur patri in aduentitiis.*
*64 Fructus feudi quando ſunt ſeparati a ſolo, non dicuntur amplius feudales, ſed allodiales.*
*66 Feudum eſt ſeruitus.*
*68 Teſtator diſponere poteſt de rebus hæredis*
*69 Hæres adeundo hæreditatem ſine beneficio inuentarij, uidetur ratificare geſta per defunctum.*
*70 Patri interdicta eſt alienatio bonorum filij, niſi pro eius utilitate.*

CONSILIVM LXXI.

VIſis Priuilegijs & inueſtituris Cæſareis una cum teſtamentis conditis tam per quondam multum Magnificum Dominum Iacobum de Careto, quam per quodã Magnificam D. Catherinam eius filiam, & alijs iuribus ad me transmiſſis, ex quibus nonnullæ oriuntur dubitationes. Ordinatim ſuper eis procedendo, ut decet, prima facie dicendum uideretur, quod Magnificus Dominus Philibertus filius prædictæ Dominæ Catherinæ, & ei ſubſtitutus vigore teſtamenti celebrati per prædictũ quondã Dominũ Iacobum, teneatur & obligatus ſit remittere & relaxare Magnifico D. Iacobo eius fratri dimidiam Caſtrorum Zuccatelli, Bardineti, Caſtri veteris, Mayſini, Vncij, Aquilæ, Gauenellæ, Stallauelli, Erli, & Caſtri Blanchi, & aliorum bonorum, de quibus in teſtamento dictæ Dominæ Catherinæ, quæ inſtituit hæredem ſuum uniuerſalem præfatum Dominum Iacobum eius filium, inſtituto prædicto D. Philiberto
1 in legitima tantum. Nam†de allodialibus nulli dubium eſt, quod vnuſquiſque poteſt de eis libere, & ſuper illis ordinare, & fideicommiſſum relinquere. Doct. in c. Raynaldus, & in capitulo Raynutius, de teſta. & in cap. ſi pater, eodem tit. in 6. iunctis nota. in §. diſponat, in authen. de nupt. Pariſ. in conſilio ſuo ſecundo in fin. uolum. j. Clauet. conſilio. 174. num. 6. & in conſ. 133. num. 3. Nam, ſi inter viuos hominib. liberã rerum ſuarum diſpoſitionem cõmittere iuſtũ

fuit,

fuit,& æquum.l. ſed & ſi lege.§.conſuluit. ff.de pet. hæred.
quanto æquius moribundis? quia iam velle aliud nõ poſ-
2 ſunt.l.prima.C.de ſacroſanct.eccleſ.Vnde † videmus,quod
nec lex voluit pactionibus libertatem de ſupremis iudi-
cijs contingi poſſe.l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de
3 verborum obligatio. De bonis † vero feudalibus,non vide-
tur etiã dubitandum,quin de eis potuerit teſtari, cum vigo
re conceſſionis & inueſtituræ Maximiliani Cæſaris factæ
dicto quondam Magnifico domi. Iacobo de anno 1498.die
decimonono menſis Februarij cõceſſa fuerit facultas filijs
hæredibus, & ſucceſſoribus dicti quondam Domini Iaco-
bi teſtandi de dimidia dictorum caſtrorum feudalium,quæ
ei a dicto Cæſare concedi potuit, teſte Ruin.in conſi. 2.nu.
5.volu.1.Vbi ait,quod quamuis diſpoſitio teſtatoris in feu
dis non attendatur.cap.primo,de ſucceſ.feud.tamen ſecus
eſſe videtur,ſi in cõceſſione data fuerit dicta facultas, quia
4 † tunc tenor inueſtituræ attendi debet, quæ præfertur
omni naturæ feudorum, cap. 1.de duobus fratr.a capit.in-
ueſt.& in cap.1.de feud. March.Afflict.in ca.1.num.106. de
5 ſucceſſ.feud.ubi inquit, † quod & ſi teſtamentum in feudis
non valeat, ut ibi, tamen illud locum non habet, ſi præce-
dit regius aſſenſus, vel ſi feudatarius haberet priuilegium,
vt poſſet de feudo teſtari. Dec.in conſil.194.col. ſecunda,
Bal.in conſi.59.in princip. volum.3. vbi loquitur de licen-
tia teſtandi conceſſa ab inferiore a ſupremo Principe.Hinc
6 videmus,† quod ſi Princeps concedit alicui feudum pro ſe,
hæredibus,& quibus dederit, feudatarius qui alias de feu-
do teſtari non poterat, virtute dictæ clauſulæ,& quibus de
derit,per quam videtur alterata natura feudi,poterit de eo
teſtari.c.1.de feud.non hab.prop.nat.feud.Curt.iun.in cõſ.
1.colum.1.& in conſil.4.colum.2.ubi aſſerit hanc eſſe com
munem.Dec.in conſi.193.colum.2.Pariſ.in conſi. 23.num.
43.uolum.primo,Iaſ.in conſi.156.colum.2.volum.2.Simi-
7 liter videmus,† quod,ſi feudum concedatur Titio pro ſe &
hæredibus quibuſcunque,uaſallus poteſt de eo teſtari.Bal.
in cap.Imperialem,in princ.col.4.verſ. Sed quid,ſi eſt con-
ceſſum,de proh.feud.alie.per Frid.Iaſ. in conſi.17.col.3.&
in conſi.118.colu.3.volu.4.Dec.in conſi.395.colu.fi. Ripa,
in l.ex facto. §. ſi quis ita.ff. ad Trebelli. vbi citat hanc eſſe
communem. & ita alias reſpondendo dixi, ut in conſi. 96.
nu.36. Quibus etiam addo Dominum meum Rui. in l. i. §.
nunciatio,nu.128.ff.de no.ope.nunc.& Rub.Alex.in l.Gal-
lus,in§.quidam recte.ff.de libe.& poſthu. vbi ſimiliter atte
ſtantur hanc eſſe opinionem communiter receptam.Cagn.
in l.fin.num.12.de regu.iur.

Nec habet obſtare, quod præmiſſa diſpoſitio Dominæ
Catherinæ valere non poſſit, cum iam de dimidia dictorũ
caſtrorum diſpoſuerit quondam Magnificus Dominns Ia-
cobus Senior in ſuo vlt. eulogio, in perſonam Magnifici
Dom. Philiberti eius nepotis ex dicta Do. Catherina eius
8 filia,ea prius decedente. Quia reſpondetur, † diſpoſitionẽ
ipſam non ualere,cum de ipſis non potuerint teſtari refra-
gante conſuetudine feudali,de qua in cap.1.ibi,Nulla ordi
natione defuncti manente,uel ualente.de ſucceſſ.feud.& in
c.j.§.donare, quali.feud.olim pot.alien.ubi per Doct.Bal.
in conſil.257.uolum.ſecundo,vbi inquit, notandum eſſe,
9 † quod in feudis non attenditur ordinatio teſtamenti, ſed
natura pactorum,uel conſuetudo.dicto cap.j.Et ideo quod
inſtitutio de feudis,uel legatum, aliquid nõ operatur.Et i-
10 deo † ſi vaſallus ſimul teſtetur de bonis proprijs,& vaſalli
ticis ualebit teſtamentum de proprijs,& non de alijs.argu
ment.l.ſi arrogator.§.ſi impuberi.ff.de adopt.rurſus in con
ſilio 170. 192.uolum.eod. conſi. 192.uolum.3.in conſilio
310.& 330.colum.fin.uolum.eo.& in conſi.400.volum.5.
Ruin.in conſi.2.num.5.uolum.1.conſi.8.num.7.conſi.9.nu.
14.& 25.colum.i.uol.eo.& adeo vera & approbata eſt hu-
11 iuſmodi concluſio,† quod nec etiam de eo vaſallus poterit
teſtari pro anima.d.§.donare. Alex.in conſi.19.nu.11.vol.
6.Ruin.in conſi.45.nu.9.uolum.1.Cur.iun.in tract.feu.in 4.
par.verſi.penultimo quæro,col.3.Pariſ.in conſi.2.col.l. volu.
j.Gozad.in conſi.8.num.41. Iſer.in cap.j.Anan.vel filius,v-
bi nec etiam unam candelam poteſt vaſallus relinquere
pro anima de feudo.Sequitur Afflic.in cap. Imperialem in
princip.nume.71 de proh.feud.alien.per Feder .& hoc in
tantum pro abſoluto admittitur a ſcribentibus,ꝙ nec etiã
inſtituto vel legatario debetur æſtimatio feudi, ut per Bal.
in conſilio.274. colnm. 2. in princip. volum.2.Rui in alle-
gato conſilio.45.num.9. Cur.iun.vbi ſupra.colum.4.& Pa-
riſ.in citato conſil.7.colum.j.uolum.j. vbi aſſerit hanc eſſe
communem.

Pariter non habet obſtare, quod huiuſmodi diſpoſitio
quondam Magnifici Domini Iacobi fuit approbata & con-
12 firmata per Maximilianum Imperatorem.Quia dicitur † ꝙ
approbatio & confirmatio ipſa facta fuit in forma com-
muni, quæ nullum ius tribuit. Bart. in l.ſi conſtat.ff. de ap-
13 pella. Vbi ex confirmatione ſuperioris non confirmatur
electio inualida.Imõ.& Ioan. And.in cap.Dudum,de deci-
mis,vbi Princeps in dubio videtur actum cõfirmare eo mo
do,quo eſt ualidus de iure communi.

Prædictis tamen non obſtantibus, ſententiam contrariã
in caſu,de quo agitur,ueriorem de iure eſſe arbitror,quod
diſpoſitio teſtamentaria facta per dictam quondam Magni
ficam Domin.Catherinam non ualeat,ſed firma manere de
beat ſubſtitutio facta per dictum quondam Magnificũ Do-
minum Iacobum dictæ D.Catherinæ, in euentum eius mor
tis. Quod ex ſubſequentibus demonſtratur.Quoniam indu
bitati iuris eſt, quod dictus Domin. Iacobus potuit de di-
ctis bonis feudalibus diſponere virtute inueſtituræ ſibi cõ
ceſſæ per quondam Maximilianum Cæſarem. Nam dicitur
in ea quod inueſtit Dominum Iacobum de dimidia dictorũ
caſtrorum pro ſe,filijs,& hæredibus, & ſucceſſoribus con
cedendo dictis filijs &c. quod poſſint liberè de dictis feu-
dis teſtari,vnum vel plures filios maſculos pro libito eligẽ
dos,cui,vel quibus feuda relinquant,& in quos plene tranſ
ferant,cum clauſula ſubſequenti.Si uero ipſum inteſtatũ de
cedere cõtingeret, ꝙ tunc dicta feuda inſolidum primoge
nito filio ſpectent. Ponderanda enim ſunt illa verba. Si ve-
14 ro ipſum inteſtatum &c.† cuius dictionis,vero,natura eſt,
ꝙ ſit aduerſatiua præcedentibus. l. ſi cum filius,ff.de dona.
l.ſi quis emptionis.§.primo.C. de præſcr. 30. ann. Alex. in
conſi.134.nu.24.volum.6.Bart in l.Lucius.§. quæ habebat.
ff.ad Treb.Cepha.in conſil.124.num.4.Galiaul.in l.j.§.qui
præſens,in primo notabili,& in nume.7.ff.de verbo.oblig.
vbi dicta aduerſatiua præcedentibus aduerſatur in iure &
in facto. Si igitur aduerſatur dicta dicto præcedentibus,
ergo datur intelligi, mentem Cæſaris fuiſſe in præcedenti
capitulo dare facultatem dicto quondam domino Iacobo
diſponendi de ipſo feudo,quia ſi aliter diceremus, ſequere
tur quod dicta dictio ſi vero, ipſi capitulo præcedenti non
aduerſaretur,ſi de illo ratio habita non fuiſſet Igitur,ut ad
uerſetur & naturam ſuam imitetur,ſequitur quod Cæſar vi
gore dictæ inueſtituræ prædicto quondam d.Iacobo facul
tatem iam dictam conceſſit,cuius vigore potuit facere inſti
tutionem & ſubſtitutionem de quibus ſupra.

Secundo,ꝙ valeat dicta ordinatio domini Iacobi patet,
quia eius teſtamentum fuit approbatum & confirmatum a
Cæſare Maximiliano ad inſtantiam ipſius quondam do.Ca-
therinæ,cuius eſt hæres vniuerſalis dominus Iacob.iunior,
& frater D.Philiberti.ut conſtat de dicta approbatione, &
confirmatione, per quam conualidatum fuit dictum teſta-
15 mentum. Quoniam abſoluta eſt Doctorum concluſio,† ꝙ,
ſi in feudalibus non ualeat diſpoſitio teſtatoris, dicto cap.
1.de ſucceſſ.feud.tamen ea fallit,ſi confirmata fuit a domi-
no directo feudi.Bald.in capitulo primo.§.donare, uerſicu.
quid ſi dominus,qual.feu.pot.olim.alie.ratio eſt ſecundum
eũ,quia dictum teſtamentum non eſt contra legem, ſed præ-
ter.& Bald.ibi ſequuntur Præpoſ. colum.fin. verſi.pone. &
Dec.in conſi.544.nu.33.& tanto magis dicendum eſt eam
valere,cum per ipſam confirmationem,& approbationem
alicui non inferatur præiudicium, præterquam ſuperiori
domino,qui eam confirmauit, ut in terminis dixerunt Præ
poſ. ubi ſupra. Iaco. de Sancto Georgio in inueſtitura
ſua in uerbo, Et cum pacto, quod de ipſo feudo poſſint
ipſi vaſalli,columna ſecunda,verſiculo ſed ponamus.Curt.

Iun.in tract.feu.in quarta part.verſic.ſecunda cadit neceſſa
ria dubitatio,& in conſilio primo,numero decimoquinto.
16 Vbi inquit,† quod Dominus directus feudi poteſt reſpectu
ſui iuris & intereſſe conſentire,qđ feuda tranſeant ad alias
perſonas, ad quas de ſui natura non eſſent tranſitura, puta
ad fœminas,vel ad natos ex eis,in c.primo §.hoc autē, qui
feud.dar.poſ.ſubdens quod talis conſenſus valebit,etiam ſi
adhibitus fuerit per viam ratificationis,vt in caſu noſtro.
Quia,quando in aliquo actu requiritur conſenſus alicuius
ſolum propter præiudicium ſuum,ſeu intereſſe,ſufficit ſi in
teruenịat ex poſt facto, etiam ſi actus præcedens ſit nullus
ipſo iure,dũmodo eius approbatio pēdeat a poteſtate cōsē
tientis.Iterum in dicto ſuo tracta. in 4. par.verſic.pen.quę
ro,colum.4.verſi.ſtat ergo firmata, vbi ait, quod licet vera
regula,quod vaſallus de feudo teſtari non poſſit,tamen illa
limitatur,locum non habere, quando dominus viuente va-
ſallo,vel eo mortuo ratificaret teſtamentum, & de nullius
17 alterius præiudicio tractaretur,quam de ſuo,quia† talis ra
tificatio trahitur retro & æquiparatur mandato, iuxta re-
gulam l.fi.C.ad Maced.Iaſ.in conſi.136.col.6.in prin.verſi.
non obſtat dum dicebatur,vol.4.

Tertio,quod non valuerit ordinatio D. Catherinæ con-
18 ſtat,quoniam certiſſima eſt iuris concluſio,† quod quando
teſtator legat, vel relinquit alteri ius habens in re morte
ſua periturum,relictum redditur inutile. l. quod in rerum.
§.1.ff.de leg.1.vbi ex illo tex. communiter ibi concludunt
19 ſcribentes, † quod habens emphyteuſim vſque ad tempus
mortis duraturam,ſi eam alteri leget,legatario nihil dētur
Iaſ.in l.vxor patrui,col.1.C.de leg.Ruin.in conſi.25.num.7
vol.1.in conſi.45.nu.9.vol.eo.& in conſil.114.nu. 16.vol.2.
vbi refert hanc eſſe communem opinionem. Confirmatur
hæc ſententia ex no.per Bald.in d.§.donare,& ibi Affli.nu.
20 11.ac Rui.in citato conſi.45.num.6. vbi dicunt,† quod qñ
feudum relinquitur pro anima,non debebitur feudum, nec
eius æſtimatio,quia quotiens teſtator legat ius, quod mor-
te finitur,inutile eſt legatum,d.l.vxor.& Bald. ſequitur etiā
Iacob.de Sancto Geor.in inueſt.ſua,in verbo,Et cum pacto,
quod de ipſo feudo.col.3.verſ. & ipſemet Bal.Quibus etiā
accedit, quod ſcribit Oldra.in conſilio.273.vbi concludit
21 † non valere legatum in re feudali factum a vaſallo, quaſi
factum de non deducibili in legatum,& cum Oldr.pertran
ſit Alex.in citato conſilio 19.nu.11. vbi etiam ſequitur Bal.
vbi ſupra.Sed in caſu noſtro, & ſi domina Catherina fuerit
inſtituta in dimidia dictorum caſtrorum, tamen eius inſtitu
tio non erat duratura niſi vſque ad eius mortem,quia ei fuit
ſubſtitutus Magnificus Dominus Philibertus eius filius,er-
22 go diſpoſitio eius redditur inutilis. Nam † quod quis non
habet,in alium transferre non poteſt.l.nemo plus commo-
di.l.aliud.§.abſurdum.ff.de reg.iur.l.traditio.ff.de acq.rer.
23 dom.& ideo.dixit Bald.in c.1.de c. qui cur.vend.quod † in
generali conceſſione facta titulo lucratiuo, non venit, niſi
ius,quod habet concedens.ſequitur Iacob. de Sancto Geor
gic.in inueſt.ſua in verbo,de Caſt.Rubei,colum.1. in fi. Nā
24 † pro dato non habetur ab eo,qui donare non pōt.c. quod
autem,in fi.de iur.pat.Bartol.in l.ſi vniuerſæ.C. de lega.vbi
*Mal da chi non ha,ſecondo la campana di S. Pietro.* Facit
quod notat Pariſ.per l.traditio,in conſil.7.num.8.vol.1.vbi
25 inquit,† quod ſi teſtator inſtituit ſororem in medietate bo
norum,non veniunt in ipſa inſtitutione bona feudalia, quæ
transferre non potuit, cum non eſſent in eius diſpo-
ſitione.

Quarto dicitur,quod dicta Domina Catherina nō cenſe
tur voluiſſe inſtituere D.Iac. eius filium in medietate dicto
rum Caſtrorum, ſed in alijs ſuis bonis tam feudalib. quam
26 allodialib.per communem deciſionem,quæ habet,† ꝙ gra-
uatus fideicommiſſo,qui alium inſtituit, non videtur illum
inſtituere in bonis fideicommiſſo ſubiectis,& alienari pro-
hibitis.Bart.in l.codicillis.§.inſt.ff.de leg.2.Deci.in conſil.
370.in prin.Pariſ.in conſ.6.num.3.vol.1.conſi.26. num.10.
& 17.vol.2.conſi.93.nu.38.conſ.98.nu.14.vol.eod.conſ.18.
nu.36.uol.3.& in conſ.66.nu.111.vol.eo. Ceph. in conſ.1.
num.9.vbi dicit,quod pater filios hæredes æqualiter inſti-
tuendo,intelligitur ipſos inſtituiſſe in ſua ſucceſſione,nō
autem in bonis primogenituræ ab ipſa hæreditate ſeiūctis,
quia lex præſumit,quod quis velit teſtari de bonis propriis
non aūt de ſubiectis fideicommiſſo, de quib. quis inter vi-
uos,nec in vltima voluntate poteſt diſponere.l.fin.§.& qa.
& in auth.res quæ.C.com.de leg.Pariſ. in citatis conſil. 93.
nu.37.98.nu.13.uol.2.conſ.1.nu.52.vol.3.conſ.50. nu.42.
& 66.nu.111.vol.eo.vbi afferit hanc eſſe communem, & iō
27 dixit Pariſ.in allegato conſil.98.nu.13.† quod grauatus fi-
deicommiſſo, non poteſt in bonis ſubiectis fideicommiſſi
reſtitutioni conſtituere alimenta,quia diſpoſitio facta de ꝑ
dictis bonis nulla eſt,ergo idem in terminis noſtris dicēdū
eſt,& eo maximè hoc admittendum venit,cum D.Cather.in
ſtituerit D.Iacob.in omnib. bonis ſuis tam feudalib. quam
28 allodialib.quod † pronomen ſuum,poſſeſſiuum, denotat,ꝙ
ipſum hæredem inſtituit in bonis,in quib.habebat dominiū
& de quibus diſponere poterat.l.Quintus.§. argento. ff.de
aur.& argē.leg. vbi ad literam ſic ſcribitur. Argento omni
legato,quod ſuum eſt debetur, non id, quod in credito eſt,
quia non videtur ſuum,quod vendicari non poteſt Pariſ. in
conſ.104.nu.90.vol.1.& in conſil.89.vol.2. Franc. Marc.in
deciſ.delph.331.nu.14. Si ergo voluit diſponere de bonis,
in quibus habebat dominium,non vtique de dimidia ſupra
dictorum feudorum,in quib.nullum habebat dominiū du-
29 raturum poſt eius mortem,& ideo nos videmus,quod † ſi
teſtator legat rem communem cum hærede,dicendo, Mea
non debetur,niſi pars teſtatoris,vt per Bart.& alios in l.ſer
ui electione,§.fi.de lega.1.ſecus ſi ſimpliciter legaret rem
communem cum hærede.l.vnum ex familia. §.ſi rem.ff. de
leg.2.Franc.Marc.vbi ſupra,nu.15.Præterea, ſi aliter dice-
retur,ꝙ diſpoſitio teſtamentaria D. Catherinæ intelligere-
tur de bonis prædictis feudalib.compræhenſis in teſtō quō
dam Magnifici domini Iacobi & ſubiectis reſtitutioni ſidei-
30 commiſſi,ſequeretur† abſurdum,ff.de bon.lib.Pariſ.in cōſ.
8.col.fi.vol.1.& in conſi.111.nu.35. vol.eo.videlicet ꝙ per
indirectum veniret dominus Iacobus iunior ad dicta bona
feudalia in fraudem,& cōtra expreſſam diſpoſitionem fidei
committentis,quod vtique dicendum non eſt, quia non dēt
eſſe in facultate grauati ſubuertere per ſuam vltimam volū
tatem fideicommiſſum, & curare quod bona deuoluantur
ad alium contra voluntatem teſtatoris,& priuare uocatam
ab eo.Dec.In conſi.284.num.10.Rui.in conſi.221.num. 12.
31 vol.3.& Pariſ.in conſi.10.num.5.vol 3.vbi dicit,† hæredem
grauatum fideicommiſſo non poſſe in præiudicium fideicō
miſſariorum & ſubſtitutorum diſponere de bonis ſubiectis
reſtitutioni fideicommiſſi,nec inter viuos,nec in vltima vo
luntate,item nec habere in dictis bonis hæredem ab inteſta
to,ut per Barto.& alios in l.filiusfam.§.diui,de leg.2.eo qa
32 † diſpoſitio & inſtitutio limitata ad certum tempus, vltra
illud non extenditur.l.ſtatuliberorum.§.Stichum,de leg.2.
33 & qa limitata cā limitatum producit effectum. l.in agris.
34 de acq.rer.dom.& etiam † quia conceſſa vno tempore, cen
ſentur alio tempore prohibita.l.Imperator.ff.de poſtul.idē
tenet Cur.iun.in conſil. 21. num.7.

35 Quinto facit. † Nam domina Catherina tanquam hæres
patris,& quę hæreditati eius ſe immiſcuit ſine beneficio le
gis & inuentarij,tenetur habere ratam eius diſpoſitionem,
lege cum a matre. C. de rei vendic.lege venditrici. C. de
rebus alien. non alie. gloſſ. & Doct. in leg. finali.§. in com
putatione, C. de iure delib. vbi idem dicitnr, quando alie-
nauit rem filij, qui poſtea ſimpliciter adiuit hæreditatem
36 paternam non confecto inuentario. Hinc eſt, quod † ſi
hæres pendente conditione fideicommiſſi alienauit bona
ſubiecta fideicommiſſo, non poteſt fideicommiſsarius pu
rificata conditione agere ad bona alienata per grauatum,
ſi illi ſucceſſit, quia cogitur hæres approbare factum de-
functi. Alexand. in conſilio trigeſimo ſecundo in fine vo
lumine 3.Ruin.in conſilio 7,colu.fi.volum.1. Item etiam vi
37 demus † quod alienatio feudi nocet filijs ( quando ſunt hæ
redes patris,)& agnatis, qui ſucceſserunt alienati, quāuis
ad feudum admitti potuiſsent, etiam ſi hæredes illius non
fuiſsent.in c.1.de alie.feu pater.Doct.in l.apud Iulianum.§.

ſi quis

ſi quis alicui.ff.de lega.1.Iacob.de Sancto Georg. in inueſtitura feud.in uerbo.Et cum pacto de non alienando,colum. 10.uerſi.item licet vaſallus. Ruin.in conſi.1.num.13.vol.1. conſi.41.nu.12.uol.eo. & in conſi.25.n.10.vol.2.& in cõſi. 108.nu.12.vol.5.Arius Pinel.in l.1.C.de bo.mate.fol.522. verſi. Ampliatur tertio. Si ergo domina Catherina tenebatur ratam habere diſpoſitionem paternam etiam de bonis ſuis, cum ſit eius hæres ſine beneficio legis & inuentarij, quanto magis debet habere ratam diſpoſitionem paternã factam de bonis ſuis, & ſic ſubſtitutionẽ ſibi factam de do. Philiberto eius filio cum eius conſenſu ſubſecuto, ut patet ex ſupplicatione ſua porrecta Cæſari Maximiliano, in qua petijt confirmationẽ teſtamẽti paterni,quam obtinuit. Cũ ea igitur fuerit hæres patris, cuius factum approbare cogitur.d.l.cum a matre,ſequitur neceſſario,quod de dictis bonis feudalibus non potuit diſponere,quia iſtud non eſſet approbare uoluntatẽ paternam, ſed eam ſubuertere, & quod eam obſeruare tenetur, probatur etiam alio modo. Qm̃
38 † ea adiuit hæreditatem paternam, vel ei ſe immiſcuit,per quam immixtonem uel aditionem hæreditatis celebratus fuit quidam quaſi contractus, quo mediante cauſata eſt obligatio inter ipſam dominã Catherinam & præfatũ Magnificum Dominum Philibertum ſubſtitutum circa obſeruationem contentorũ in teſtamento. l. apud Iulianum.§.fi. vbi ſcrib.ff.quib.ex cau.in poſ. ea.l. ex maleficijs. §. hæres ff.de actio.& oblig.l.tertia.§.idẽ ſcribit, ubi Doct.ff.de pecul.Bal.in l.multum. ff.de acq.hære.vbi plus dicit, ꝙ hæres adeundo cõtrahit ueram obligationem de obſeruandis cõtentis in teſtamento.Pariſ.in conſ.16.nu.38.vol.2.& in cõſ. 29.nu.2.vol.3.Cũ etenim ipſa adiuerit paternã hæreditatẽ, & eius teſtamentum approbauerit, clara & indubitata ſuccedit concluſio,eam non potuiſſe per teſtamentum diſponere de dictis bonis feudalibus in dominum Iacobum, minuſq; contrauenire dictæ diſpoſitioni paternæ,in qua eidẽ Dominæ Catherinæ ſubſtituit dictum Magnificum Domi. Philibertum. & ſic ex his argumentis & concluſionib. clare conſtat, Dominum Iacobum nullum penitus ius habere in medietate dictorum caſtrorum,ſed eam ſpectare & pertine re prædicto Magnifico Domino Philiberto.

Supereſt, ut ad contraria reſpondeatur.Vnde deueniendo ad primum,reſpondetur,illud minime obſtare,uerumq; non eſſe,d.Catherinam habuiſſe facultatem teſtandi de dictis feudis vigore inueſtituræ factæ per Maximilianũ Cæſarẽ quendam Magnifico D.Iacobi eius patri,quoniam ipſa
39 non eſt in ea comprehenſa,cum†facta fuerit eius patri pro ſe,filijs,hæredibus, & ſucceſſoribus quorum,appellatione in feudis nõ ueniunt fœminæ,ſed maſculi.l.ex facto.§.fi.ubi Docto.ff.ad Trebel.l.Gallus,in §.etiam.ff.de lib.& poſth.Pariſ.in conſ.22.nu.5.uol.1.conſi.25.nu.115.& in conſi.4.nu. 4.eo.uol.Rui.conſ.39.nu.13.vol.1.cum itaque ea non ſit de comprehenſis in dicta inueſtitura, in qua data fuit facultas filijs, hæredibus, & ſucceſſoribus Domini Iacobi teſtandi de dictis bonis feudalibus, merito ſequitur,ipſam non potuiſſe de eis diſponere, ſed locũ habere ſubſtitutionem paternam,de qua ſupra.Secundo reſpondetur,eam nullo modo potuiſſe diſponere de dictis feudis per concluſiones de quibus ſupra,quas amplius non repeto.

Secundo non obſtat, ꝙ quondam Magnificus dominus Iacobus eius pater non potuit de ipſis feudis teſtari, Quia pluribus modis reſpondetur, & primo ꝙ ſi vera eſſet hæc ſententia,(quæ tñ falſa eſt)non ualuiſſet inſtitutio de ea facta, quæ tñ valuit propter facultatem ei conceſſam à Cæſare Maximi.de qua abunde dictum fuit. Secundo reſpondetur, quod valida fuit ordinatio paterna, ut conſtat ex propria confeſſione eiuſdem Dominæ Catherinæ, quæ in ſupplicatione ſua porrecta Maximiliano Cæſari pro obtinenda confirmatione diſpoſitionis paternæ,& quam obtinuit, expoſuit, patri ſuo licuiſſe facere teſtamentum iuxta conceſſionem ipſius Maximiliani.Vnde,cum ex propria confeſſione ipſius Dominæ Catherinæ conſtet de ualiditate ip-
40 ſius teſtamenti,merito † dictæ confeſſioni ſtandum eſt.l.cũ
41 te,C.de tranſac.cum †ea ſit maior quolibet publico inſtrumento,& quibuſcunq; depoſitionib.teſtium.Bald.in conſi. 192.colum.2.circa fi.vol.2. per tex.in l. ſed & ſi poſſeſſori. §.pen.ff.de iureiur.quem ſequitur Craue.in conſi. 61.nu.3. & in conſi.171.num.4.Nam † nulla eſt maior & excellẽtior probatio,quam ea,quæ fit per confeſſionem partis.l.generaliter,in fi.C.de non num.pecu.cap.per tuas, de probatio.
43 Bald.in conſ.354.col.1.vol.3.vbi dicit,† quod vbi eſt cõfeſ
44 ſio,ibi eſt relaxatio omnis probationis,& adeo † ea efficax eſt,ꝙ iudex non poteſt eam nullam pronunciare.Ex quibus ſequitur,ꝙ ſicut ſi D.Cather. viueret, non poſſet ab ipſa cõfeſſione diſcedere,c.ſi cautio.de fin.inſt.ita nec Dom. Iaco.
45 eius hæres.d.l.cum a matre.†& in terminis confeſſionis ita tradit Bal.in conſi.89.col.1.vol.1.cui aſſentit Craue.in conſil.115.nu.2.& ſimiliter Rui.in conſ.32.nu.6.volu.1.& in conſ.50.nu.13.vol.eo.vt in conſi.128.nu.16.vol.2.

Tertio reſpondetur,teſtamẽtum ipſum validum fuiſſe ex eius approbatione facta per Maximilianum Imperatorem ad ſupplicationem dictæ D.Cather.per quam approbationem & confirmationem(ſi qua in eo nullitas erat)fuit cõualidatum,iuxta ſcripta per Doct.communiter in d.§.donare, & in alijs locis ſupra citatis,præſertim cum in confirmatione prædicta de nullius alterius præiudicio tractetur,quam ipſius Cæſaris.

Vltimo non obſtat, ꝙ dicta confirmatio nullum ius tri-
46 buerit dicto teſtõ q.D.Iacobi,Quia reſpondetur,†ꝙ quatenus opus fuiſſet ipſa confirmatione,ualida fuit, cũ facta nõ fuerit in forma cõi,ſed cum clauſula ex certa ſcientia, quæ validũ reddidit dictum teſtamẽtũ.l.adoptio non iure facta. ff.de adopt.Dec.in c.1.in 3.notab.de confirma.vtili & inutili.vbi inquit, ꝙ confirmatio facta ex certa ſcientia multũ operatur,quia confirmat ꝙ nullum eſt,c.1.veniens, vbi gl.ĩ verbo confirmatum,de tranſ.iterum in conſ.341.nu.3. cõſ. 614.col.penult.num.10.& in conſil.655.nu.20.Pariſ.in cõſil.3.nu.28.vol.3.vbi ait,qđ confirmatio facta cũ dicta clauſula,& de qua habetur in c.paſtoralis §.præterea, de off.de leg.confirmat quod inualidum eſt & nullum, & tribuit ius de nouo,cum robur iſti tribuat & originem,& eã in eſſe ꝓducat,ſi nulla per prius fuiſſet diſpoſitio,vt tradit Bald.in l. leges,col.fina.C.de ll.Bart.in l.priuilegia,col.1. C.de ſacr. ſan.eccl.vbi inquit, quod quando confirmantur priuilegia inualida ex certa ſcientia Principis,tunc ſine dubio valet,ꝑ d.l.adoptio.Crot.in rep.l.omnes populi,nu.117.ff. de iuſt.
47 & iu.Nam † ꝙ factum eſt ex certa ſcientia Principis, in dubium reuocari non poteſt.Bar.in l.conficiuntur.§.codicilli ff.de iur.codicil.Dec.in citato conſil.341.col.1.in fi.in cõſi.
48 269.numero 11.& 655.nu.19.item † factum ex certa ſcientia Principis habet vim clauſulæ de plenitudine poteſtatis. Bal.in l.eos.C.de appellat.Abb.in c.ad hæc,per gl.ibi,de re
49 ſcrip.Ruin.in conſi.104.nu.14.vol.3.& vbi † Princeps ſcribit de plenitudine poteſtatis,nihil opponi poteſt, quod annullet gratiam.Bald.in proœmio decret.col.4.& cum dicta confirmatio ſit facta cum dicta clauſula ex certa ſcientia, dubitandum non eſt,quin conualidauerit dictum teſtamẽtũ & eo magis hoc admittẽdum venit in caſu noſtro, vbi ultra dictam clauſulam adſunt etiã aliæ duæ clauſulæ, videlicet. Non obſtantibus,& de plenitudine poteſtatis,quæ quidem
50 multò magis debent operari,quam ſimplex clauſula,†cum ſint nedum geminatæ, ſed etiam triplicatæ,per quas demõſtratur quanta fuerit latiſſima & enixa voluntas confirmãtis & approbantis.l.Baliſta.ff.ad Trebel. Facit quod de triplicatis verbis dicit Dec.in conſi.504.colum.fi. in princ.& Crauet.in conſil.54.col.2.Pariſ.in conſi.3. nu.91 vol.4. vbi põderat ueritatem dictarum clauſularum,& maximè iſtud fatendum uenit in terminis noſtris,vbi vltra confirmationẽ Cæſaris Maximiliani obtentam à prædicta D.Catherina,interuenit etiam ratificatio Caroli Quinti Imperatoris obtẽta ſimiliter ad ſupplicationem dictæ D. Cather. quæ etiam multum ponderanda eſt,quia duplicata,per notata in l.cum ſcimus.C.de agr.& cenſ, lib.11.

Venio ad ſecũdã dubitationẽ,ĩ qua q̃rit̃, An ꝓteritione dominarũ Ludou. & Margaritæ filiarũ d. q. Magnifici domini Iacobi, teſtamentum per eum conditum nullum reddatur.

datur.Prima quidem facie videtur dicendum quod ſic,cum
51 † de eis nulla facta fuerit mentio in ſuo teſtamento,l.inter cætera,ff.de libe.& poſth.§.1.inſt.de exhær.libe.l. ſi ita ſcriptum,vbi Docto.ff.de libe.& poſthu.Paul.de Caſt. in conſ. 301.vbi etiam ſi nepotes ex filio eſſent inſtituti.Iaſ.in conſ. 113.in prin.vol.1.Pariſ. in conſ 72.nu.10.vol.3.Vnde,cum dictas filias præterierit,nullam de eis faciens mentionem, non ſequutus conſilium traditum per glo.in l.3.§.ſed vtrũ. ff.de mino.vbi dat conſilium patri, quod filiam inſtituat ſaltem in quinque ſolidis,ſequitur in neceſſariam conſequentiam,quod omnia diſpoſita in dicto teſtamento ruãt & nulla ſint.l.filio præterito,ff.de iniuſt.rup.l.cum principalis, ff. de reg.iur.§.liberis,inſt.de pup.ſubſtit. Et ideo cum ex tali teſtamento nullo impoſſibile ſit,quod per inſtitutum adeatur hæreditas, omnia relicta in teſtamento videntur expiraſſe propter impoſſibilitatem aditionis.

Quibus tamen non obſtantibus, contrarium dicendum videtur,quod omnia diſpoſita in ipſo teſtamento ſunt valida,& effectum ſuum ſortiri debent,non obſtante dicta præ
52 teritione,† quæ tollitur ex approbatione ipſius teſtamenti facta per dictas filias,quæ intra triginta annos, per quos
53 præſcribitur † iuri dicendi nullum teſtamentum, Gloſſ. & Doct.in l.licet,C.de iure delib.Bal.Ang.& Paul.in d. l. filio præterito,Se hæreditati paternæ non immiſcuerũt, quibus non refragantur notata in l.quandiu.ff.de acq. hæred. & in
54 d.l.licet,vbi † filius excluſus de iure ciuili à capite liberorum ſpacio triginta annorũ,poteſt adire intra alios triginta ex capite agnatorũ,arg.l.1.§.videndum,ff.de ſucceſ. edic. quoniam prædicta procedunt,quando nullum fuit conditũ teſtamentum,vel quando teſtamentum nullum non fuit approbatum.Cum igitur dictæ filiæ abſtinuerint per ſpacium dicti temporis triginta annorum ab hæreditate patris,non immiſcendo ſe dictæ hæreditati,& ſic teſtamentum appro-
55 bauerint,d.l.filio præterito, & quæ † abſtenſio ſemel facta vel repudiatio reuocari nõ poſſit,l.ſicut C.de repud. hære. merito ceſſare debet ratio dictæ præteritionis, & ſic cauſa inteſtati,ſed locum habere debet diſpoſitio dicti D. Iacobi teſtatoris.

56 Secundo reſpondetur, † quod etiam non obſtante ipſa præteritione,omnia diſpoſita in dicto teſtamento,quamuis nullo,ſunt valida,& ſortiri debent ſuum effectum, excepta tãtum hæredis inſtitutione,virtute tex.in §.aliud, in authẽ. vt cum de app.cogn.& in auth.ex cauſa.C.de liber. præter. gl.in l.ita tamen.§.quoties,ff.ad Trebel.Soc.in cõſ. 31.col. 1.vol.4.& in conſ.93.col.3.vol.eod.Quam partem vti communem amplectuntur Alexan. & cæteri in d.auth.ex cauſa Dec.in conſ.86.col.1.Pariſ.in conſ.60.num.11.vol.2.conſ. 61.nu.7.& in conſ.64.nu.8.vol.eo.vbi omnes concludunt, quod per diſpoſitionem dictæ auth. quæ ẽt locum habet in præteritione filii,reprobata gl.ibi,quæ aliter ſentiebat, vt per Dec.in conſ.242.col.1.in fi.vbi atteſtatur gl. ibi magis communiter reprobare,omnia diſpoſita & deſcripta in teſtamẽto ſubſtineri,excepta dicta hæredis inſtitutione,quæ ſopita fuit per mortem dictæ Dominæ Catherinæ.

57 Tertio dicitur, quod † etiam diſpoſitio dicti teſtatoris locum habere debet propter clauſulam codicillarem appoſitam in dicto teſtamento,quæ operatur, ut relicta in illo debeãtur a venientib.ab inteſtato,& ſic ab ipſis dominabus Ludouica,& Margarita.l ex ea.§.ex his uerbis.vbi Bar. & cæteri.de teſta.Barto.& alij communiter in d.authen.ex cauſa.Alex.in conſi.42.colum.fin.volum. 2. Dec. in conſil. 241.col.1.ubi inquit poſt Barto.in l.qui autem.ff.ſi quis omiſ.cau.teſta. quod illa uerba, ualeant iure codicillorum, æquipollent illis verbis,ſi legata non debeãtur ex teſtamẽto debeantur ab inteſtato. Rurſus in conſi. 320. colu. 1. in conſi.369.colum.fin.& in conſi.431.colum.fin. Iaſ.in conſ. 104.colum.pen.volum.4.Pariſ.in conſi.26.num. 49. uolu. 2.conſ.50.col.1.60.nu. 20.61. nu. 19. & in conſi. 64. num. 16.uolu.eod.ubi dicit,quod ſi in teſtamento eſt duplex nullitas,uidelicet præteritionis,& etiam quia inſtitutus mortuus ſit viuente teſtatore,adhuc tales nullitates ex duplici capite emanantes ſupplẽtur per dictam clauſulam.Rurſus ipſe Pariſ.conſil.3.num. 10.uol.3.Zucharel.in l.poſthumo, nu.102.vbi atteſtatur hanc eſſe communem.C.de bono po. ſecundum tab.& in terminis noſtris Dec.in conſi.228.col. 1.uerſi.quia ad hoc reſpondetur, & clarius. in conſil. 504. col.2.uerſiculo tertio etiam dato, & Rui in conſi.89.colu. 3.in princip.volum.3.

Vlterius dicitur,quod etiam dato, quod dictum teſtamẽtum eſſet nullum,& nullo modo poſſet ſuſtineri ex ui dictę authen.ex cauſa codicillari ( quod tamen eſt alienum a iure ) ſed reduceretur totaliter ad cauſam inteſtati, quod ẽt dictis filiabus nihil debetur de dictis feudis, quoniam diſpoſitum eſt in conceſſione inueſtituræ conceſſæ dicto quondam Magnifico Domino per Maximilianum Imperatorem, quod eo decedente ab inteſtato feuda prædicta debeantur inſolidum primogenito dicti D.Iacobi,& ſic ipſi Magnifico Domino philiberto. Vnde ex omni capite ipſæ non poſſunt ſuccedere in dictis feudis, quia ſeruandus eſt tenor inueſtituræ, ca.1.in fi. de duo.fra. a Socin.iun.in conſil.63.in prin. volum.2. Dec.in conſi.435.num.4.& etiam diſpoſitio iuris feudalis excludens fœminas tanquam incapaces feudorum ab illorum ſucceſſione capitulo primo §.hoc autem notandum,ubi notãt omnes,quid feudare poſſ.capitulo 1.de alie. feud. pater.Dec. in conſilio 655.nu.29. & in conſilio.468. in princip.

Tertia cadit dubitatio.An ſaltem Magnifico domino Iacobo iuniori vti hęredi dominæ Catherinę eius matris grauatæ onere fideicõmiſſi prædicti,debeatur legitima & Trebellianica in bonis tam feudalibus,quam allodialibus dicti
58 domini Iacobi.& omittendo ſuperflua, † reſpectu bonorũ allodialium dicitur,quod ſic,iuxta no.per Dec.in conſ.81. in prin.243.col.2.& 495.colu.5. ſed reſpectu feudaliũ nõ, q̃a in eis non cadit ius legitimæ, cũ deferantur alio iure q̃ hæreditario, ut clare explicat domin. Franciſcus Marc. in deciſ.Delph.335.Bald.in conſi.53.in fin.uolum.tertio verſic.& ex his,& Dec.in conſ.269.num.15.ubi expreſſe dicit, quod in computatione legitimæ non veniunt computanda feudalia bona,ſed illis prius detractis legitima erit imputãda ſuper aliis bonis teſtatoris non feudalibus,ſequitur Pariſ.in conſ.17.col.fi.vol.2.

Quarta ſubſequitur dubitatio,videlicet, An quondã Magnificus Dominus Bartholomæus pater Domini Philiberti potuerit habere vſumfructũ in dictis bonis feudalibus eius filij ? & in hac difficultate, prima facie dicendum vide
59 tur, † quod ſi dominus Philibertus fuit hæres eius patris hæreditatis, ſeu illius immixtionem confuſa fuit actio, niſi cõfecerit inuentariũ,l.debitori,iunctis ibi notatis ꝑ ſcrib. cõiter,C.de pac.Pariſ.in conſi.16.nu.49.uol.2.vbi inquit,ꝙ ſi filius ſe immiſcuit hæreditati paternę,quod omnis actio, quam habere poterat cõtra patrem teſtatorem virtute do-
60 nationis ſibi factæ confuſa fuit & extincta. & ratio eſt † q̃a cum hæres fingatur una perſona cum defuncto. §. 1. in auth.de iureiur.a mori.præſt.ius debiti & crediti eſt in unius perſonam reſolutum.Conſtat enim neminem ſibi obligatũ eſſe.l.ſi quis pro eo.§.item ſi filius.ff.de fideiuſſ.cum debeat eſſe inter debitorem & creditorem perſonarum diſtinctio. l.2.ff.de ſtip.ſeruo. idem voluit Cro. in l. ſi is qui pro emptore,numero 176.ff.de uſuca.vbi dicit, quod quando creditor ſuccedit debitori,vel ecõtra confunditur actio in totum,ſi inſolidum ſuccedit,vel in parte tantum ſuccedat.l.ſi vxor.C.de bo.authen.iud.poſſ.Quod tñ fallit,quando fuiſſet confectum inuentarium.Docto.communiter.in d. l. debitori. Sed quia apud me latet,an ſit hæres patris,dico ꝙ
61 ſi nõ eſt eius hęres,potuit D.Barth. hẽre in dictis feudis uſũfructũ,ut ĩ terminis uoluit Bal.in l.cũ oportet,ĩ pri.col.fi. C.de bon.q̃ lib.arg.l.neceſſario.ff.de periculo & comm.rei uend.ubi ſubdit ita ẽt tenuiſſe Iac.de Belu.& cũ Bal.ẽt per trãſitCurt.Iun.in tract.feud.in 3.par.uerſi.expedito,col.3.
62 quia † in materia feudali ſeruandum eſt ius cõe, ubi nullã habemus in feudis expreſſam deciſionẽ, ut eſt caſus clarus in cap.primo,circa fi.de feu. cogn. ſed in feudis non habemus tex.hunc caſum decidentem,ergo ſtare debemus reg.
63 d.l.cum oportet, † quod in aduentitiis quęritur patri uſus fru-

fructus. Quam opinionem etiam comprobat Curt.alio mo
64 do,Nam† fructus feudi quando ſunt ſeparati a ſolo,non di cuntur amplius feudales,ſed allodiales,ut per Bald.in cõſ. 33.uolum.1.per tex.in c.1.an agna.vel fil. Hanc etiam partem tenuit Frideri. Schenc. in tract. feud.in 7.part.num.8. Si ergo eſt allodialis, nihil eſt, quod impediat quominus patri acquiratur.

65 Verum†iſtis non obſtantibus,contrariam ſententiam te nuit Bald.in c.ſi duo.de duob.fratr.de nouo benef.inueſt.u bi inquit,patrem non habere vſumfructum in feudo aduen titio filij, cũ ſub ea cõditione videatur conceſſum, ne alius habeat veſumfructum,ſed ipſe filius tantũ,ut poſſit inde de feudo ſeruire, & refert ita etiam tenere Iacob. de Belu. & Bald.ibi ſequuntur Mar.de Laude.Præpoſ.col.2.ubi atteſta tur hanc eſſe cõmune,& Affli.nu.16.ubi tradit ꝙ licet regu lariter pater habeat vſumfructum in bonis adeũtitijs filij. d.l.cum oportet, tñ in feudo aduentitio, ꝙ habet filius ex ſucceſſione materna, vel alio modo,pater non habet vſum fructũ,quia tacite videtur ineſſe hoc actũ in inueſtitura feu di adeũtitij,ut ipſe filius habeat totũ vſumfructũ feudi,ꝙ in quit menti perpetuo tenendũ. Hanc quoq; ſententiam amplectuntur Iſer.in ca.1.qui feud.dare poſſ.& ibi Affl.nu.64. Bal.in l.ſi vxorẽ,in fi.C.de cond.inſer. vbi tradit, ꝙ in feud. conceſſis filio,ſiue ſint regalia,ſiue non, vſusfructus non q-
66 ritur patri, † quia feudum eſt ſeruitus quædã. l. ſi cuius in princip.ff.de uſufru.& ſi acquireretur vſusfructus patri,eſſet ſeruitus ſeruitutis, quod eſt impoſſibile.l.1.ff.de uſufru. lega.Item quia pater non ſuccedit filio in feudo, ergo nec ei acquiritur per filium, ut conſequentia hæc probatur in l.quæ legata, de reg.iur.Idem concludit Luc.de Pen.in l.1. C.de caſtr.pecul.lib.12.Andr. de Iſer. in conſtit. Comitibus,& D.Sebaſt.Neapo.in conſuetu.Neapolis.Si aliquis ha bet filios.Affl.in c.1.nu.11.de benef. fœm. vbi ait hanc eſſe communem, quia feuda non reſpiciunt ſuperius, ſed inferius,ut in c.1.de natura ſucceſ.feud.ideo merito,ſi de bonis feudalibus non debetur patri vſusfructus. Item ſi filius tenetur pro feudo ſeruire domino,quomodo pater cum hone ſtate habebit vſumfructum feudi, cum filius tũc eſſet dupli ci onere grauatus.ſ.præſtando ſeruitium domino,& in præ ſtando vſumfructum patri, quod eſſe non debet,quia,quan do aliquis grauatus eſt in uno ſcilicet in præſtatione ſerui tij,debet releuari in alio,ut habeat vſumfructũ,& illum nõ dari patri;& ideo dr,ꝙ feudum datur gratia utriuſque,ut ꝑ Iſer.in c.1.ex quib.cau.feud.amit. Rurſus Affl.in ca.1.§.nu. 20.ſi de feud.fue.contr.inter dom.& agna.& in c.1.de alie. feu.pater.vbi tradit,ꝙ ita communiter concluditur.Dec.in conſil. 460.num. 23.& Sayſ.quem citat & ſequitur Zaſius in tract.feuda. in quinta par.

Non obſtant,quæ ex aduerſo allegata fuerunt, quia & ſi Bal.in d.l.cum oportet, ita tenuerit, tamen contrarium tenuit in d.c.ſi duo,de duo.fratr.de nouo inueſt.& in ipſa l.ſi vxorem,in fi.& Bal.in ſpecie reprobant Laud. & Præpoſ. in d.§.ſi duo.

Nec habet obſtare quod de fructibus feudi ſeparatis à fundo, qui non dicuntur feudales deductis expenſis & ſeruitio,habere debeat vſumfructum tanquã bona aduentitia, quia reſpondet Affl.in dict.§.ſi duo,quod cum quidam Doctor de hoc dubio alias ſecum loqueretur, dicens quod ſuſtineret hanc opinionem, ſibi viſa fuit non uera, quia non dicitur feudum, niſi ille, qui poſſidet, recipiat vſumfructũ, ut in c.1. ex quib. cau.feu.amit.ſed ſi filius reciperet vſumfructum,ut traderet patri,non tribueret feudum ſibi beneficium,ſed potius onus, ſcilicet, ut recolligat, & patri aſſignet,quod non eſt de mente diffinitionis ipſius feudi, ut in d.cap.1.Vnde, cum hæc ſit communis opinio,a qua in conſulendo & iudicando non eſt recedendum, ſequitur quod de bonis paternis D. Philibertus ſi non eſt hæres patris cõ ſequi dẽt valorem fructuum perceptorũ per ipſum patrẽ.

Circa quintam difficultatem dicendum videretur,quod, ſi Magnificus D.Philibertus eſt hæres patris ꝑ aliqua por-
67 tione hæreditaria ſine beneficio inuentarij † omnis actio, quam habere poterat contra dominum Bartholomęum eius patrem vigore donationis ſibi factæ per Magnificũ m quondam D.Annam eius auiam paternam, ſit confuſa per aditionem hæreditatis paternæ pro illa portione,in qua ei ſucceſſit, & pro alia parte contra hæredem ſibi ſalua rema neat actio.tex.eſt expreſſus in l.ſi ab eo. C. de nego. geſt. Ruin.in conſ.92.nu.4.volum.5.Pariſ.in conſ.94. nume. 27. vol.2.& Alex.in conſ.12.in fi.vol.7.Si autem non eſt hæres patris in aliquo,quod in ſolidum agere poteſt contra hęre dem ſui patris pro conſequutione dotium dictæ Dominæ Annæ,iuxta not.in l.1.C.de rei vx. actio.

Circa vltimum caput,in quo quæritur, An tranſactio facta de bonis feudalibus Magnifici Do.Philiberti per quondam Magnificum Do.Bartholomæum patrem dicti D. Phili berti,cum Magnifico Domino Pyrrho,valeat,vel ne,Succin cte loquendo videtur concludendum,quod aut Magnificus Dom.Philibertus eſt hæres patris ſine beneficio legis & in
68 uentarij, & † iſto caſu potuit diſponere de bonis filij ſui
69 hæredis.§.non ſolum,inſtit. de lega. quia † hæres adeundo hæreditatem ſine beneficio iuuentarij videtur ratificare geſta per defunctum.Pariſ.in conſ.33.col.fi.vol.3.vbi inquit, quod hæres ſimpliciter adeundo hæreditatem potuit ſibi præiudicare,quando legauit res proprias ipſius hæredis, ſi cuti quando illas obligauit, ſecundum magis communem, ut traditur per Alexand.& alios in l.ſi hæredis ſeruus,ff.de lega.1.Secus autem, quando adiuit cum beneficio inuentarij,ut traditur in deciſ.Affl.111.vbi refert ita fuiſſe uotatum in ſacro conſilio.Rurſus in conſ.2.nu.31.uol. eo. Craue..in conſi.123.nu.3.Si autem non fuit hæres patris, quod tranſactio ipſa non valeat in prçiudicium dicti Domini Phi
70 liberti.Nam † patri interdicta eſt alienatio bonorum filii niſi pro eius utilitate, gloſſ. in l. quæcunque C. de bo. quæ lib.& in l.cum oportet §.ne autem,eodem titu. vbi Bald.in princ.in quæſitis enim pater non poteſt ei præiudicare, vt not.l.prima.C. qui admit. Gozad. in conſ.34.numero 11. Laus Deo.

Rolandus a Valle Iuriſconſultus.

*SVMMARIVM.*

1 *Fundatam intentionem quis videtur habere in remedio reintegrandæ ſecũdum communem,eo ipſo, quod probat de antiquiori poſſeſſione, & quod alius de præſenti poſſidere reperiatur,dato quod non probetur de alia ſpoliatio ne vel violentia.*
2 *Poſſeſſio iunior præſumitur clandeſtina,& vitioſa.*
3 *Teſtes vniuerſitatis aſſerentes ſe participare in expenſis li tis probant.*
4 *Aliud eſt vniuerſitas,& aliud ſinguli.*
5 *Teſtes duo deponentes de vniuerſitate, & ſi non ſint integri,tamen ſecus,ſi ſunt plures,declara,vt in nu.15.*
6 *Teſtes duo deponentes per eundem præmeditatum ſermonem,licet non probent,tamen id fallit,ſi ſint tres vel quatuor.*
7 *Remedium reintegrandæ ſecundum magis communem da tur contra titulo poſſidentem, etiam ſi habeat titulum ab auctore non vitioſo,declara,ut in nu.18.*
8 *Remedium reintegrandæ ſecundum communem competit laicis.*
9 *Remedio reintegrandæ, quia perpetuum,non præſcribitur ſpatio triginta annorum,contra ſecundum communem, vt in nu.19.*
10 *Remediũ poſſeſſorium non datur ei,qui nunquam poſſedit.*
11 *Remedium reintegrandæ ſolum ei competit,qui a ſua poſſeſſione cecidit ſine culpa ſua.*
12 *Actore non probante,reus debet abſolui,etiam ſi nihil præ ſtiterit.*
13 *Teſtes de vniuerſitate in his,quæ tangunt ſingulos, vt ſingulos ſecundum communem non probant.*
14 *Effectus potius,quàm nudum nomen attendi debet.*
16 *Teſtib. uniuerſitatis parib cum cæteris minus creditur.*
17 *Teſtes de uniuerſitate non probant,quando cauſa eſt inten tata uniuerſitatis nomine,& ſingulorum.*

20 *Officio iudicis præſcribitur ſpacio triginta annorum.*
21 *Remedio reintegrandæ ſecundum aliquos, etiam præſcribitur ſpacio decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, quo ad priuatas perſonas, cum titulo, & bona fide.*
22 *Verbum perpetuum, accipitur pro triginta annis.*

## CONSILIVM LXXII.

IN cauſa, & lite vertente inter vniuerſitatem Lozelij ex vna, & Magnificũ Dominum Fabium de Bertolinis ex altera, prima facie dicendum videtur vniuerſitatem ipſam in hoc remedio reintegrandæ poſſeſſionis nemorum & pa-
1 ſcorum, de quibus in pede libelli, obtinere debere, † cum ex parte ſua probatum fuerit per octo teſtes, videlicet primum, ſecundum quartum, ſeptimum, nonum, decimum, tertiumdecimum, & decimumquintum, quod dicta nemora & paſcua prius poſſederat, antequam illorum poſſeſſio ad manus dicti domini Fabij perueniret, quod quidem ſecundum communem omnium ſententiam ſufficere videtur ad obtinendum in remedio prædicto, vt videntur voluiſſe Inno. & alij in c. poſt electionem, de conceſ. preben. & in c. ſæpe, de reſti. vbi dicunt, quod in tali remedio fundatam quis habere videtur intentionem, eo ipſo quod probat de ſua antiquiori poſſeſſione, & quod alius de præſenti poſſidere reperiatur, dato etiam ꝙ aliter non probetur de alia ſpoliatione, & violentia, niſi tñ cõſtet quod antiquior poſſeſſor iuſtè poſſeſſionem ipſam amiſerit. Idẽ dixerunt Ale. in conſ. 200. col. 2. vol. 3. in conſ. 90. in princ. vol. 5. dup. in conſ. 33. vol. 6. conſi. 91. col. 2. in prin. 92. col. 2. verſ. hoc præſuppoſito, conſ. 98. nu. 8. vol. 5. conſ. 103. col. 1. vol. 7. & in conſ. 9. col. 2. verſ. & ex hoc, vol. 3. vbi atteſtatur hanc eſſe communem Dec. in conſ. 62. col. 1. 139. col. fin. 252. num. 2. 302. col. 3. & 449. col. pen. Bru. in conſ. 83. col. 1. circa fi. Iaſ. in conſ. 172. col. 1. vol. 4. Gozad. in conſ. 28. num. 35. Ruin. in conſ. 48. in prin. vol. 4. & 1 cõſ. ſeq. in prin. vbi tradit, ꝙ eo ipſo, ꝙ de antiquiori poſſeſſione actoris conſtat, & quod alius de præ-
2 ſenti inueniatur poſſidere, intẽtio actoris eſt fundata, † qm iunior poſſeſſio præſumitur vitioſa, & clandeſtina, ca. licet cauſam, de proba. & præſumitur actor ſine iuſta cauſa a poſſeſſione cecidiſſe, ſi contrarium non probetur, ſecundũ Inno. & alios communiter in d. c. poſt electionem.

3 Nec obſtare videtur, quod dicti † teſtes tanquam de vniuerſitate non probent, cum aſſerant ſe participare in expẽſis præſentis litis. l. omnibus, C. de teſtib. Faciunt dicta per Bal. in c 3. loco, de probat. Vbi dicit, quod, ſi illi de vniuerſitate, qui producuntur in teſtes pro vniuerſitate in cauſa, in qua, ſi vniuerſitas ſuccumberet, oportet ponere manum ad marſupium ſingulorum per impoſitionem collectæ, non ſunt idonei teſtes, & Bald. ſequuntur Affl. in deciſ. 400. col. 3. in princ. & Rui. in conſ. 12. nu. 9. volu. 5. vbi inquit, quod tunc teſtes de vniuerſitate non probant, quando ſinguli metuunt immediatum damnum, puta, impoſitionem collectæ pro ſolutione debitorum communis, allegat l. 1. §. quib. ff. quod cuiuſq. vniuer. nom. Idem Bal. in c. inſuper, de teſtib. & melius in conſ. 391. col. 2. vol. 1. Iaſ. in l. ſed ſi hac, in §. patronum, in 3. limita. ff. de in ius vocãd. Abb. in conſ. 16. col. 2. in fi. vol. 1. Lanfr. in c. qm contra, in verbo teſtiũ depoſitiones, col. 26. verſ. dubitatur an vnus, de prob. & Bal. in conſi. 420. col. pen. vol. 1. vbi citat hanc eſſe communem.

Quoniam reſpondetur, ipſos eſſe idoneos teſtes, & probationem facere, vt tenuit Io. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de teſte, §. 1. verſ. Item quod cauſa vniuerſitatis, vbi tenet, ꝙ ſunt integri teſtes, quando commodum non applicatur ſin-
4 gulis, quia † aliud eſt vniuerſitas, & aliud ſunt ſinguli, d. l. ſed ſi hac, §. qui manumittuntur, & dato etiam quod poſſet redundare in commodum teſtibus, in conſequentiam illud non videtur infringere dicta teſtium, per id, quod habetur in §. legatarijs. Inſti. de teſta. Sequitur Alex. in conſ. 68. col. 4. vol. 2. & 99. nu. 9. verſ. præterea, vol. 5. Abb. in conſ. 16. Alber. de Roſa. in tract. de teſtib. in c. quando teſtes repelluntur ratione affectionis col. fin. Petr. Girar. in not. 24. in fin. Dec. in conſ. 342. col. 2. verſ. & videmus, vbi inquit ita communiter teneri, in c. inſuper col. 3. de teſtib. & Ruin. in cõſi. 111. num. 6. vol. 5. Pro cuius ſententia facit, quod dixit Iac. But. in l. riparum, alias in l. in tantum, ff. de rer. diuiſ. vbi quærit, pone, quod Titius centum petat ab aliqua vniuerſitate, quæ pro ſui defenſione producat vnum teſtem de vniuerſitate, qui interrogatus, an ex hoc ſibi reſultet aliquod damnum, vel intereſſe, reſpondeat quod ſic, quia fortè, ſi communitas perderet cauſam, oporteret, quod debitum ſolueretur ex impoſitione collectæ imponendæ omnibus de vniuerſitate, an ſit idoneus teſtis? determinat quod ſic, quia illud intereſſe, quod prætendebatur, erat incertum, quoniam contingere poterit, quod collecta nõ imponeretur, & quod tale intereſſe tanquam incertum non debet attẽdi allegat in argumentum l. 2. §. portio, ff. ad l. Rhod. de iac. quod dictum tanquam notabile ſequitur Alex. in conſ. 99. nu. 8. vol. 5. vbi etiam ſubdit hoc fuiſſe de mente Gul. de Cun. in d. l. in tantum.

5 Secundo reſpondetur, quod † & ſi teſtes ipſi non ſint omnino integri, vt eſt de mente Arch. in c. in ſumma, 14. q. 2. & per Anto. de Butr. in c. cum nuncius, de teſtibus Iaſ. in d. §. patronum, vbi inquit, ita tenendum, quamuis Abb. & Alex. contrarium tenuerint. Alexan. conſi. 63. nume. 19. volum. 4. Curt. in tract. de teſtibus in prin. num. 11. Cor. in conſ. 123. colum. fina. volum. 1. Affl. deciſ. 401. colum. 2. Ruin. conſ. 97. colum. 4. in princ. volum. 4. & Cœpol. in tract. de ſeruit. iuris paſcen. colum. 4. verſ. & in hoc ego tenerem, quia negari non poteſt, quin habeant aliquam affectionem ad ſuam vniuerſitatem, quia ſic communiter habere conſueuerunt, ideo hoc præſumere debemus, arg. l. certi cõditio. §. ſi nummos. ff. ſi cert. pet. & per gloſ. & Docto. in l. C. de arbitr. & ideo non ſunt ex hac ratione idonei, & omni exceptione maiores, cum iſta præſumpta exceptio poſſit eis opponi, vt eſt gl. not. in verb. maiores, in c. 1. de conſang. & affi. tamen quod iſtud debet intelligi ſecundum Io. de Imol. in d. ca. cũ nuncius, ſcilicet, quo ad effectum, vt duo teſtes de vniuerſitate plenam probationem non faciant, ſecus vbi plures quam duo teſtes teſtificantur pro vniuerſitate, quia quod deficit in fide, ſuppletur per numerum teſtium, & cũ Imo. pertranſit Ale. in conſ. 99 num. 9. vol. 5. Idem tenuit Soc. in in conſ. 194. col. 3. in fi. verſ. ſecundo propter numerum, uolum. 2. Dec. in cap. inſuper, col. 2. in fi. verſ. & hoc quod Alexan. Corn. in conſ. 47. col. 2. vol. 3. Pro cuius confirmatione facit, quod voluit Alex. in conſ. 149. num. 5. vol. 5. & in cõſ.
6 237. col. 2. vol. 6. vbi dicit, quod † quando teſtes non ſunt multum boni, quod deficit in fide, ſupplet numerus, & ideo quod vbi alias duo teſtes eſſent aliqualiter ſuſpecti in fide, puta quia deponerent per eundem præmeditatum ſermonem, tamen ſi tres, vel quatuor eſſent, putat, quod probarent.

7 Similiter non obſtat, quod † remedium prædictum reintegrandæ non datur contra titulo poſſidentem, maximè, qñ poſſidens non habuit titulum a uitioſo auctore, ut per Bart. Ang. Imol. & Soc. in 4. q. in 5. capite in l. rẽ quæ nobis. ff. de acq. poſſ. And. de Barul. Io. de Plat. & Ang. in l. ſi coloni, C. de agric. & cenſ. lib. 11. Io. Faber in §. ſed iſte, inſtit. de actio. Ang. in conſ. 116. col. 1. & in conſ. 157. col. 2. Alex. in conſ. 118. col. 1. vol. 2. & in conſ. 89. col. 2. uol. 5. Corn. conſ. 18. col. pe. vol. 1. Iaſ. in conſ. 21. col. 1. vol. 3. Goza. in cõſ. 28. nu. 36. Ale. in l. naturaliter, §. nihil cõe, nu. 70. cũ duob. ſeq. ff. de acq. poſſ. in cõſ. 4. nu. 5. & in conſ. 167. nu. 9. Soc. iun. in conſ. 118. col. fi. vol. 2. ibi, quia poſſedit bona fide ſine titulo, ergo ſecus ſentit ſi cũ titulo, & in cõſ. 135. nu. 21. eo. tit. ibi maximè ſi ſine titulo poſſideat, & hanc partem vti verã in pũcto iuris ſequũtur Soc. in cõſ. 66. nu. 15. & 18. Brun. in conſ. 19. colum. 4. & in conſ. 21. col. 2. in fin. & hanc eſſe communem affirmant Cor. in conſil. 23. columna pen. volum. 1. Pariſ. in conſi. 1. nu. 66. uolu. j. & Socin. in conſi. 31. col. 2. in fi. uol. 3. ubi tradit hanc eſſe magis receptam legiſtarum ſententiam.

Quia reſpondetur, quod non tantum communis ſententia eſt in contrarium, ſed magis communis, ut in primis In-
no.

no.in cap.ſæpe,de reſt.ſpol.Cald. in cap.cum ad ſedem,eo. titu.Ancha.conſil.402. Alexand. ſibi contrarius in d.l.rem quæ nobis,ubi tradit,ita uidiſſe ſæpius iudicari,& obtinuiſſe. & in cõſ.200.col.2.in prin.uol.2.in cõſ.92.col.2.vol.5. & hãc cõmunẽ eſſe dixerunt Abb.in c. ſi diligenti,col.5.de præſcrip.& in capi.cum ad ſedem,colum.7.de reſt.ſpol.Ripa.in d.cap.ſæpe.nu.28.Iaſ. in conſ.172.col.2.uol.4. Socin. in conſi.89.col.fina.volu.1.Dec.in conſ.57.colum.fi.Boer. deciſ.339.colum.17.in fi. Rui.in conſ. 48.in prin.volum.4. Affl. in deciſ. 361.nu.33.vbi inquit,Dominos de ſacro cõſ. ita uotaſſe.Soci.Iun.in conſ.34.num.12.volu.3.vbi dicit in conſulendo & iudicando non eſſe ab ea recedendum, & ipſam tanquam magis communem admittunt Alex.in cõſ.91. col.fi.volu.5.& in conſ.6.col.5.in 3.uolu.j.Iaſ. in d.l.rem q̃ nobis,colu.4.& Ripa nu. 27. ubi citat ita magis communiter tenere legiſtas & canoniſtas. Berous in c.in literis, nu. 33.de reſt.ſpol. Dec. in conſi. 252.nu.4.& Rui.in conſ.44. columna prima uolum.4.

Tertio non obſtat, quod dictum remedium non competat laicis, ſed clericis, ut uoluit late Corn.in conſ.23.colu. 5.uol.j.& in conſ.282.per totum,uol.3. Quoniam reſpon-
8 detur,† Doct.cõmuniter tenere contrariũ in d.l. rẽ quæ nobis,& Alex.in conſ.6.nu.11.uolu.3.vbi dicit, ita cõiter teneri,& ſeruari in practica, ut ipſe ſæpiſſime vidit. Alex. in conſ.51.uol.1.vbi aſſerit hanc eſſe magis communem.

Vltimo non obſtat, quod dicto remedio fuit præſcriptũ ſpatio triginta annorum,ut per Abb.in c.cum ad ſedem,de reſtit.ſpol.Soc.conſ.39. nu.5.circa fi.verſ.præterea, uolu. 3.& in conſ.106.col.2.uer.& in alijs,uolu.eo.Quia reſpon-
9 detur, † remedium ipſum eſſe perpetuum, ut uoluit Butr. in ca.2.de reſt. ſpol. ubi inquit, quod agens dicto remedio non excluditur anno,ſed durat perpetuo,cum non fuerit introductum a prætore,ſed ſit conditio ex l.quæ,ut actio perſonalis eſt perpetua.l.ſicut,C.de præſcrip.triginta anno.& latius ibi Imol.

Verum præmiſſis non obſtantibus videtur, quod in caſu de quo agitur,contrariũ ſit de iure verius,Et pro fundamẽ-
10 to præſentis conſultationis conſiderandum eſt, q̃ † remedium poſſeſſorium nunquã datur ei, qui nõ poſſedit. Alex.
11 in conſ.184.num.quinto,.uolum.6.& maxime† remedium reintegrandæ poſſeſſionis, quod ſolum ei competit, qui a ſua poſſeſſione ſine culpa cecidit, ut per Doct. in d.l.rem q̃ nobis,ff.de acqui.poſſ.Alex.in conſ.51.in prin.uol.1.Dec. in conſ.449.n.32.Curt.iun.in conſ.131.in fi.& Rui.in conſ. 32.nu 8.uol.1. & ei, qui fidem facit de poſſeſſione ſua. Rui. conſi.47.nu.4.uolu.4. ſed in caſu præſenti nulla fides facta fuit legitima per agentes dictæ vniuerſitatis de ſua poſſeſſione,ut infra demõſtrabitur, ig tur intentio nulla, & reus
12 abſoluendus, per regulam triuialẽ,q̃† actore non probante reus debet abſolui,etiam ſi nihil præſtiterit.l.qui accuſare,C.de eden.cum ſimi ibus.

Quod autem non reperiatur probata ipſius poſſeſſio,manifeſte oſtenditur,eo q̃ teſtes, q̃ examinati fuerũt pro ue-
13 rificatione antiquioris poſſeſſionis per eã allegatæ, † ſunt de ipſa uniuerſitate, & depoſuerunt ſuper his, ſuper quib. ſentiunt commodum particulare,uti ſinguli,quoniam gratis vnuſquiſque de ipſa vniuerſitate incidit ligna,& beſtias ſuas paſcit in nemoribus & paſcuis,de quibus in lite, vt hĩmet teſtes deponere clare uidentur, igitur eorum depoſitio nulla,arg.l.omnib.C.de teſtib. Ita in terminis quæſtionis noſtræ determinãt Io.Andr.Butr.& Imol.in ca.cum unicus, de teſtib.ubi dicunt,q̃,ſi eſt quæſtio de nemoribus & paſcuis,in quib. ſingulorũ beſtiæ paſcuntur, & ſinguli lingua incidunt, teſtimoniũ prædictorũ in tali cauſa non admittitur.Alex.conſi.99.num.7.uolum.5.Affl.deciſ.400.colum.2.verſic.aut illud.ubi trad t,quod,ſi negotium,de quo agitur non tangit nec nome , nec honorem uniuerſitatis, ſed cauſat commodum ſingulorum de uniuerſitate,tunc teſtes de vniuerſitate non ſunt idonei,quia iſta uidetur cã ꝓpria,ex quo quilibet de vniuerſitate aſſeqtur cõmodũ,arg. l.j.§.in ꝓpria.ff.quan.appel.ſit, ut eſt videre exemplũ, quãdo vniuerſitas habet paſcua,& non animalia,quæ ibi paſcãtur, ſed ſinguli de uniuerſitate mittunt animalia ſua ad paſculãdum.in hoc negocio,q̃ tangit ſingulos ut ſingulos,teſtes de vniuerſitate non ſunt idonei teſtes,l.ſerui, §.1.ff.de leg.1 idem,ſi vniuerſitas haberet ius incidendi ligna.Ruin. in conſ.119.nu.8.vol.4.& in conſ.106.num.4. & 14.vol.5. vbi inquit huiuſmodi teſtes non eſſe admittendos, quia res eſt vniuerſitatis nudo nomine,ſed vtilitas eſt ſingulorum in effectu,& q̃m dicitur agi principaliter de cõmodo teſtium,
14 † attento potius effectu,quàm nudo nomine,q̃ nõ eſt in cõſideratione,l.2.§. ſed ſi ſunt ſui. ff. ad Tertul. Rurſus idem Rui.in conſi.189.in fi.vol.1.Pariſ.conſ.104.num.135.vol.1. Iaſ.in d.§.Patronum.Salic.in l.parentes, vbi etiam Bald.C. de teſtib.Fely.in c.inſuper,in 5.fallentia,de teſtib.Et ꝓ confirmatione præſentis concluſionis faciunt, quæ ſparſim notant Abb.in conſ.16.col.2.in fi.vol.1.Cor.conſi.123.col.fi. vol.1.& in conſ.247.litera C.uol.2.Ripa in 7.reſponſo,nu. 6.in 2.par.Pariſ.in conſ.138.col.fi.vol.4.Rui.in cõſ.12.nu. 9.uol.5.Bald.in conſi.481.col.pen.vol.i.& Dec.in d.c.inſuper,vbi firmant hanc eſſe communem concluſionem , q̃ in cauſa vniuerſitatis non admittuntur teſtes de uniuerſitate, quando de ipſorum particulari vtilitate tractatur, quia ſicut quis non poteſt teſtificari in cã propria l.nullus,ff.de teſtib.eodem modo non poteſt teſtificari in iſta.Ita Fely.in d. c.inſuper,Bal.conſ.391.col.2.verſ.aut cauſa eſt uniuerſitatis,vol.i.& cõſ.420.col.pe.ver.Itẽ nõ põt negari, vol.eod.

Reſtat modo reſpondere adductis in contrarium,ad quorum reſponſionem deueniendo,dico, primum argumẽtum procedere,quando per uniuerſitatem fuiſſet probata legitimẽ ſua antiquior poſſeſſio, alias ſecus, ut in terminis noſtris,in quibus deficit dicta probatio, & ſine qua non datur dictum remedium reintegrandæ,ſecundum Doct. communiter in d.l.rem quæ nobis,& in alijs locis ſupra citatis.

Nec iuuat dicere,q̃ per teſtes vniuerſitatis,poſſeſſio ſua antiquior probata reperitur,qui(vt ſupra dictum fuit) admittuntur.Q̃m reſpondetur,præmiſſam concluſionem non eſſe trahendam ad caſum noſtrum,in quo tractatur de particulari commodo deponentium,ut in terminis noſtris, q̃a ſicut non admitteretur in cauſa propria,l.omnibus,C.de teſtib.ita nec in iſta,quia licet nomen ſit vniuerſorum, effectus tñ eſt ſingulorum,vt no.in l.ſicut, §. fi. ff. quod cuiuſq; vniuer.nom.Bal.& cæteri in d.l.parentes.

Nec valet replicatio,quod etſi non ſint teſtes integri, tñ eius fides ſuppletur per numerũ ipſorũ teſtiũ,qui ſunt octo
15 quia † dr̃,limitationem prædictã poſſe ſibi locũ vendicare, vbi eſſemus in caſu,in quo agebatur de lignis & ſyluis,cum non poſſent cõmodũ lignorũ conſequi & percipere, niſi ſe componerent cum datiarijs,& ſoluta mercede, ſeu pretio: ſecus aũt,vbi tractatur de commodo particulari ipſorũ teſtium,quia tũc cũ teſtificetur in cã propria,in qua quis nullã penitus probationẽ facit d.l.omnib.l.nullus.ff.de teſtib. Spec.in tit.de teſte,§.1.uer.Itẽ q̃ eſt teſtis.Marſ.in cõſ.103. nu.46.numerus teſtium non põt ſupplere, q̃ deficit in fide. cum oẽs teſtificentur in cã ꝓpria.Et pro hac parte poſſunt allegari,quæ notant Scrib.in l.ſi quis ex argentarijs, §.cogetur.ff. de eden.Dum uolunt q̃ dictum vnius non integri ſuppletur per alium integrum: ſecus, ſi dictũ primi eſt omnino nullum,quia tunc ſuppleri non poteſt per alium.

Vlterius dr̃,q̃ ẽt dato,(ſed non conceſſo)q̃ facerent fidẽ teſtes de vniuerſitate,tñ id limitatur locũ non habere q̃ñ altera pars,(vt eſt in caſu noſtro) ꝑ teſtes idoneos probaſſet contrariũ eius, q̃ depoſuerunt teſtes de vniuerſitate, quia
16 tunc † cæteris paribus minus creditur teſtib.de uniuerſitate,q̃ alijs, ꝑ aliqualem affectionem quæ eos impares reddit.Ita Abb.in d.c.inſuper,col.3.& ibi Fel.col.2.verſ.fallit. 2.Alex.conſ.68.nu.18.ver.præterea ratio,vol.2. Affl.deciſ. 400.nu.8.& Rui.in conſ.97.nu.4.uol.4.

Vltimo dicitur, teſtibus ipſis nullam fidem adhibendam
17 eſſe ex alio capite:quia, † quando cauſa eſt mixta, & tam nomine vniuerſitatis, quam ſingulorum intentata, ſinguli de vniuerſitate teſtificari non poſſunt.Ita Bal.in conſi.348. in fi.uol.1.vbi inquit, q̃ ex quo mandatum hominum Fontaneti concernit vniuerſaliter vniuerſos,& ſingulariter ſingulos,

gulos, & his nominibus ſint formati articuli, non poſſunt ſinguli eſſe actores, & teſtes: ſed ita actum fuit in caſu noſtro, igitur depoſitio nulla. Ita eti am voluit Ruin. licèt de Bal. mentionem non faciat in conſi. 189. col. pen. verſic. Sed tamen præmiſſis, volu. 1. Non obſtat ſimiliter, quod remedium d. c. reintegrandæ, non datur contra tit. poſſidentem. Quia reſpondetur, ſententiam hanc non omnino tutam ex auctoritatibus ſuprà citatis.

Tamen non recedendo à prima ſente ntia, vti magis ap-
18 probata, dicitur, quod † ea poſſet milita re, quando per vniuerſitatem ipſam fuiſſet capitulatum, p rout factum non fuit, quod dominus Fabius poſſidebat clam reſpectu poſſeſſionis antiquioris ipſius vniuerſitatis. Ita Bart. in l. ſi de eo. §. fi. ff. de acqui. poſſ. & clarius ibi per Imol. & licèt Bart. ibi loquatur in interdicto vti poſſidetis, tamen Doctores id etiam extendunt in remedio reintegrandæ: vt in ſpecie dixerunt Alex. in conſ. 118. col. 1. vol. 2. Dec in conſ. 57. col. fi. Iaſ. in conſi. 21. col. 1. verſ. præterea, vol. 3. Soc. in d. l. rem quæ nobis, in 7. q. principali, in prin. verſi. notabis. Brun. in conſi. 19. col. 3. & 21. col. 5. verſi. & inſuper, Pariſ. in conſ. 1. nu. 166. col. 1. & Rui. in conſi. 49. col. pen. vol. 4. Abb. in c. in literis, nu. 33. de reſt. ſpol. Alex. in d. conſi. 4. nu. 12.

Vltimò non obſtat, quòd dicto remedio non fuerit præſcriptum ſpatio 30. annorum, cum dictum remedium ſit
19 perpetuum, quia reſpondetur, † communem eſſe doctorum ſententiam, quod imò remedium ſpacio 30. annorum tollatur: ut per Abb. in c. cũ ad ſedem, col. 7. de reſtitu. ſpolia. Alex. in conſ. 6. nu. 11. vol. 3. Soc. in l. rẽ quę nobis, in 8. q. de acquir. poſ. quia ſecundum eum, ſi præſcribitur dominium, quod eſt magis præiudiciale, a poſſeſſore bonæ fidei: vt per Bar. in l. rem alienam, de pigno. actio. cap. fina. de præſcrip. Item & actionibus perſon alibus, quæ dantur ad dandum propter bonam fidem debitoris vt in d. c. fi. Igitur ꝙ fortius præſcribi debet conditioni c. reintegrandæ. Dec. conſ. 252. nu. 3. in fi. uer. & ex prædicto remedio, & conſi. 302. col. pen. verſi. præterea: vbi dicit, quod dicto remedio
20 præſcribuntur ſpacio triginta annorũ, quia † tanto tempore etiam quis excluditur à quocunque iure, & etiam a iure, quod officio iudicis competeret, d. l. ſicut, ubi Bart. Aret. in §. quadrupli, col. 10. verſ. ſeptimo principaliter, ĩ ver. ex quib. Inſtit. de actio. Panorm. in c. ſolitæ, col. ult. uer. gl. vlt. quærit, de reſti. ſpol. Soc. conſ. 39. nu. 5. circa fin. verſ. præterea, uolu. 3. & in conſi. 106. col. 2. ver. & in alijs, uolum. eo Pau. de Caſt. in conſ. 105. col. fi. volu. 1. Ripa in d. l. rem quæ nobis, nu. 27. ubi dicit, quod ita tenent commmuniter legiſtæ & canoniſtæ. Pariſ. in conſi. 1. num. 14. volu. 1. Craue. in conſi. 124. col. fin. in princ. Rui. in conſi. 65. nu. 14. uolum. 1. conſ. 44. col. pen. in prin. vol. 4. & 103. nu. 7. vol. 5. Bello. in conſ. 36. columna 1. & hanc eſſe communem firmat Balb. in tract. præſcript. in 4. par. 4. par. princip. q. 24. col. 1. circa fi.
21 uerſi. non obſtat: vbi plus voluit † quod tali remedio præſcribatur ſpacio 10. annorum inter præſentes, & 20. inter abſentes, quò ad priuatas perſonas, cum titulo & bona fide, ſi poſſeſſor non habet cauſam à malæ fidei authore, vel res non ſit affecta uitio reali concurrentibus extremis requiſitis: ex quo iſtis concurrentibus de iure ciuili quæritur dominium ſaltem vtile: & reſponde ad id, quod ſupra dictum eſt, quod durat 30. annis, ut illud procedat regulariter, vbi poſſeſſor non eſſet titulatus, vel quando res eſt affecta uitio reali, uel ubi poſſeſſor haberet titulum a malæ fidei poſſeſſore, in quibus non procedit præſcriptio longi temporis iuxta diſtinctionem auth. malæ fidei. C. de præſcrip. long. temp. Non obſtant nota. per Anto. de Butr. in dict. cap. 1. Quia dum dicit, quod illud remedium eſt perpetuum, debet intelligi dummodo non interueniat præſcriptio 30. annorum; vt habetur Inſtitut. de perpet. & tempo.
22 action. vbi † terminus perpetuum hoc modo interpretatur. Ita declarant Butr. ſi bene intelligatur in dict. capitulo ſecundo & Baldus vbi ſupra, ac Pariſ. in allegato conſilio primo numero 155. in verſiculo & Doctores dicentes. Vnde ex his omnibus concludendum eſſe arbitror, Dominum Fabium abſoluendum fore a petitis ex parte dictæ vniuerſitatis, eandemque in expenſis legitimè factis per prędictum dominum Fabium in præſenti cauſa condemnandã fore, iuxta l. eum, quem temere. ff. de iud.

Laus Deo, Optimo maximo.

Rolandus a Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

*1 Inuentarium legitime conficiens tenetur creditoribus hæreditarijs, quatenus patiuntur vires hæreditatis detracta falcidia delegatis, & non vltra.*

*2 Item & ſibi conſeruat, quæ ei debebantur a defuncto: ſecus ſi nulliter, ut in nu. 28. & 33.*

*3 Inuentarium facit cenſeri hæreditatem iacentem.*

*7 Signum crucis ſecundum communem non eſt de ſubſtantia inuentarij.*

*5 Conſuetudo eſt optima legum interpres.*

*6 Inuentarium prodeſt Iudæis, & Sarracenis populo Romano ſubiectis.*

*7 Iudæi ſunt deteriores conditionis quam Chriſtiani.*

*8 Sinagogæ Iudeorum non poſſunt allegari per Chriſtianos ne cultus eorum approbetur.*

*9 Iudæi ad ciuiles honores admitti non poſſunt.*

*10 Inuentarium ſufficit, quod rogatur ab vno notario.*

*11 Inuentarium confici non poteſt per priuatam ſcripturam defuncti cum teſtibus.*

*12 Inuentarinm originem aſſumit in perſonam hæredis, & nõ defuncti.*

*14 Inuentarium confici debet coram duobus teſtibus, qui cognoſcant hæredem.*

*15 Teſtibus oſtendi debent res in inuentario deſcribendæ.*

*16 Inuentarium inchoari debet intra menſem ſecundum magis communem a die aditæ hæreditatis. Limita tamen, vt in num. 34.*

*17 Hæres qui non dicitur ante aditam hæreditatem.*

*18 Inuentarium per fideicommiſſarium confici non debet ante reſtitutum hæraditatem re, vel uerbo.*

*19 Hæres conueniri non poteſt ante aditam hæreditatem.*

*20 Inuentarium, & ſi inchoatum non fuerit intra menſem a die aditæ hæreditatis, ſed factum intra alios 60. dies, & ſic intra tres menſes, valet.*

*21 Solennitas leuis eſt prius inchoare, & poſtea perficere.*

*22 Inuentarium vt legitimè fiat, ad inſtantiam hæredis citari debent legatarij, & creditores exiſtentes in loco ad comparendum tali die, hora, & tali loco, ad videndum fieri conuentionem inuentarij.*

*23 Creditores vel legatarij, ſi certi ſunt, citari debent ad inuẽtarium perſonaliter, vel ad domum, ſi incerti, per proclama.*

*24 Creditores, vel legatarij, ſi ſunt abſentes, loco eorum debent adhiberi tres teſtes, vltra alios duos adhibitos pro teſtib. in inuentario locupletes, & bonæ opinionis.*

*25 Subſcriptio hæredis in inuentario requiritur, ſi autem neſcit ſcribere, requiritur ſubſcriptio alterius notarij vltra rogatum de eo, & nu. 39. & 41.*

*26 Subſcriptio alterius notarij non eſt neceſſaria in inuentario, quando illud fit apud acta.*

*27 Res omnes mobiles, immobiles, iura defuncti, & res depoſitæ, & commodatæ, deſcribi debent in inuentario.*

*29 Paria ſunt aliquid non eſſe factum, vel factum, ſed minus idoneè.*

*30 Paria ſunt non comparere, vel minus legitimè.*

*31 Nihil, & inualidum æquiparantur.*

*32 Effectum nullum producit, quod nullum eſt.*

*35 Conditionale debitum, licet per præſcriptionem non ſumat initium, niſi demum poſt conditionis euentum, tamen id fallit, vbi conditio talis eſſet cuius implementum eſſet in poteſtate creditoris, quia poteſtatiua.*

*36 Inuentarium confectum ſine præſentia iudicis eſt nullum.*

*37 Decretum iudicis ſecundum communem non requiritnr in inuentario.*

*Epiſco-*

38 *Epiſcopus, qui tenet locum hæredis, tenetur facere inuentarium coram iudice.*
40 *Forma ordinata à lege ſeruari debet.*
42 *Conſuetudo, quæ ex tacito conſenſu populi inducitur, probari debet.*
43 *Inuentarium legitimum eſſe non dicitur, ſi in eo non deſcribantur bona clarè, & diſtinctè.*
44 *Inuẽtarium à lege ordinatur, vt hæredi auferatur via malignandi.*
45 *Diſpoſitio l. ſi quis intra, C. de bon. damna. licèt loquatur in fiſco, locum etiam habet in alijs conficientibus inuentarium.*
46 *Ratio legis vbi ſubeſt, magis attendi debet, quàm legis dictum.*
47 *Diſpoſitio d. l. ſi quis intra, locum etiam habet in pupillo.*
48 *Res omnes ſcribi debent in inuentario per ſigna, latera, & confinia.*
49 *Aeſtimatio rerum deſcribenda eſt in inuentario.*
50 *Hæres ſi non deſcribit in inuentario bona cum eorum pretio, ualore, æſtimatione, & quantitate, iuratur contra eũ in litem, ſicut ſi nullum confeciſſet inuentarium.*
51 *Inuentarium nullum dicitur perfunctorium.*
52 *Inuentarium hæredis, ſcrupuloſa res eſt.*

## CONSILIVM LXXIII.

VIſo inuentario confecto per magnificum Do. Hecto-
rem de Benizonibus vti hæredem quondam magni-
fici Domi. Agamemnonis de Farreriis, uidetur prima facie
dicendum, d. Dom. Hectorem gaudere debere beneficiis cõ
petentibus, conficientibus legitimè inuentarium: quæ qui-
1 dem ſunt, † vt ſolum tenentur creditoribus hæreditariis,
quatenus patiuntur uires hæreditatis, detracta falcidia de
legatis, & non vltra, l. fi. §. ſi præfatam, & ibi doct. C. de iure
deliſ. Ang. in §. extraneis, per illum tex. Inſt. de hæred. qua-
lit. & differ. in 1. col. Moder. in tract. de inuẽtario, c. 4. col. 1,
& Guid. Pap. in tracta. de forma inuentarij, num. 16. Deci. in
2 ſil. 633. col. fin. Item, & † quòd conſeruantur ſibi omnia il-
la, quæ erant ſibi debita à defuncto. d. l. fi. §. in computatio-
ne, quæ nullo facto inuentario extinguuntur per aditionem
hęreditatis, l. ſi debitori, C. de pac. Ang. in d. §. extraneis, co
lum. 2. Papien. in forma libelli, quo. pet. hæred. ex teſtamen.
in verb. purè, col. fin. Moder. in dicto tracta. de inuentario,
c. 4. in 8. vtilitate. Pariſ. in conſ. 163. nu. 25. uol. 1. & in conſ.
69. num. 61. uolu. 3. Ratio etenim eſt, quia poſtquam fecerũt
inuentarium, debent conſeruari in eo ſtatu, quo erant, ſi hę
3 reditatem non adiuiſſent, & ſic † facit cenſeri hæreditatem
iacentem, non mirum, ſi actiones ſuæ nõ confunduntur. Iaſ.
in d. l. fin. §. in comparatione, col. 2. uerſ. Primum contrariũ
eſt. Pau. de Caſt. in conſ. 211. in princ. ſecũdùm antiquam im
preſſionem, quoniam apparet eum legitimè cõfeciſſe dictũ
inuentarium, cum requiſita infra ſcripta interuenerint.
4 Primò, ſignum crucis, quòd dicunt eſſe de ſubſtantia in-
uentarij. Fulg. & Sal. in d. l. fi. Angel. in l. 1. §. hæc ſtipulatio,
col. pen. in princ. uerſic. & eadem ratione, ſi cui plus quam
per l. Falc. ubi inquit hanc partem tutiorem, & ipſam obſer
5 uandam: quia de † cõſuetudine obſeruantur, quæ eſt opti-
ma legum interpres. Spec. in tit. de inſtrum. edi. §. dict. ad fi-
nem, ponit ſignum crucis in inuentario, quem ſequitur Affl.
in procemio titu. quæ ſint rega. in fi. Abb. in conſ. 73. col. 3.
uerſicu. cauſa ergo breuitatis, quamuis contrarium dicant
Bar. Bal. Ang. Alexan. & Iaſ. in d. l. fi. quia eius omiſſio eſt le-
uis ſolennitas, quæ non uitiat actum. idem dixit Bald. in cõ
ſil 383. col. 2. uol. 1. ubi inquit, quòd ideo ſignum crucis pręmittitur, ne illotis manibus ad inuentarium procedatur,
l. prima. ff. de orig. iur. Non quòd ipſum ſignum crucis ſit de
6 ſubſtantia inuentarij. Item † beneficium inuentarij prodeſt
Iudæis, & Saracænis populo Romano ſubiectis, & tamen
iſti propter eorum ſuperſtitionem non faciunt ſignum cru
cis, abſurdumque eſſet, quòd iſti eſſent melioris conditio-
nis, quàm nos, qui Ieſum Chriſtum Dei filium catholicè
profitemur, l. iun. Romano. C. de Iudæis: immò in multis
7 † Iudæi ſunt deterioris conditionis, quàm Chriſtiani veri,
8 cum † ſinagogæ Iudæorum non poſſint allegari per Chri-
ſtianos, ne cultus eorum approbetur l. quod Cornelia, C.
9 de Iudæ. † nec ad ciuiles honores poſſint admitti. l. fi. C. eo.
& ideo ſubdit, quod errare uidentur aduocati, qui dicunt,
talis pro principio in inuentario fecit ſignũ Crucis, Rurſus
Bald. in conſil. 145. colum. 1. vol. 4. vbi dicit, quod ſignum
Crucis ſecundum Doct. non uitiat, quia res ceremonialis.
Idem voluit Angel. in d. §. extraneis, col. 1. vbi refert om-
nes ita tenere. Dec. in conſil. 633. colum. penult. verſi. pri-
mo. in inuentario, Bart. in l. 1. §. fi. ff. de vent. inſpic. in l. 2. §.
prius. colu. 2. verſic. tertio caſu, ff. de vulg. & pup. vbi dicit,
quod cum talis ordo importet modicum præiudicium, ui-
detur ordo voluntarius, non neceſſarius, imo omiſſus non
uitiat. & Bart. ibi ſequuntur Alex. & Iaſ. ubi dicit, quod iſta
eſt communis opinio, quæ ibi communiter tenetur, & in
d. l. fi. in prin. C. de iur. delib. Hãc quoque communem affir-
mant Mod. in d. tract. de inuen. in c. 2. uer. ſexto requiritur,
tamen ad uitandum opiniones, cum res eſt integra, benè
eſt (ut actum fuit iſto caſu) quod apponatur dictum ſignũ,
ut ſuadent Dec. in citato conſil. 633. colum. pen. uerſic. 1. &
Mod. in tract. de inuen. in 2. cap. uerſ. ſexto requiritur.
10 Secundò, de eo fuit rogatus † unus notarius, quod ſuffi-
cere videtur, ut per Angel. in d. §. extraneis, colum. 1. & li-
cèt text. in d. l. fin. §. ſin autem dubius, uideatur requirere
præſentiam tabulariorum, & ſic plurium, tamen vnus ſuffi-
cit ad ſcribendum inuentarium, vt dicit ibi Odofr. & Bart.
Pau. de Caſtr. & Bald. in d. l. fi. in §. cum igitur, uerſi. tertium
quod requiritur. Iaſ. in d. l. fi. in prin. ver. quartò requiritur,
ubi dicunt, quòd numerus pluralis in d. §. ſin autem dubius
ponitur pro ſingulari, ſicut etiã ponitur in l. Orphanotro-
phos. C. de epiſ. & cler. Guid. Pap. in d. tract. de forma inuen
tarij, col. fi. verſi. vlterius quæro. Dec. in d. conſil. 633. colu.
pen. verſ. quinto requiritur. Moder. in dicto tract. de inuen-
tario, cap. 2. columna prima. uerſi. tertio requiritur, ubi ſub
11 dunt † adeo neceſſariam præſentiam, & auctoritatem ta-
bellionis, quod priuata ſcriptura etiam defuncti cum teſti-
bus non ſufficeret, etiam ſi in illa diceret, hoc feci ad vtili-
tatem & notitiam mei hæredis, ut per Bald. in d. §. cum igi-
12 tur, quia ſecundum Nicol. de Matharel. † inuentarium de-
bet originẽ aſſumere in perſonam hæredis, & nõ defuncti.
13 Tertio, quia dictum † inuentarium continet locum &
tempus, in quo confectum eſt, iuxta d. l. fi. in prin. & §. fiat,
in auth. de hæred. & fal. & Igneum in l. neceſſarios, §. non
alias. num. 168. ff. ad Syllan.
14 Quarto interuenerunt † duo teſtes ad cuius inuentarij
ualiditatem ſufficiunt, ut per Bart in d. l. fi. in §. cum igitur,
colum. 2. Bald. in conſil. 145. in prin. uolu. 4. Ang. in d. §. ex-
traneis, col. 1. Paul. de Caſtr. conſil, 205. & Iaſ. in d. l. fi. verſ.
15 octauo requiritur, qui cognouerunt hæredem, † & in quo
rum præſentia fuerunt oſtenſę res, vt requiritur, ſecundum
Bart. in d. l. fi. §. cum igitur, Ang. in d. §. ſin autem dubius. Iaſ.
in d. l. fin. uerſicu. nono requiritur. Paul. de Caſtr. in conſil.
205. Dec. in allegato conſil. 633. col. pen. in fi. uerſic. ſepti-
mo, & Mode. in d. tract. c. 2. uerſi. Octauo requiritur. quam-
uis, ſi uicini eſſent teſtes, præſumptio eſſet, quod cognoſce-
rent, ſecundum Bal. in d. l. fi. in prin. & Iaſ. in dicto nono re-
quiſito. Et licet non interuenerit ſubſcriptio ipſorum te-
ſtium, tamen id nihil eſt, cum non fuerit neceſſaria, ut per
Paul. de Caſtr. conſil. 205. in prin.
16 Quinto, inuentarium fuit † inchoatum infra menſem à
die aditæ hæreditatis, & non delatæ, quo quidem tempore
incipit currere tempus ad conficiendum inuentarium, ut
tenent glo. & Bart. in d. l. fi. in ver. delata. Bart. in l. ſi in diem
ff. de condi. & demonſtr. l. 3. §. ſi quis hæred. ff. de ſtatu lib.
Ang. in l. 1. §. hæc ſtipulatio, col. pen. uerſi. tu dicas. ff. ſi cui
pluſquã per l. fal. Ang. in d. §. extraneis, col. 1. Cuma. in cõſ.
73. col. 2. & in conſil. 128. in fi. ubi reprobat Ioan. Andr. ali-
ter tenentem. Pau. de Caſtr. in conſil. 212. colu. 2. Guid. Pap.
in deciſ. 571. col. fi. & in d. tract. de forma inuent. nume. 10.
Mod. in citato tract. de inuent. c. 1. nu. 15. Rom. in conſil. 84.
ubi dicit hanc opinionẽ eſſe æquiſſimam, & quod commu-
niter

niter ita obſeruatur. & hanc eſſe magis communem opi-
nionem admittunt Alexan. in d.l.fi.in princ.colu.4.Iaſ.col.
fi.in prin.Dec.in allegato conſi.633.colum.2.& Soc.iun.in
conſil.19. nume.20 .uol.3. & ratio eſt ſecundum prædictos
patres, quia inuentarium confici debet per hæredem, ſed
17 † hæres quis non dicitur ante aditam hæreditatem. l.1.§.
quod autem,ff.quor.lega.d.l.ſtatuliberos.§.ſi quis hæredi.
ergo ante currere non poteſt tempus.ita Angel.in d.§. hæc
18 ſtipulatio,colum.8.ubi dicit† in fideicommiſſario ante re-
ſtitutam hæreditatem re,vel uerbo, nõ currat ſibi tempus,
quia ante fideicommiſſarius nõ eſt,licèt fideicommiſſarius
ſcriptus ſit.l.reſtituta.ff.ad Treb.Cuma.in conſil.128. in fi.
& iſta concluſio ſecundum Dec. ubi ſupra efficaci ratione
probatur, quia dilatio datur hæredi, vt non poſſit conue-
niri durante dilatione data ad cõficiendum inuentarium,
d.l.fi.ſſ.donec, ergo uidetur,quod talis dilatio data intelli-
19 gatur poſt aditam hæreditatem, quia † ea non adita hæres
conueniri non poteſt,& dilatio limitata eſſet ſuperflua, ut
not.Bald.in d.l.fi.in prin.in 3.not.& quia ea, quæ dicuntur
de hærede, intelliguntur adita hæreditate, ut no.Imo.in l.
3.§.ſi quis ita,per illum tex.de hære.inſt.& per alia ibi per
eum allegata, quamuis, etiam ſi non fuiſſet inchoatum in-
20 uentarium infra menſem a die aditæ hæreditatis, ſed † fa-
ctum infra alios ſexaginta dies, & ſic infra tres menſes,ſa-
tis fuiſſet.ita, Barto.& Alex.in d.l. fi. in prin.Pau. de Caſtr.
in d.l.in §.cum igitur, ubi dicit, eam omnes tenere tanquã
magis æquam.& Iaſ.in §.ſi vero poſtquam, in 2.not. ubi in
21 quit, quod † leuis ſolennitas eſt prius inchoare, & poſtea
perficere.Abb.in d.conſil.73.colum.2.uerſi. præterea non
fecit.Moder.vbi ſupra cap.2.col.1.verſi.ſecundus eſt, & in
cap.3.col.2.in fi.verſi. ſed ad practicam quæro, vbi inquit
hanc partem ęquiorem, & ſic hanc partem uti magis æquã
dicit iudicaſſe curiam parlamenti, Guid.in deciſ.571.col.
1.&Bald.in d.conſil.183.col.fi.uerſi.de uno quæritur,& ra-
tio eſt ſecundum Bald.in conſil.48. vol.5. quia tam menſis
primus, quam alij duo menſes ſunt aſſignati à iure fauore
ipſius hæredis, vnde totum iſtud ſpacium liberum eſſe de-
bet, & quod non fit in principio poteſt fieri in fine tempo-
ris, donec dilatio durat. l.lecta. ff. ſi cert.peta.§. tempora-
les.inſtit. de except. Præterea quando plures termini ſta-
tuuntur circa idem, mora commiſſa in vno termino, poteſt
purgari in alio.l.ad petitorium ff.de iud.auth.qui ſemel,cũ
ſua materia.C.quom.& quan.iud.

Item, antequam deuentum fuerit ad confectionem in-
22 uentarij fuerunt †citati ad inſtantiam hæredis vnica cita-
tione, quæ ſufficit, creditores, & legatarij, exiſtentes in
loco, vt per Bald.in l.fi.in princ.in 6.colum.quem ſequitur
ibi Iaſ.col.3.uerſi.item adde.& Guid.Pap.in d.tract.de for.
inuent. num.1.Ad comparendum tali die, hora,& in tali lo
co ad videndum confectionem inuentarij, quod hęres in-
tendebat facere de bonis,rebus, iuribus,& actionibus, de-
bitorum & creditorum hæreditatis quondam Do. Aga-
mennonis per ſe, vel procuratorem eorum, cum commi-
natione, quod ipſis non venientibus hæres procederet ad
confectionem inuentarij, ſecundum formam traditam per
Angel.in d.§.hæc ſtipulatio,col.4.uerſi.an autem,vbi dicit
eſſe vtilem hanc comminationem, quia vim peremptorij
habet,ut ſolet notari in l.tres denunciationes, C.quom. &
quan.iud.quem ſequitur Dec.in ſæpius allegato conſi.633.
col.penul.verſ.ſecundo antequam.& Iaſ.in d.l.fi. in prin.in
verſ.quinto requiritur.idem tenuit Bald. in conſil.265. in
prin.uolum.3.& Moder.in tract.de inuent.c.2. col.1. uerſ.
debet autem. Abb.in d.conſ.73.in 2. dub. vol.2. Et quidem
23 fuerũt citati legatarij,& † creditores certi,iuxta commu-
nem ſententiã doc.de qua per Craue.in conſil.89.in fi.par-
tim perſonaliter,& partim ad domum, iuxta mentem Bal.
in conſilio 143.col.1.vol.3.& Mod. in tract.de inuent.c.2.
col.1.verſi. poteſt etiam alio modo,& incerti per procla-
ma,vt per Bart. & Bal.in d.l.fi.in prin. & in auth. ſed cũ te-
ſtator.C.ad l.falc.Bal.conſ.283.col.fi.uol.1.& in conſ.265.
vol.3.Abb.dict.conſil.73.in 2.dubio.Ang.in d.§.extraneis,
col.1.Pau.de Caſt.conſil.205.in fi.Iaſ.in d.l.fi.in prin.verſ.
quinto requiritur.Deci.in citato conſ.633.nu.9.& Maran.
in tract.de ord.iud.char.mihi.475.nu.98.ubi dicit ita com-
24 muniter teneri. Item & † loco abſentium fuerunt adhibiti
alij tres teſtes vltra alios duos adhibitos in inuentario pro
teſtibus,locupletes, & bonæ opinionis, vt diſponitur in §.
ſancimus,in verſic.ſi vero abſunt,in auth.de hære. & fal. &
per Barto.in d.§.cum igitur, & Abb.in d.conſ.73.in 2.dub.
in prin.Ang.in d.§.hæc ſtipulatio,col.4.in prin.Bart.in con
ſil.154.in fi.Dec.in d.conſ.633.in verſ.8. Paul.de Caſtr. cõ-
ſil.205.in princ.Bald.in d.conſ.143.col.1.vol.3.Pract.Pap.
in for.libel.quo.pet.hæred.ex teſtam.in verb.purè,circa fi.
vbi dicit, ꝙ debent adhiberi tres teſtes patrimonium poſſi
dentes in loco,in quo fit inuentarium. Iaſ. vbi ſupra in ver-
ſic.8.requiritur.Ang.in alleg.§.extraneis.Guid.Pap.in de-
ciſ.571.circa fin.Aduertendum tamen eſt, ꝙ iſti tres teſtes
continuè adhibendi ſunt quando aliqui ex legatariis, vel
creditoribus abſunt, ſed non per veram cõtumaciam,ſecus
ſi aliter,ut uoluit Angel.in §. hæc ſtipulatio, col.4. verſ.iſti
enim tres teſtes,& col.antepe.verſ.de ſexto concludò. per
d.§.ſi uerò abſunt.

25 Interuenit quoque † ſubſcriptio alterius notarij, quam
rogati de inuentario, qui loco dicti d. Hectoris neſcientis
ſcribere,in eius ſuſcriptione dixit,ꝙ hæres ipſe conficit in-
uentarium bona fide,& ſine malignitate,quæ ſubſcriptio in
huiuſmodi caſu valet,vt probatur in d.l.fi.§.cum igitur,vbi
Barto.col.2.& Bald.col.4.poſt Odofr.& Iaſ.in verſic.ſexto
requiritur.Specu.in titu.de inſtru.edi.§.fi. uerſic.item exi-
gitur.Guid.in tracta.de for.inuent. verſ. ſed an neceſſario.
Mod.in d.tract.de inuent.c.2. uerſi.quintò requiritur.Ang.
in d.§.hæc autem ſtipulatio,col.3. circa finem,verſic.ſi au-
tem ipſe hæres,vbi ponit formam.Bal.in conſ.145. in prin.
volu.4.& in conſil.48.vol.5.Pract.Pap.in for.libel.quo.pe-
ti.hæred.ex teſtam.in verb.pure.circa fi.Ange. in d.§.extra
neis,col.1.& Dec.in allegato conſ.633. uerſic.ſexto requi-
26 ritur, † quæ tamen ſubſcriptio non eſt neceſſaria, quando
fieret inuentarium apud acta, ut inquit Bal.in allegato con
ſil.143.col.2.vol.4.

27 Vltimò,in inuentario ipſo † fuerunt ſcriptæ & annotatæ
omnes res mobiles,& immobiles,ac iura defuncti,& etiam
res alienæ depoſitæ, & commodatæ, quæ per ipſum hære-
dem repertæ fuerunt penès defunctum,iuxta dicta per Bal.
in d.l.fin.in 6.col. Paul.de Caſt. & Iaſ.in verſ.3. requiritur.
Ang.Pau.Rom.& Alex.in l.ſi de eo.§.forte.ff.de acqu.poſſ.
quod reputat eſſe notandum ibi Imol. quia pro talibus re-
bus poteſt agi petitione hæreditatis,l.& non tantũ,in prin.
ff.de petit.hæred.& proteſtatus eſt hæres, quòd plures res,
& plura iura non inuenit, & ſi contigerit alias res, vel iura
reperiri,ꝙ illas, & ea addet inuentario, vt inſtruit Paul.de
Caſt.in d.l.fin.§.cum igitur,vbi ſubdit,ꝙ ita de facto obſer-
uatur.Ang.in d.§.hæc autem ſtipulatio, in fi.Bald.in d.l.fin.
col.2.uerſic.pone ꝙ hæres.Iaſ.ibi in verſ.tertio requiritur,
& Dec.in alleg.conſ.633.col.pen.uer.4. in inuentario.Mo-
der.in tract.de inuent.cap.3.col.2.in princ.Vnde cum inter
uenerint requiſita ad confectionem inuentarij,& ea ſerua-
ta fuerint,videtur dicendum dictum inuentarium legitimè
celebratum,& ipſum Do.Hectorem hæredem prædicti do-
mini Agamennonis non poſſe moleſtari vltra vires hæredi
tarias,ſed gaudere debere beneficiis & vtilitatibus compe
tentibus conficientibus inuẽtarium, de quibus abundè per
Iaſ.in d.l.fi.in §.& ſi præfatam. & Mod.in tract.de inuent.in
4.cap.

Præmiſſis non obſtantibus, contraria ſententia eſt de iu-
re verior,quòd imò dictus Dom.Hector tenetur vltra vires
hæreditarias,& priuatur commodo beneficiorum,quæ cõ-
petunt legitimè conficientibus inuentarium: & de quibus
per Docto.& maximè.Iaſ.in d.§.& ſi præfatam, & Modern.
28 in d.c.4.cum †non confecerit ſolenniter inuẽtarium,quod
idem eſt,ac ſi non confeciſſet, cùm paria ſint aliquid non fa
cere,vel facere,ſed minus legitimè,& nulliter. l.quoties.ff.
29 qui ſatiſd.cog.vbi per illum tex.dicit ibi Iaſ.† paria eſſe ali
quid non eſſe factum, vel non idoneè: allegat etiam tex.
quem dicit notabilem in l.nullam, ff.de auct.tuto.Similiter

paria

30 † paria ſunt non comparere, vel minus legitimè compare-
31 re. c.Nicolao,& ibi Bal.de appell. Accedit etiam quòd † ni-
hil,& inualidum æquiparantur.l.ſi aut nullum,vbi Bald.C.
32 de legit.hære. & † quod nullum eſt, nullum producit effe-
ctum.l.4. §.cõdemnatum, ff.de re iud.& in terminis noſtris
voluit Abb.in conſil.63.col.3. in 3.dubio, ubi inquit, quòd
33 † inuentarium confectum extra tempus à lege ſtatutum,
vel non ſeruata ſolennitate requiſita redditur nullum d.l.
fina.& in nullo eſt profuturum hæredi. Quòd autem nulli-
ter factum fuerit,demonſtratur. Quoniam,& ſi communis
34 opinio ſcribentium velit, quòd † hæredi nullum currat tẽ-
pus ad conficiendum inuentarium,niſi à die delatæ hæredi-
tatis,vt in d.l.fin.per Barto.& alios,tamen id locum habere
non admittunt, quando hæres malitioſè diſtulit hæredita-
tem adire in aliorum detrimẽtum,quoniam tunc etiam cur
rit tempus ante aditam hæreditatem. ita Barto.in d.l.fin.in
princ.in 4.oppoſi.& ibi Iaſ.col.fi.in princ.Cum.in conſ.73.
Moder.in dicto tract.de inuent.c.3.num.11. Dec.in d.conſi
lio 633.& Roma. in conſ.84. ubi dicit ſententiam hanc ro-
borari ex duobus.

Primò ex uulgari, ne contingat hæredi ex ſuo dolo, ac
malitia patrimonium auferri, cap.2. ad fi.de dol. & contu.
35 Secundò per id quod dicimus in ſimili,quòd † licèt con-
ditionale debitum per præſcriptionem non ſumat initium,
niſi demum poſt conditionis euentum.l.fi. §.ſin autem aua-
ritia,C.com. delega.attamen illud eſt verum, niſi talis eſſet
conditio,cuius implementum eſſet in poteſtate creditoris,
ut puta, quia poteſtatiua, tunc ſi implementum per negli-
gentiam creditoris differatur, præſcriptio etiam ſumit ini-
tium conditione pendente. l.pri. §. qui ſub conditione. ff.ſi
quis omiſſa cau.teſta. Malitia autem hæredis patens eſt, ut
colligitur ex facti narratione, quia per teſtes probatum
fuit,quòd hæres ipſe ſæpius dixit,quòd hæreditatis aditio-
nem differebat, ut fructus ante aditam hæreditatem ex re-
bus hæreditariis percipiendis commodo ipſius hæredis ap
plicarentur, quod ſecus eſſet ſi hæreditatem adiuiſſet, cum
eam legatariorum lucro & beneficio,fructus ipſi ceſſiſſent.
l.nihil.§.fi.de leg.1.l.ſeruo legato,in princ.ubi Bar.ff.eo.tit.
& ita in terminis terminantibus determinat Rom. in conſi-
lio 84. circa fi. Vnde, cum inuentarium infra id legitimum
tempus non fuerit confectum,nec initiatum,dolo, & mali-
gnitate hæredis, qui diſtulit hæreditatem adire, neceſſariò
ſequitur,ut illud nullum,& inualidum cenſeatur,ut per Ab
bat.ubi ſupra,ac Rom.in d.conſ.84.circa fi.

Secundò,patet alio modo,quòd nulliter confectum fuit:
36 quia factum † ſine præſentia iudicis,quæ requiritur: ut per
Bal.in conſ.183.uol.1.quoniam ille adeſſe debet, qui habet
37 citate,licèt ſecus dicat de decreto † iudicis, quia nullo iu-
re cauetur, quòd requiratur eius decretum: quod & affir-
mat Alex.in d.l.fi.in fi.principij, vbi atteſtatur hanc eſſe cõ
munem.Rurſus Bal.in conſil.265.in fin.uolum.3. & in con-
ſil.48.uolum.5.Ange.in d.§.hæc autem ſtipulatio, in 8.col.
uerſic.de quarto. ubi dicit ipſam fore neceſſariam, ut om-
nis in tali confectione ceſſet ſuſpicio,& pro hoc ſecundum
eum uidetur eſſe tex.in l,nulli. §.cùm autem. C.de epiſc.&
38 cler.& in l.de creationibus, C.de epiſc.aud. † Si enim epi-
ſcopus,qui tenet locum heredis, tenetur facere inuentariũ
coram iudice: ergo multò fortius uerus hæres,qui non tã-
ta pollet dignitate.& ſubdit ibi Ange.vnum,quod eſt bene
ponderandum,quòd ita communiter obſeruatur,& à more
non eſſe recedendum. Hanc quoque ſentẽtiam amplectitur
Pract.Papien.in for.libel.quo.pet.hæred. ex teſta.in uerbo
purè,col.fin. & in for.lib.quo.agi.ad ratio.redden.Luc.de
Pen.in l.1.uerſ.prima eſt,& in uerſ.5.forma,in princ.ibi,co
ram iudice ſedẽte.C.de cano.frum.urbis Romæ.lib.11. ubi
dicit hanc eſſe formam communem. Idem uoluit Mart.de
Fan.quem referunt,& ſequuntur Moder.in d.tract.de inuẽ.
in 3.cap.nu.9.
39 Tertiò nullum, quia † non ſubſcriptum ab ipſo hærede,
quod illud fecerit bona fide abſque malignitate, vt requiri
tur ſecundum tex.in d.l.fi.§.cùm igitur,vbi Bart.& alij,Iaſ.
in prin.dictæ l.in verſi.ſextò requiritur.Dec. in alleg.conſ.
633.col.pen.verſic.ſextò requiritur. Guid.in tract. de for.
inuentarij,in verſic.ſed an neceſſariò per tex.in d.l.fi.§.ſin
autem dubius,ibi ſubſcriptionem autem ſupponere hære-
dem neceſſe eſt, & ſic ibi legiſlator imponit talem neceſſi-
tatem hæredi ſe ibi ſubſcribendi, dum dicit, neceſſe eſt. &
ibi dicit Ang. in §. ſi verò expreſſim, in auth. de hæred. &
fal talem ſubſcriptionem per hæredem neceſſariò eſſe fien
dam,ut ualeat inuentarium.Idem Guid. vbi ſupra ibi in ver
ſic.quæro ſi hæres,ubi inquit, quòd, ſi hæres ſe non ſubſcri
40 bit in fine inuentarij, illud eſt nullum; quia † forma ordi-
nata à lege ſeruari debet, nec ab ea diſcedi debet.l.conſti-
tutionibus.ff. de muncip.l. cùm hi.§.prætor, ff.de tranſac.
maximè quando forma eſt data & ordinata ad ſolennitatẽ
alicuius actus,ut in caſu iſto: quia, ubi aliquid de ſolenni-
tatibus à lege ordinatis omittatur, totus actus uitiatur.l.
1.ubi eſt text. ad literam, ibi, infirma erit venditio, ſi hæc
fuerit forma neglecta,C.de præd.cur.lib.10.Bald.in conſil.
145.in prin.uol.4.Ang.in d.§.hæc ſtipulatio.colu.3. circa.
fi.verſi.ſi autem ipſe hæres.Pract.Papienſ.in for.libel. quo.
pet.hære.ex teſta.in verſic.purè.Ang.in d.§.extraneis,col.
1.Inſtitu.de hæred.qual.& differ.Sed in caſu,de quo agitur
nulla interuenit hæredis ſubſcriptio, igitur inuentarium
nullum ex defectu ſollennitatis non ſeruatę.Nec habet ob-
ſtare, quod ſupra dictum fuit ſufficere ſubſcriptionem al-
terius notarii, quando hæres neſcit ſcribere, quia reſpon-
41 detur, † concluſionem ipſam veram eſſe, ſed non militare
in terminis noſtris,ubi probatum fuit plenè & legitimè hæ
redem ſcire ſcribere, & multas litteras manu propria ſcri-
pſiſſe,ergo ceſſare videtur limitatio ipſa, & locum habere
diſpoſitionem ipſam requirentem ſubſcriptionem hæredis
in fine ipſius inuentarij.

Similiter non obſtat, quòd à multis annis citrà obſer-
uatum fuit, quòd in confectione inuentarij non requiritur
hæc ſolennitas ſubſcriptionis hæredis, quæ conſuetudo
valet ſecundum Guid.Pap.in dicto tracta. de form.inuent.
num.9.quia reſpondetur, quòd conſuetudo ipſa legi con-
traria,non fuit ad plenum probata: quia, licet adducantur
multa inuentaria ſine ſubſcriptione,minimè tamen proba-
tum comperitur, quod illis data fuerit fides in iudicio tan-
quàm ſolenniter confectis, vel quod ita palàm fuerint fa-
42 cta,quod venerint in notitiam populi, quia,cùm † conſue-
tudo ex tacito populi conſenſu inducatur. l. quibus. ff. de
ll.neceſſe eſt quod probentur actus, per quos eliciatur to-
tius populi conſenſus ad inducendum conſuetudinem, ita
in terminis inuentarij dixit Abb. in conſil.73. in 2.dubio,
verſicu. Et quanquam, vol.2.
43 Quarto dicitur, quod dictum † inuentarium non eſt le-
gitimum, cùm non contineat bona clarè & diſtinctè, vt
continere deberet, iuxta text. in l.ſi quis intra, C.de bon.
proſcrip.& ibi Bald.vbi dicit,Nota hanc l.pro inuentarijs
conficiendis, ſcilicet,quod inuentarium tunc dicitur legi-
timum, quando continet omnia plenè, diſtinctè & clarè,ut
colligitur in hac l.quam ad hoc bene nota. Et inquit etiam
ibi Barto.hæc lex docet, qualiter res in inuentario ſcribi
debent, quam vide, & tene menti.Sed in præſenti inuenta-
rio non reperiuntur deſcripta bona mobilia diſtinctè &
clarè,vt ponitur in d.l. quoniam in eo non ſcribitur, quòd
lecti ſunt tanti ponderis plumarum, nec quod linteamina
ſint tot brachiorum, tot telarum, & an de lino, vel de can-
nabe, pariterque quot alia vtenſilia alba, & telæ ſint tan-
torum brachiorum,vel ſubtilia,an groſſa:minuſque quòd aurũ
& argentum ſit tanti ponderis, vt propriè requiritur in d.
l.ſi quis intra, ibi quantum auri,& quantum argenti,veſtiũ
monilium, vel in ſpecie,vel in pondere, nec cuius menſu-
ræ ſint tapeti,tàm parui, quàm magni, ac ornamenta à le-
ctis, tàm linea, quàm ſerica, ac pariter cuius capacitatis
ſint vaſa vinaria, & an circulata cum circulis ferreis,vel li-
gneis,Vnde,cùm prædicta clarè & diſtinctè non fuerint de
44 ſcripta, & † inuentarium fiat, ut hęredi auferatur uia ma-
lignandi,§. hinc nobis, in auth.de hæred. & fal.Pau.de Ca-
ſtro conſil.210.in princ. ſecundum antiquam impreſſionẽ,
Bald.conſil.48.uolum.5. ſine quo.aliàs ceſſante tali deſcri-
ptione

ptione poſſet de facili res hæreditarias diſſipare, aut in præ
iudicium creditorum, & legatariorum furari, vt ad literam
dicit text. in d.l.ſi quis intra, ibi, ne quid rei priuatæ com-
modis per gratiam, atque colludium, furto ſubducatur. &
per Guid. in deciſ.351.colum. ſecunda, in princ. certè ſequi
tur, quod nullus eſt tam ſani capitis, qui cum veritate ſtan-
tibus his defectibus poſſit dicere dictum inuentarium cla-
rum, & diſtinctum, ſed incertum, obſcurum, & confuſum.

45 Nec habet obſtare, quòd dicta † lex, ſi quis intra, loqua-
tur in fiſco, quia reſpondetur, quòd etiam ea locum habet
in alijs conficientibus inuentarium, attenta ratione legis
46 poſita in verſicu. Ne quid &c. quæ generalis eſt, † Ratio
enim legis ubi ſubeſt, magis attendi debet, quàm legis di-
ctum.l.cum pater.§.dulciſſimis, de lega.2. Sed ratio ipſius
legis ita militat in alijs, ſicut in fiſco, ergo & eadem iuris
diſpoſitio.l.illud.ff.ad l.Aquil.& ideo dixit Guid.Pap.in de
47 ciſ.931.colum.3.quòd† diſpoſitio d.l. etiam habet locum
in pupillo. Et quòd habeat locum in omnibus inuentarijs,
volunt Bald.in d.l.ſi quis, dum dicit eam notandam pro in-
uentarijs conficiendis, & Barto. dum inquit, quòd dicta lex
docet, qualiter res deſcribi debent in inuentario. Idem ſen
tit ibi Odofr. in fin. Pro cuius ſententiæ confirmatione be-
nè facit, quod no.Bar.in l.fi.C.de magiſtra.conuenien. vbi
tradit, quod in inuentario debent deſcribi res cum circum
locutionibus, quibus poſſunt, quæ circumlocutiones non
poſſunt intelligi, niſi reſpectu ponderis, & menſuræ. Ac-
cedit quoque, quod voluit Bart.in l.tutor qui repertorium
48 col.2. verſic. quæro qualiter res, vbi dicit, quòd † omnes
res debent ſcribi per ſigna, latera, & confinia, ſicut in libel-
lo ponerentur, vt dicitur in l.ſi rem.ff. de rei vend. Pract.
Pap.in for.lib.quoad redden.ratio.col.3.verſi. adhuc quæ-
ritur, ubi dicit, in inuentario eſſe ponenda omnia iura cor-
poralia, & incorporalia, omneſque res, tàm mobiles, quàm
immobiles, per ſigna, latera, & confinia, taliter quòd res
reddantur certæ, ita quod tutor poſſit pro ipſo inuentario
conueniri tempore rationis reddendæ.l.fi.C.arbitr.tute. Si
igitur in inuentario tutoris id fieri debet ad commodum
minoris, vtique eadem ratione idem dicendum videtur, in
inuentario hæredis ad commodum legatariorum, & credi-
torum.d.l.illud, ad l.Aquil.

49 Vltimo, dictum † inuentarium eſt ineſficax, quia ſine
æſtimatione rerum, ut per Bar. & Bald.in l.fin. C. de magi-
ſtra. conuent.& Sal.ibi in 1.not.vbi dicit, quod fieri debet
cum rerum æſtimatione & quod ſemel vidit vnum ſic fa-
ctum, ſed de conſuetudine habetur in pluribus locis con-
trarium, ſed malè pro pupillis. Idem Sal. in l.tutores, q.8.
C.de admin. tuto. vbi inquit, quod quælibet res mobilis
ſaltem debet æſtimari, & eius æſtimatio iuxta ipſam rem
deſcribi, ne fraudetur pupillus: & mouetur per tex.in d.l.
fi.C.de magiſt.conuent. Subdens quod aliàs vidit inuenta-
rium ita factum in una ex ciuitatibus Marchiæ, licèt Bono-
niæ non obſeruetur, ſed væ pupillis. Hoc idem voluit Pau.
de Caſt.in conſi.124.in fi.volum.1.vbi dicit, quod inuenta-
rium debet fieri, vt releuetur adultus ab onere probandi
res ſuas & introitus earum, & ideo debet taliter fieri, quod
ex eis poſſit tutor conueniri, & conuinci deſcribendo res
per confinia, & latera, ſicut in libello ponerentur: ut dixit
Bart. in l. qui repertorium, & etiam ponendo æſtimatio-
nem rerum, ut dixit Bar.in d.l.fi.& uerſic. ad hoc ad fin. ut
ſi culpa tutoris perdantur, adultus non grauetur in pro-
50 bando, quod ipſe habebat res talis eſtimationis.& ideo† ſi
non cóficitur, tã de re, quàm de eſtimatione, ſtatur iuramẽ
to adulti: vt voluit Gloſſella in d.l.tutor, in verſic. pro-
pter res & cauſas amiſſas. Bertach.in uerb. Inuentarium hę
redis, uer.30.ubi allegat ita etiam uelle Barto.in tract. in-
uent.colum.penul.Camb.in tracta.clauſ. clauſula, Nil no-
ua.inuent.confec.pend.col.16.verſic.ſed circa hoc aduer.
te, & 31.verſic.decimò quæro.Plot.in repet.l.ſi quando, nu
me.239.& ſeq.vbi dicit, contra tutores, curatores, ac hære-
des, & omnes prælatos, ac adminiſtratores, qui tenebantur
deſcribere in inuentario, & ponere ipſa bona cum eorum
pretio, ualore, & æſtimatione, & quantitate iuratur in litẽ,
quia paria ſunt inuentarium non facere, vel facere, & non
omnes res ponere, vel obſcurè ponere, ita quòd de earum
pretio non conſtet, quia pro omnibus his iurari in litem
poteſt, ſicuti ſi nullum confectum fuiſſet inuentarium Gul.
Maynerij, in l.quo tutela, num.59.de reg.iur. vbi ſubdit, ſed
dicite quod magis væ illis, qui eos fraudant, vel decipiunt,
quoniam Dei manum, & vindictam nõ effugient, quàm cõ-
minatus eſt per Moyſem Exodi 22.c.& Eccleſiaſt.25.

Vnde, ex his, quæ ſubtiliori calamo ſuprà ſcripta ſunt, &
quæ communiter à Scribentibus admittuntur, Concluden-
dum arbitror, dictum inuẽtarium ex defectu ſolennitatum
non obſeruatarum, & quæ in eo requiruntur, vt patet ex iu-
51 ribus & auctoritatibus recitatis nullum eſſe, quia † perfun
ctorium, teſte Bald.in conſ.220.col.2.vol.4. Dominumque
Hectorem teneri creditoribus & legatariis vltra vires hæ-
reditarias, eumque gaudere nõ poſſe priuilegijs, quæ com
petere ſolent ſolenniter conficientibus inuentaria, & quo-
52 niam † inuentarium hæredis, ſcrupuloſa res eſt; & ſæpe
etiam induſtrioſi falluntur, vt inquit Bald.in conſil.148.in
prin.vol.4.conſulo hæredibus, qui non volunt teneri vltra
vires hæreditarias, & qui potiri intendunt prærogatiuis, &
priuilegiis, de quibus ſupra, quòd cõficiant ſua inuentaria
ſolenniter cum conſilio Iuriſperitorum, non Tyronum, qui
parum ſciunt de theorica, & minus de practica: ſed uete-
ranorum, & conſummatorum, quia hoc modo euadent om-
nia pericula, & damna, & conſequentur commoda, de qui-
bus ſupra. Laus Deo.

## *SVMMARIVM.*

1 *Vxor vſufructuaria inſtitutis hæredibus filio, & extraneo, in portione vtriuſque alimenta tantum conſequi debet, & nu.5. Sed contra nu.6.*

2 *Determinatio vna reſpiciens plures determinationes, debet æqualiter determinari, fallit, vt in num.12.13.14.& 15.*

3 *Vxor Principis uſufructuaria inſtituto filio hærede in patrimonio priuato, alimenta tantum habere debet.*

4 *Vſufructuaria omnium bonorum inſtitutis filijs, debet tantum alimenta habere etiam ſi fuerit ei remiſſum onus conficiendi inuentarium, & dandi ſatiſdationem.*

7 *Conſuetudo Bulgari, quòd uxor uſufructuaria tantum debeat habere alimenta inſtitutis filijs, non extenditur ad tranſuerſales.*

8 *Item nec ad aſcendentes.*

9 *Vſufructuaria inſtitutis hæredibus extraneis ſecũdum omnes habet integrum vſumfructum.*

10 *Vxor relicta uſufructuaria, licet inſtitutis filijs non debeat habere niſi alimenta, tamen eis mortuis, ſi ſucceſſerint extranei, debet habere durante eius uita uiduali integrum uſumfructum.*

11 *Quod amplia procedere, etiam ſi bona tranſirent in fiſcum.*

16 *Vſufructuaria non poteſt uſumfructum capere propria auctoritate.contra num.21.& 25.ubi declaratur.*

17 *Vſufructuaria, cui debentur alimenta inſtitutis filijs, illa capere non poteſt propria auctoritate.contra, num.20.*

18 *Alimenta debentur ſecundum qualitatem redituum, non autem ſecundum quantitatem patrimonij.*

19 *Alimenta augenda ſunt ſecundum quod augetur ætas, & ſecundum conditionem eorum, quibus debentur.*

22 *Paria ſunt, quòd quis inſtituatur in re certa per verbum Inſtituo, vel per verbum Dominam.*

23 *Inſtituens in re certa poteſt propria auctoritate accipere rem in qua inſtitutus eſt, ſicut hæres uniuerſalis.*

24 *Verba, Dominam, & uſufructuariam, ſunt directa.*

26 *Vxor relicta domina & uſufructuaria, ſiue inſtitutis filijs, ſiue extraneis, ultra alimenta, uel uſumfructum, poterit dotes ſuas petere, niſi aliud diſpoſitum ſit per teſtatorem.*

27 *Vxor relicta domina, & uſufructuaria, donec uixerit, & uitam uidualem duxerit, dotemque nõ petierit, legatum perdit ſi dotem petierit.*

*Vxor*

28 *Vxor relicta domina & uſufructuaria, ſi dotem non petie-
rit legatum non amittit, ſi hæredes ſponte ſibi ſoluant do
tem.*
29 *Vſusfructus omnium bonorum comprehendit etiam uſum-
fructum uenalium.*
30 *Necnon, & pecuniæ.*
31 *Vſufructuaria debet etiam alimentari de fructibus rerum
feudalium.*

## CONSILIVM LXXIIII.

QVia de pluribus quæritur, per ordinem ad ſingula reſpō
debitur. Quò igitur ad primum, An magnifica D. Aloiſia
relicta domina, & vſufructuaria omnium bonorum quondā
magnifici do. Gentilis de Gauotis eius mariti debeat habe-
1 re † vſumfructum, vel alimenta in dimidia dictorum bono-
rum, in quibus fuit factus cohæres Do. Alex. de Prato cum
magnifico Do. Alexandro filio d. do. teſtatoris. prima facie
dicendum videtur, quòd alimenta tantum habere debeat,
2 & non vſumfructum: quod probatur. Nam † vna determi-
natio reſpiciens plures determinationes, debet æqualiter
determinari. l. nam hoc iure, ff. de vulg. & pupil. l. in teſta-
mento. C. de teſta. mili. Sed d. do. Aloiſia de dimidia bono-
rum, in quibus fuit inſtitutus do. Alexan. filius ipſius, non
debet habere niſi alimenta vigore præeminentiæ, quam ha
bebat viuente marito, ſecundum communem Docto. ſenten
tiam, & conſuetudinem Bulgari. quæ per totam Italiam vi-
get. glo. in auth. hoc locum, vbi Bart. & alij. C. ſi mul. ſecun-
dò nupt. Barto. & cæteri, in l. Titia cum teſtamento. §. Titia
cum nuberet. ff. de leg. 2. Paul. de Caſtr. in conſilio 388. in
princ. & in conſil. 476. col. 2. verſ. non obſtat. Alex. in conſ.
74. in fi. vol. 7. Deci. in conſ. 454. col. 1. Rui. in conſ. 26. nu. 2.
vol. 5. & quam communem aſſerunt Alex. in conſ. 56. col. 1.
in fi. vol. 3. Dec. in conſ. 526. col. 1. & in conſil. 537. in princ.
Iaſ. in conſ. 90. col. 1. volu. 1. Gozad. in conſ. 99. num. 8. Pariſ.
in conſ. 21. col. 1. vol. 2. & in conſ. 96. col. pen. in fi. vol. eod.
Soc. iun. in cōſ. 99. nu. 12. vol. 1. Gozad. in conſil. 47. in prin.
vbi inquit, quod iſta opinio ſeruatur de facto in tota Italia,
3 prout & ſimiliter tradit Pariſ. in cita. conſ. 21. col. 1. † Quæ
ſententia ampliatur etiam procedere, ſi Princeps inſtitue-
ret filios in patrimonio priuato, & vxorem dominam, &
vſufructuariam relinqueret, vt per Bald. in conſ. 429. in 4.
par. quem ſequitur Picus in d. §. Titia cum nuberet. nu. 78.
4 † immo, & ſi teſtator eam releuaret ab onere ſatiſdandi, &
conficiendi inuentarium, & quòd non teneretur reſti-
tuere æſtimationem rerum, quarū vſusfructus ad eam per-
tinebat, ſed tantum ipſas res, prout reperirentur tempore
mortis ſuæ, ut per Arèt. in conſ. 40. quem ſequitur Gozad.
in alleg. conſ. 99. nu. 8: & Soc. iun. in allegato conſ. 99. n. 20.
Si ergo de dimidia filij non debet habere niſi alimenta, ita
5 et iam dicendum uidetur, ut æqualis fiat determinatio, † ꝙ
par iter de dimidia do. Alexan. de Prato non debeat habere
niſi alimenta, ut in terminis decidere uidetur Salicet. in d.
auth. hoc locum, col. 3. uerſic. ſed ſuppoſita, quem ſequitur
Fel. in c. 1. col. 3. in fin. de præſcript. & Guili. Bene. in Repe.
c. Raynutius, in uerb. cætera bona, nu. 20. ubi inquit dictum
Sal. ſingulare, & num. 23. ibi, niſi, ut ſupra dixi. Verum præ-
miſſis non obſtantibus, altera ſententia eſt de iure uerior,
uidelicet, quòd reſpectu filij relictum ex ui dictæ conſuetu
6 dinis Bulgari, reſtringitur ad alimenta, ſed † reſpectu ex-
tranei, quòd ipſa habere debet integrum uſumfructum ut
expreſsè determinant Barto. Imol. Raphael. Flo. & Picus, in
d. §. Titia. Alex. ibi in 3. apoſtilla, Ange. in trac. de teſt. in uer
ſic. Item reliquit d. B. eius uxorem, in 2. col. Ruin. in conſ. 3.
num. 11. & num. 21. uolum. 2. iu conſil. 106. num. 6. in conſi-
lio 157. num. 2. & 7. uolum. eod. & conſil. 26. num. 4. uol. 5.
& ratio eſt, quia, cum fauore filiorum iutroducta fuerit di-
cta conſuetudo, quòd uxor tantum habeat alimenta, meri-
tò extenſio ipſius non debet fieri ad extraneum. arg. l. ſi ita
7 ſcriptum ff. de manu. teſta. Nam ſi † dicta conſuetudo non
extenditur ad tranſuerſales teſtatoris, ut ad fratres, uel ſo-
rorem, ut inquit Imol. in d. §. Titia, in ult. quæſt. Iaſ. in con-
ſil. 44. in 3. quæſito, & Alex. in conſil. 57. colnm. 1. vol. 3. vbi
8 plus tenet, ꝙ † etiam locum non habeat in aſcēdentibus .n-
ſtitutis minus ea extendi debet ad extraneum, vt per Doc.
in d. §. Titia, vbi omnes interpretes, pro abſoluto admit-
tunt, † vxorem relictam dominam, & vſufructuariam inſti-
9 tuto extraneo hęrede conſequi debere integrum uſumfru-
ctum. Pau. de Caſtr. in conſil. 388. in fi. Guliel. Bene. in d. c.
Raynutius. num. 22. & Alex. in cita. conſil. 57. & id tantum
eſt verum, quod dicunt ſcribentes, quod licèt ſecundum
conſuetudinem prædictam Bulgari. quando vxor relinqui-
tur domina, & vſufructuaria à marito inſtitutis filijs, ipſa
non debeat conſequi niſi alimenta vigore pręeminentiæ,
quam habebat viuente marito, tamen † quando filij mor-
10 tui ſunt, quibus ſucceſſerunt extranei, vxor relicta domi-
na, & uſufructuaria, donec vel quouſque vidualiter vixe-
rit, debet habere integrum vſumfructum, quia dicitur tale
legatum annuum. Ita Pariſ. conſil. 21. col. 1. in fin. volum 2.
conſil. 94. num. 44. in fin. & in conſil. 96. num. 31. volu. eod.
Soc. iun. in conſil. 85. nume. 21. volum. 1. & conſil. ſequenti
quod eſt ſubſcriptio Decij, num. 6. Gozad. in conſil. 99. nu.
9. Ruin. conſil. 17. num. 13. volum. 2. conſil. 42. nume. 1. volu.
eod. in conſil. 26. nume. 3. vol. 5. ubi vult etiam † hoc pro-
11 cedere, quando bona teſtatoris relicta filio tranſirent ad
fiſcum.

Non obſtant adducta in contrarium, videlicet, ratio
æqualis determinationis, quia reſpondetur, quod † regula
12 ipſa æqualis determinationis non habet locum in caſu, de
quo agitur, ut minus corrigatur ius commune, quia tunc fit
determinatio difformis, & inęqualis, ita Abb. in c. cum dile
ctus, de cōſuetud. ubi per illum tex. notabiliter dicit, quod
quamuis debeat fieri æqualis determinatio, quando vna de
terminatio reſpicit plura determinabilia, tamen ad effe-
ctum, ut minus corrigatur ius commune, debet fieri deter-
minatio inæqualis. Sequitur Ruin. in conſ. 64. nu. 7. vol. 3.
in conſil. 169. nu. 11. uolu. eod. in conſil. 157. num. 7. volu. 2.
& in conſil. 157. num. 14. uol. 5. Sed ſi nos diceremus, quòd
iſta conſuetudo, quæ interpretatur, quòd illa verba, relin-
quo vxorem meam dominam & uſumfructuariam, impor-
tant fauore filiorum legatum alimentorum tantum, & quæ
eſt contra diſpoſitionem iuris communis. l. vxori meæ, ff.
de uſufruct. lega. extendatur etiam ad extraneum, quando
eſt inſtitutus cum filio, magis pręiudicaretur iuri commu-
ni, & ab eo recederetur. Propterea ut correctio iuris com-
munis reſtringatur, inæqualis, & difformis determinatio
ſumitur, quia idem uerbnm relatiuum ad diuerſos, diuerſi-
modè poteſt, & debet capi, ſi uniformiter illud ſumendo
præiudicaretur iuri communi: & iſto caſu etiam loquun-
tur iura allegata per Bartolum in dicto §. Titia. & lex, ſi ita
ſcriptum. ff. de man. teſta. ubi uerba relata ad legatum liber
tatis, & fundi, capiuntur difformiter, quia interpretatio
illorum uerborum quo ad legatum libertatis fit de iure
ſpeciali. & l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto, C. de te-
ſtam. Facit etiam l. mulieri, & Titio. ff. de condi. & demon.
Vbi conditio reiicitur de legato facto mulieri, ſed de par-
te relicta Titio non: & ſic legatum Titio coniunctum cum
legato facto mulieri in hoc non participat de illo, quamuis
ſequatur inæqualis determinatio, & hoc quia quo ad mu-
lierem reijcitur de iure ſpeciali. ita Ruin. in d. conſ. 157. nu.
7. volum. 2.

Secundo reſpondetur, quod dicta regula limitatur etiam
13 locum non habere, ubi † in uno determinabilium non eſt
eadem ratio, ſecundum Imol. in l. Caius. ff. ſolu. matr. per l.
cū mulier, iuncta glo. ff. eo. tit. Pariſ. in conſ. 110. nu. 15. uol.
3. Rui. in couſil. 2. nu. 10. uol. 2. cōſ. 64. nu 8. uol. 3. & in cōſ.
169. nu. 11. uerſ. ſecundo reſpondetur, uol. eo. Sapia. in l. hæ-
reditatem. nu. 7. C. de impub. & aliis ſubſtitutio. Picus in d.
§. Titia, nu. 33. Sed in caſu de quo agitur, eſt maior ratio in
uno determinabilium, ſ. fauor filiorum, quia in aliis non eſt
ita debita hæreditas, ſicut ipſis deſcendentibus. l. ſcripto. ff.
unde liberi. Alex. in conſ. 57. col. 1. in fi. uol. 3, ergo non mi-
rum ſi difformis datur, & inæqualis determinatio. Ita Pi-
cus, ubi ſuprà, num. 38.

Tertiò

14 Tertiò reſpondetur, quòd dicta regula etiam locum non
habet, vbi vnum ex determinabilibus eſt magis fauorabi-
le, quia tunc non debet fieri æqualis determinatio. Ita Be-
ned. de Plumbi. in l. ſi ita ſcriptum. ff. de manu. teſtam. Iſtud
etiam probatur in l. ſi ita ſcriptum. ff. de ſtatu lib. Alex. in d.
l. nam hoc iure. Ruin. in conſ. 2. nu. 10. vol. 2. in conſ. 64. nu.
8. vol. 3. & in conſil. 157. num. 7. vol. 2. ſed magis fauorabi-
le eſt, quòd conſuetudo ipſa reſtringatur ad commodum
extraneorum, quib. hæreditas magis eſt debita: ergo mirũ,
ſi inæqualis fieri debet determinatio.
15 Quartò, & vltimò reſpondetur, quòd † illa regula pro-
cedit, niſi repugnet natura determinabilium, quia tunc de-
bent determinari ſecundum naturam vniuſcuiuſque deter
minabilis, ſecundum Cardi. in c. olim ex literis, per illum
tex. de reſcript. in cap. ab excommunicato, eod. titu. Rui. in
couſil. 157. nu. 14. volum. 5. Sed in caſu noſtro repugnat na
tura determinabilium, quæ eſt, vt reſpectu filiorum dictum
relictum reſtringatur ad alimenta, ſed reſpectu extranei ꝙ
non extendatur: ergo inæqualis, & difformis debet fieri
determinatio.
Ad ſecundum articulum condeſcendo, in quo prima
fronte videtur dicendum, quod ipſa Magnifica Domina
16 Aloiſia, quàmuis † uſufructuaria, alimenta ipſa, & vſum-
fructum capere non poſſit propria auctoritate, vt vult Sal.
in l. 1. colum. fin. C. de vſufruc. vbi dicit, quod ille, cui re-
cta via legatus eſt vſusfructus fundi non poteſt propria
auctoritate accipere legatum, & ingredi rem fructuariam,
quia hoc iure cautum non reperitur, & Salic. ſequitur Ale.
in conſil. 50. num. 5. & Soc. in conſil. 131. colum. 4. in princ.
verſ. nec obſtat, quod vltimo loco, volum. 1. Secundò mo-
ueor ex not. per Bart. & alios in l. extraneum, C. de hæred.
inſtit. vbi vſufructuarius omnium bonorum nullo modo
poteſt capere auctoritate propria vſumfructum, niſi in vno
caſu, quando hæres eſt inſtitutus poſt mortem vſufructua-
rij, quo caſu propter repugnantiam capit de facto. Soc. vbi
ſupra, & Gozad. in conſil. 91. col. 2.
17 Secundò dicitur, quod† capere non poteſt alimenta pro
pria auctoritate ratione incertitudinis. Nam antequàm li-
quidentur, non videtur, quod aliquo modo capere poſſit:
18 cùm † alimenta debeantur ſecundum quantitatem reddi-
tuum & non ſecundum qualitatem patrimonij Bart. & An-
ge. in l. Imperator, ff. ad Treb. Bart. in l. cùm alimenta, ff. de
alim. & cibar. lega. Alexan. in conſil. 100. colum. fi. volu. 1.
19 & Crauet. in conſil. 199. colum. pen. Item & quia † augẽ-
da ſunt, ſecundum quod augetur ætas, & ſecundum condi-
tionem eorum, quibus debentur. Floria. in l. ſed & ſi quid.
§. mancipiorum. ff. de vſufruct. Docto. in l. ſi cùm dotem. §.
ſin autem in nouiſſimo, ff. ſolu. matr.
Sed præmiſſis non obſtantibus, contrarium de iure ve-
20 rius eſſe arbitror, quòd imò † domina ipſa poteſt capere
propria auctoritate alimenta, & vſumfructum, vt in termi-
nis voluit Barto. in auth. hoc locum, colum. 4. verſi. ſi autem
relinquis vxorem. C. ſi mul. ſecundo nupſ. vbi dicit, quod ſi
teſtator relinquit uxorem dominam uſufructuariam om-
nium bonorum ſuorum, interpretatio fit, vt ſolùm habeat
alimenta ſecundum dignitatem, & facultatem, quæ vxor
percipiet à ſe ipſa, non autem de manu filiorum, ſeu hære-
dum. Sequitur Gozad. in conſi. 95. num. 11. vbi ſubdit, quod
iſtud non poteſt conſiderari, vt procedat, niſi propter præ
eminentiam ſibi datam à teſtatore, licèt ipſa non ſit domi-
na, nec aliquam poſſeſſionem ciuilem, vel naturalem repe-
riatur habere. Ita etiam dixit Io. And. in add. ad Specu. in ti-
tu. qui filij ſint legit. §. 1. Ang. in l. 1. ff. rer. amot. Albe. in d.
auth. hoc locum, col. 2. Dec. in conſil. 417. colum. 2. uerſic.
Sed tamen in caſu noſtro, in conſil. 476. colu. 2. uerſic. non
obſtat, & in conſil. 607. colum. 2. Alex. in conſil. 50. colum.
2. uerſic. dum etiam adducebam. Pariſ. in conſil. 98. colu. 2.
21 uolum. 2. & Picus in d. §. Titia, num. 137. Et † quod dictum
eſt de alimentis, pariter dicendum eſt de uſufructu reſpe-
ctu partis Domini Alexandri de Prato, quia eſt idem lega-
tum, vt per Bart. in d. auth. hoc locum, qui a arguit de vſu-
fructu ad alimenta. Deci. in conſil. 476. col. penu. in fi. & in
conſil. 418. colum. 2. Idem Dec. inter conſilia Soc. iun. in cõ-
ſil. 86. num. 7. Soc. ipſe in conſil. 99. num. 19. volum. primo,
& 607. colum. 2. ubi inquit huiuſmodi dominam & vſufru-
ctuariam omnium bonorum habere poteſtatem percipien-
di vſumfructum propria auctoritate, ſiue tale legatum exi
ſtentibus filijs reſoluatur in alimenta, ſiue tale legatum ſit
integri vſusfructus. & ratio eſt, quia mulier iſto caſu cen-
ſetur per dicta uerba, dominam & uſufructuariam inſtitu-
22 tam in re certa, quia † à pari procedunt, quòd quis inſti-
tuatur in re certa per verbum inſtitutio, vel per uerbum
dominam, vt per Alex. in l. nemo poteſt, colum. 6. ff. de le.
23 primo. Sed † inſtitutus in re certa poteſt rem, in qua inſti-
tutus eſt, accipere propria auctoritate, quia verbum hęres
eſt verbum directum: ut notat Bar. in l. ex facto, *la grande*,
colum. 2. uerſic. & puto. ff. de hær. inſtit. ubi dicit, ſe putare,
quod poteſt ſua auctoritate inſtitutus in re certa accipere
rem, in qua eſt inſtitutus, ſicut hæres vniuerſalis. Iaſ. in l. quo
tiens, in fi. col. 1. verſ. facit in contrarium. C. de hæred. inſti.
24 Dec. in citato conſil. 607. col. 2. Ergo & † relicta Domina, &
uſufructuaria, quia iſta uerba ſunt uerba directa. Bal. in c. fi.
col. 4. uerſ. conſuetudo interpretatur. Dec. in d. conſil. 607.
Picus in d. § Titia. nu. 37. uerſic. confirmatur iſta concluſio.
Supereſt, vt adductis in contrarium reſpondeatur. Et
primo dicitut, quod, licèt regulariter verum ſit, quod uſu-
fructuarius omnium bonorum non poſſit capere uſumfru-
ctum, vel alimenta, propria auctoritate, iuxta not. per Bar-
to. in l. fundi Trebatiani. ff. de vſufruct. lega. & per ea, quæ
25 ſupra dicta ſunt, tamen † concluſio ipſa locum habere non
videtur, quando teſtator uſus eſt his uerbis, Dominam &
uſufructuariam, ut quotidie fit, quia tunc propria auctori-
tate capere poteſt: ſiue legatum reſtringatur in alimenta,
ſiue reſpiciat integrum vſumfructum. Ita Doctor. ſupra ci-
tati, & Picus in d. §. Titia. nu. 137. poſt Io. And. vbi ſupra, vbi
dicit, quòd licèt verbum vſufructuaria reſoluatur in lega-
tum alimentorum, tamen ſi non ſunt appoſita verba impor
tantia præeminentiam, ſcilicet Dominam, uel maſſariam, nõ
videtur, quòd mulier poſſit propria auctoritate capere ali
menta, ſed de manibus hæredum, vt regulariter dicimus in
alio legato alimentorum. & idem ſubdit in verſ. Idem pu-
tarem, quando teſtator reliquiſſet vſumfructum inſtitutis
extraneis, non apponendo verbum dominam, ſeu alia ver-
ba importantia præeminẽtiam, quia uſufructuaria non poſ-
ſet capere propria auctoritate uſumfructum, & hanc decla
rationem dicit Picus, vbi ſupra veriſſimam.
Non obſtat ſecundò incertitudo, quia reſpõdetur, quòd
non eſt incertitudo, quia verba habent in ſe relationem ad
certum. ſicut in dote. argum. no. in l. cùm poſt. §. gener. ff. de
iure dot. & in ſpecie, quòd huiuſmodi incertitudo non ope
raretur, quin propria auctoritate relicta domina, & uſufru
ctuaria poſſit capere alimenta, uoluit Bart. in dicta authen.
hoc locum, colum. 3. in princip. Gozad. in citato conſil. 95.
in fine.
Circa tertiũ articulum, quia verba thematis ad me trãſ-
miſſi ſunt aliquantulum obſcura, procedam per concluſio-
nes, ex quibus veritas quæſiti apparebit. Prima enim erit
26 concluſio, quòd † vxor relicta domina & vſufructuaria om
nium bonorum mariti, inſtitutis filiis, vel extraneis, poterit
conſequi vltra alimenta & vſumfructum, dotes ſuas, niſi cõ
trarium diſpoſitum fuerit per teſtatorem. Ita Pau. de Caſt.
in conſ. 248. in antiquis, quod inquit notandum. Picus in d.
§. Titia. nu. 132. quia quotidianum.
27 Secunda eſt concluſio, quòd † ſi teſtator loquutus eſt de
dotibus, vt quia dixit. Relinquo vxorem meam dominam &
vſufructuariam, donec vixerit, vitam vidualem honeſtam
duxerit, & dotem non petierit. & tunc ſi petat dotem, per-
det legatum. Ita Pau. de Caſt. in l. non amplius, ff. rem ratam
haberi. & Picus in d. nu. 132. & 134.
Aut uerò dotem non petiit, ſed hæredes eam ſponte ſibi
28 ſoluerunt: & iſto caſu, † mulier ſibi non præiudicat in le-
gato. Ita Bal. in l. 1. C. de leg. quia hæres, qui ſpontè ſoluit,
& offert dotem, videtur renunciare conditioni pro ſe ap-
poſitæ, & ideo habetur cõditio pro impleta, quia per hære-
dem

dem ſtat quominus impleat. Nec poteſt imputari vxori cur acceperit, cùm hæres ipſe ſpontè obtulerit ei. l. fideicõmiſſa, §. ſi in rẽ, uerbo maximè. ff. de leg. 3. ſequitur Pau. de Caſt. in d. l. amplius, ubi inquit, quòd aliàs fuit quæſtio de facto in ciuitate Florentiæ, dum hæredes uellent decipere mulierem uſufructuariam, quia potius uolebant dare dotem, quã uſumfructum omnium bonorum, obtulerunt dotem, ipſa non audebat recipere, ne ſibi præiudicaret, dicit Pau. quòd potuit accipere, ex quo non interpellauit hæredes. & hanc eſſe ueritatem putat Picus in d. §. Titia. nu. 142. & 134.

29 Quarta etiam eſt quæſtio, An † in tali legato, de quo ſupra, ueniat uſusfructus rerum uenalium, quæ ſunt in domo uendendi cauſa? & concludendum eſt, quòd ſic, ut in ſpecie decidit Barto. in l. generali. §. uxori, ff. de uſufruct. lega. per tex. in l. pediculis. §. Labeo. ff. de aur. & argen. lega. niſi teſtator reſtringeret legatum, dicendo, Relinquo uſumfructum omnium rerum mearum, quæ domi ſunt, quia per talia uerba reſtringitur legatum, ut non ueniant uenalia, per tex. in d. §. uxori. Idem tenuit Alex. ibi in addi Neguſ. in tracta. de pigno. in 2. membro 2. par. nu. 16. in fi. Deci. in conſ. 294. colu. 2. & in conſ. 358. colum 2. in princ. & ideo dixit
30 Alex. in dicta addi. ad Barto. quòd † etiam in tali legato ueniret uſusfructus pecuniæ, quia pecunia ſemper dicitur uenalis, & parata alienationi, l. fi. & ibi Bal. C. de cõpẽ. & Picus in d. §. Titia. nu. 112.

31 Circa ultimum. An † dicta Domina uſufructuaria alimẽtari etiam debeat de fructibus prouenientibus ex bonis feudalibus? concludendum arbitror, quòd ſic, vt in terminis decidit Picus in d. §. Titia, num. 126. uerſic. prædicta tamen limitatio. Quod inquit notandum, quia fortè non reperies in ſpecie alibi deciſum. Laus Deo Opt. Max.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

*1 Interdictum quorum bonorum dicitur adipiſcendæ.*
*2 Interdictum quorum bonorum datur vero hæredi, vel bonorum poſſeſſori contra eum, qui non vero titulo poſſidet.*
*3 Interdictum quorum bonorum directum ſecundum communem datur hæredi de iure prætorio, & utile de iure ciuili.*
*4 Interdictum quorum bonorum, quod datur bonorum poſſeſſori de iure prætorio, non datur ad res particulares: ſecus interdictum utile, quod datur hæredi de iure ciuili.*
*5 Petitio hæreditatis non ſolum datur ad uniuerſam hæreditatem, ſed etiam ad unam rem particularem.*
*6 Interdictum quorum bonorum intentans debet petere ſe cõſtitui poſſeſſorem bonorum petitorum, uel ſe immitti in eorum poſſeſſionem, uel aduerſarium condemnari ad reſtitutionem poſſeſſionis.*
*7 Interdictum quorum bonorum nõ datur pro poſſeſſione rei, quam quis ſemel habuit, & nu. 20.*
*8 Verbum reſtituo adaptatur ad id, quod nunquàm quis habuit.*
*9 Verbum reſtituta poſitum in l. ſi quis maior, C. de tranſac. exponitur, id eſt, data.*
*10 Verbum reſtituere de quo in l. curabit, C. de actio. empt. adaptatur ad ſolutionem, & dationem.*
*11 Libellus ſuſtineri debet groſſo modo loquẽdo, & omni meliori modo quo poteſt.*
*12 Libelli uerba ſunt benignè interpretanda, & non ad eius ſubuerſionem, etiam impropriando uerba.*
*13 Interdicto quorum bonorum agens debet probare poſſeſſionem petitam, fuiſſe penes defunctum.*
*14 Probatio ſemiplena ſufficit in interdicto quorũ bonorum.*
*15 Cauſa poſſeſſorij reputatur modici præiudicij.*
*16 Interdictum quorum bonorum non datur contra titulo poſſidentem.*
*17 Petitio hæreditatis non datur contra titulo poſſidentem.*
*18 Poſſidentis conditio in pari cauſa melior eſt.*
*19 Inſtrumentum facit probationem promptam, manifeſtam, realem, probatam, euidentiſſimam, manifeſtiſſimam, liquidam, patentem, certam, indubitatam, & notoriam.*
*21 Petitio hæreditatis non datur pro rebus, quarum poſſeſſionem quis ſemel adeptus eſt.*
*22 Hæreditaria res eſſe deſinit per aditionem hæreditatis.*
*23 Confeſſio propria ſuperat omnes alias probationes.*
*24 Confeſſio maior eſt quolibet inſtrumento publico, & quibuſcunque depoſitionibus teſtium.*
*25 Confeſſio ubi eſt, ibi eſt relaxatio omnis probationis.*
*26 Iudex propriam confeſſionem alicuius nullam pronunciare non poteſt.*
*27 Inuenire quis non dicitur, niſi realiter apprehendat.*
*28 Statutum puniens inuentum cum armis, non comprehendit, niſi eos, qui actu cum armis deprehenſi ſint.*
*29 Inuentarium dicitur, quia reperta & inuenta in bonis pupilli ibi deſcribuntur.*
*30 Inueniri illud propriè dicitur, quòd manibus apprehenditur.*
*31 Tutor licet teneatur facere inuentarium de omnibus rebus pupilli, tamen ſi ſint aliqua debita, de quibus non reperiatur inſtrumentum, non tenetur ea ponere in inuentario, antequam exigat.*
*32 Litis conteſtatio eſt de ſubſtantia in interdicto quorum bonorum.*
*33 Sententia lata in poſſeſſorio eſt diffinitiua.*
*34 Litis conteſtatio eſt lapis angularis totius iudicij.*
*35 Litis conteſtatæ omiſſio uitiat totum proceſſum.*
*36 Litis conteſtatio tolli non poteſt per iudicem, nec de conſenſu partium.*
*37 Libello ſtatur in præiudicium libellantis.*

## CONSILIVM LXXV.

1 INterdictum quorum bonorum, † quod adipiſcendæ dicitur. l. 1. vbi Bart. & alij. ff. quo. bono. Ang. in §. quadrupli, colum. 10. de actio. Soc. iun. in conſil. 75. nume. 11. volu. primo, prima facie competere arbitror Magnifico Domino Anſelmo de Puteo, cui delata fuit hęreditas ab inteſtato quondam Magnifici Domini Baldaſaris eius patrui & quæ per eum adita fuit pro auocanda effectuali poſſeſſione re-
2 rum in libello petitarum, quoniam clariſſimi iuris eſt, † illud dari verò hæredi, vel bonorum poſſeſſori contra eum, qui non vero titulo poſſidet. Specu. in tit. de teſta. §. nunc dicendum, colum. prima, verſicu. & nota. Barto. & alij in l. prima. ff. quorum bonorum, in rubrica, & l. prima. C. eod.
3 Angel. in §. ſequens diuiſio, inſtitu. de interdic, vbi † interdictum quorum bonorum directum datur ſecundum communem hæredi de iure prætorio, & vtile hæredi de iure ciuili, & in §. quadrupli, colum. 10. verſicu. interdictum itaque. & in colum. 11. in fi. verſicu. quæro quo modo formatur libellus. Inſtitur. de actio. Alexand. in conſil. 4. nume 3. volum. ſecundo. conſil. 183. colum. prima, volum. 5. Dec. in conſil. 424. colum. ſecunda, in fin. verſic. & ex hoc infertur, & in conſil. 498. in princ. Gozad. in conſil. 12. nume. 12. & in conſil. 50. num. 15. & colum. penult. verſi. non obſtat ſecundum. Afflic. in deciſ. 14. num. 3. Soc. iun. in conſil. 75. colum. prima, & nume. 11. volum. primo, & Maran. in tracta. de ordi. iudic. in 4. par. in 7. principali diſtinctione, nume. 4. vbi dicit interdictum prædictum dari ei, cui delata eſt hæreditas, & qui eam adiuit de iure ciuili, vel agnouit bonorum poſſeſſionem de iure prętorio. l. prima, & ſecunda. C. quorum bonorum, & ideò quod agens ex vi illius interdicti, debet in libello ſuo narrare qualiter hæreditatem adiuit, vel delatam ſibi bonorum poſſeſſionem agnouit, & quòd nunc agit ad auocandam effectualem poſſeſſionem.
4 Nec habet obſtare, quòd † interdictum prædictum non datur ad res particulares, prout ſunt hæ, quarum poſſeſſio petitur. l. prima. §. fin. ff. quo. bono. quia aduertendum eſt, quòd interdictum quorum bonorum directum, quod datur bonorum poſſeſſori de iure prætorio, non datur ad res particulares, ex quo interdictum eſt petitorium, ſed ad vniuerſam hæreditatem, cùm principaliter ad hoc inductum

fuerit

fuerit, ſecus interdictum utile, quod datur hæredi de iure
ciuili, quia iſtud datur ad res particulares. Ita Specu. in d.
§.nunc dicendum, verſic. quid ſi res.l 1.§.fina. vbi Ripa.ff.
5 quorum bonorum, & in hoc † præſens interdictum ſimili-
tudinem habet cum petitione hæreditatis, quæ non ſolum
datur ad uniuerſam hæreditatem, ſed etiam ad unam rem
particularem.l.generaliter.l.licet, ff.de pet. hæred.Angel.
in d.§.quadrupli,col.10.verſic. & aduertas. Maran. præci-
tato loco.Sed in præſenti cauſa actum fuit vtili interdicto;
ergo &c.

Pariter non habet obſtare, quòd ineptè actum fuerit,
dum petitum fuit Magnificum Do.Syluestrum Paganum cō
demnari ad reſtitutionem poſſeſſionis prædiornm, de qui-
6 bus in libello, quia † debebat petere ſe conſtitui poſſeſſo-
rem dictorum prædiorum, vel ſe immitti in eorum poſſeſ-
7 ſionem, cùm † interdictum ipſum dari non poſſit pro poſ-
ſeſſione rei, quam quis ſemel habuit, prout præſupponit il
lud verbum ad reſtitutionem, vt per Alexan.in conſil.183.
col.1.vol.5.quia reſpondetur ſecundum Bart.in d.l.1.in fi.
ff.quo.bon.per illum text.quod licitè petere poſſum, quod
8 mihi reſtituatur, quod nunquam habui, quia † verbum re-
ſtituo, adaptatur ad id, quod nunquam quis habuit. Alex.
in addi.ad Bart.ibi.iterum in conſil.70.col.2.in fi.volum.6.
Ange.in d.§.quadrupli,col.11.in fi.Bal.in l.2.in verbo reſti
tui, per illum tex.C.quorum bono.Afflic.deciſ.118.& Soc.
iun.in conſil.75.num.15.volum.1.Pro cuius comprobatio-
ne benefacit, quod dixit Parpal.in l.ſi quis maior.in 14.no-
9 tabili. C.de tranſac. Vbi inquit, quod † verbum reſtituta
poſitum in d.l.quæ vult, quòd contraueniens tranſactioni
reſtituat pœnam, exponitur, ideſt, data & ideo tradit, quòd
in caſu ipſius legis procederet libellus, in quo diceretur.
Peto condemnari ad reſtituendam pœnam, quàmuis pœ-
na prædicta per prius non fuiſſet ſoluta. & ſubdit ibi Par-
pal.text.illum ponderare pro deciſione Bart.in d.l.1.ff.quo
rum bono. Vbi verbum reſtituo importat dare, etiam ſi ni-
hil anteà ſolutum ſit, & ait etiam ita tenuiſſe Alexan.& Ia-
ſo.in locis ibi per eum citatis, & cum Parpal.ibi etiam per-
tranſit Cagnol.in nume.96. Accedit quoque, quod inquit
Cagnol.in l.curabit, nume.45. C. de actio.empti. vbi dicit,
10 quod † verbum reſtituere poſitum ibi, adaptatur ad ſolu-
tionem, & dationem. & quòd in terminis dictæ legis pro-
cederet libellus, in quo ageret venditor ad pretij ſoluti re-
ſtitutionem una cum uſuris, licèt propriè loquendo agere
deberet ad ſolutionem, ſiue dationem. Nec mirum, quia ui-
11 demus, quòd † libellus debet ſuſtineri groſſo modo loquen
do, & omni meliori modo, quo poteſt. Bald.in l.fi.col.2.C.
de compenſa. quia non debet nocere talis ſimplicitas lo-
quēdi.Bal.in l.Polla.circa fi.C.de his quibus, ut indign. ubi
12 † uerba libelli ſunt benignè interpretanda, & non ad ſubuer
ſionem libelli, cùm libellus debeat ſuſtineri omni modo,
etiam improprio.Dec.in conſ.212.colum.fina. Alexand.in
conſil.38. colum.1.volum.3.Bart.& Doctor.in l.ſed ſi poſ-
ſeſſori.§.Item ſi iurauero.ff.de iure iurand.& ideo dixit Bar
to.in l.ſi olei, in fin.C.loca. quòd ſemel per dictam l.defen-
dit libellum. Nam quis agebat contra colonum, dicens,
quod ſibi locauerat fundum pro certa quantitate frumen-
ti: Opponebatur quod non erat locatio, & ſic quòd libel-
lus non procedebat. Inquit Barto. ſe dixiſſe, quòd proce-
debat, quia verbum locare ibi impropriè ponebatur, id eſt
in vſum concedi. Ange.in §.primo, Inſtitu. de loca. in §.ſe-
quens.in fin.colum.de actio.Alexand.in addit.ad Barto. in
d.l.ſi olei, Iaſo.in d.§.Item ſi iurauero, colum.2.in verſicu.
iſtam concluſionem confirmo.

Vltimò obſtare non habet, quod parte dicti Domini An
13 ſelmi probatum non fuit, quod † poſſeſſio bonorū petito-
rum fuiſſet apud defunctum, vt requiritur ſecundum Alex.
in d.conſil.70.volum.6.quia reſpondetur, quòd & ſi plenè
14 poſſeſſio ipſa probata non fuerit, tamen quod † ſemiplenè
& ſummariè probatur competitur poſſeſſio ipſa, quod ſuffi
cere videtur in hoc interdicto quorum bonorum, vt per
Bart.in l.1.col.fi.C.quo.bono.Alex.in d.conſil.70. col. fin.
Gozad.in conſil.50.col.1.Corn.in conſil.1.in fin.volum.3.
Gozad.in conſil.12.num.12.Maran. in tract.de ord.iud.in
4.par.diſtin.9.nu.43. verſic. In iſta contrarietate. & ratio
15 eſt, quia † cùm cauſa poſſeſſoria reputetur modici præiu-
dicij, ex quo venit retractanda in petitorio, merito admit-
titur ſummaria cognitio & ſemiplena probatio.Bart.in l.2.
§.fi.in princ.C.vbi in rem actio.Dec.in conſil.56. colum.1.
& in conſil.663.col.1.in fi.

Quibus non obſtantibus, contrarium in caſu, de quo a-
gitur, tenendum eſſe arbitror, duplici ex cauſa: quarum
prima eſt, quia apud omnes legum interpretes uno ore cō
16 cluditur, † interdictum quorum bonorum non dari con-
tra poſſidentem cum titulo.Bart.l.1.circa medium,ff.quor.
bono.ubi dicit hoc menti tenendum.Alex.in conſil.4. col.
1.volum.2.Corn.in conſi.18.litera D.volum.1. Ange. in §.
quadrupli,col.11.verſic.præterea, de actio.Ange.in l.2.C.
quo.bono.Ripa in l.1.num.2.ff.eod.titu.Socin.in conſil.75.
num.6.& 11.volum.primo.Maran.in d.tract. de ord.iud.in
4.par.in 7.diſtin.num.4.Berous inter conſilia ſtat.Montiſ-
ferrati, conſil.17.num.62.Colleg.Bonon.ibi.in conſil.15.
nume.5.& 7.Senatores Mantuani etiam ibi in conſil.25.nu.
17 3.& † in hoc æquiparatur petitioni hæreditatis.ut per Sa-
lic.in l.2.in fi.C. quorum bonorum, quæ ſimiliter non da
tur contra titulo poſſidentem, ſed contra eos, qui pro hæ-
rede poſſident.l.regulariter.l.pro hærede.ff.de peti.hæred.
l.hæreditatis, vbi Docto.C.eod.& ratio eſt ſecundum Bar.
& alios magis communiter, quia, cùm hæres ſolum titulum
habeat, in quo fundatur, & in poſſeſſionem defuncti, poſſi-
dens vero habeat titulum, & propriam poſſeſſionem, debet
18 ipſe ratione ſuæ poſſeſſionis præferri, quia † in pari cauſa
melior eſt conditio poſſidentis. Gozad.in conſil.50.nume.
decimotertio, & Socin.in conſil.75.nume.13. volumine 1.
Sed in caſu præſenti conuentus hoc interdicto poſſidet ti-
tulo vero pro emptore, vt conſtat ex inſtrumento in pro-
19 ceſſu deſcripto, quod † facit probationem promptam, ma-
nifeſtam, realem, probatam, euidētiſſimam, manifeſtiſſimā,
liquidam, patentem, certam, indubitatam, & notoriam, vt
ad ſaturitatem tradit Tiraquel. in tracta. de retract. f.392
nume.20.cum pluribus ſequentibus, ergo &c.

Secunda eſt, quia paſſim ab omnibus doctoribus, etiam
20 admittitur, † prædictum interdictum non competere ei,
qui ſemel adeptus eſt poſſeſſionem rerū petitarum: ſecus,
ſi nunquam habuit, iux.glo.not.in cap.2.de confeſſ. in d.§.
pro hærede, verſ.ideo autem.inſtit.de interd.Alex. in con-
ſil.183.colum.7.vol.5.& in conſil. 70.col.fi.volum.6.Ma-
21 ran.in d.ſuo tract.char.168.num.5.& hoc etiam † ad ſimili-
tudinem petitionis hæreditatis, quæ non datur pro rebus,
quarum poſſeſſionem quis ſemel adeptus eſt: vt per glo.&
22 Bart.in l.fi.ff.de fideicommiſ.libe.& ratio eſt, quia † per ap-
prehenſionem res hæreditaria effecta eſt propria hæredis,
& definit eſſe hæreditaria.l.1.§.veteres.ff.de acquir.poſſeſ.
ubi notant omnes. Vnde pro eis non poteſt amplius dari
petitio hæreditatis.l.quod ſi in diem.§.non ſolum.ff.de pe-
titio.hær.Sed in terminis noſtris apparet (vt infra dicetur)
dictum Do.Anſelmum iam adeptum fuiſſe poſſeſſionem re-
rum, quæ nunc petuntur. ergo ei competere non potuit
dictum interdictum per deciſiones ſupra citatas.

23 Quod autem id ſit verum, probatur ex propria † confeſ-
ſione eiuſdem Domini Anſelmi, quæ ſuperat omnes alias
probationes.l.generaliter.C.de non nume.pecu.l. cùm te,
vbi Doct.C.de tranſact.Crauet.in conſil.175.in princ. ubi
24 inquit, quod † nulla eſt excellentior probatio, quàm ea,
quæ fit per propriam confeſſionem. Eſt enim confeſſio ipſa
maior quolibet inſtrumento publico, & quibuſcunque de-
poſitionibus teſtium.Bald.in conſil.192. col.2. circa fi.vol.
2. Alibi dicit gloſ. ſingularis in §.aliud.in auth. de æqual.
dot.quod ualidior eſt confeſſio, quam præſumptio iuris, &
de iure. & ideo dixit Bald. in conſil.354. col.1. volum.1.q.
25 † vbi eſt confeſſio, ibi eſt relaxatio omnis probationis: &
26 in tantùm hoc eſt verum, quod † iudex non poteſt confeſ
ſionem ipſam nullam pronunciare.Craue.in conſil.61. nu-
me.3.& in conſil.171.nu.4.Nam ipſe D.Anſelmus narrauit
in libello ſuo ſe inueniſſe in hæreditate dicti D. Baldaſaris
præ-

27 prædia,de quibus in eod. Sed † inuenire quis non dicitur,
niſi realiter apprehendat. l.ſi Barſatorem, vbi Doct. C.de
fideiuſ.Bart.in l.prima,in princ.in verſi.quarto principali-
ter, & cæteri ſcriben.ff. de acquiren. poſſeſſ. & ideo dixit
Alexan.in conſil.216.colum.1.uolum.6.poſt Iacob.de Are.
28 & Cyn.in l.licèt,C.de acquiren.poſſeſ.quod† ſtatutum pu-
niens inuentum cum armis, non comprehendit, niſi illos,
qui ſunt actu deprehenſi cum armis, & ſic capti. & quod,ſi
ſtatutum diſponit, quod mulieres inuentę cum perlis ſol-
uant decem, non incidant in pœnam, licèt fuerint viſæ de-
ferre perlas, quia oportet, quod fuerint actu deprehenſæ,
Benè facit, quod uoluit Bartolus in l. tutor qui reperto-
rium, colum.2. uerſicu.2. concludo. ff. de adminiſtratio-
29 ne tutorum ubi inquit, quod † inuentarium dicitur, quia
reperta, & inuenta in bonis pupilli ibi deſcribuntur, vt no
30 ta.ibi gloſ.prima.Sed†inueniri illud dicitur propriè,quod
manibus apprehenditur, §.item lapilli, inſtit. de rerum di-
31 uiſio. Ex quo decidit ibi Bartolus ſingulariter, quod † li-
cèt tutor teneatur facere inuentarium de omnibus rebus
pupilli, tamen, ſi ſunt aliqua debita, de quibus in bonis
ſuis non reperiatur inſtrumentum, tutor non tenetur po-
nere in inuentario, antequam exigat. Quod dictum ualde
notandum eſt in practica. ſequitur Corn. in conſil.198. li-
tera O, volum.1.& quod ex dicta narratione in libello pro
betur dicta apprehenſio, ita in indiuiduo decidit Alexan.in
conſil.152.num.2.vol.6.

Tertio ex alio capite dicendum videtur, proceſſum ui-
tiari ex defectu litis conteſtatæ, quæ non interuenit in hoc
remedio poſſeſſorio, quod ut dictum fuit, eſt adipiſcendæ,
32 †in quo tamen de ſubſtantia requiritur, ut per Bartolū in
l.finali,colum.quarta, in fi. verſicu.in interdicto vero quo-
rum bonorum.C.de edic.diui Adrian. tollen.Ange. in d.§.
quadrupli, colum.11.verſicu.aduertas ad unum.inſtitu. de
actio. Ripa in rubr.ff.quorum bonorum, colum.fin. verſic.
ſexta differentia.Bartolus in l.naturaliter, § nihil commu-
ne,colum.antepe.verſicu. tertio quæro.ff.de acquiren.poſ-
ſeſſ. & ibi Ripa.nume.182.vbi de hoc dicit eſſe tex. loquen
tem in omni poſſeſſorio in l.properandum, in princ. C.de
iud.text.iuncta glo.in l.interdictis.ff.de interd.& ratio eſt,
33 quia †ſententia lata in poſſeſſorio eſt diffinitiua, ſecundum
Bald. in l.quod iuſſit. ff.de re iudicata. Felynus in rubrica
extra eodem titulo.ergo eſt neceſſaria litis conteſtatio ad
validitatem ſententiæ diffinitiuæ. l.prolatam. C. de ſenten.
34 Nam † litis conteſtatio eſt lapis angularſs totius iudicij,
ſecundum Bald. in capit.1. columna prima. C.de litis con-
35 teſta.† cuius omiſſio vitiat totum proceſſum. gloſ. in cap.
dudum, el ſecundo. de electio. Bartolus & alii in dicta l.
prolatam. Alexander in conſil. 76. in princ. volum.7. ubi
dicit,proceſſum carentem litis conteſtatione nullum, quia
eſt de ſubſtantia iudicij. & hoc in tantùm verum eſt, quod
alibi dixit Alexander in conſilio 82.columna prima, volu-
36 mine 3. quòd † ea tolli non poteſt per iudicem, aut de
conſenſu partium. Socinus iunior conſilio 16. nume. 13.
volum.1.

37 Vndè, cum † ex confeſſione ipſius Domini Anſelmi ſup-
plicantis & libellantis, cui ſtatur in præiudicium, Alexan-
der, & alij in l.edita, C. de eden. Gozad.in conſilio 12. nu-
mero 16. conſtet ipſum poſſediſſe petita: concludendum
arbitror ex his, & alijs ſupra dictis, interdictum quorum
bonorum intentatum per dictum Dominum Anſelmum,
malè fuiſſe intentatum,& per conſequens, quod Dominus
Syluester abſoluendus veniat cum uictoria expenſarum.
primò per regulam qui accuſare, C. de eden. ſecundò per
regulam.l.eum,quem temerè, ff.de iud.

Non obſtant allegata in contrarium,quia, ut patet ex ſu
pra deductis, & allegatis, illa procedere poſſent, vbi in-
terdictum quorum bonorum non fuiſſet ſententiatum con
tra titulo poſſidentem, uel ab eo, qui iam adeptus fuerat
poſſeſſionem rerum petitarum, prout in caſu,de quo agi-
tur,factum fuit,igitur &c. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

*SVMMARIVM.*

1 *Duces, Comites, & Marchiones habentes perpetuam dignitatem tranſitoriam ad hæredes, immunitatem concedere poſſunt.*

2 *Principes habentes iura imperij, poteſtatem omnimodam habent concedendi immunitatem.*

3 *Duces, & alij principes, perpetuò inueſtiti, poſſunt in eorum territorijs ſecundum communem, quæ Imperator in vniuerſo orbe.*

4 *Exemptorum exgrauatio ſecundum communem cedere debet in commodum, & immunitatem concedentis, & non aliorum, ſi portio exemptorum ſoluenda erat concedenti exemptionem.*

5 *Beneficium principis in aliorum præiudicium redundare non debet.*

6 *Portio exempti, quæ non pertinet ad principem immunitatem concedentem, accreſcit alijs.*

7 *Priuilegium immunitatis ſecundum magis communem non extenditur ad onera bellica. declara, vt in num.23. & ſequenti.*

8 *Excuſare nullus ſe poteſt a neceſſitatibus imminentibus tempore guerræ, intellige, vt in nu.25. & 26.*

9 *Publica utilitas cuilibet priuilegio eſt præferenda.*

10 *Immunitas pleniſſima à realibus & perſonalibus, non excuſat ab illis, à quibus ſpecialiter eſt conceſſum, ut nullus priuilegiatus excuſetur.*

11 *Immunis nemo eſt, quando publica neceſſitate inducuntur munera emendi, uel uendendi frumenta, uel blada propter milites declara, ut in num.27.*

12 *Immunitas conceſſa per uiam contractus oneroſi, an trahatur ad onera bellica, ſecus tamen, quando conceſſa reperitur ex cauſa remunerationis. ſed contra num.13.22. & 28.*

14 *Priuilegia creditoribus conceſſa in remunerationem laborum paſſorum pro utilitate reipublicæ efficiuntur irreuocabilia.*

15 *Donatio remuneratoria propter ingratitudinem non reuocatur.*

16 *Iura permittentia donationes reuocari, intelligi debent de donationibus gratuitis, non de remuneratorijs, quando merita æquiualent rebus donatis.*

17 *Donatio remuneratoria non eſt propriè donatio, ſed quædam permutatio.*

18 *Priuilegium alicui conceſſum propter eius factum, reuocari non poteſt.*

19 *Priuilegium, quod tranſiuit in contractum, reuocari non poteſt.*

20 *Priuilegium exemptionis conceſſum à principe uniuerſitati, licèt per ingratitudinem poſſit reuocari, tamen ſecus, ſi conceſſum fuerit ob benemerita.*

21 *Feudum conceſſum ob benemerita non poteſt reuocari.*

29 *Exempti, licèt teneantur ad onera bellica, tamen ad illorum ſolutionem non tenentur, niſi uocentur in eorum impoſitione.*

30 *Citari unuſquiſque debet in actu quocunque præiudiciali.*

31 *Nullum quod eſt, nullum producit effectum.*

## CONSILIVM LXXVI.

PRæſuppoſita validitate immunitatis conceſſæ per Illu-
ſtriſſimum Ducem Dominis de Burgo de oneribus rea-
libus, & perſonalibus, ordinariis, & extraordinariis, pro
eorum prædiis & bonis immobilibus ſitis in ſuo dominio,
& de cuius viribus nemini dubitari contingit: tum, quia
1 † conceſſa ab habente dignitatem perpetuam, & tranſito-
riam ad hæredes, vt habent communiter Duces Marchio-
nes, vel Comites, ſecundum Brun. in conſilio 45. columna
2 quinta, in fine. tum, quia † ab habente iura imperij, qui
omnimodam habet poteſtatem huiuſmodi immunitates
concedendi, vt per Abb. in cap. peruenit, colum. penult.

verſicu.tertio caſu, de immu. & Pariſ.in conſil.69.nume.3. volum.1.vbi loquitur de immunitate conceſſa per Illuſtriſſimum Marchionem Mantuæ.Iaſ.in conſ.101.in prin.vol.1. Angel.in conſil.227. quem ſequitur Fel.in c.accedentes, in verſic.octaua concluſio,de præſcrip.Ruin.in conſil.125.colum.pen.in fi.verſi.ſi uerò immunitatē, uol.4. & Natta collega meus in conſ.160.col.3.in princ.& in conſi.310.col.1. vbi id dicit de Illuſtriſſimo Marchione Montisferrati aliàs
3 Domino meo: & † ab eo, qui omnia poteſt in territorio ſuo,quæ Imperator in vniuerſo orbe.Pau.de Caſtr.in conſ. 225.ſuper primo,col.3.Alexan.in conſil.2.num.26.volu.1. Curt.iun.in conſ.1. nu.29. vbi dicit, quòd Duces Marchiones,vel Comites,perpetuò inueſtiti cenſentur principes in ſuo Ducatu,Marchionatu, vel Comitatu, & omnia poſſunt in ſubditos ſuos, quæ Imperator in uniuerſo orbe. Ripa in 3.Reſponſo, num.13. in 2.par. Brun.conſ.19. col.2. Iaſ.loquens de Duce Sabaudiæ in conſ.227.col.10.in prin.vol.2. & de Marchione Montisferrati in conſ.235.col.fin.volu.2. Pariſ.in conſi.17.col.2. in princ.volum.1. & de Marchione Mantuæ Pariſ.in conſil.69.in princ.vol.1.& hanc eſſe communem teſtatur Curt.iun.in conſ.100. nu.3.

Refricatur in dubium,an portio oneris impoſiti,quæ tangere debebat dictos Dominos de Burgo accreſcere debeat aliis non exemptis? & quia ex ijs, quæ ad me tranſmiſſa fuerunt,malè percipere poſſum, an onus impoſitum ſit pro ſolutione facienda Illuſtriſſimo Duci, vel alteri, ideo duas pono concluſiones communiter ab omnibus receptas, ex
4 quibus liquidò conſtare poterit,an †exgrauatio exemptorum cedere debeat in commodum ipſius Illuſtriſſimi principis,vel aliorum non exemptorum. Prima igitur erit concluſio,quòd Princeps,qui debet recipere ſolutionem, ſi fecit aliquem immunē ab oneribus, tenetur portionem aliàs tangentem exempto detrahere de ſolutione ſibi ſoluenda,
5 & alij exgrauari debent: quia † beneficium Principis non debet in aliorum præiudicium redundare.Ita Hoſt.Io.And. Anchar.Card.& Abb.in c.peruenit,de immun.eccle. vbi dicunt,quòd, ſi vnus locus conſueuit dare centum libras domino,& is alicui de habitatoribus immunitatem conceſſerit, Dominus ſibi præiudicat, & non vniuerſitati, & ideo q detrahi debet de ſumma centum librarum pars,quæ in hoc priuilegiato contingeret, ſi priuilegium non haberet, & reliquum debet ſolui proportionabiliter per alios, quia ſi contrarium diceretur, ſequeretur,quòd,ſi ſinguli ſic priuilegiarentur paucis exceptis, totum onus illis remaneret, quod abſurdum iniuſtumque eſſet, & quandoque impoſſibile,arg.l.filius,l.conditiones.ff.de condi.inſtit.Spec.in tit. de cenſ.§.nunc dicendum,verſ.quid ſi vniuerſitas,Barba.in conſ.13.colum.2.volu.2.Iaſ.in l.auus,col.3. ff.de pac.& ibi Paul. de Caſt. qui aſſerit hanc partem benigniorem, & vidiſſe eam ſeruari de facto. Idem Paul. in l.ab omnibus.ff.de leg.1.Anchar.in Clem.præſenti,de cenſib.Gul.Alber.Bald. Angel.&Roman.in l.ſi vnus.§.ſed ſi generaliter.ff.de pact. Ang.in conſil.227.in fin.Alex.in conſil.178. col.pen. vol.2. Luc.de Pen.in l.actores.C.de exac.trib.lib.10.Alber.Brun. in trac.de dim.& deter.in 12.conclu. verſic.ad iſta facit, & Pariſ.in d.c.accedentes.num.23.vbi citat hanc eſſe communem. Et pro hac deciſione benè facit, quod dicit Caſſiod.
6 ſecundo var.epiſt.17.dum inquit,†Munificentiam noſtram nulli volumus eſſe damnoſam, ne quod alteri tribuitur, alterius diſpendijs applicetur. & infra. Nec inferri à quoquam volumus, quod alteri noſtra largitate remiſimus, ne (quod dictu nefas eſt) benè meriti munus innocentis contingat eſſe diſpendium.

Secunda erit concluſio,quòd, quando agitur de ſolutione alteri fienda,quàm principi,puta, Comitatenſis tenetur ſoluere ſalarium poteſtati ſeu alteri, & Princeps facit vnā villam exemptam, tunc alij tenentur ſoluere integrum ſalarium,quia non eſt veriſimile concedentem exemptionem velle præiudicare tertio. cap.ſuper eo, de offic.deleg. Pau. de Caſt.in dicta l.ab omnibus, Iaſ.in ipſa l.auus. Fel.ubi ſupra,col.7.verſicu.collige tamen,& ibi Pariſ.num.23. Alex. in citato conſil.178. colum.penul. verſicu. quando autem. Barb.in d.conſil.13.col.3. & Rui. vbi ſupra. Vnde ex dictis duabus concluſionibus abſolutè infertur, quòd, ſi ſolutio ſpectat eximenti, diminutio exgrauatorum cedere debet eius damno, ſi autem alteri, quod diminutio ipſorum accreſcere debet non priuilegiatis.

7 Circa ſecundum caput, An† dictum priuilegium extendatur ad onera bellica poſt dictam immunitatem occurſa? Prima facie dicendum uidetur,quod non,vt voluerunt Dy. Bal.Raph.Alex.& alij in l.ſi ex toto.ff. de legat.1. quia priuilegium non uidetur reſpicere caſum incogitatum de nouo ſuperuenientem.l.Rutilia Polla.ff.dec ontrah.empt.Pa. de Caſ.in l.ad inſtructionem.C.de ſacroſanct.eccle.ubi inquit hoc menti tenendum, quia quotidianum. Bal. in l.iu-
8 bemus nullam.C.eod. tit. ubi dicit quòd † à neceſſitatibus imminentibus eccleſiæ Romanæ tēpore guerræ nullus poteſt ſe excuſare ratione priuilegij, ſiue ſit conceſſum digni
9 tati, ſiue religioni, ſiue perſonæ, quia † publica utilitas eſt cuilibet priuilegio præferenda, quod inquit notandum. Item & quia priuilegium generaliter indultum,non includit caſum publicæ vtilitati contrarium,& ſi includeret, nō valeret.Sequitur Crot.in l.omnes populi, nume.108.ff.de iuſt.& iur. Accedit quod no.Ioan.de Pla.in Rub.de excuſa.
10 mune.lib.10.ubi dicit, quod † immunitas pleniſſima à realibus & perſonalibus non excuſat ab omnibus realibus, quia non ab illis, à quibus ſpecialiter eſt conceſſum,ut nullus priuilegiatus excuſetur, ut in aduentu principis. Facit etiam, quod dixit alibi idem Ioan. de Pla.in l.2.C. quibus mun.nem.lic.ſe excuſa.lib.10. vbi nullus qualicunque priuilegio munitus, poteſt ſe excuſare à muneribus perſonalibus,realibus, mixtis, principi & eius exercitui exhibendis per quæcunq; localiter arripiat,ſiue ſint habitatores domorum Principis, uel Auguſtæ, ſiue Eccleſiatum, ſiue ſint perſonæ Illuſtres, & in alijs dignitatibus poſitæ, ſiue ſint perſonæ habentes excuſationem eis conceſſam per Pragmaticam ſanctionem,id eſt,cum deliberatione Procerum factam,uel per diuinam annotationē, id eſt, motu proprio factam, uel proprio oraculo uiuæ uocis, quia non excuſatur ab angarijs, nec pro angariis, nec curribus, nec à quolibet alio miniſterio, & ſeruitio principi in expeditione
11 accedenti exhibendo. additur & l. prima. C. vt nem. lic. ab empt. Specu. ſe excuſa. libro 10. ubi † quando publica neceſſitate inducuntur munera emendi, uel uendendi frumenta, uel blada propter milites, nemo eſt immunis propter quodcunque priuilegium immunitatis quocūque modo,& quocunque tempore,ut dicit ipſa lex, & gl.in uerbo neceſſitate, exemplificat de neceſſitate ratione guerræ. Idem uoluerunt Alexan.in conſil. 216.nume.21. uolum.2. Iaſ.in §.item Seruiana,nume.108.de actio.Pariſ.conſil.68. num.14.volum.1.Bonus de Curtil. in tract. de nobilita. in 5.par.num.45.& hanc communem faſſi ſunt Feli. in ca.non nulli.colum.21.in uerſic.ad euitandos, de reſcrip.Aegi. in tract.ſuo crim.tit.de principe, num.140.& magis communem Iaſ.in d.l.ſi ex toto,in duobus locis, & Alcia.in conſil. 80.in princ.& 185. colum.1. Nec habet obſtare, quòd dicta concluſio limitatur locum non habere in immunitate
12 conceſſa† per viam contractus oneroſi, ut per Caccialup. in l.omnes populi, num.181.ff.de iuſti.& iur.& Pariſ.in cōſil.68.col.2 vol.1.prout eſt exemptio remuneratoria, quæ tranſit in contractum: vt per Rui.in conſil.217.colu.3.vol. 1.quia reſpondetur, quod & ſi emptio ſit conceſſa ex liberalitate & ſic propter merita, tamen non poteſt dici ex cauſa oneroſa:quia ad eam cogi non poterat Princeps.Et ideo dicitur lucratiua, ita quòd nulla donatio remuneratoria dicitur oneroſa, niſi concedatur ex neceſſitate, vel titulo oneroſo: ita Aegid.in dicto ſuo tract.in tit.de principe,nu. 152.per glo.communiter approbatam, in l.ſed ſi lege.§.cōſuluit,in verbo obligauerunt.ff.de pet.hære.& per not.per Bart.in l.Mæuius, in §.duobus, colum.8. verſicu. ſecundo quæro.ff.de leg.2.

Sed præmiſſis non obſtantibus, ſententiam contrariam de iure veriorem eſſe arbitror: & dico, quod ſicut immunitas conceſſa ex contractu non trahitur ad onera bellica,

13 lica,† ita nec conceſſa ex cauſa remunerationis, vt de primò voluit Caccialup.in d.l.omnes populi, num.181.vbi dicit fuiſſe determinatum de facto in ciuitate Senarum, in qua, dum eſſet magna penuria, fuit impoſita collecta pro emendo frumento, & quòd tunc fuit conſultum, & obtentum, quod, licèt exemptus per priuilegium non gauderet immunitate, tali caſu gaudere debebat exemptus per pactum, dicens ita limitari, quæ ponuntur per Scrib. in d.l.ſi ex toto, & in d.l.1.C.ut nem.lic.ſe ab empt. Spe.lib.10.quē ſequitur Neuiza.in conſil.11.colum.6.in fi.inter conſil.Bru. & in conſil.66.nu.44.in volum. ſuorum conſiliorum Alcia. in conſil.80.num.5.168.num.11.185.in fi.& in conſil.355. in fi.Natta in conſil.397.nu.9.& Pariſ.in conſil.68.colu.2. volum.1.& ita aliàs dixi ut in conſil.55.nu.35.verſic. & ſecundo reſpondetur.volum.1. ergo idem dicendum, quando ex cauſa remunerationis conceſſa fuit, cum illa tranſeat in contractum, ut per Rom.in conſil.436. colum.4. verſic.
14 ſecunda principalis ratio, ubi dicit, quod † priuilegia creditoribus conceſſa in remunerationem laborum ſuorum, quos pro vtilitate reipublicæ continuo paſſi ſunt, tranſierunt in contractum remuneratorium, & ideo efficiuntur
15 irreuocabilia. Et ideo videmus, quod † non reuocatur donatio remuneratoria propter ingratitudinem, l.ſi pater, §. fi.iuncta glo.in verbo irreuocabilis, ff.de dona.quam dicit ſingularem.Roma.in ſingu.516.& menti perpetuo figendam.Alex.in conſil.43.num.26.vol.4.Accedit etiam,quod
16 ſcribit Alex.in conſil.78.nu.8.vol.4.vbi dicit, quod † iura, quæ permittunt donationes reuocari, loquuntur in donationibus merè gratuitis, non autem in donationibus, quæ factæ fuerunt propter merita, vel ex titulo oneroſo, quia tunc ſecundum Ange.in l.ſi vnquam,C.de reuoca.don.de illis donationibus iudicatur quemadmodum & de titulo oneroſo, & ſic non poterunt reuocari prætextu ingratitudinis, nec per ſuperuenientiam liberorum.Ripa in d.l.ſi vnquam,q.14.ubi dicit hanc communem, quando merita æquiualent rebus donatis, & ibi Titaqu.in verbo donatione largitus. nu.11.Et, quod immunitas ipſa remuneratoria ſit cōtractus, probatur per text.in l.Aquilius Regulus. ff.de do. ibi, defendi non meram donationem eſſe, verùm officium magiſtri quadam mercede remuneratum Regulum, & in l. ſed ſi lege, §.conſuluit.in fi.ff. de pet. hær.ibi, velut genus quoddam hoc eſſe permutationis.& ideo dixit Anch. in cō
17 ſil.247.quod† donatio remuneratoria non eſt propriè donatio, ſed quædam permutatio.d. §.conſuluit, quia cuiuſdam debiti naturalis reſtitutio, quia ex ſeruitijs collatis obligatur ille, cui conferuntur naturaliter conferenti.d.l. Aquilius. & dicitur talis donatio ad antidora.d.l.ſed ſi lege.Facit quoque,quod voluit Bal.in l.ſi cum mihi.ff.de do-
18 lo,vbi dicit,ꝙ†priuilegium conceſſum alicui propter eius factum,reuocari non poteſt,quia non pendet ex ſola auctoritate concedentis,ſed ex iure alteri quæſito. Hinc infert, ꝙ priuilegium per Senenſes conceſſum aliquibus bannitis tutè commorandi in dominio ſuo,quia eorum opera illud commune recuperauerat caſtrum,erat irreuocabile. allegat d.l.Aquilius Regulus.plus inquit in fi. legem illam notandam eſſe pro Comitatenſibus, quia ſi pro conſequendo beneficio aliquid præſtiterūt,illud poſtea nō poteſt eis tolli quia ex hoc magis reſultat contractus, quam gratia ſimplex.ſequitur Iaſ.in conſil.1. col.8.in princ. volum.1. dixit
19 etiam Aret.in cap.nouit. col.4.de iud.quòd †priuilegium, quod tranſiuit in contractum, non poteſt reuocari. l. quòd ſemel, vbi Bartol. ff. de decre. ab ord.facien. & inquit illud tranſire in contractum,quando conceditur aliquid commēſuratum ob aliquod factū,vel aliquam donationem præteritam, & futuram implendam ex parte eius, cui cōceditur, vel impletur.& ideo fortè dici poteſt,quòd, ſi priuilegium conceditur ob remunerationem,quia non eſt ſimplex liberalitas, non poſſit reuocari, & iſtud ibi etiam firmat Felin. in verſic. tertiò limita, vbi propriè loquitur de priuilegio remuneratorio etiam ſubdito conceſſo. Iſtud etiam voluit Bald.in l.qui ſe patris.colum.7.verſ.& ſcias.C.vnde lib.vbi poſt Nicol.de Matharel. ait, quòd licèt in principe ſit ſpeciale, vt poſſit etiam ſine cauſa priuilegium ſuum reuocare,l.qui fundos,C.de om.arg.deſer.lib.11. hoc tamen locū non habet, ſi prætextu conceſſionis princeps aliquam dationem,vel factum eſt lucratus,quod perpetuam commenſurationem habeat cum re conceſſa, quia tunc illud reuocare non poteſt, quia tranſiuit in contractum. ſequitur Iaſ. in conſ.56.nu.2.vol.1.Socin.conſ.4.col.2.volum.3.& Ruin. in conſil.230.col.3.volum.1. Calcan. in conſil.51. colum. penult.vbi tradit. Principem non poſſe reuocare priuilegium,ex quo cepit pecuniam, vel commodum, quia tūc eſt venale, & ex contractu ligatur. Facit quoque quod ſcri-
20 pſit Alex.in conſil.101.col.1.volum.1. vbi dicit, quòd † & ſi priuilegium exēptionis conceſſum à principe alicui vniuerſitati poſſit per ingratitudinem reuocari,Bal.in l.2.in fi. C.de lib.& eo.lib. tamen, ſi fuit conceſſum ob benemerita, non poteſt reuocari propter ingratitudinem. Marſil. in ſin-
21 gu.333.Et † idem de feudo conceſſo ob benemerita voluit Iac.Ardizo.in ſumma. in titu.quib. mod. feud.amit.Abb.in conſil.3.colum.7.verſ.hinc dixit,uol.2.quem ſequitur Reſtatur.in tract.de impera.q.55.nume.9.Ruin.in conſil.217. col.3.volum.1.& Pariſ.in cita.conſil.68.colu.2. vbi dicunt
22 quòd † priuilegium immunitatis ex cauſa remuneratoria conceſſum tranſit in contractum, & quòd in eo locum non habeant notata in d.l.ex toto, voluit Alex.in cōſ.30.col.1. vol.5.

Non obſtant modò,quæ ex aduerſo adducta fuerūt,quia
23 primò ad notata in d.l.ex toto, reſpondetur, quòd † communis opinio, de qua ibi procedit in immunitate conceſſa ſimpliciter per priuilegium, non autem in remuneratoria, quæ tranſiuit in contractum: per nota. per Caccialup.in d. l.omnes populi,& ſequaces,quorum opinio eſt etiam communis,quia contractus ab initio ſunt voluntatis, & ex poſt facto neceſſitatis.l.ſicut ab initio.C.de act.& oblig.

24 Secundò reſpondetur,quòd † præcedens concluſio procedit, quando concedens immunitatem non potuit in genere cogitare de caſibus neceſſitatis propter guerram: vt per Pau.de Caſt.in d.l.ex toto,ubi etiam Ange.de Peruſ. ac Aret.col.2.in 2.limitatione.Alex.in cōſ.30.col.1. in fi. vol. 5.Pariſ.in citato conſ.68.num.18.& 22. & Neuiza.in allegato conſ.66.nu.41. ſecus ſecundum eos,quādo de eis potuit in genere cogitare.Sed quis eſt tam ſupinus, qui audebit dicere,Principem non potuiſſe tempore dictæ immunitatis cogitare de caſibus neceſſitatis guerræ? cùm multò ante eam plura occurrerint onera bellica,& infinita.

Non obſtant ſecundo notata in d.l. iubemus nullam, quia(ut aliàs dixi) dictum Bald.ſecundum Soc.in dict.l.ex
25 toto,† procedit, quando imminet publica neceſſitas, cui aliter prouideri non poteſt,niſi & exemptis onus imponatur, quia tunc propter publicam neceſſitatem exemptio ipſa eos non liberat, ſed eos includit.& cum Soc. concordāt Curt.iun.in conſil.61.colum.6.verſi.præterea dato: & Pariſ.in citato conſil.68.col.pen.in fi.Hoc etiam tenuit Bald. in conſil.409.col.2.uol.3.ubi tradit, quod, quàmuis immunes & franchi non teneantur ad onera bellica, quando in immunitate ſunt appoſita uerba, & quibuſcunque aliis, quæ dici & excogitari poſſint.&c. quocunque nomine cenſeantur, & quacunque ratione, & cauſa, tamen hoc locum non habet, quoties aliorum facultates non ſufficiunt, vel cum magno ſcandalo ſuppetunt, quia tunc grauari poſſunt ad contribuendum cum cæteris non exemptis. Dy. in l.2. ff.de iur.immun. Sed hæc ratio ceſſat in caſu de quo agitur, ex quo neceſſitatibus belli aliter poteſt prouideri, quàm quod contribuant dicti Doct. de Burgo in ipſis oneribus. ergo &c.

26 Secundo reſponderi poteſt, quod † dicta per Bald. non vendicant ſibi locum in conceſſione immunitatis,quæ tranſiuit in vim cōtractus: iuxta ſuperius dicta,quæ nō repeto.

Ad l.verò primam,C.vt nem.lic.&c. reſpondet Caccial. in d.l.omnes populi, & alij ſupra citati, ꝙ ipſa locum non habet in exemptione conceſſa per viam contractus.

Secundò reſpondetur, prout dicunt communiter Scrib.
27 in dicta l.ſi ex toto,quòd ibi eſt † caſus ſpecialis in neceſſi-

tate famis, & dum gloſſ. ibi dicit idem in guerra, ſecundum Bald. in d. conſil. 406. ea debet intelligi, quòd ſemper loquatur de fame, ſiue prouenerit propter cauſam guerræ, uel propter aliam cauſam, quoniam guerræ communiter ſolent inducere cariſtiam. Nam tali tempore deſeritur cultura agrorum: & propterea dicit, quod gl. cum miniſterio loquitur in ſingulari numero guerræ, & cum Bald. pertrãſit Neuiza. in allegato conſil. 66. num. 38. ubi inquit rationem ſpecialem eſſe, quia contra famem nullum eſt dare remedium, quia oportet propter eam mori.

28 Vltimò non obſtat, quòd † immunitas conceſſa ex cauſa remuneratoria non dicitur concedi, niſi ex liberalitate, & ſic ex cauſa lucratiua, ex quo beneficium ſpontè conceditur: quia primò reſpondetur, quòd imò de ea iudicatur, ac ſi conceſſa fuiſſet ex contractu oneroſo, ut per Ang. in d. l. ſi vnquam. C. de reuo. donat. & Alex. in citato conſil. 78. num. 88. volum. 4. Secundò dicitur, quòd licèt Aret. in d. cap. nouit, id dicat, relinquendo tamen cogitandum & ſub dubio, tamen adhuc patet reſponſum, quòd imò recipiens non habet cauſam lucratiuam, ſed oneroſam, ex quo ſibi ſoluitur laboris merces, ut dixit tex. in dict. l. ſi pater, §. 1. & in ipſa l. Aquilius Regulus. Nec concedens id facit, ut exerceat liberalitatem, ſed vt ſoluat debitum naturæ, vt inquit Abb. in rub. de dona. & licèt præceptis iuris ciuilis ad id non teneretur, iux. glo. in dicto §. conſuluit, tamen vbi eſt ſolutum, repeti non poteſt tãquam indebitè ſolutũ, vt per Barto. in l. ex hoc iure, colum. 5. verſi. ſed contra, ff. de iuſt. & iur. Natta. in conſil. 242. num. 4. & in conſil. 268. num. 7. Rarò autem fiunt, ſeu conceduntur immunitates huiuſmodi hodie à Baronibus liberaliter, ſed ſemper habent in ſe præmium ſeu meritum, vt inquit Petr. Antibol. in tract. de mune. in §. 4. nume. 145.

Circa vltimum videtur dicendum, quòd dato (ſed non 29 conceſſo) quòd † immunitas ipſa non trahatur ad onera bellica, dicti exgrauati non teneantur ad illorum ſolutionem, cum impoſita reperiantur non vocatis, nec citatis 30 ipſis de Burgo ad videndum illa imponi. Nam † in quocunque actu præiudiciali quis citari debet, vulgata l. de vnoquoque, de re iud. & de hoc eſt glo. in terminis in clemen. 2. in verbo aſſerentes, de cenſi. quam notat ad hoc ibi Card. in 15. not. vbi dicit, quòd quando imponuntur onera, ad quæ exempti tenentur, debent vocari ad videndum fieri impoſitionem, ut videre poſſint, nunquid immineat neceſſitas, & an communitas habeat burſam communem abſque impoſitione alicuius collectæ, ſeu ſi habeat alia bona, & ibi etiã hoc tenet Ancha. vt in nume. 9. ſequitur Parpal. in l. placet, num. 65. C. de ſac. ſanc. eccl. & licèt dicat, quod conſuetudo aliter obſeruet, tamen ſubdit, quod hoc eſſe poteſt, quia ignorant exempti opponere: quod dicit notandum, & dicta per glo. ac Card. & Anch. vbi ſupra ſequitur Neuizan. in citato ſuo conſil. 66. num. 12. Cùm igitur hæc 31 citatio non interuenerit, ergo impoſitio nulla, & † quod nullum eſt, nullum producit effectum. l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudica. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

1 *Attentata per iudicem à quo poſt delatam appellationem, & inhibitoriam iudicis ad quem ſubſecutam ſunt nulla, declara, vt in nu. 23.*

2 *Appellari licet non poſſit de iure ciuili à poſſeſſorio, tamen ſi iudex detulit appellationi, de ea cognoſci debet.*

3 *Appellatio ſuſpendit iuriſdictionem iudicis à quo, & in omnibus eximit appellantem, & protegit nedum appellantem, ſed etiam adhærentes.*

4 *Appellatione pendente, nihil debet innouari.*

5 *Iudex à quo, qui noluit recipere appellationem de iure admittendam, ſi aliquid innouat, innouata indiſtinctè reuocantur.*

6 *Appellatione pendente, iudex à quo exequi non debet, & ſi exequatur, poteſt impunè reſiſti.*

7 *Iudex à quo, poſt appellationem efficitur incompetens.*

8 *Actus factus contra prohibitionem hominis inhibentis, eſt nullus ipſo iure.*

9 *Appellare non licet de iure ciuili, ſecundum magis communem à poſſeſſorio adipiſcendæ, retinendæ, & recuperandæ, ratio ponitur in nu. 14.*

10 *Appellatio non admittitur à ſententia lata ſuper interdicto, quorum bonorum.*

11 *Nec à ſententia lata ſuper Saluiano interdicto.*

12 *Similiterque à ſententia lata ſuper remedio l. fi. C. de edi. diui Hadr. tol.*

13 *Appellari licèt non poſſit à ſententia lata ſuper poſſeſſorio, tamen appellatio admitti debet, reſpectu fructuum, & intereſſe.*

15 *Appellatio licèt admittatur ſecundum aliquos à poſſeſſorio de iure ciuili, tamen non impeditur executio.*

16 *Sententiam tranſire in ſuum effectum, nihil aliud eſt, quã tranſire in rem iudicatam.*

17 *Appellatio vbi eſt prohibita, intelligitur prohibita quo ad vtrumque effectum, tam deuolutionis, quam ſuſpẽſionis.*

18 *Iudex à quo deferens appellationi cum clauſula, ſi & quatenus iuris ſit, ubi deferri non debebat, non priuatur ſua iuriſdictione.*

19 *Iudex pronuncians litem pro conteſtata, ſi & in quantum de iure, uel ex forma ſtatutorum conteſtari poſſit, clauſula prædicta, talis eſt natura, quod ſi conteſtari non debebat, habetur pro non conteſtata.*

20 *Appellare ubi non licet appellatione pendente, poteſt fieri executio.*

21 *Appellatio quæ caret effectu, & non habet adminiculum iuris, non impedit executionem.*

22 *Appellatio à ſententia excommunicationis à qua non licet appellare, non ſuſpendit ipſius ſententiæ executionem.*

24 *Inhibitio iudicis appellationis, ut ualeat, requiritur, quòd interueniat citatio partis.*

25 *Iudex eccleſiaſticus, quando uult procedere ad inſtantiam partis ſuper cauſa uſuraria, non poteſt ſecundum magis communem inhibere iudici ſæculari, coram quo petitur executio inſtrumenti, niſi citato uſurario.*

26 *Actus geſti contra inhibitionem non ſunt nulli, quando inhibitio apparet contra ius facta.*

27 *Inhibitio ſi eſt ſubreptitia, omnia, quæ illius cauſa facta ſunt, ueniunt reuocanda.*

## CONSILIVM LXXVII.

VIſo, & bene intellecto themate propoſito, & ſuper omnibus, de quibus quæritur, matura præmiſſa de-
1 liberatione, prima facie dicendum videtur, † attentata per Magnificum D. Iudicem à quo, poſtquam detulit appellationi coram eo interpoſitæ à ſententia per eum lata in poſſeſſorio, declaranda nulla, ſeu reuocanda, præſertim ſtante inhibitione ſibi facta per Magnificum Dom. Iudicem appellationis, quod ex infraſcriptis demonſtratur. Nam, li-
2 cèt † in poſſeſſorio, de iure ciuili non appelletur. l. vnica, & ibi Doct. C. ſi de momen. poſ. fue. appell. tamen ſi iudex detulit appellationi, de ea cognoſci debet per iudicem ad quem, & poterit appellans obtinere, ita notabiliter decidit Bald. in l. poſt ſententiam. col. 2. C. de ſent. & interlo. om. iud. quem ſequuntur Alex. in conſil. 2. colum. fi. volum. 3. Iaſ. in l. 1. in princ. colum. 3. ff. de noui ope. nuncia. in l. patre furioſo, colum. 3. in fi. uerſic. primò facit, ff. de his qui ſunt ſui, uel alieni. iur. in l. 1. columma ſecunda, uerſ. 1. nota. C. de bo. poſſ. ſecundum tab. & in conſ. 187. col. 2. volu. 2. Afflic. in c. 1. in uerb. & bona committentium, num. 125. quæ ſint rega. Nicel. in concord. gl. num. 26. Catel. Cotta. in memorial. ſuis, char. 41. in uerſic. appellari, & Socinus iun. in conſil. 19. columna. 2. volum. 1. Si igitur iudex ipſe appellationi detulerit, abdicaueritque à ſe iuriſdictionem, & manus ſuas ligauerit abſque alia inhibitoria, etiam ſi appellatio fuiſſet friuola, ipſam transferendo in Iudicem ad quem, ſequitur quod acta poſt appellationem inter-

interpoſitam, & delationem factam, ipſo iure ſint nulla, cap. in appellationibus, de appella. in ſexto, Ang. in conſil. 207. colum. 2. circa fi. uerſic. nec obeſt. ſi dicatur, Peruſ. in cap. ut debitus, colum. 10. verſic. ultimò nota, de appella. ubi ait, quod licet iudex a quo, quando appellatio non eſt legitima, ſed nulla, ut quia ſine expreſſione cauſæ, uel ſine rationabili cauſa, vel ſine ſcriptis, vel abſque petitione Apoſtolorum, non debeat ei deferre, tamen ſi ipſi detulit, quamuis friuolè, vel nulliter, abdicauit à ſe iuriſdictionem,
3 quæ deuoluta fuit ad iudicem ad quem, † appellatio enim ſuſpendit iuriſdictionem iudicis à quo, vt inquit Lapus allegatione. 2. & in omnibus eximit appellantem, Rota in antiquis, titu. de appella. deciſ. 15. & protegit ne dum appellantem, ſed etiam adhærentes, Rota in nouiſſimis, in titu. de
4 appella. deciſ. 5. Pariſ. in conſil. 28. nume. 26. volum. 4. Et † appellatione pendente nihil debet innouari, toto titulo nil noua. appel. pend. cap. non ſolum, & cap. fi. de appella. in 6. Iaſ. in conſil. 187. colum. 7. verſicu. quarto accedat, volu. 2. vbi tradit, quòd cùm per appellationem ſit ligata, & ſuſpenſa iuriſdictio iudicis à quo, capit. dilectus filius, de reſcrip. vbi But. in primo notabili, appellatione pendente, nihil poteſt per eum innouari, & interim debet ad executione ſuperſederi, l. prima, vbi glo. & Bart. ff. nil noua. pēd. appel. & ideo dicit Paul. de Caſtr. in l. 3. C. de appella. quòd
5 poſito, † quòd iudex à quo noluerit recipere appellationē, quia dicat, quòd non potuit appellare, quia fuit cauſa, in qua non admittitur appellatio, ut in titulo. C. ſi de momen. poſ. fue. appella. nihilominus, non debet aliquid innouare, & innouata indiſtinctè reuocantur, quando appellatio de iure tenet, licèt non fuerit recepta, quoniam talis innouatio inhibetur ſaltem à iure, tam per illam l. tertiam, quàm per titulum nil nouari appellatione pendente. Hinc dixit Maran. poſt alios per eum citatos in tract. de ordi. iudi. in
6 diſputatione prima, nume. 38. quòd † ſi fuit appellatum à ſententia, ea pendente iudex à quo non poteſt exequi, & ſi exequeretur, poſſet impunè ſibi reſiſti. l. quoniam iudice. C. de appella. Inno. Abb. & Fely. in cap. ſi quando, de offi. de-
7 leg. & ratio eſt, quia † poſt appellationem iudex à quo efficitur incompetens, ex quo negocium deuoluitur ad ſuperiorem, & ſibi tanquam incompetenti impunè nō paretur. Ita Bald. in l. additos, C. de epiſcopa. aud. & eo magis hoc dicendum venit, cum fuerit ſibi inhibitum per iudicem appellationis, quia, ut inquit Aret. in conſil. 75. colum. 2. in
8 prin. † ubicunque iudex facit contra prohibitionem hominis inhibentis, vel aliquid mandantis, actus eſt ipſo iure nullus, capi. cum venerabili, de offi. delega. & Moder. in cap. 1. in fi. de for. compe. in 6.

Sed pręmiſſis non obſtantibus, contrarium arbitror uerius, & pro carocio huius conſultationis, cui ſemper inhærere debemus, prout faciunt Bononienſes, iuxta glo. in l. omnis diffinitio, ff. de regu. iur. aſſumo mihi concluſionem
9 a Doct. magis communiter receptam, † quod à ſententia lata in poſſeſſorio adipiſcendæ, retinendæ, ſeu recuperandæ, de iure ciuili non appellatur. Bart. in l. unica. C. ſi de momen. poſ. fuer. appella. glo. in cap. primo, in verbo momenti, de cau. poſ. & propriè. glo. in capi. cum ad ſedem, in verbo interdictum in fi. de reſt. ſpol. Spec. in titu. de appella. §. in quibus. uerſic. 6. non appellatur. Bal. in conſil. 379. colu. fi. uolum. primo. Doct. communiter in d. l. vnica. Ange. in §. Item Seruiana, colum. 5. de acti. Raph. Cuma. in l. 2. ff. de appel. recip. Alex. in conſil. 81. in princ. volum. 3. Iaſ. in dicta l. 1. in prin. col. 3. ff. de no. ope. nūc. in d. l. patre furioſo, col. 3. in fi. & in aliis locis ſupra citatis, rurſus, in conſil. 61. col. fi. vol. 1. Corn. conſil. 190. litera E, voln. primo. Fulg. conſi. 145. col. 2. Capic. deciſi. 34. colum. 1. Aret. in conſil. 20. col. 3. in fi. Ripa in cap. ſæpe, nume. 6. de cau. poſ. & prop. Dec. l. ſi quis in conſcribendo, nume. 36. C. de Pact. & in l. fi. num. 49. C. de edic. diui Hadr. toll. & in cap. paſtor. nume. 10. de appell. Alcia. in conſil. 56. num. 6. Crot. in d. l. 1. in princ. nu. 29. de no. oper. nunc. Rub. Alex. in l. naturaliter. §. nihil cōmune, num. 344. de acquit. poſſ. Tiraquel. in tract. de mor. parte 6. decla. 6. num. 5. Socin. iun. in citato conſil. 18. col. 2. Carel. Cotta. in memor. ſuis in verbo appellari, el primo. Nicel. in 6. concord. glo. fallen. 5. Vant. in tract. de nul. ſent. rubrica. 4. quis poſſit dic. de nul. num. 34. & ita omnes tenere dicunt Bald. in l. 2. C. de epiſco. aud. & Io. Coraſ. in d. §. nihil commune, nume. 26. quamuis teneant oppoſitum, & malè, hancque eſſe communem atteſtantur Practi. Papien. in for. libell. ſpol. poſ. in verbo per ueſtram diffinitiuam, colu. 1. Berous in q. ſua 52. Ang. in l. fi. §. penul. col. fina. de appella. Dec. in conſil. 28. col. 2. & in d. l. 1. colum. 2. C. de bo. poſ. ſecundum tab. Cor. in conſil. 10. colu. 1. volum. 4. Pariſ. in conſil. 108. colum. 2. uol. 1. & hanc tanquam magis communem ſequitur Alex. in conſil. 2. colum. fi. volum. 3. cui aſſentit. Iaſ. in allegato conſil. 187. col. 5. in fi. & inquit Bald. in conſil. 217. colum. fi. uolu. 2. temerariam eſſe appellationem in poſſeſſorio ſecundum leges, quia ita dictat legis ſcriptura, & auctoritas, cui ſtandum eſt. Pro cuius confirmatione, quod not. Bart. in l. 1. in fi. C. quo. bono. vbi dicit,
10 † quòd à ſententia lata ſuper interdicto quorum bonorum non appellatur, quia eſt quodammodo quæſtio momentanæ poſſeſſionis, ſequitur Goza. in conſi. 5. col. 1. Item, & quod tradit Bar. quem alij ſequuntur in l. 1. C. de Saluia.
11 interd. ubi † à ſententia lata ſuper interdicto Saluiano non licet appellare de iure ciuili. rurſus in l. 1. ff. eo. tit. ubi inquit, ita de facto dixiſſe Ange. in dict. §. Item Seruiana, colum. 5. & Iaſ. colum. 15. Bal. in conſil. 210. volum. 5. Maran. in tract. de ord. iud. in 6. part. in 2. actu. nume. 309. Cœpol. cau. 87. Corn. in conſil. 190. litera E. uolum. 1. Ripa in rub. de pig. col. pen.
12 Similiter videmus, † quòd à ſententia lata in remedio l. fi. C. de edict. diui Hadr. tol. non appellatur, vt per Pariſ. in conſil. 54. num. 39. volum. 3. Zuccard. in d. l. fi. num. 435. & 441. uerſic. & ſic erit concluſio. Accedit etiam, quod dixit Bald. in d. l. unica, colum. 2. in fi. verſi. ſed pone, ubi noluit
13 † quòd quando in iudicio poſſeſſorio condemnatus ad fructus, uel ad intereſſe, licèt poſſet appellari ratione fructuum, uel intereſſe, quia cauſa non eſt momentanea, tamē ſecus à poſſeſſorio. ſequuntur Afflict. in deciſ. 77. colum. fina. Socin. in regula. 78. in ultima fallen. Addit. in Capel. Tholoſ. vltima, Ripa in capi. ſæpe colum. fi. de reſtitu. ſpol. Iaſ. in citato conſil. 187. colum. ſecunda. uerſicu. Item quando, & Maran. in dicto tract. de ord. iud. in ſexta par. in ſecundo actu. nume. 298. Ratio etenim quare appellari non poſ-
14 ſit, eſt, quia † talis ſententia parit modicum præiudicium, cum damnum tale poſſit per iudicium petitorium reparari, glo. in l. 2. ubi Bart. & alij de app. recip. glo. in uerbo momenti, in cap. 1. de cauſ. poſ. & propr. Bart. in d. l. unica, & Maran. ubi ſupra, num. 294. Cum igitur à dicta ſententia lata in poſſeſſorio non poſſit appellari, certè ſequitur, quòd per iudicem à quo potuit ſua ſententia exequi. Imò plus
15 dicitur ſecundum aliquos, quod † etiam ſi à dicta ſententia appellaretur, quæ admiſſa fuiſſet, quod licet admittatur, quo ad cauſæ deuolutionem, non tamen quo ad effectum ſuſpenſionis executionis, per dictam. l. unicam. ubi tex. dicit, quod quando de poſſeſſione cauſa dicitur, & ſi appellatio fuerit interpoſita, tamen lata ſententia ſortiatur effectum, remanente integra cauſa proprietatis. & ſic per illū text. tenuit Bart. in l. 2. colum. 2. in fi. ff. de appel. recip. Abb. in cap. cum ad ſedem, col. pen. de reſtit. ſpol. ubi dicit, ita conſuluiſſe, & uerè loquitur, ut in conſil. ſuo 55. uolum. 2. ubi reputat uerba Bart. in d. l. 2. ueriſſima, & notanda. Bald. in l. 2. colum. fi. C. de epiſ. aud. ubi poſt Archi. in §. ſunt etiā 2. q. 6. dicit, quod appellatio in poſſeſſorio procedit, ſed non impedit executionem, quia ſi retractabitur ſententia, etiam retractabitur executio. Albe. de Roſ. in d. l. vnica, Afflic. in deciſ. 77. col. penul. in fi. & in deciſ. 269. colum. fi. in princi. ubi inquit, ita uotatum fuiſſe, per ſacrum conſilium. Ang. in conſ. 207. Capel. Tholoſ. deciſ. vltima. Rub. Alex. in d. §. nihil commune, nume. 346. & ibi Io. Coraſ. nu. 26. quā opinionē in praxi receptam, atteſtatur Rubuf. ſuper ll. regias tract. de ſen. arti. 5. glo. 3. Ripa in d. c. ſæpe. nu. 3. Pariſ. in conſil. 108. nu. 20. uolum. primo, ubi refert hanc eſſe cōmunem, & eam tanquam magis receptam Doct. ſententiā am-

amplectitur Maran.in dicto ſuo tracta.de ord.iud. in 6.par.
in ſecundo actu,nu.294.vbi etiam ſubdit ita ſeruari in pra-
ctica in Regno.Sed quia huiuſmodi ſententia eſt falſa,vt ſu
pra dictum fuit, quam reprobant in ſpecie Rapha. Cuman.
in dicta l.ſecunda.ff.de appel.recip.vbi inquit,quòd opinio
Barto.ibi eſt contra caſum d.l.vnicæ, quæ vult, appellatio-
nem non impedire,quin ſententia ſuum ſortiatur effectum,
& reſeruatur ſolum quæſtio proprietatis, & per Bartolum
in d.l.vnica,columna prima, uerſicu.alij dicunt, vbi inquit,
quòd Barto. malè loquitur dum dicit, quòd illa lex non di-
cit, quòd non poſſit appellari, ſed quòd poſſit exequi non
obſtante appellatione, vt not. per eum in d.l.ſecunda. quia
16 litera dicit,ſententia ſortiatur effectum. Nam † ſentētiam
tranſire in ſuum effectum,nō eſt aliud quàm tranſire in rem
iudicatam,& dicit Angel.in dicta l.fin.§.penult.de appella.
quod Barto.loquitur contra communem,& ſimiliter Iaſ.in
dicto conſilio 187.colum.5.in fi.dicit ſententiam Barto.fal
ſam, prout & ante eum ita dixit Pract. Papien. vbi ſupra, &
verum dicunt,quia ſecundum communem intellectum d.l.
vnicæ,prohibetur appellatio à poſſeſſorio,ſecundum Pari-
ſium in citato conſil.108.num.13.& pro iſta opinione bene
facit,quod voluit Abb.in cap.ad reprimendam,de offi.ord.
17 vbi dicit, quòd † vbi appellatio prohibetur, intelligitur
prohibita quò ad vtrumque effectum deuolutionis, & ſu-
ſpenſionis,ſequitur Dec.in rub.de appel.nu.5.

Solùm reſtat reſpondere ad allegata in contrarium,non
obſtat igitur, dum primò dictum fuit, iudicem à quo detu-
liſſe appellationi ſentētiæ latæ in poſſeſſorio,& ideo quòd
iudex ad quem,debet de illa cognoſcere, & interim ſuper-
ſederi debebat ab executione, quia duobus modis reſpon-
18 detur,& primo, quòd † iudex à quo ſimpliciter non detu-
lit appellationi,ſed cū clauſula, ſi & quatenus iuris ſit, quæ
operatur,quòd ſi non debeat deferri, iudex à quo perſeue-
rat in ſua iuriſdictione, ita Bald.in rep.l.edita. colum.17.in
princ.verſic.Item dubitatur. C.de eden.Ang.in conſil.207.
colum.3. uerſic.nec obſtat ſi dicatur, quos ſequitur Peruſ.
in cap.ſæpe. colum.2.in princ.verſicu.quid autem ſi iudex,
de appella. ubi dicit hoc menti tenendum, quia multi hoc
non intelligunt,Fely.in cap.cum contingit,colum.3. de of-
fic.delega. Vbi refert ita etiam tenere Roma. in repe. l.pri-
me.de arb.colum.1.rurſus idem Roma.in conſil.561.col.2.
vbi ait, quòd dicta clauſula operatur, quòd ſi appellatio
erat iuſta, & ex rationabili cauſa interpoſita, quæ de iure
admittenda erat, habetur pro admiſſa, aliàs ſi admittenda
non erat, non habetur pro admiſſa, cum clauſula illa refe-
ratur ad iuris diſpoſitionem. Sequitur Socin.iun. in dicto
conſ.18.colum.pen.in fi.verſ.vel 2.vol.1. & Maran.in dicto
ſuo tract.de ord.iud.in 6.par.In 2.actu,num.200. Dec.in c.
oblatæ in 2.notab. de appel.Alciat. in conſ.406. num.3. &
19 ideo dicit Soc.in conſil.47. colum.2.vol.4. † quòd ſi iudex
pronunciauit litem pro conteſtata,non ſimpliciter,ſed ſi,&
in quantum de iure, vel ſecundum formam ſtatutorum con
teſtari poſſit, quod huiuſmodi clauſula talis eſt naturæ, ꝙ
ſi de iure vel ſecundum dictam formam ſtatutorum conte-
ſtari poſſit,introducitur conteſtatio,alias non, allegat Bal.
20 & Rom.vbi ſupra.

Secundò reſpondetur,quod † in omnibus caſibus,in qui
bus non licet appellare,appellatione pendente poteſt fieri
executio,glo.in verſic.caſibus,in cap.non ſolum, de appel.
in 6.& ideo dixit Bald.in cap.paſtoralis, §.præterea.col.2.
21 de offic.delega.† quod appellatio,quæ caret effectu,& non
habet iuris adminiculum, nō impedit executionem, ſequi-
tur Iaſ.in citato conſil.187.colu.6. verſic.vbicunque. Hinc
22 ſecundum eum videmus,† quod cum à ſententia excommu
nicationis non poſſit appellari, cap.paſtoralis, de appella.
quod appellatio non ſuſpendit ipſius ſententiæ executio-
nem, ut dicit Innoc. in cap.ab excommunicato, de reſcrip.
c.verum, vbi Doct.de appel. Idem uoluit Maran.in d.tract.
in 6.par.in ſecundo actu,num.172. vbi tradit, quod in om-
nibus caſibus, in quibus de iure appellari non licet, appel-
latio non ſuſpendit effectum ſententiæ, & iudex à quo po-
teſt innouare,ſecundum Baldum in c.ſancimus,quo tempo,
miles. cum itaque abdicata non fuerit iuriſdictio iudici à
quo per dictam appellationem, meritò ceſſare videtur o-
biectum de nullitatis executione, cum ea facta fuerit lege
permittente, nec per ipſum iudicem dicatur aliquid inno-
uatum. Vltimò non obeſt, quòd debet reuocari per viam
attentatorum conſiderata inhibitione iudici à quo, facta
per dictum iudicem appellationis,quia reſpondetur, quòd
23 † obiectum poſſet procedere, quando inhibitio fuiſſet ca-
nonica, prout eſſe debet, alias ſecus, cap.non ſolum. §.fin.
vbi Docto.de appella.in ſexto, Pariſius in conſil.108. nu.6.
volum.1. Sed in caſu, de quo agitur,canonica non fuit,pri-
24 mò quia,vt † inhibitio facta per iudicem appellationis ua-
leat, requiritur, quòd interueniat citatio partis, ut uoluit
Speculator in titu.de appella.in §.de officiali, verſ.ſed nun-
quid eo caſu.Aret.in conſil.20.col.3. verſ.circa ſecundum,
vbi inquit, quod à iudice appellationis debet fieri inhibi-
tio citata parte,& poſtquam ſibi conſtiterit appellationem
ad ſe legitimè deuolutam,& poſtquam cœperit cognoſce-
re ſuper meritis cauſæ appellationis, alias quod talis inhi-
bitio, tanquam facta de facto, de facto reuocari debet, ſe-
cundum Bartolum in l. prima. §. aduerſus. ff. de nou. oper.
nunc.Baldus in l.appellatione.colum.fin.in princ. verſicu.
vnum ſcias.C.de appellatio.ubi dicit, quod quando ad of-
ficiū iudicis ad quem, pertinet inhibere iudici à quo: ſem-
per debet præmitti per iudicem ad quem, antequam inhi-
beat iudici à quo,illa deliberatio,an appellatio ſit recipien
da, & demum ea recepta, poteſt inhibere,quia non poteſt
ad inhibendum procedere ſine cauſæ cognitione. vt in di-
cto capitu.non ſolum.§.ſi uero. Fely.in cap.dilectus filius,
il ſecundo,colum.fin.in prin.de reſcrip.Alexan.in conſ.69.
colum.2. uolum.7. Marſilius in l.de vnoquoque, in duode-
cima ampl.de re iud.& Iaſ.in l.ne quicquam.in verſ.octauò
fallit.ff.de offic.Proconſ.& lega.ubi inquit,ita communiter
teneri.

Facit etiam,quod uoluit Feder. de Sen.in conſil.300. vbi
25 tradit, † quòd quando iudex eccleſiaſticus ad petitionem
partis vult procedere ſuper cauſa vſuraria,quia contractus
dicitur uſurarius, non poteſt facere inhibitionem iudici
ſæculari, coram quo petitur executio inſtrumenti, niſi ec-
cleſiaſticus fecerit citare vſurarium. ſequitur Alexā.in con
ſil.9.in princ.vol.4. vbi aſſerit hanc eſſe magis communem,
à qua in pronunciando non eſt recedendum, quia ad hoc,
ut poſſit inhiberi,oportet coram iudice inhibente pendere
litem præiudicantem liti, pro qua inhibet. cap.tua,de ord.
cogn.ſed ante citationem nō poteſt dici,quod pendeat cau
ſa coram eo præiudicialis.rurſus Alex.in conſ.91. col.pen.
in princ.vol.2. vbi ſimiliter dicit hanc eſſe magis commu-
nem.Aretin. conſil.33.col.3. Iaſ. & Marſil vbi ſupra, ſed in
terminis noſtris nulla præceſſit citatio,ergo &c.

26 Vlterius dicitur,quod † actus geſti contra inhibitionem
non ſunt nulli,quando inhibitio facta apparet contra ius,vt
eſt glo.fin.in cap.2. & ibi Abb.in 4.notab.vbi etiam alij,de
27 reſtit.ſpol.Hinc eſt,quod † inhibitio ſubreptitia,& omnia,
quæ illius cauſa facta ſunt veniunt reuocanda, cap.cæterū,
ca.ſuper literis, de reſcript. Sed inhibitio de qua agitur eſt
contra ius, quia non debebat iudex ad quem, recipere ap-
pellationem à ſententia lata in poſſeſſorio, à qua ſecūdum
magis communem non appellatur, minuſque facere huiuſ-
modi inhibitionem nullam,ergo ea reuocanda.Vnde ex his
concluſio firma reſultat, videlicet, quod ex quo inhibitio
ipſa fuit nulla ex cauſis prædictis,quod non fuerunt ligatæ
manus iudicis à quo, quin potuerit procedere ad execu-
tionem ſuæ ſententiæ,per tex.in c.nec captandæ,in fi.& ibi
Domi.in vltimo notabili,& Franc. in glo.fi.de conceſſ.præ-
ben. in 6.Pariſ.in citato conſ.108. num.10. vbi loquitur in
terminis noſtris.

Rolandus a Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

1 *Bona confiſcata propter crimen læſæ maieſtatis in Domi-
num mediatum commiſſa, ſita in territorio immediati,*

*appli-*

*applicantur Domino immediato,& num.21.ſed contra, nu.27.29.& 30.*

2 *Dominium vtile, quod habet vaſallus in feudo præfertur directo.*

3 *Dominus directus cognoſcere non poteſt de primis cauſis ruſticorum vaſalli.*

4 *Supremus Dominus mandare poteſt officiali uaſalli inueſtiti de mero, & mixto imperio, ut intra certum tempus cauſſam decidat.*

5 *Superior licèt concurrere poſſit in iuriſdictione cum inferiore,tamen hoc fallit in domino feudi.*

6 *Dominus directus tutorem dare non poteſt pupillo in terra Baronis,nec alium actum iuriſdictionalem exercere,niſi in defectum iuſtitiæ.*

7 *Iudex uaſalli, ſi recuſatur ſuſpectus ab uno ex litigantibus, Dominus ſupremus & conſultorem, uel adiunctum dare non poteſt.*

8 *Infeudatum eſſe de utili dominio,nihil aliud eſt, quam habere utilitatem rei, & poteſtatem de ipſa diſponendi, cũ ſuperioris auctoritate,quem recognoſcit.*

9 *Infeudatus de mero imperio habet multas condemnationès ſubditorum, nec non & publicationem bonorum.*

10 *Merum imperium, qui præſcripſit per ſpatium immemoriale,habet confiſcationem bonorum.*

11 *Præſcriptio, licèt non ſe extendat de una re præſcripta ad aliam ſeparatam,tamen ſecus ad cohærentem, & dependentem.*

12 *Confiſcatio ordinaria in caſibus à iure permiſſis fit per quẽcunque iudicem habentem merum imperium, ratione territorij.*

13 *Vaſallus contra quem commiſſum fuit crimen læſæ maieſtatis, poteſt confiſcare bona delinquentis.*

14 *Bona confiſcata, ſi ſunt in diuerſis dominijs, unuſquiſque Dominus territorij ſui habet bona ſita in ſuis finibus, licèt alibi confiſcatio facta fuerit.*

15 *Fiſcus loco hæredis habetur.*

16 *Crimen læſæ maieſtatis eſt enorme, & arduum.*

17 *Pœna criminis læſæ maieſtatis de iure communi eſt mortis,& confiſcationis bonorum.*

18 *Et ne dum allodialium, uerum & feudalium.*

19 *Inueſtitus de feudo cum mero & mixto imperio, & omnimoda iuriſdictione, dicitur procurator in rem ſuam.*

20 *Confiſcatio bonorum eſt de regalibus.*

22 *Quod debetur alicui in uindictam ſuæ iniuriæ immediatè ſibi debetur,& alteri conferri non debet.*

23 *Poſſeſſor bonæ fidei hæreditatis,uero hæredi reſtituit, quod per actionem iniuriarum conſequitur propter iniuriam ſibi illatam in deiectione ex fundo hæreditario.*

24 *Iniuriato datur de bonis iniuriantis in compenſationem ſuæ iniuriæ.*

25 *Bona feudalia antiqua ob crimen læſa maieſtatis uaſalli, ſecundum communem applicantur domino directo & nõ agnatis.*

26 *Baro ſi conceſſit caſtellano caſtri quartam partem obuentionum, & contingat quòd committatur delictum in perſonam Baronis,propter quod publicentur bona delinquentis,Caſtellanus non habebit quartam dictorum bonorum,ſed ea omnia Baroni applicantur.*

28 *Crimen læſæ maieſtatis ſi committatur in Dominum mediatum per ſubditum uaſalli inueſtiti, in cuius inueſtitura Dominus directus ſibi reſeruauerit ius ſuperioritatis,& alti dominij,bona delinquentis applicantur Domino directo,& non ſubalterno.*

31 *Clauſula, ſaluo iure dominij, appoſita in refirmatione feudi,uel emphyteuſis,operatur,quòd ſi feudatarius,uel emphyteuta antea ceciderit à iure ſuo ob aliquam cauſam, non proſit ſibi refirmatio.*

## CONSILIVM LXXVIII.

STante firma ſententia ultimi ſupplitij, & confiſcationis bonorum lata contra Antonium de Albertinis,occaſio
ne criminis læſæ maieſtatis per eum commiſſæ contra do-
1 minum ſuum mediatum, dubitari videtur, An † bona publi
cata ſtabilia ſita in territorio, & caſtro Domini Claramon-
tis,utilis Domini eiuſdem, applicari debeant prædicto Do
mino infeudato de dicto caſtro immediato Domino delin-
quentis, an uero Illuſtriſſimo Domino ſuo mediato?prima
etenim facie dicendum videtur,quod bona ipſa publicata,
de quibus ſupra applicari debeant immediato Domino,&
non mediato. Quoniam clara eſt Doctorum ſententia, ꝙ
2 † vaſallus habet utile dominium in feudo, quod præfertur
3 directo.Bald.in l.1.q.43.ff.de rer.diuiſio.ubi dicit,quod† ſi
Dominus mihi conceſſit caſtrum in feudum, quod non po
terit cognoſcere de primis cauſis ruſticorum, quia vaſal-
lus habet iura utilia, & ideo præferendus domino, ſequi-
tur Laud.in tract.de principi. concl.265.Præpoſ.in cap.1.
in fi.de contro. inter dom.& epiſc. ubi inquit de tali quæ-
ſtione uidiſſe dubitari. Brunorus in conſil.27. columna pe-
nult.uerſicu.ſecundo,quia certum eſt, conſil. 31. colum.2.
uerſicu. breuiter dicendum, & in conſil.47.columna ſecun
da Curtius Iunior in tract. feud. in prima parte in 6.quæſt.
colum.2. in princ. uerſic.& ideo, & in conſilio 2. in princ.
Aegidius Boſſius in tract. crimin.in titu.de foro competen.
nume.18.& 45.& in titu.de principe,numero 281. Pariſius
in conſil.8.num.30.uolu.primo, & Iac. de Sancto Georg.in
inueſtitura ſua in uerbo Vicarius,colum.2.in fi.cum princ.
ſeq.ubi dicit, quòd ſi dominus inueſtiuit vaſallum de ali-
quo loco cum mero, & mixto imperio, & omnimoda iu-
riſdictione, & uaſallus conſtituerit officialem in loco co-
ram quo inter ſubditos illius uaſalli agitaretur aliqua cau
ſa,quod non poſſet ſuperior inhibere officiali, ne de dicta
cauſa cognoſceret, quia poſtquam Dominus eum inueſti-
uit,non poteſt ſe intromittere, de primis cauſis illius loci,
ratione vtilis dominij, quod habet ibi uaſallus, quod dire-
cto præfertur, ſubdens † tamen ſe putare, ſuperiorem Do-
4 minum poſſe mandare illi officiali, ut intra certum tempus
cauſam decidat, per not.in c.paſtoralis, de offi.ord.vbi Fe-
5 ly.colum.3.nerſic.ſexto limita,dixit, quòd † licet ſuperior
concurrere poſſit in iuriſdictione cum inferiore, tamen
hoc fallit, in Domino feudi cum vaſallo,quia ſibi attributa
fuit iuriſdictio priuatiua.Abb.in cap.cæterum,colum.2.de
iud.Brun.in citato conſil.27.colum.7.& 47.colum.2. Hinc
6 ſcripſit Faber inſtit. de Attil.tut.in princ. quòd † Dominus
directus non poteſt in terra Baronis ſibi ſubiecti tutorem
dare pupillo, nec alium actum iuriſdictionalem exercere,
niſi in defectum iuſtitiæ inferioris, per not. in cap. Roma-
na. de offi.ord.in 6.quem refert,& ſequitur Curt.iun.in ci-
7 tato conſil.2.vbi etiam tradit, quòd † ſi ab vno ex litigan-
tibus in loco uaſalli recuſatur iudex eiuſdem uti ſuſpectus,
non poteſt ſupremus Dominus dare conſultorem, vel ad-
iunctum iudici inferiori.Sequitur Aegid.in d.tit.de princi-
pe. nume.282.
8 Secunda eſt concluſio, quod vaſallus infeudatus, qui ha
bet utile dominium, quod nihil aliud eſt, quam habere uti
litatem rei,& poteſtatem de ipſa diſponendi cum ſuperio-
ris auctoritate, quem recognoſcit,ſecundum Paul.de Caſt.
in conſil.353.colum.1.uolu.primo,& Bal.in d.l.1.q.43.de-
bet habere mulctas, & condemnationes ſubditorum eius,
quia meri imperij.Barto. & alij in l.Imperium.ff.de iuriſd.
omn.iud.Iſer.Præpoſ.& Aluaro.in cap.primo.§. ſi quis ali-
quem,de pace tenen.& eius uiola.Bald. in couſil.306. cum
ſequenti, volum.4. ubi hoc dictum ampliat Iacob. de San-
cto Georg.in dicta inueſtitura,in uerbo,cum mero,& mix-
to imperio, colum.2. uerſi. ſed an pœna. Paul. de Caſtr.in
conſil.61.& 353.uolu.primo,& Iaſ.in d.l.Imperium, colu.
5.verſic. circa quartam partem, ubi reprehendit Bald.ali-
9 ter ſentientem in l.fin.ff.de offi.præfec.uigil.Et† non ſolum
ipſas mulctas, & condemnationes, ſed etiam publicationẽ
bonorum,ut per Luc.de Pen.in l.1.colum. penul. in princ.
verſi.ſecũdo quæritur.C.de priuile.ſchola.lib.12.ubi dicit,
quod conceſſo mero imperio, uidetur etiam conceſſa pu-
blicatio bonorum,arg.l.2.C.de bon.uacan.lib.10.Itẽ quia
æquiparatur habenti iuriſdictionẽ in dominio, & in admi-

niſtratione,c.primo.§.ſi magiſtrales,de pace ten.ſed tranſlato mero imperio in adminiſtrationem,intelligitur etiam tranſlata confiſcatio.l.1.C.ne ſine iuſſu.iud.Item & quia ex quo caſtrum eſt donatarij,ergo & emolumentum confiſcationis,quod ex eo procedit.l.ſolum.§.merum.ff.de rei uendi. & quia ſibi data eſt poteſtas in perſonis, fortius in rebus.l.ſecunda.ℽ.2.C.de agen.in rebus,lib.12.ubi idem ſub-
10 dit procedere † in eo, qui per ſpacium immemoriale illud præſcripſiſſet,quia eo præſcripto, præſcribitur & confiſca-
11 tio,quoniam † licèt præſcripta una re ad aliam ſeparatam præſcriptio non extendat, tamen ſecus ad cohærentem, & dependentem .l. ſecunda. C. de bon.uacan. lib. 10. Cuman.in conſ.162.colum.penult.in fi.Anchar.in conſil.161. col.prima,&ſeq. Alex.conſil.13.col.3.uolum.6.Brun.conſil.28.col.2.uerſ.horum autem publicatio. Alber.de Roſa.
12 in 3.par.ſtatu. q.18.colum.4. in princ. ubi inquit, † quod confiſcatio ordinaria in caſibus à iure permiſſis fit per quemcunque iudicem habentem merum imperium ratione territorij, & non per alium, quia confiſcatio fit ratione iuriſditionis,quę inhæret territorio.l.fi.C.ubi,&apud quē. Rurſus in q.19.colum.2.verſ. & idem.Veronen. in conſ.17. col.4.Corn.in conſ.96.col.pen.& fin.volum.4.Afflic.deciſ. 282.col,penul.in fin. Brun. in conſil.31. in ſecundo dubio. Ægid.in tit.de pœnis num.25. de bon.publ. num.63. & latiſſimè in titu.de regal.num.15.Bald.in l.fin.ff.de offic.præfect.vigil.& glo.eſt not. in d.l.1. C.ne ſine iuſſu, & ideo di-
13 xit Alex.in citato conſil.13.colum.3.ꝙ†ſi committatur crimen læſæ maieſtatis contra dominū vtilem habentem merum, & mixtum imperium in aliquo caſtro, quòd vaſallus poterit confiſcare bona delinquentis. Sequitur Crauet.in conſ.324. colum.penult. & Ægid.in titu. de bono.publica. num.63. verſic.& quid. Hanc etiam partem tenuit Afflic.in c.primo.§.ſi quis aliquem,colum.fina. verſ.in cauſis autem criminalibus,de pac.tenen.& viol.eius, vbi inquit, Baronē non poſſe procedere in criminalibus, nec bona publicare, niſi Rex nominatim concedat Baroni caſtrum cum iuriſdictionibus,& cum mero, & mixto imperio, quia tunc poterit procedere, & publicare, cum hoc habeat ex priuilegio Regis,quia iſti ſunt officiales Regis, non ratione feudi, ſed priuilegij, cum Rex priuato poſſit concedere ſuam ſupremam iuriſdictionem.

Nec obeſt,quòd idem Afflict.in cap.primo, in uerbo condemnatorum,quæ ſunt regal. num.39. teneat contrarium, dicens,quòd Barones regni, qui habēt ex priuilegio regis, merum,& mixtum imperium,non poſſunt incorporare bona,quæ de iure publicātur ex delicto, niſi expreſſim hoc in priuilegio dicatur,quia publicare bona eſt ius regale,vt dicitur in dicto verſic.condemnatorum,quia reſpondetur, ꝙ ſi iſtud eſt de conſuetudine regni poteſt procedere,aliàs de iure communi ſecus,quià contra communem de qua ſupra.

Tertia eſt concluſio magis communiter recepta, quòd
14 † vbi bona confiſcata ſunt in diuerſis territoriis, ea pertinent ad vnumquemque ex Dominis territoriorum,licèt alibi confiſcatio facta ſit,ut probatur ex not.per Bart. & alios in l.cunctos populos,col.fina.verſ.ſi uero.C.de Sum.Trini. & fid.catho.vbi in 3. capite ſuæ diſtinctionis inquit, quòd quando iuriſdictiones ſunt diſtinctæ, & burſæ fiſcales ſeparatæ,ſi publicatio fit de iure communi, quòd extenditur ad alia omnia bona ſita, tamen quælibet ciuitas habebit bona in ſuo territorio exiſtentia,quod probat, quia quælibet ciuitas dicitur procurator fiſci, ſed ſi eſſet fiſci procurator, & ad vtilitatem fiſcalem, ad ipſius officium ſpectaret eius acceptatio, & incorporatio dictorum bonorum, in fiſcum, ergo tunc pertinent ad eum, & ipſius vtilitatem. Idem uoluit Bald.in l.ex facto.ff.de hæred.inſtit. vbi tradit poſt Pet. ibi per eum citatum, quòd ſi confiſcantur bona alicuius, qui in diuerſis territoriis bona habeat, quorum quodlibet habeat ſeparatam burſam fiſcalem, vnuſquiſque fiſcus occu-
15 pat bona ſui territorij,& † cum habeatur fiſcus loco hæredis.l.tutoris,C.ad l.Iul.de vi.& l.1.C.de bon.quæ lib.quilibet fiſcus agere poteſt in ſuo territorio contra debitores illius, cuius bona ſunt confiſcata, & pariter reſpondere tenebitur creditoribus ſui territorij quilibet fiſcus. ſequitur Alexand.in conſil.31.colum.1.& 3. verſic.primo nō obeſt, volum.1. Aret.conſil. 10. colum.fin. in princip. Bologn. in conſil.35. colum.3. Angel. in tract.M. in verbo & eius bona publicamus,num.5. & ibi latè Ari.Paul. de Caſt. in conſilio 86.colum.2.ſecundum antiquam impreſſionem,Afflic. in c.1.§.fi.nu.35. quib.mo. feu.amit. Crauet. in conſil.128. colum.1.Cepol.conſil.17.colum.antepen.Ruin.in conſ.49. col.4.in fi.volum.3.& hanc eſſe communem opinionem legiſtarum & canoniſtarum tradit Romanus in conſi.50. Brunorus in conſil.31. col.pen. Afflict.deciſ.282. colum.fin. & Agid.in titu.de regal,num.15. Sed pro delicto,de quo agi-
16 tur, † quod eſt crimen læſæ maieſtatis & enorme, ut per Alexan.in conſil.13. colum.3. volum.7. & arduum, ut per Afflict.in titu.quæ ſint rega. in verbo, Et bona committen-
17 tium,num.18.de iure communi imponitur pœna mortis,& confiſcationis bonorum.l.quiſquis.C.ad l.Iul.maieſt.auth. bona damnatorum, C.de bon.dam. Alexan. in dicto conſil. 13.num.5.& 11.Guid.Pap. in quæſtione 341.in princ.Afflictus in cap.1.§.item ſi fidelis,num.74.quib.mo.feu.amit.& in dicto verbo,Et bona committentium, num.17. vbi dicit,
18 quòd † in dicta publicatione veniūt nedum bona allodialia,ſed etiam feudalia. Ex his igitur tribus concluſionibus infertur, quòd dominus de Claramonte, cum ſit vtilis Dominus dicti Caſtri, habeatque in eo merum & mixtum imperium,quod comprehendit publicationem bonorum, & delictum tale ſit, pro quo de iure communi imponitur publicatio bonorum, ipſaque bona ſint in diuerſis territoriis, quorum quodlibet habet burſam fiſcalem ſeparatam,quòd eidem applicari debent bona ſtabilia exiſtentia in ſuo ter-
19 ritorio, quamuis confiſcatio alibi facta fuerit. Nam † ipſe inueſtitus de tali feudo cum mero mixto imperio,& omnimoda iuriſdictione, dicitur procurator fiſci in rem ſuam. Bald.in l.1.in fi.C.de hæred.& actio.vend. Cuma. conſ.162. colum.penult.in fi.Bartolus in dicta l.cunctos populos, colum.fin.& Ægidius in titulo de regal. nume.15. verſic.quia ex dicta inueſtitura, & eo magis hoc admittendum venit,
20 cum dicto infeudato conceſſa fuerint regalia, † inter quæ eſt confiſcatio bonorum, ut inquit Afflictus in dicto conſilio condemnatorum, numero 39. & in quorum conceſſione veniunt bona prouenientia occaſione delicti,ſecundum Abbatem in conſilio 60.verſicu.idem in bonis,uolum.2. & Crauet. in conſil.128. colum.2. Ægidius in titu.de pœnis. numero 25.& Afflictus in dicto §.condemnatorum.numero 29.

21 Vltimò † in terminis noſtris, uidetur eſſe deciſio Afflict. deciſio.282.colum.pen.in fi.vbi dicit, quòd ex quo Comes Aliſij,& terræ Dragonis in dictis terris habet merum,mixtum imperium, & ius confiſcationis bonorum allodialium, & feudalium, quòd bona delinquentis in perſonam Regis exiſtentia in ſuo territorio Draconis, applicantur ipſi comiti, cui fuerant iura ipſa fiſcalia ceſſa ſcilicet bonorum publicatio, cum dicatur procurator fiſci in rē ſuā, per dictum Bald.de quo ſupra.

Verum his non obſtantibus, ſententiam contrariam vti veriorem amplectendam fore, arbitror. Et dico, quod dicto domino mediato Illuſtriſſimo applicari debent omnia dona dicti delinquentis,tam ſita in ſua iuriſdictione immediata,quam mediata,quod probatur. Nam trita eſt iuris cō-
22 cluſio,quod † illud, quod alicui debetur in uindictam ſuæ iniuriæ, immediatè ſibi debetur, & alteri conferri non debet. l.ſecunda. §.emancipatus. ff.de collat.bono. ubi filius emancipatus,non confert ſuum,quod ex iniuriarum actio-
23 ne conſequitur. & in l.at ubi. ff.de petit.hæred. ubi † bonæ fidei poſſeſſor hæreditatis reſtituit vero hæredi, quod per actionem iniuriarum conſequitur propter iniuriam ſibi illatam in deiectione ex fundo hæreditario,in cap.1.§.ſi
24 quis,aliquem,ubi Afflictus in 5.not.de pace tenen.vbi† iniuriato datur de bonis iniuriantis in compenſationem ſuæ iniuriæ.optimus tex.in l.bouem.ℽ.ſi quis ſeruum,in ſecundo reſponſo.ff.de ædil.edic.Brun.in conſil.31.col.fin.circa
25 fi.Facit communis doctorum ſententia,quæ habet,† quòd propter

propter crimen læſæ maieſtatis vaſalli, applicantur Domino bona ipſius feudalia antiqua, etiã in præiudicium agnatorum, quibus alias non præiudicaretur, & hoc, vt dominus ſuæ iniuriæ vltionem habeat. c. 1. §. fi. quæ ſit prim. cau. ben. amit. Dec. in conſilio. 607. columna penultima circa fi. Pariſ. in conſi. 21. num. 53. volumine primo & hanc eſſe communem dixit Ana. in conſil. 32. columna 2. & Bologn. ibi in add. imo magis communem Curt. iun. in tract. feud. in 5. parte in 1. concluſio columna prima. & Iac. de S. Giorgio in inueſt. ſua, in verbo dictique vaſalli, colum. 22. verſi. videmus nunc in fi. vbi dicit iſtam ſententiam, tanquam magis communem in iudicando ſequendam, & ab ea non recedendũ, & ideo ex præmiſſa concluſione, in terminis noſtris dicit
26 Oldr. in conſi. 148. quod † ſi Baro conceſſit caſtellano caſtri quartam partem obuentionum, & contingat, quod aliquis committat delictum in Baronem propter quod veniat bona publicanda, quod caſtellanus non debet habere dictam partem dictorum bonorum, ſed ea omnia Baroni applicantur, quia quod alicui debetur in ſuæ iniuriȩ vindictam, alteri conferri non debet. & Oldra. ſequuntur Bald. Præpoſ. & Affl. in cap. 1. de capit. qui cur. vend. Gramma. in conſi. 6. nu. 5. Iacob. de Sancto Georg. in d. ſua inueſt. in verbo de caſtro Rubei, col. 2. verſic. pone princeps. & Aegid.
27 Boſ. in tit. de pęnis, num. 28. vbi propriè dicit, † publicationem bonorum pro crimine læſe maieſtatis, in ſupremum Dominum non eſſe feudatarij, ſed Domini, quia Princeps videtur ſibi reſeruaſſe vltionem ſuæ iniuriæ, & quod ita vidit ſeruari. Guid. Pap. q. 341. Crauet. in conſi. 128. colum. fi. & Brun. in citato conſi. 31. colum fin. verſi. inſuper, quod q̃dem magis confirmari videtur ex clauſula appoſita in conceſſione feudali facta vaſallo, in qua dicitur, Saluo, & reſeruato iure ſuperioritatis, & alti dominij, propter quam clauſulam dicunt Laud. Iſer. & Præpoſ. in c. 1. qual. vaſal. iur. de-
28 beat fidelitatem dom. quod † ſi in caſtro, vel iuriſdictione alicuius vaſalli committatur crimen læſæ maieſtatis, bona non confiſcantur Domino ſubalterno, ſed & Regi, & Duci. ſequitur Brun. in d. conſi. 32. colum. penul. verſi. eſt verũ, quo carrocio ſic ſtante, cum ſit firmiſſimum, reſtat reſpondere obiectis, Et ad allegata in 1. 2. & 3. conclu. reſpondetur, concluſiones ipſas veras, & iuridicas, eaſque procede-
29 re, † quando committitur delictum in territorio vaſalli, propter quod bona veniũt publicanda, vel ſi committitur aliquod delictum alibi, & in diuerſo territorio, pro quo d̃ iure communi veniat imponenda pœna publicationis bonorum, in quo Princeps offenſus in perſonam non habet ſupremum dominium, ſecus, ſi delinquens in perſonam ſuam, eſſet ſibi mediate ſubditus, quia tunc confiſcatio bonorum trahitur etiam ad bona ſita in territorio vaſalli, & fiſco ipſius principis applicantur, ita omnes Doct. vbi ſupra in fundamento huius partis, & iſtud clarè dicit Iac. de S. Ceorg. in dicto verbo de Caſtro Rubei, colum. 2. verſ. ſed pone, vbi inquit quod primus qui promiſit caſtellano dare quartã partem obuentionum, ipſam dare non tenetur de bonis ſibi applicatis propter crimen commiſſum in perſonam ſuam, ſecus de pœnis, quæ deberentur ex alijs delictis inter alios commiſſis, quia tunc ſibi debetur quarta pars.

Nec obſtat, quod vtili domino debentur bona ſita in ſuo territorio, quia Dominus ſupremus ſatis dicitur habere vindictam ſuæ iniuriȩ, quando videt delinquentem puniri,
30 & priuari bonis ſuis, † quia reſpondetur, quod attenta hac ratione deſtrueretur communis conclu. Oldra. & omnium aliorum, qui volunt, quod Caſtellano non debetur quarta pars obuentionum, propter crimen læſæ maieſtatis commiſſum in Dominum, quia etiam in caſu illo ſatis fuiſſet domino videre priuare delinquentem bonis ſuis, & eum punire, & tamen in oppoſitum eſt veritas, ꝙ totum debetur Dño ratione iniuriæ ſibi factæ. Item ſi admitteretur illa ratio, aliud etiam ſequeretur, quod dominus contra quem per vaſallum commiſſum eſt crimen leſæ maieſtatis non conſequeretur feudum in præiudicium agnatorum, quia ei deberet ſufficere vidiſſe delinquentem puniri in perſona, & in bonis, quamuis tranſiuiſſent in agnatos, & tamen magis cõmunis opinio eſt in contrarium, quod feudum applicatur Domino, & late demonſtratũ fuit ſupra ex dictis Curt. iun. Iac. de S. Geor. & aliorum citatorum.

Pariter nõ obſtat, quod dicta clauſula intelligi debet de alijs, quam de his, quæ ueniunt ſub contentis in inueſtitura, quia reſpondetur, quod clauſula appoſita in concluſione feudali dicti vaſalli, quæ formaliter ſic loquitur, iure tamen feudi, debitæque fidelitatis, eſt ſuperioritatis, & alti dominij prædicti Illuſtriſſimi Domini Ducis eiuſque filiorum, & Illuſtriſſimorum hæredum, & ſucceſſorum ſemper ſaluo, operatur, ꝙ modificantur contenta in ipſa infeudatione, uidelicet dummodo aliquid fieri non contingat, ꝙ ſuperioritatem ipſius ſupremi principis reſpiciat, quia illud vult ad ſe ſpectare, & non uenire in conceſſione, ut primo probatur ex no. per Guid. Pap. in deciſ. 192. ubi dicit. ꝙ filia, quæ quitauit bona paterna cum reſeruatione legalis echeutæ, non ſuccedit patri ab inteſtato, ſtantibus alijs liberis, qui non quitauerunt, ſtantibus autem alijs liberis ſuccedit excluſis agnatis, & aliis uenientibus ab inteſtato, ſecus aũt ſi nõ eſſet adiecta dicta clauſula, quia tunc nõ ſuccederet patri ab inteſtato, etiam ſi alij liberi non ſtarent, ſed deuoluerentur bona alijs uenientib. ab inteſtato, ſecundum communem Doct. opinionem in l. pactum, quod dotali. C. de coll. Accedit etiam, quod dicit Ioãn. de Pra. ſingulariter in l. hæc conditio. §. ſi ſic, ff. de condi. & demon. vbi in-
31 quit, † ꝙ clauſula ſaluo iure dominij, in refirmatione feudi, uel emphyteuſis, operatur, ꝙ ſi antea feudatarius, uel emphyteuta ceciderat a iure ſuo ob aliquam cauſam, non proſit ſibi noua refirmatio. Facit quoque quod ſcribit Pariſ. in conſi. 14. num. 42. & ſequenti, uolumine 2. vbi tradit, clauſulam ſaluo iure ſuccedentium ab inteſtato, limitare facultatem legitimandi. Nam clauſula, ſaluo iure noſtro, multũ operatur, ut per Moder. in tract. de feud. in 2. par. num. 18. Affl. in cap. 1. §. quid ergo, num. 5. circa fi. in uerſ. aliqui moderni. Nec etiam obeſt, ꝙ dicta bona ſatis dicuntur incorporata fiſco ſupremi domini, ſi i feudato cũ mero, & mixto imperio, & regalibus confiſcantur, cum ſit procurator ſuperioris Domini in rem ſuam, iuxta doctrinam Bal. d. l. 1. in fi. C. de hæred. uel actio. uend. quia reſpondetur, ꝙ intentio Doctorum eſt, ut conſtat ex ſupra dictis, ꝙ bona immediate applicentur fiſco Domini ſupremi, nec in tali caſu, in quo delictum commiſſum eſt in Dominum, propter crimen læſę maieſtatis. & in quo bona publicantur infeudati, non poteſt dici procuratur fiſci, ut in rem propriam, ut clare patet ex deciſionibus ſupra citatis, ergo &c.

Vltimo non obſtat deciſio Afflict. quia reſpondetur, eũ male loqui, quia in contrarium eſt communis, ut ſupra, a qua in iudicando non eſt recedendum. Laus Deo.

Rolandus a Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

1 *Ordinatio nulla defuncti cadit regulariter in feudis.*
2 *Vaſallus de rebus feudalibus teſtamentum concedere non poteſt, declara, ut in nu. 30.*
3 *Legatum non afferens utilitatem, non ualet.*
4 *Vaſſallus ſi teſtatur ſimul & ſemel de bonis proprijs, & feudalibus, teſtamentum ualebit in proprijs, & non in feudalibus.*
5 *Vaſallus non poteſt de feudo teſtari pro anima.*
6 *Legatum factum de feudo in tantum non ualet, quod etiam æſtimatio eius, non debeatur.*
7 *Legatum factum per uaſallum de re peritura poſt eius mortem redditur inutile.*
8 *Vaſallus de feudo antiquo, non poteſt relinquere unam candelam pro anima ſua.*
9 *Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, æquiparatur feudo conceſſo tibi, & cui dederis.*
10 *Inueſtitus de feudo pro ſe, & cui dederit poteſt de feudo teſtari, & num. 21. & 27.*
11 *Inueſtitus de feudo pro ſe, & cui dederit, licet poſſit de eo te-*

*teſtari, tamen id uerum eſt, petita prius licentia a domino, alias ſecus, in contrarium eſt magis communis, ut in num. 25. & 31.*

*12 Vaſallus inueſtitutus de feudo pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, licet poſſit de eo diſponere, id tamen uerum arbitratur, dummodo diſpoſitio fiat in perſonas habiles, ſcilicet in deſcendentibus, & non in extraneis, nec in mulieribus, & numero 16. declara, vt in num. 33.*

*13 Mulier eſt incapax feudi.*

*14 Spurius inſtitutus hæres à vaſallo inueſtito de feudo pro ſe, & hæredibus quib. relinquere velit, non admittitur ad feudi ſucceſſionem, & nu. 39. & 42.*

*15 Confeſſio feudi facta alicui pro ſe, & ſuis hæredibus, & cui ius dabit non alterat naturam feudi, & num. 55. ubi datur ratio.*

*16 Tenorem inueſtituræ ſemper inſpicere debemus, cum vim contractus oſtendat.*

*18 Inueſtituræ tenor derogat omni naturæ feudali.*

*19 Quod amplia procedere etiam ſi ſit contra naturam feudi.*

*20 Clauſula pro te, & tuis hæredibus, & quibus dederis, aquiparatur clauſulæ pro te, & quibuſcunque hæredibus.*

*Item & clauſulæ, & quibus iura tua concedere volueris.*

*Necnon, & quibus relinquere uolueris.*

*Item ſi dictum fuerit concedo tibi feudum, aut habituris cauſam a te, vel ius, aut actionem habentibus a te.*

*22 Diſpoſitum in vno ex æquiparatis, cenſetur etiam diſpoſitum in alio.*

*23 Feudum conceſſum alicui pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, includit non ſolum tria genera hæredum, de quibus Inſtit. de hæred. qual. & diffe. ſed etiam legatarium.*

*24 Feudum licet regulariter non veniat in reſtitutione fidei commiſſi, tamen id fallit, quando feudum ſuſceptum eſt pro ſe, & hæredibus quibuſcunque.*

*26 Emphyteuſim recipiens pro ſe, & cui ius concedere voluerit, poteſt rem emphyteuticam irrequiſito domino alienare.*

*28 Pater, quando ſtipulatur dotem reddi filiæ, aut ius, vel actionem habentibus ab ea, cenſetur ei conceſſiſſe circa alienationem dictæ dotis.*

*29 Feudum conceſſum pro te, & hæredibus quibuſcunque, tranſit ad quoſcunque hæredes, etiam extraneos.*

*32 Nullum verbum debet eſſe ſuperfluum.*

*34 Feudum conceſſum Titio pro ſe, & omnibus hæredibus, trãſit ad extraneos hæredes.*

*35 Emphyteuſis eccleſiaſtica conceſſa pro omnibus hæredibus, tranſit ad extraneos.*

*36 Qui totum dicit, nihil excludit.*

*37 Subſtitutio facta filio decedenti ſine filijs de Titio, & omnibus hæredibus ſuis, intelligitur de hæredibus etiam extraneis.*

*38 Tenor inueſtituræ indefinite interpretandus eſt, vt ſonat.*

*40 Naturales non ſuccedunt in feudis.*

*41 Spurij ſunt deterioris conditionis, quam naturales.*

*43 Spurij indigni ſunt omni beneficio.*

*44 Spurij de iure ciuili non ſunt alendi a patre, nec a matre.*

*45 Spurij ſunt infames infamia facti, & iuris.*

*46 Spurij ſunt teſtes non matrimonij, ſed adulterij: non honoris patris, ſed pudoris.*

*47 Spurij non dicuntur omni exceptione maiores.*

*48 Iuramentum ſuppletiuum non defertur ei, qui probauit per vnum teſtem baſtardum.*

*49 Diſpoſitio auth. ſi quis, C. de natur. libe. locum non habet in ſpurijs.*

*50 Spurijs nulla eſt participanda clementia, quæ communicatur naturalibus.*

*51 Spurius repellitur a dignitate et eſt infamis infamia iuris.*

*52 Spurius notarius eſſe non poteſt.*

*53 Feudum quamuis per pactum tranſeat ad quamcunqu perſonam, non tamen ad naturalem.*

*54 Nec ad legitimatum.*

*56 Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus, & quibus dederit, tranſit in fœminam agnatam, ſecus in extraneam.*

*57 Appellatione quorumcunque deſcendentium, in materia feudali ueniunt deſcendentes fœminæ.*

## CONSILIVM LXXIX.

STante forma conceſſionis feudalis factæ per quondam Illuſtriſſimum Ducem quondam Magnifico Domino Hadriano Aribaldo, de feudo Langulij, pro ſe, & hæredibus ſuis quibuſcunque in feudum antiquum, auitũ, & proauitũ, videtur prima facie dicendum, quod Dom. Ioan. Matthæus eius deſcendens non potuit in præiudicium Do. Antonij ſui nepotis ex fratre inſtituere Dominam Magdalenam eius filiam in dictis bonis feudalibus. Quoniã trita eſt concluſio,
1 † ꝙ in feudis regulariter nulla cadit ordinatio defuncti c. 1. ibi, Nulla ordinatione defuncti manente, vel ualente, de ſucceſ. feu. c. j. §. donare, qual. olim, feud. alie. pot. Bald. in
2 conſ. 170. in 1. uol. ubi inquit, † ꝙ vaſallus, de rebus feudalibus non põt facere teſtamentum, quia aut vult diſponere de ipſis bonis uerſus perſonam, quæ per eius mortem ſibi ſuccedere debet, & non ualet, quia relinquit ei, quod ſuum eſſe debet poſt mortem ipſius teſtatoris, cum tunc vires capiat teſtamentũ. l. mea res. ff. de cond. & demõ. Aut reliquit alijs, & tunc, aut prorſus extraneis, & non ualet, dicto §. donare, c. j. de alie. feud. Aut agnato, & tunc, aut remotiori, & non præiudicat proximioribus, etiam conſentiente dom. ut in ca. j. de alie. feud. pater, Aut proximiori, & † tunc non
3 ualet legatum, quia nullam affert utilitatem, cum & ſine legato ſucceſſurus eſſet. Dicit enim tex. quod legatum non afferens utilitatẽ non ualet. l. hæreditatẽ. ff. mand. l. 1. §. pen. C. comm. de lega. Idem Bal. in conſ. 275. vol. eod. ubi tradit notandum eſſe, quod in feudo non attenditur ordinatio teſtamenti, ſed natura pactorũ, uel conſuetudo, ca. j. de ſucc. feu. & ideo quod inſtitutio in feudis, nec legatum habet aliquid operari. d. §. donare. Et ſi † vaſallus ſimul teſtetur de
4 bonis ꝓprijs, & uaſalliticis, ualebit in ꝓprijs, & nõ in alijs, arg. l. ſi arrogator, §. ſi impuberi. ff. de ado. alibi in conſ. 56. volu. 3. conſ. 192. & 310. colum. 2. uerſi. 3. materies. uolum. eo. dup. in conſi. 351. volu. 1. conſi. 309. uol. 1. conſ. 291. colum. fi. uol. 2. 330. col. fi. uol. 3. & in conſi. 400. in fi. uolu. 5. vbi dicit, quod in feudo, nulla ualet uel valere poteſt defuncti ordinatio, & merito, quia feudum potius principali prouidentia primi parentis per mortem, & annihilationem immediati uaſalli pertinet ad agnatum ſuperſtitem, quam ex iudicio ſiue ſucceſſione ipſius vaſalli defuncti, ut in c. j. An agna. uel fil. magis a maiorib. hoc intelligitur habere, quam ab ipſo ultimo defuncto. Alex. in conſi. 16. nume. 11. uolum. 6. poſt Oldra. ibi per eum citatum, ubi concludit, non ualere legatum in re feudali factum a vaſallo, quaſi de re non deducibili in legatum. Curt. iun. in tract. feudi. in 4. part. in uerſi. pen. quæro. Dec. in conſ. 78. nu. 4. Pariſ. conſ. 2. colum. 1. volu. 1. conſi. 23. num. 172. volu. eod. & in conſ. 65. num. 11. uolum. 3. Ruin. in conſ. 45. num. 9. uolum. 1. & in conſi. 171. volum. 2. num. 14. Affl. in c. 1. §. adoptiuus, nu. 18. ſi de feud. ſue. contro. inter dom. & agna. in c. 1. nu. 106. de ſucce. feud. poſt alios ibi communiter, idem Affl. in cap. imperialem, nume. 71. cum ſequen. de proh. feud. alie. per Frider.
5 Et adeo vera eſt concluſio iſta, quod † etiam vaſallus de eo non poteſt teſtari pro anima, ut in d. §. donare, ibi uel ꝓ anima iudicare, per quẽ tex. ita tenent ibi cõmuniter Doct.
6 ita etiam tenuit Alex. in d. conſ. 19. nu. 11. ubi ſubdit, † quod
7 nec æſtimatio debetur, ſi feudum legetur, quia † quando vaſallus legat ius, quod habet in re, ſi ius eſt morte periturum, legatum eſt inutile, per l. ſi vxori. C. quando dies le. cedit Bal. conſ. 291. col. pen. verſ. ſed de feudalib. volumine 2. Cur. iun. vbi ſupra, Bal. in c. clerici, in 2. col. de iud. Fely. in c. inter dilectos, columna ſeptima de fid. inſtrum. Pariſ. conſilio 7. numero 13. volumine primo. Gozad. conſilio 8. numero 21. & Rui. in conſilio 45. numero 9. volumine primo & conſilio 143. numero 7. volumine tertio. Vnde
8 dicebat Iſer. in cap. primo an agna. vel fil. quod † vaſallus non poterit vnam candelam relinquere pro anima ſua de feudo

feudo antiquo ex pacto,& prouidentia, ſequitur Affl. in c.
Imperialem.in princ. numero 71. de proh. feu. alien. per
Frider.

9 Nec habet obſtare,ſi dicatur, quod † feudum conceſſum
pro ſe,& hæredibus quibuſcunque æquiparatur feudo con
ceſſo tibi,& quibus dederis,vt per Pariſ.in conſi.3.col.3.in
10 fi.& Curt.iun.in conſi.4. colu.2.quo caſu † ſicut inueſtitus
de feudo pro ſe,& cui dederit,poteſt teſtari,vt in capi.1.de
feud.non hab.propr.nat.feud.ita etiam &vaſallus,cui facta
eſt conceſſio pro ſe,& hæredib. quibuſcunque,quia reſpon
11 detur,† quod feudum conceſſum vaſallo cum facultate alie
nandi,& diſponendi,non poteſt alienari , nec de eo teſtari,
niſi prius petita licentia a domino , alias diſpoſitio non va-
let,ita Spec.in tit.de loc.§.nunc aliqua.verſ.vbi dicit,quod
ſi eſt factum pactum,quod emphyteuta vel feudatarius poſ
ſit alienare cui voluerit , quod neceſſario eſt requirendus
conſenſus domini,quia cum iſtud ſit de natura feudali, Do
minus videtur dediſſe licentiam ſecundum formam legis,
arg.l.ſi quando,C.de inoffi.teſta.& ſic quod poſſit alienare
cuicunque voluerit Domino requiſito.& Specu.ſequuntur
ibi Ioan.An.in addit.Alex.conſil.106.num. 4.vol.4.& 128.
col.2.vol.5.Belt.conſ.2.col.2.vol.2.Gozad.conſ.4.nu.28.
& in conſi.73.colum.2.ergo idem in caſu iſto dicendum vi
detur,quod virtute illius termini quibuſcunq., non potue-
rit.D.Io.Matthæus facere teſtamentum de feudo prædicto,
niſi petita licentia.prout etiam tenuerunt Affl.in deciſ.307
num.21.& Soc.iu.in conſi.70.num.9.volumin.3.& Calcan.
conſi. 50.

12 Vlterius dicitur † quod etiam dato,quod potuiſſet de eo
teſtari,non tamen in non habiles,quia verba hæredib. qui-
buſcunque,debet intelligi de habilib.& ſic de deſcendenti
bus ſecundum naturam feudi,& non de extraneis hæredib.
ſecundum Bal.in c.1.§.donare,colum.2.verſic.ſed dubitari
poteſt,qual.olim feud.pot.alie.Baldu.in l.cum virum,C.de
fideicomm.Aret.in l.Gallus,in §.etiam.ff.de libe. & poſth.
vbi dicit,quod quãdo dictio vniuerſalis poteſt aliquid ope
rari,nunquam operatur habilitatem inhabilium.l.2.§.quod
autem prætor,& ibi Bart.ff.qui ſatiſda.cogan.poteſt.n.ſecũ
dum eum,hoc loco operari,quod feudum tranſeat in deſcẽ
dentes inſtitutos in re certa,de quibus dubitatur, vel quod
tranſeat in legitimatos,alias inhabiles.c.1.§.naturales,ſi de
feud.fuc.cont.inter dom &.agna.vel ꝙ feudũ tranſeat in de
ſcẽdentes fideicomiſſarios,in quos alias non trãſiret. iuxta
not.in l.ſi patroni.ff.ad Treb.qui non veniſſent ad feudum,
ſi dictum fuiſſet ſimpliciter pro hæredib.Dec. in conſ.181.
num.4.conſil.193.colum.4.& in conſ.208. colum. fi.verſic.
tertio,Bal.vbi dicit hanc partem veriorem in c. in præſen-
tia col.19.de proba.& in conſi.173.colum.pen.in fin.Mart.
Laud.in d.§.donare,& Iacob.de S.Georg.in inueſtitura ſua
feud.in verbo, Et quibuſcunque hæredibus, columna pri-
ma,vbi inquit in q. facti,alias ita conſuluiſſe. Sed prædicta
13 † dom.Magdalena eſt mulier, & non habilis ad ſucceſſionẽ
feudi,immo illius incapax,c.1.de nat.ſucceſ.feud.c. primo.
§.fi.de his qui feu.dare poſ.& ideo dicit Affl.in prælu.feud.
num.125.quod ſi in inueſtitura ſit dictum de filijs, & nõ de
filiab.expreſſè,nunquam fœmina ſuccedit in feudo, & pro
confirmatione huius ſententiæ bene facit quod notat Bald.
14 in conſ.207.vol.2.vbi inquit,† quod ſpurius inſtitutus hæ-
res à vaſallo inueſtito de feudo cum pacto,quod poſſit hæ-
redibus relinquere,quibus velit,non admittitur ad ſucceſ-
ſionem feudalem,quia per dicta verba non includuntur per
ſonæ prohibitæ lege,vel moribus,vel natura incapaces,ar-
gum.l.cum prætor,§.pen.& fi.ff.de iud. Item, & quia verba
in quacunque perſona , debent reſtringi ad perſonam ido-
neam,ſicut nos dicimus,habeat vnuſquiſque,ſ.habilis.le.1.
C.de ſacroſan.eccl.ſequitur Affl.in c.1.§.naturales, in fin.ſi
de feud.fue.contro.inter dom.& agna.Rui.in conſ.105 nu.
11.vol.3.& in conſi.109.nu.27.circa fi.vol.eo. vbi dicit idẽ
de legitimatis , ſed mulier eſt prohibita l. morib.& natura
incapax,vt dictum fuit,igitur &c.

15 Vlterius dicitur,† quod ſi etiam in inueſtitura eſſet dictũ,
concedo tibi talem rem in feudum pro te, & tuis hæredib.
& cui ius dabit,per talia verba,non intelligitur alterata na
tura feudi,Bald.in l.liberti,libertæq. col.pen.C. de oper.li
ber.Iac.de S.Georg.in inueſtitura ſua,in verſic.ita etiam qđ
ipſi,col.2.in prin.& Curt.iun.in d.tract.feud.in 4.part,in re
gula principali alienat.in 5.q.circa fi.& iõ dixit Dec. in cõ
16 ſil.193.col.4.quod † per clauſulam appoſitam in inueſtitu-
ra feudali,& cui dederit , non poteſt transferri feudum in
fœminam,per dictum Bal.in d.c.1.§.donare,col.2. uerſicu-
lo ſed dubitatur,vbi tradit quod feudum conceſſum tibi &
hæredibus tuis quibuſcunque non obſtante illo termino
vniuerſali, quibuſcunque,reſtringuitur, ita , quod fœmina
non includatur, & Decius ſequitur Gozad. in conſilio 26.
numero 57.

17 Quibus tamen † non obſtantibus,quæ verè non obſtant,
contrariam ſententiam,vti veriorem ſequendam eſſe arbi-
tror,ſi bene inſpiciantur tenores inueſtiturarum conceſſa-
rum tam primò acquirenti quam prædicto D. Io. Matthæo
cum dicta clauſula pro te,& hæredib.quibuſcunque,quarũ
tenorem ſemper inſpicere debemus , cum vim contractus
oſtendant,c.1.verſi.propter tenorem inueſtituræ, de duob.
fratr.a ca.inueſt.c.ſi cui,de quibuſdam capiti. extraord. in
ver.ſermonem tamen inueſtituræ, nec non vim verborum,
18 & ſenſum contrahentium intuentes , † derogat enim omni
naturæ feudi tenor inueſtituræ,vt eſt tex.in d.c.1. de duob.
fratr.quem Bal.ibi ad hoc notat,& reputat egregiũ,& mẽti
19 tenendũ Et hoc † procedit,et ſi tenor inueſtituræ ſit contra
naturam feudi,vt not.Bal.per illum tex.in ca. 1.§.præterea
in tit.Quid ſit inueſt.ſequitur Dec.in conſ.614. col.1.Pari.
cõſ.2.nu.15.vol.1.& cõſ.4.nu.6.vol.1.latiſſimè p Cur. ſen.ĩ
conſi.48.col.7.in fi.cum ſequenti.& pro fundamento huius
partis facio infraſcriptas concluſiones communiter ab om
nib.receptas,ex quib. apparebit reſponſum , ſi non ad om-
nia ſupra in contrarium deducta , ſaltem ad maiorem
partem.

20 Prima igitur eſt concluſio ab omnib.recepta,† quod a pa
ri procedunt,& æquiparantur iſtæ clauſulæ appoſitæ in cõ-
ceſſione feudali,concedo tibi feudum pro te,hæredib.tuis,
& quib.dederis,vel pro te,& hæredib. quibuſcunque , vt p
Curt.in conſ.4.col.2.Pariſ.in conſ.2.col.3.in fi.volum.1. &
Rub.Alex.in l.Gallus §.quidam rectè, num. 200.de vulg.&
pup.Affl.in §.donare,nu.15.vel quibus iura ſua voluit con-
cedere,vt per Pariſ.in conſ.23.num.41.vol.1.Goz. conſi.4.
nu.8.Campeg.conſ.11.col.2.inter conſilia Bru.Iac. de San-
cto Georg.in inueſt.ſua,in verb.ita etiam quod ipſi,& Cur.
iun.in tract.feud.in 5.par verſi.quintò quæro, vel quib. re-
linquere velit,Bal.in conſi.207.vol.2.Ruin.conſi.105.colu.
3. vel quod dictum ſit aut habituris cauſam ab eis , vt per
Camp.vbi ſupra.Curt.iun.in conſi.1.colum.2.Rui.in conſil.
39.num.4.vol.1.& Crauet.in conſil.84.num.11.& 92.colu.
3.c.fi.vbi idem dicit,ſi dictum fuerit ius aut actionem ab eis
21 habentibus.Sed clariſſimi iuris eſt,quod † quando feudum
eſt conceſſum alicui pro ſe,hæredibus, & quibus dederit,ꝙ
vaſallus põt de eo teſtari,vt ſignanter voluit Bald. quem ſe
quuntur omnes in c.1.per illum tex.de feudo non habente
propriam nat.feu.vbi inquit,quod per illa verba & quibus
dederit,ſimpliciter prolata,apparet manifeſtè , quod quo-
modocunq. dederit, ſiue vendendo ſiue donando, ſiue per-
mutando,ſiue in dotem dando,ſiue teſtamentum faciendo,
valet datio,quia illa verba,& quibus dederint, ſunt amplia
tiua,quæ non recipiunt reſtrictionem,ſequitur Curt.ſen.in
conſi.63.col.pen.Brun.conſ.38.col.2.Cur.iun.cõſ.108.nu.
17.ergo & quando feudum eſt conceſſum pro ſe,& hæredi-
22 bus quibuſcunque virtute purificationis,quia † diſpoſitum
in uno ex æquiparatis,cenſetur & in alio diſpoſitum.l.ſi qs
ſeruo.C.de fur.Are.in rub.ff.de acqui. poſ.

Et in terminis noſtris,quod uirtute dicti termini uniuer
ſalis quibuſcunque potuerit de fendo vaſallus diſponere,
vult Soc. iu. in conſi. 1.num.5.volu.2.quod probat etiam
ex not.per Bald.in c.Imperialem.§.1. col. 2.de proh.feud.
23 alie.per Fride.vbi inquit,quod † quando feudum eſt con-
ceſſum Titio accipienti pro ſe,& hæredibus ſuis quibuſcun
que uigore illorum uerborum,non ſolum tria genera hære

dum

dum includuntur,ut inſt.de hæred.qual.& diff.ſed etiam le-
gatarius,quia legatarius dicitur quodammodo hæres. l. id
tempus.§.1.de vſucap.ſequitur Iaſ. in l.quædam, §. nihil.ff.
de eden.Iacob.de S.Geor.in inueſtitura ſua feu.in verbo &
cum pacto,quod de ipſo feudo,columna quinta Cur.iun.in
tract.feud.in 4.par.in 1.reg.alienationis in numero penul-
timo columna quinta verſiculo quarto ſignanter. Affl. in d.
§.donare,num.15.& pro iſta opinione bene facit,quod vo-
luit Alexand.in l.ſi patroni,in princ.columna penultima ff.
24 ad Treb.vbi dicit,† quod licet feudum regulariter non ve-
niat in reſtitutione fideicommiſſi,tamen iſtud locum nõ ha
bet,quando feudum eſt ſuſceptum pro ſe,& hæredibus qui
buſcunque & Alex.ſequuntur Iaſ.in d.§.nihil,Iacob. vbi ſu
pra,verſic.quod dixi ſupra,Curt.in loco ſupra citato , & in
conſ.48.numero 3.Iaſ.in uſibus feud.col.16.verſ. 3. limita,
& Affl.in d.§.donare,nu.15.per tex.in d.c.1.de feu. nõ hab,
propriam nat.feud.

Secunda eſt conclnſio ſimiliter ab omnibus recepta ,
25 † quod feudum conceſſum cum facultate alienandi poteſt
alienari irrequiſito domino,nullaque ab eo petita licentia,
Ita Bald.in l.1.q.45.ff.de rer.diuiſ.vbi dicit, quod ſi aliquis
acquirit feudum pro ſe , & cui concedere voluerit , habet
alienandi poteſtatem liberam,quo ad hoc,vt non teneatur
requirere Dominum,per d.c.primum,de feud.non hab.pro
priam nat.feud.Alex.in conſi.173.columna ſecunda in fi.vo
lumine 2.& in conſilio 228.col.fi.vol.6.Bal.in l.cum eſſent.
§.fin. ff. de ſeru.ruſt.præd.vbi per illum textum dicit,quod
26 † emphyteuta poteſt facere aliũ emphyteutam, ſi in inſtru
mento dicatur, quod ipſe recipit emphyteuſim pro ſe , &
cui ius huiuſmodi concedere voluerit,adeo quod ſi vendat
non requiritur alius conſenſus domini,quem tex.dicit mul
tum notandum,& menti tenẽdum.Idem ibi vult Ang.Imol.
in c.potuit,col.49.de loca.Ro.ſing.465.Cur.ſen.in conſilio
63.columna penultima Soc.conſ.257.nume.5.& in conſi.3.
col.fi.vol.3.Iaſ.in conſi.155.col.2.uol.2.& in conſ.156. co
27 lum.2.vol. eod. vbi inquit , † vaſallum de feudis conceſſis
cum clauſula pro ſe,& hæredibus,& cui,vel quib.dederint,
diſponere poſſe per viam teſtamenti , & inter uiuos ſine li-
centia domini,& in conſi.64.in fi.volu.3.Alberi.de Roſa.&
Salicel.in l.fi.C.de iure emphy.vbi etiam Iaſ.colum.3.Dec.
conſil. 171. columna ſecunda 390. numero octauo,& 680.
columna prima Capic.deciſ.64.colu.2. Curt.iun.conſ.108.
nu.17.Iac.de S.Geor.in inueſt. ſua in uerſic. ita etiam quod
rem,columna prima Gozad.in conſ.9.nu.2. & in conſil. 26.
num.47.Idem videtur velle.Cagno.in l.fiu.de reg.iur.circa
fi.dum ſe remittit ad Dec.in d.conſi.680.Calca.in conſi.50.
Ripa in l.qui Romæ,§.duo fratres,nume.87.de verb.obl. in
verſi.tertio facit,vbi loquitur in terminis noſtris.Pract. Pa
pien.in for.lib.quo agitur ad reuoc.feud.in verbo,ac nomi
ne.& hanc eſſe communem opinionem fatentur Dec.in cõ-
ſil.164.columna 3.& in conſil.193.col.3.Caſſiodo.in deciſ.
ſuis,in tit.de loc.deciſ.3.Cur.iun.in tract.ſuo feud. in 4.par
te,in materia alienationis,in 2.regula principali.q.5.ubi di
cit in practica non eſſe recedendum a dicta communi.Pari.
in conſ.3.colum.2.vol.1.ubi inquit,ita tenere communiter
Doctor.in dicto capitulo primo de feud.non hab.prop.nat.
feud.Rui.in conſi.81.num. 6.volu.1. Crauet.in conſilio 84.
num.11.& in conſilio 92.nume.6. vbi ex ſupradictis infert,
28 † quod pater,quando ſtipulatus fuit,dotem reddi filiæ,aut
ius,vel actionem habentib.ab ea,cenſetur conſenſum præ-
ſtitiſſe circa alienationem ipſius dotis , & hanc eſſe magis
communem Docto.ſententiam citat Alex. in conſ.189. nu.
9.cum ſeq.vol. 2.

29 Tertia eſt concluſio † quod feudum conceſſum pro hæ-
redibus quibuſcunque , tranſit ad quoſcunque hæredes ,
etiam extraneos , & ad quos alias de natura feudi non po-
tuiſſet tranſire,tanquam quod per illud verbum,quibuſcun
que,ſit mutata natura ipſius feudi.Ita Curt. iun.in conſil.1.
columna ſecunda vbi inquit hãc eſſe veram,& communem
concluſionem.Idem Curt.in conſilio 32.columna penulti-
ma per tex.in dict.capit.1.de feud.non hab.propr. nat.feu.
quem tex.ibi ad hoc notant omnes.Idem Curt.in conſi.48.
num.3.Iaſ.in conſ.17.colum.3.in prin.volu. 3.& in conſil.
118.colum.3.in fi.uolum.4.Dec. in conſi.78.colum.penul.
in princip.& in conſi.395.colum.fina.Socin.conſ.257.col.
antepe.cum ſeq.Alex.conſ.7.nume. 8. uolum. 7. Gozad. in
conſ.76.colu.2.& in conſ.103.col.2.Pariſ.conſ.71.num.42.
uolum.3.Soc.iun. in conſi.122.colu.3.uol.2.Ripa.in l.quæ-
ſitum.§.ſi quis cum tutor.ff.de priuileg.cred.ubi inquit, ꝙ
ſi infeudatus pro ſe,& hæredibus, & quibus dederit, & ſic
per iſta verba ſimplicia, cenſetur etiam infeudatus pro ex
traneis heredibus & ſingularibus ſucceſſoribus,quãto ma-
gis infeudatus cenſeatur per hæc verba,ſucceſſoribus qui-
buſcunque ? Alex.& Iaſ.in l.quædam, in §.nihil.ff.de eden.
Barb.in l.cum acutiſſimi,nu.159.C.de fideicom.Rub.Alex.
in l.ſed & ſi quis, §.quæſitum, nume.29.ff.ſi quis cautio.Pi-
cus in l. Titia. §. Titia cum nuberet,nu. 123. uerſ.ſecundo
videtur.ff.de lega.1.Rui.conſ.16.verſ.quintus eſt etiam ca-
ſus,uolum.1.in conſi.32.nu.5.in fin.vol.2.dum allegat Bal.
in c.Imperialem in prin. de proh. feud. alie. per Fride.ubi
notant Feudiſtæ.Bald.in l.j.q.34. ff. de rer.diuiſ.alibi idem
Rui.in conſ.16.nu.6.vol.5.Affl.in d.§.donare, nu.15.Curt.
iun.in tracta.feud.in 4.par.verſ. pen.quæro. col.5.ver.4.ſi-
gnanter, & hanc partẽ vti communem amplexi ſunt Curt.
iun.in conſi.4.in fi.Soci. inter conſil.Bru.conſ.9.col.1.Ripa
in l.ex facto,§.ſi quis, nu. 16. ad Treb.Pariſ.in conſi.13.nu.
169.uol.1.& in conſi.65. num.10.uol.3.& in conſi. 71. nu.
42.uol.eo.Rub. Alex.in l.Gallus. §.quidam recte, nu. 198.
ff.de libe.& poſth.Rui.in l.j.§.nunciatio.nu. 128. ff. de no.
ope.nunc.& eam,ut magis receptam, ſequitur Cur.iun. in
conſi.173.col.fi.

Supereſt modo reſpondere obiectis,& licet,ut dixi,ſatis
eis reſponſum patet,ſi non in totum,ſaltem pro maiori par
te ex ſupradictis , tamen illis breuiter reſpondetur. & ad
primum dicitur,quod & ſi de feudo regulariter per uaſallũ
teſtari non poſſit, tamen id procedit in feudo recto & pro-
30 prio, & non in alterato , † prout eſt feudum conceſſum a-
licui pro ſe,& hæredibus quibuſcunque, quia tunc virtute
illorum verborum, de feudo poteſt vaſallus teſtari.Ita uo-
lunt Scrib.in d.cap.j.per illum tex.de feud. non habe. pro-
priam nat.feu.Cur.iu,in trac.feu.in 4.par.in ver.pe.quæro,
in 5.col.in prin.verſ.quarto ſignanter limitanda Dec.conſ.
164. columna ſecunda & alij. Doc. ſupra citati in prima
concluſione.

Non obſtat ſimiliter ſecundum, quia reſpondetur,quod
ſententia Spec.& aliorum ſequacium uolentium,quod data
facultate vaſallo alienandi,ſi vult de eo diſponere,requira
31 tur conſenſus domini, † falſa eſt, & communiter reproba-
ta,ut uoluerunt Caſſiodo. vbi ſupra in titulo de loca.deciſ.
tertia,ac cæteri ſupra citati in ſecunda concluſione, quia ſi
aliter diceretur,ſequeretur, quod dicta uerba eſſent ſuper
flua,& nihil operarentur,contra l.ſi quando,de leg.primo,
& ideo reſtringi non debent ad eum caſum in quo eſſent ſu
32 perflua,† quia nullum uerbum debet eſſe ſuperfluum , ſi a-
lius ſanus intellectus poteſt accommodari, l.1.in prin.& i-
bi not.ff.ꝙ met.cau.alibi ſcribit Abb.in conſi.85.colum.3.
uolum.primo,ꝙ verba ſemper reduci dẽt ad caſum dubiũ,
per tex.in l.j.in fi.ff.de admi. tutor. itaque debent iſta ver-
ba pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, intelligi in caſu, in
quo dubium eſſe poterat,an uaſallus poſſet transferre feu-
dum in alium domino conſentiente , quo caſu aliquod du-
bium cadere non poteſt, & ultra eos etiam id uoluit Iaſ.in
l.fi.col.3.in verſi. ſed illa deciſio Spe.C.de iur.emph. quod
inquit multum diligenter menti tenendum.

Nec obſtat , quod verbum quibuſcunque appoſitum in
conceſſione feudali intelligitur de habilibus , & ſic de de-
ſcendentibus ſecundum naturam feudi,& non de extraneis
33 hæredibus , quia reſpondetur, † quod ex quo dictum ver-
bũ, quibuſcunque vniuerſale fuit appoſitum in diſpoſitio-
ne hominis , non recipit reſtinctionem de habilibus, ſed ẽt
tranſit ad extraneos hr̃des,ut late ſupra dictum fuit in ter-
tia,& in ultima concluſione. Quibus etiam addo Rui.in cõ
ſilio.18.nume.19.vol.2.& in conſilio 150.num.15.uol.2.&
Iaſ.in uſib.feud.col.6.uerſ.3.limita.Affl.in c.j.§.in genera-

li,nume.22. ſi de feud.fue.contro.inter dom.& agna.

Non obſtat ratio Areti in d.§.etiam,quia contra eum eſt communis opinio,ut ibi per Iaſ.propter dictam dictionem quibuſcunq; per quam vocantur etiam extranei hæredes, qui ex pacto ſunt habiles ad ſuccedendum de feudo, dicto c.primo de feu.non hab.propriam nat.feud. & ſic non agitur de habilitando penitus inhabilem. & contra Aret.etiã tenuit Ripa in dicto §.ſi quis cum tutor,colum.2.& Soc.ſibi contrarius in l.quidam relegatus in quinta concluſione. ff.de reb.dub.& in conſil. 10. inter conſilia Brun.& contra Aret.eſſe cõmunem,atteſtatur Rub.Ale.l.in Gallus.§.quidã recte,num.198.& Soc.iun.in cõſi.193.nu.28.uol.2.ubi inquit de opinione Aret.non eſſe curandum, cum contra eũ ſit communis. quæ opinio comprobari poteſt ex not. per
34 Bal.in c.in præſentia,de proba. ubi inquit, † quod ſi feudũ ſit conceſſum Titio pro ſe, & omnibus hæredibus ſuis, ueniunt & hæredes extranei, ſequitur Curt. iun. in conſil.1.
35 colum.2.Gozad.in conſi.27.num.22.vbi dicit,†quod licet in emphyteuſi eccleſiaſtica, uel in feudi conceſſione,hæredis appellatione nõ veniant extranei,c.j.§.& ſi clientulus, de alie.feud.ſecus eſt,ſi dictum fuerit pro ſe,& omnibus hę redibus,& in conſi.6.num.44.Alex.in conſi.195 nu.4.vol. 6.nam ſignum illud uniuerſale omnibus, declarat mentem concedẽtis fuiſſe,quod omnes hæredes extranei admittan
36 tur,quia† q totũ dicit,nihil excludit,l.Iulianus in prin.ff. de leg.tertio, multum enim operatur illud ſignum uniuerſale ad ampliandam conceſſionem.Idem Alex. conſ.30.nu. 15.volumine 5.

Accedit etiam quod dixit Dec. in conſ. 294. colum.2.v-
37 bi dicit,† quod licet ſubſtitutio facta filio decedenti ſine filijs de Titio & hæredibus ſuis, intelligatur de deſcendentibus,& non extraneis, ut per Bart. in l.Gallus,in §.etiam, de lib.& poſth. qui communiter approbatur , tamen iſtud fallit,quando teſtator uſus fuit ſigno uniuerſali de omnib. hæredibus, quia tunc ueniunt & extranei, ergo & quando dictum fuit de hæredib. quibuſcunque, ut per Ale. in conſ. 30.num.15.& 105.colum. pen. ſupra citatis , ne reſtringa-
38 tur tenor dictæ inueſtituræ, † quia indefinite interpretandus eſt, ut ſonat,ut per Bald.in conſilio 119.uolum primo, quem ſequitur Curt.iun.in conſ.j. nume.5. Et tanto magis hoc dicendum venit,cum in interpretando verbum quibuſcunque in lata ſignificatione pro hæredibus extraneis modicum inferatur præiudicium directo domino feudi, quia, vt dicit Imol.in l.ex facto.§.ſi.ff.ad Treb. etiam quod feudum tranſeat ad extraneum hæredem, iſtud non eſt ſine utilitate domini,cum habeat feudatarium perpetuum,& non omnino inhabilem in feudo,ut per Rub. Alex.in d.§.quidã recte,num.198.

Similiter non obſtant notata per Bal. in conſil. 217.vol.
39 ſecundo, † quia reſpondetur, ſpurium non poſſe ſuccedere propter concurſum duarum improprietatum, prima eſt,quia ſpurius, ut in §.vulgo inſtit de ſucceſſ.agn. l.ſpurius.ff.unde cogn. Affl.in c.j.§.naturales, in prin.num. 11.ſi de feu.fuer.contro. inter domi.& agnat.& in gl.vnica num.11.Crau.conſ.138.col. 2.Deci.in conſ.85. col.fin.ubi
40 inquit, quod non dicitur de domo.Item†& quia extranea perſona,& naturales non ſuccedunt in feudis,ut in d.§.naturales, ergo multo minus ſpurij nati ex damnato coitu.
41 Ita Afflict.in d.§.naturales, in prin. Spurij † enim ſunt deterioris conditionis,quam naturales.Crauet in conſi. 138. col.2.& 176.in prin.& ſic concurrent duo ſpecialia.
42 Secundo reſpondetur,quod† in tali conceſſione non cõprehenduntur ſpurij,& hoc propter nobilitatem concedẽtis,qui non præſumitur cogitaſſe de filijs natis ex illicito & damnato coitu, & declarat Ang. in diſpu.incip.Nobilis quidam genere.ſequitur Ruin.in conſi.161.num.24.uol.2. in conſ.77.colum.2.in ſi.uolum.3. & in conſ.109.num. 27.
43 volum.eod. Nam † ipſi indigni ſunt omni beneficio. Auth.
44 licet.C.de natu.liber. Et † ideo de iure ciuili,non ſunt alẽdi,neque a matre.Auth.ex complexu,C.de inceſt.nup.ſunt
45 † etiam infames infamia facti, ſecundum Azo.in ſumma de natu.lib.ꝑpter quod dicuntur turpes perſonæ in terminis l.fratres.C.de inoffi.teſta.Affl.in d.§.naturales, in ſecundo
46 not.nu.23.Bald.in conſi.70.volum.1.quia † ſpurij erunt teſtes non matrimonij, ſed adulterij, non honoris patris,ſed
47 pudoris.ca.dicit aliquis, 32.q.4. Item † non dicuntur om-
48 ni exceptione maiores, & ideo † ei qui probat per vnum teſtem baſtardum iuramentum ſuppletiuum non defertur. teſte Roma.in l.admonendi, de iure iuran. Et pro hac opinione facit quod notat Galiau.in l.Gallus.§.& quid ſi tãtũ. ff.de lib.& poſth.numer.75.verſi. quinta cadit, vbi inquit,
49 † quod diſpoſitio Auth. ſi quis, C.de natura. lib.habet locum in naturalibus tantum, & non in ſpurijs, qui ſunt magis odioſi.d.auth.ex complexu.
50 Hinc dixit tex.in §.ſi.qui.mo. nat. effi. legit. quod † ſpurijs nulla eſt participanda clementia, quæ communicatur
51 naturalibus.Videmus † etiam,quod eſt infamis infamia iuris,& quod repellitur a dignitate Bal.in l.3.ff.de lib.& poſt
52 hum. Et quod † non poteſt eſſe notarius.Alex.conſi.80.volum.2.Rui in conſi.35.num.14.uolu. 4. voluit etiam Rui.in conſi.105.nu.11.vol.3. ex mente Bald. in d.conſ.207.quod
53 † quamuis per pactum tranſeat feudum ad quamcunque ꝑſonam,vel ad hæredes quoſcũque, quod per hoc non intelligitur eſſe receſſum a diſpoſitione dict.cap. naturales,vbi
54 idem dicit de legitimatis,prout facit in conſi.109. nu.27. vol.eo.Quamuis de legitimato dubitandum ſit,per ea quæ tenuit Soci.in l.Gallus,in §.inſtituẽs.ff.de lib.& poſth. & ante eum Laud. in feudo alienabili, in diſputatione ſua, Aug. columna decima.

Non obſtat denique quòd quando dicitur in inueſtitura, concedo tibi talem rem in feudum pro te,& hæredib.tuis, & cui ius dabit,per talia verba non intelligitur natura feu-
55 di mutata. quia reſpondetur, † quod in illo caſu ſeruatur mera natura feudi,quia cõcedens retulit pactum ad ius. Ita Beldus in d. l. liberti,colum.fin.verſicu.quid ſignificant, ex not.per Bart. in ſimili,in l.Caius.ff.ſol.matr.Iaco.de Sancto Geor.in dicto verbo, ita & quod ipſi vaſalli. & Curt. iun. vbi ſupra. Homod.in conſi.10.colum.2.verſic.non obeſt, quod dicatur.

Pariter non obſtat,quod dixit Decius conſilio 193.co-
56 lumna quarta quod per clauſulam, & † cui dederit, feudum non poteſt transferri in fœminam, quia reſpondetur, quod ſi Decius loqueretur de alia fœmina, quam agnata, poſſet procedere dictum ſuum, per not.per Baldũ in dicto §. donare, quem allegat, ſed cum loquatur in filia, quæ eſt agnata, videtur male ſentire, vt conſtat ex his, quæ ſupra dicta fuerunt in quarta concluſione, & contrarium tenuit ipſe Dec.in conſilio 490. numero 7.verſic.Ex quibus patet, & Crot.in d.l.1.in §.nunciatio, nume-
57 ro 54. vbi inquit † quod appellatione quorumcunque deſcendentium in materia feudali veniunt fœminæ deſcendentes. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

## SVMMARIVM.

*1 Princeps concedens iuriſdictionem alicui oppido,videtur illam ei concedere non priuatiuè,ſed accumulatiue, nu.6. vbi eſt communis,nu 11.*

*2 Iuriſdictio ſpecialis Comiti domorũ, & ſi detur in colonos, vel inquilinos Imperatoris, non tamen per hoc videtur adempta iuriſdictio in eaſdẽ perſonas præſidi prouinciæ, tanquam maiori magiſtratui.*

*3 Iuriſdictio ſpecialis in concernentib.annonam,licet concedatur præfecto annonæ, nihilominus circa eandem non videtur adempta præfecto vrbis,qui generalior eſt.*

*4 Officialis vnus ſpecialis ſi fiat in ciuitate ſuper damnis datis, vel ſuper abundantia, non tamen propter hoc tollitur iuriſdictio Poteſtati, qui habet vniuerſalem iuriſdictionem.*

*5 Iuriſdictio inquiſitoris eſt accumulatiua ad epiſcopum qui eſt iudex ordinarius in cauſa hæreſis, non autem priuatiua.*

Con-

7 *Conceſſio iuriſdictionis, ſi facta eſt ſpecialiter alicui tã tũ, per dictam conceſſionem non excluditur Poteſtas, qui eſt maior & generalis ordinarius.*

8 *Statutum Florentinum diſponens, quod cõiunctus ſolum recurrat ad curiam officialem mercantiæ non adimit iuriſdictionem ordinario.*

9 *Statutum dans ſpecialem iudicem in cauſis hoſpitalium excluſis alijs quibuſcunque iudicibus, non excludit quin ordinarius de cauſis hoſpitalium poſſit cognoſcere.*

10 *Statuto, ſi caueatur, quod de furto, & adulterio omnes ciuitatis iudices poſſint cognoſcere, & alio diſponatur, quod ſolus capitaneus de adulterio cognoſcat, per hoc verbum ſolus, non videtur adempta iuriſdictio alijs.*

12 *Feudatarius licet habeat regalia, non tamen ea propria iura ſic poſſidet, quin poſſit ſuperior concedere licentiam imponendi noua dacia ſubditis.*

13 *Princeps Salerni, & ſi habeat priuilegium quod non poſſit cõminari, nec per viam retardatæ iuſtitiæ, cauſæ ab eius officialib. auocari, tamen ſi Rex per reſcriptum mandat magnæ curiæ uicariæ, vt ſuper denegata, vel retardata iuſtitia prouideat, id facere poteſt.*

13 *Princeps ſi intromittit ſe de cauſa, eandem ad ſe trahendo, nemo amplius eo inconſulto, in ipſa ſe intromittere poteſt.*

15 *Superiorum auctoritas in conceſſionib. iuriſdictionum ſemper cenſetur illæſa, adeo quod aliorum iuriſdictionem ſupprimere poteſt.*

16 *Papa committens iudici laico cognitionem aſſaſſinij commiſſi per clericum, non videtur abdicaſſe a ſe poteſtatẽ cognoſcendi de dicto crimine.*

17 *Princeps ſi concedat Baroni merum Imperium, non ex hoc videtur ſe denudaſſe ſua iuriſdictione, & imperio.*

18 *Princeps concedens alicui iuriſdictionem ad vitam, nõ propterea videtur a ſe abdicaſſe poteſtatem ſuam, vt illam non poſſit ei auferre, & alteri concedere.*

19 *Princeps licet conceſſerit vniuerſitati Capuæ, ſiue eius curiæ cognitionem criminis læſæ Maieſtatis in ſpecie, tamen ex hac conceſſione non uidetur ſe ſpoliaſſe, quin etiã ipſe, ſi uoluerit, cognoſcere non poſſit.*

20 *Imperator communicans alteri merum & mixtum imperium, etiam maximum, non tamen ſe priuat ſuperioritate, quam habet ratione imperij, quia ſuperioritatem in alium transferre non poteſt.*

21 *Iuriſdictio acquiritur per præſcriptionem immemorialem.*

22 *Iuriſdictio acquiſita præſcriptione immemoriali cenſetur in dubio acquiſita priuatiuè, non autem accumulatiue, declara, ut in nume. 24.*

23 *Inferior præſcribendo contra ſuperiorem, uel par contra parem, uidetur iuriſdictionem præſcribere excluſiuè ad ipſum ſuperiorem.*

## CONSILIVM LXXX.

1 QVod † oppidum Terzaghi, cui competit iuriſdictio
ex conceſſione Principis, illam non habeat priuati-
ue ad eum, ſed accumulatiue, ita quod utrique competat,
probatur ſuccincte ex infra dicendis, quæ iuridica, & com-
muniter ab omnibus approbata videntur. Primo enim af-
fertur in medium tex. in l. fin. iuncta gl. C. vbi cauſa fiſc. vbi
2 † licet iuriſdictio ſpecialis Imperatoris, nihilominus iuriſ-
dictio ſpecialis Comiti domorum detur in colonos, vel
inquilinos Imperatoris, nihilominus iuriſdictio contra eaſ-
dẽ perſonas, nõ intelligitur adẽpta p̃ſidi prouinciæ, cui uti
maiori magiſtratui circa eaſdẽ perſonas collata eſt. l. cũ ali
quis, C. eo. ti. Secundò per tex. in l. 1. C. de off. pręfect. vrbis.
3 vbi † & ſi Præfecto annonæ detur iuriſdõ ſpecialis in cõcer
nentibus annonam, tamen circa eandẽ non intelligitur adẽ
pta Pręfecto vrbis, qui generalior eſt. Et iõ inquit ibi Bart.
4 † quod licet in ciuitate fiat vnus officialis ſpecialis ſuper
dãnis datis, vel ſuper abundantia, non tamen propter hoc
tollitur iuriſdictio poteſtati, qui hẽt vniuerſalẽ iuriſdictio-
nem, ꝙ ſubdit notandum & menti tenendũ. ſequitur Bal. in
conſi. 253. col. 2. uol. 5. & not. per Ana. & per Fel. in c. ex
5 cõmunicamus, de hæret. vbi dicunt, † epiſcopum eſſe ordi-
narium in crimine hæreſis, & ideo quod iuriſdictio inqui-
ſitoris eſt accumulatiua, non autem priuatiua, c. per hoc, de
hæret. in 6. & quod in procedendo erit locus præoccu-
pationi.

Et ex hoc ibi colligunt patres prædicti, quod ſi vltra or-
dinarium ſunt alij officiales in certo genere cauſæ non pręiudicant ordinariæ poteſtati. Ratio etenim eſt, ſecundum
6 Doctor. communiter, quia † quando Princeps concedit ali
cui iuriſdictionem non videtur illam ei concedere priua-
tiue, ſed accumulatiue. Ita Abb. & cæteri, in c. paſtoralis,
de off. ordi. Roma. conſi. 393. colum. j. Aret. conſi. 101. colu.
1. Dec. conſi. 3. colum. 2. Brun. conſi. 27. col. pen. & in conſi.
47. col. 2. Grammat. uoto 28. num. 4. & deciſ. 30. col. 2. poſt
deciſiones infert. & Iaſ. in l. quod in rerum. §. ſi quis poſt.
ff. de leg. 1. ubi aſſerit hanc eſſe communem. Fortius uoluit
Bal. in conſil. 385. colu. 2. verſic. ſed prædictis, uolu. 4. quod
7 † ſi taxatiua ſit appoſita in conceſſione iuriſdictionis facta
alicui ſpecialiter, quod per eam excluduntur alij iudices
pares in illa iuriſdictione, quibus iuriſdictio attribuitur,
non tamen excluditur Poteſtas, qui eſt maior, & generalis
ordinarius. ſequitur Dec. in conſi. 3. colu. 2. ubi etiam con-
8 cludit, † quod ſtante ſtatuto Florentino, quod coniunctus
ſolum recurrat ad curia officialium, & conſiliariorum mer
cantiæ, quod non adimitur iuriſdictio ordinario, quia cum
ſit ordinarius generalis in ciuitate, habet fundatam inten-
tionem, vt de qualibet cauſa cognoſcere poſſit, ut arguit
Anchar. in conſi. 163. colu. 2. Idem Bal. in conſi. 253. colu. 2.
9 volum. 5. in verſic. ſi autem, ubi dicit, † quod ſtatutum dans
ſpecialem iudicem in cauſis hoſpitalium, excluſis alijs qui
buſcunque iudicibus, non excludit quin Poteſtas, qui
habet iuriſdictionem generalem poſſit de cauſis hoſpi-
talium cognoſcere.

Nec obſtat ſecundum Bald. quod ſtatutum vltra proce-
dit adimendo iuriſdictionẽ alijs iudicibus, & officialibus,
quia illa intelligitur reſpectu parilitatis iudicum, non autẽ
reſpectu maiorum magiſtratuum. Ange. in l. viros, C. de di-
uer. off. li. 12. vbi tradit, ibi eſſe optimum argumentum, per
10 illum text. quod de furto, & adulterio omnes ciuitatis iu-
dices poſſint cognoſcere, quia ſi alio ſtatuto caueatur, ꝙ
ſolus capitaneus cognoſcat de adulterio, per hoc verbum
ſolus, non videtur adempta iuriſdictio alijs, quod notatu
dignum dicit Iaſo. & ſingulare in l. quod in rerum §. ſi quis
poſt, de lega. primo, ſi eſt vera deciſio. & quamuis nonnulli
mordere uideantur hoc dictum, ut per Affl. in conſtitu. Re-
gni Conſtitutione duæ memoriæ. num. 49. tamen iſtam par
tem amplectuntur Gramma. in deciſ. 30. num. 2. in d. conſil.
2. num. 8. Hier. Verri. in l. ex facto, num. 9. ff. de vulg. & pu-
pilla. Cum igitur hoc admittatur in caſu præmiſſo, ubi tra-
ctatur de iuriſdictione Poteſtatis, & eſt dictio ſolus, quãto
magis hoc dicendum uenit in caſu, de quo agitur, ubi non
eſt dictio aliqua taxatiua, & tractatur de adimenda iuriſdi-
ctione Principis: quod melius probari uidetur per text. in
cap. dudum. §. nos igitur, de præbendis in 6. ubi dixit tex. &
ſi cardinalibus noſtris, uel alteri poteſtatem dederimus cõ
ferendi beneficia, apud nos tamen eadem, imo maior pote-
ſtas remanſit. Et ideo dixit per dictum tex. Bal. in conſ. 236.
11 in fin. uolum. 1. quod † Papa committens iuriſdictionem, vi
detur ipſam accumulatiue habere, & non priuatiue, ſe-
quitur Gramma. d. deciſ. 30. num. 5. & in d. conſi. 2. ac in ip-
ſo uoto 28.

Hinc etiam ſcripſit Ripa per dictum text. in reſponſo 4.
13 num. 3. in 2. parte, quod † licet feudatarius habeat rega-
lia, non tamen eo proprio iure ſic poſſidet, ꝙ ſuperior non
poſſit concedere licentiam imponendi noua dacia ſubditis.

Secundo facit, quod uoluit Gramma. in d. uoto 28. vbi
13 inquit, † ꝙ ſi princeps Salerni habeat priuilegium, quod
non poſſit comminari, nec per uiam retardę iuſtitiæ, cauſas
ab eius officialibus auocare, tamen, ſi Rex per reſcriptum
man-

mandauit magnæ curiæ uicariæ, ut ſuper denegata,uel re-
tardata iuſtitia prouideret, quod poteſt prouidere: quia
ex huiuſmodi priuilegio, non uidetur concedens ſe exclu-
ſiſſe, ſeu a ſe iuriſdictionem ſupremam abdicaſſe, quin &
ipſe quoque cognoſcere poſſit. mouetur per tex. in d.cap.
dudum. Item, & quia ſi Princeps concedendo iuriſdictio-
nem, ſeu cauſas alteri ſpecialiter committendo, non uide-
tur eam abdicaſſe ab alio ordinario ſuperiore, ergo multo
fortius a ſemetipſo, ſed accumulaſſe.

Nec obſtat ſecundum eum, quod in priuilegio dictum
ſit, quod non poſſit communicari, quia reſpondet Gramm.
quod per hoc Princeps non dicit, quod huiuſmodi commi
natio fieri non poſſit a ſe,uel a ſuo vicegerente,quia perſo-
na ipſius loquentis exceptuata videtur.l.inquiſitio,C.de ſo
lu.Nam ipſe princeps non poteſt dici iudex ordinarius,vel
delegatus, cum ab ipſo ordinarias & delegatas iuriſdictio-
nes deriuare,ac emanere appareat,& ipſe creat,& facit iu
dices ordinarios,& delegatos.l.j.ad l.Iuliam de amb. l.j.§.
cum vrbem.ff.de off.præfec.urb.
14 Et ideo videmus, † quod ſi princeps ſe de cauſa intromit
tat, eandem ad ſe, vel ad eius delegatum trahendo, nemo
amplius poteſt ipſo inconſulto in ea ſe intromittere,quaſi
huiuſmodi cauſa ſit exempta a iuriſdictione ordinaria,cap.
ut noſtrum,de appell.Bru.conſil.47.col.2.quod maxime ad
mittendum uenit in huiuſmodi conceſſionibus iuriſdictio-
num,ex his, quæ ſcribit Bald. in l.qui ſe patris. C.vnde lib.
15 ubi dicit,† quod in conceſſionibus iuriſdictionum ſemper
auctoritas ſuperioris concedentis cenſetur illæſa, cum ci-
tra eius auctoritatem non poſſit exerceri, quoniam in eo
ſemper reſidet ſuprema poteſtas inſeparabilis:unde poteſt
aliorum iuriſdictionem ſupprimere. ſequitur Gram.in de-
ci.30.nu.3.& in conſ.2.alleg.nu.5.

Tertio accedit,quod rurſus inquit ipſe Gramm.in conſ.
16 2.ubi tradit,† quod conceſſa iuriſdictione iudici laico per
Pontificem cognoſcendi de aſſaſſinio commiſſo per cleri-
cum, Papa non videtur ex huiuſmodi conceſſione iuriſdi-
ctionis,& de qua in cap.pro humani,de homicid.in ſexto,a
ſe abdicaſſe iuriſdictionem,& poteſtatem de dicto crimine
cognoſcendi quando vult, nec aliter ſe priuaſſe, d.c.dudũ,
& per tex.in d.cap. per hoc,de hæret.in 6. Et ideo dicit ibi
17 Gramm.quod † licet Princeps concedat alicui Baroni me-
rum imperium in Baronia,non ex hoc ſe denudaſſe uidetur
ſua iuriſdictione & imperio,quia conceſſa iuriſdictio Baro
ni abſque præiudicio ſuæ regiæ iuriſdictionis, ut inferior
gradus meritum ſuperioris cognoſcat. ca. cum epiſcopus,
de off.ord.in 6.

Quarto confirmatur hæc ſententia ex his,quæ uoluit ite
rum Gramma.in d.deciſ.30. vbi inquit, magnam curiam vi
cariæ non poſſe cognoſcere de delicto homicidij commiſ-
ſo in ciuitate Salerni, ſed cognitionem ipſam ſpectare Co-
miti dictæ ciuitatis,quoniam & ſi conceſſa iuriſdictione nõ
concurrat magna curia uicariæ cum Comite,quia pro prin
cipe reputari nõ pōtñ ſecus in principe, ſi Comes ipſe de
dicta ciuitate non eſſet infeudatus,per ea quæ notat Bal.in
l.1.q.45.ff.de rer.diuiſ.quia nulli dubiũ eſt, quin maior iu-
riſdictio reſideat penes principem concedentem. Hinc ẽt
dixit Bal.in citato conſil.253.colu.2.quod ſi princeps baſ-
ſè vni iuriſdictionem committat,& maxime ei qui ſubalter
natur ſuperiori,tunc non videtur denegatum ſuperiori,cũ
reipublicæ interſit habere plura prætoria.d.l.j.C.de off.
præfect. vrbis.quia tunc lex procedit per modum accumu
lationis,non per modum officij nouationis.

Quinto etiam pro hac ſententia facit, quod not.Affl.in
18 c.j.§.poteſtas,num.15.quæ ſint regal.vbi dicit,† quod licet
Princeps concedat alicui ad uitam iuriſdictionem,non pro
pterea uidetur a ſe abdicaſſe poteſtatem,ut illam non poſ-
ſit ei auferre,& alteri concedere.rurſus in c.j.§.item ſi qs,
in 3.not. quibus mod.feud. amit.ubi ait, quod ſi Dominus
dedit caſtrum alicui cum iuriſdictione, non tamen uidetur
a ſe abdicaſſe ſuam iuriſdictionem, imo in eum remanet il-
la eadẽ, quã a principio ante conceſſionem habebat, ꝑ di-
ctũ c.dudũ,quẽ dicit didiciſſe ab uno magno viro in ſacro
conſilio,& menti tenendum, quia quotidie euenit de facto.
& ideo infert, ꝙ, & ſi per regem Ferdinandum fuerit con-
ceſſum priuilegium,quaſi omnibus Baronibus regni de pri-
mis cauſis, vt pro ipſis non poſſint conueniri eorum vaſalli
in magna curia vicariæ,nec in ſacro conſilio,ac coram ali-
quo delegato Regiæ Maieſtatis,tamen hoc non obſtante,ſi
Rex ex certa ſcientia committat cauſam alicui contra ip-
ſos vaſallos, ꝙ non poterunt ſe tueri dicto priuilegio, nec
per hoc dicitur fieri præiudicium priuilegio Baronum,
quia intelligirur poteſtas regis reſeruata, cum non poſſit
dare tantam iuriſdictionem, quin ſibi plus remaneat, quia
priuilegio quis non vtitur contra eum, a quo illud obti-
nuit,nec etiam propter eum,propter quem obtentum fuit,
ut per Luc.de pen.in l.2.C.de priuil.Dom.Aug.lib.12. quæ
omnia notanda dicit,quia vtilia.

Additur ſexto,quòd dixit Grammat.in uoto 29.col.pen.
19 in fi.vbi tradit † quòd licet Princeps conceſſerit uniuerſita
ti Capuæ,ſiue eius curiæ cognitionem criminis læſæ Maie-
ſtatis, & falſæ monetæ in ſpecie, & particulari, ita expri-
mendo,tamen non videtur ex hac conceſſione,ſeu priuile-
gio ſe ſpoliaſſe,quin etiam ipſe,ſi voluerit cognoſcere non
poſſit,per dictum c.dudum,quem dicit peregrinum.

Septimò accedit,quòd voluit Caccialup.in l. imperium,
nu.35.de iuriſd.om.iud.& in l. cunctos populos,nume. 12.
C. de ſum. Trinita. & fid. catho. ubi poſt Bald. ibi per eum
20 citatum,inquit, † quòd Imperator communicans alteri me
rum & mixtum imperium,etiam maximum, non tamen per
hoc abdicat a ſe ſuperioritatem, quam habet ratione impe
rij,quia ſuperioritatem,maioritatem,& honorem,non po-
teſt in alium transferre, cum nullus inferior ſit capax, nec
poſſit euelli de corpore imperij.

Nec obſtare videtur,ꝙ huiuſmodi oppidum non tantum
fundatur in iuriſdictione ſibi conceſſa per Cæſarem, ſed ẽt
21 in acquiſita per præſcriptionem,† quæ ſpacio immemoria
li acquiritur,vt per Doct.coiter in l.imperium.ff.de iuriſd.
22 om.iud.quæ † iuriſdictio ſic acquiſita,in dubio vr̃ acquiſi-
ta priuatiuè ad ſuperiorem,& non accumulatiuè,vt per gl.
in c.paſtoralis. de off. ordin. quam Abb.ibi dicit perpetuò
notandam,quia neſcit alibi.Idem Abb.in cap.irrefragabili,
23 col.1.ver.Item nota,ꝙ in dubiò,eo.tit.ubi inquit,† ꝙ in du
bio inferior præſcribendo contra ſuperiorem, vel par cõ-
tra parem,videtur præſcribere iuriſdictionem excluſiuè ad
ipſum ſuperiorem. qm̃ reſpondetur, ꝙ præmiſſa concluſio
24 locum poſſet habere ſi poſſet conſtare, † ꝙ maior uolens
ſemel exercere iuriſdictionem,fuiſſet prohibitus per infe-
riorem, quia tunc acquieſcendo prohibitioni per tempus
aptũ ad huiuſmodi præſcriptionem,videtur inferior acqui-
ſiuiſſe iuriſdictionem priuatiuè ad ſuperiorem, & non ali-
ter,ita Fel.in d.c.paſtoralis, col. 3. verſi. limita octauò,ubi
ſubdit pro hoc bene facere in ſimili tex.in c.ſignificante,de
appella.ubi per illum tex.inquit ibi Abb.in 1.not. ꝙ ſi quis
longo tempore iuit ad furnum, vel molendinum alterius,
licèt per hoc non obligetur ire in perpetuum ad prædictũ
furnum,vel molendinum,tamen ſi ille volens mutare furnũ,
vel molendinum, fuit prohibitus, & inhibitioni acquieue-
rit per tempus longiſſimum ad præſcriptionem inducendã,
inducitur præſcriptio,alibi idem Felin.in c. auditis, col.5.
in fine de præſcript.dum ſe remittit ad dicta per eum in di-
cto cap.paſtoralis, & Balb. in tracta. præſcrip. in 2. parte,
quintæ par.prin.in 4. dubitatione, vbi ſimiliter ſe remittit
ad ipſum Fel.in ipſo c.paſtoralis. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus

## *SVMMARIVM.*

1 *Bona ſubiecta fideicommiſſo conditionali, quæ per grauatum alienata reperiuntur, licet purificata conditione uẽdicari poſſint, tamen id fallit, ſi alienatio facta fuerit per ignorantem ignoranti, quia tunc ualet irreuocabiliter, & agi tantum poteſt ad pretium contra hæredẽ grauati.*

2 *Diſpoſitio l.fi.ff.de lega.2.limitat omnes leges loquentes de prohibitione alienationis.*

*Diſpo-*

3 *Diſpoſitio d.§.fi. locum etiam habet quando vltra tacitam prohibitionem legis, concurrit etiam prohibitio expreſſa contra nu.17.& nu. 31.*

4 *Res eccleſiarum, quæ alias pro redemptione captiuorum alienari poſſunt, ſi prohibetur a teſtatore alienari, non poterunt etiam diſtrahi in illum caſum pium permiſſum & nu.18.*

5 *Mulier iurans non alienare feudum dotalem, ſi cum iuramento alienat ignoranti, valet alienatio, & ex ea transfertur dominium.*

6 *Prohibitio geminata impedit alienationem in caſib. in quibus ex ſola prohibitione non impeditur.*

7 *Res ſubiecta fideicommiſſo, quæ alienari poteſt ex cauſa dotis, ſimiliter alienari poteſt, ſi adeſt prohibitio expreſſa, & num.26.*

8 *Diſpoſitio dicti §.fi. locum non habet ſecundum communẽ, vbi alienatio fit per ſcientèm ſcienti, ſecus quando ſcientia eſt in vendente, & non in emente, vt in nu.22. declara, etiam vt in nu.23.*

9 *Hæres extraneus præſumitur habere ſcientiam fideicommiſſi.*

10 *Hæres ſoluens legata relicta per teſtatorem præſumitur vidiſſe, & ſcire tenorem teſtamenti.*

11 *Hæres faciens mentionem de teſtamento, præſumitur notitiam de eo habuiſſe.*

12 *Teſtes duo ſufficiunt ad probationem.*

13 *Teſtibus nobilibus magis creditur, quam alijs.*

14 *Teſtes nobiles præferuntur pluribus vilibus.*

15 *Fideicommiſſarius tenetur probare, quod bona, quæ petit, eſſent in dominio teſtatoris.*

16 *Diſpoſitio d. §. fi. non procedit vbi bona grauati non ſufficiunt ad implendum fideicommiſſum.*

19 *Vaſallus, quando facit pactum cum Domino, de non alienãdo, non poterit etiam alienare in caſibus alias a iure permiſſis.*

20 *Prohibitio alienationis expreſſa, quando concurrit cum prohibitione legis, tunc præceptum nudum teſtatoris, & prohibitio ſine cauſa ualet.*

21 *Bona ſubiecta fideicommiſſo, quæ tacite a lege prohibentur alienari, ſi confiſcentur, licet durante uita grauati delinquentis tranſeant in fiſcum, tamen ſecus, ſi concurrat prohibitio expreſſa hominis de non alienando.*

24 *Ignorantia in facto proprio, non eſt tolerabilis.*

25 *Res emphyteutica, quæ prohibetur alienari, licet poſſit donari, tamen ſecus ſi adeſt prohibitio hominis expreſſa.*

27 *Priuilegium clauſum in corpore iuris, per quæcũque uerba generaliter prolata, aut per legem, aut teſtatorem non cẽſetur ſublatum.*

28 *Diſpoſitio l. Bene a Zenone. C. de quadr. præſcrip. locum nõ habet in præiudicium dotis.*

29 *Statutum generaliter diſponens, quod inſtrumenta inſinuẽtur, non habet locum in inſtrumentis dotalib. in quib dos ſpecialiter reperitur priuilegiata.*

30 *Doti ſuccedenti loco legitimæ renunciatum non cenſetur per generalèm liberationem.*

## CONSILIVM LXXXI.

1 LIcet iure tritum ſit, † alienationem bonorum ſubiectorum fideicommiſſo conditionali factam a grauato con-
ditione pẽdente valere, ſed ea purificata annihilari, & adeo
reſolui, quod retro alienatio fingitur nulla, non obſtante
præſcriptione, bonaque ipſa alienata poſſint ab emptorib.
vendicari, l. final. §. ſin autem auaritiæ, cum §. ſequenti, vbi
Docto. C. comm. de lega. l. ſeruo legato, §.1. de lega.1. Dec.
in conſilio 325. in princ. & Bertach. in tract. de gabel. in 3.
membro. 8. par. principali, numero 49. vbi aſſerit hanc com
munem. Tamen etiam in iure clarum eſt, quod huiuſmodi
ſententia limitatur, locum non habere quoties venditio fa-
cta reperiatur per grauatum ignoranti, quia tunc ea valet
irreuocabiliter, nec vlla moleſtia emptoribus inferri po-
teſt; ſed tamen agi poteſt contra hęredem grauati ad pre-
tium. tex. eſt notabilis in l. fin. ff. de leg.2. vbi Bar. Paul. & Vi
uia. Bol. in ſuis nouis interpretationibus. rurſus Caſt. in cõ
ſilio 10. in prin. & in conſilio 16. columna 6. verſiculo illud
conſtat, ſecundum antiquam impreſſionem, & in conſilio
168. in 4. qnæſito, in 2. volumine & in conſilio 301. in princ.
volumine eodem Iaſ. in auth. res, quæ columna prima verſi
culo ſecundo limitatur. C. com. de leg. & in l. filiusfam. in §.
diui. in 2. lectura, columna 10. verſiculo amplia primò, de le
ga.1. & ibi Ripa. numero 110. vbi inquit, doctrinam d. §. fi.
notandam in actu practico, quia ſi agis ad rem alienatam ra
tione fideicommiſſi, non obtinebis, niſi probes, quod alie-
nans & acquirens habebant notitiam fideicommiſſi, ſecun-
dum Angel. & Alexa. ibi per eum citatos. Soc. in regula 37.
verſ. fallit dicta regula, & in l. Marcellus. §. res, quę columna
3. ad Treb. Alexand. in conſilio 184. columna 3. volumine 2.
in l. quidam teſtamento, §. ſi quis filium, ad Treb. Bald. in c.
quoniam frequenter, §. in alijs, col. fin. verſ. ſed quid ſi pro-
2 hibetur, vt lite non conte. † vbi ait. d. §. limitare omnes le-
ges loquentes de prohibitione alienationis. Corn. in conſi.
194. in prin. & in multis alijs locis eiuſdem conſilij, vol. 3.
Corſe. in ſing. 23. Pariſ. in conſi. 87. num. 54. vol. 2. Cur. iun.
in conſi. 88. nume. 5. Marſi. in ſing. 31. Soc. iun. in conſil. 129.
nu. 19. vol. 1. Barb. in ſua Ioannina, columna 130. verſ. ego li
mito Ruin. in conſi. 66. col. 2. in fin. & num. 5. vol. 2. conſilio
109. numero 24. 116. numero 15. 118. column. 1. in conſilio
123. num. 12. volum. eod. & in conſi. 39. in fi. vol. 5. Neuiza.
in conſi. 32. num. 9. vbi reprehendit Pau. Alex. & Iaſ. in locis
per eum allegatis, qui voluerunt venditionem factam alter
natiuè per ignorantem, vel ignoranti valere, prout etiam
videtur voluiſſe Cor. in conſil. 234. col. 1. verſ. tamen his nõ
obſtantibus, volumine 3. quamuis iudicio meo Iaſon. malè
reprehendatur, quia licet loquatur de alienatione facta ꝑ
ignorantem, vel ignoranti, tamen poſtea dicit ſequendo
Ange. ibi in dict. §. ſed quia, & in d. l. Marcellus §. res quæ
quod aduocatus actoris cautus eſſet debet, vt deducat
ſcientiam alienantis, & acquirentis, alias ſuccumbe-
ret.

Nec habet obſtare, quod limitatio prædicta locum habe
re non poſſit, quando ultra tacitam prohibitionem l. vt in
auth. res quæ C. com. de lega. adeſt etiam expreſſa prohibi-
3 tio hominis de non alienando, quæ operatur, vt † diſpoſitio
d. §. ſin. non trahatur ad dictum caſum propter concluſionẽ
quæ habet quod quando cum prohibitione tacita legis con
currit expreſſa prohibitio hominis, alienatio etiam fieri nõ
poteſt in caſibus alias a iure permiſſis, vt eſt tex. in §. Sãctiſſi
4 mas, in auth. de non alie. vbi † res eccleſiarum, quæ alias poſ
ſunt alienari, pro redemptione captiuorum, ſi prohibentur
alienari a teſtatore, non poterunt etiam alienari in illum
caſum pium permiſſum gloſſ. magna in fi. in l. fin. C. de reb.
alie. non alie. Rui. in conſi. 34. nume. 2. uolum. 1. Quia reſpõ-
detur, quod imo locum habet tex. in d. §. fi. qnod probatur.
5 Nam ſi † mulier iurat non alienare fundum dotalem cõcur
rit duplex prohibitio, videlicet, legis, vt in l. 1. §. & cum lex
C. de rei vx. actio. & hominis expreſſa, & tamẽ ſi mulier alie
nat cum iuramento ignoranti, dictum iuramentum præce-
dens de non alienando non impedit, quin alienatio valeat,
non obſtante dicta duplici prohibitione, & ex ea dominiũ
transferatur. Ita Ioan. Fab. inſt. quib. alien. lieet, vel non, in
princ. vbi ſic limitat gloſſ. in c. licet, de iureiu. in 6. & moue
tur per text. in d. §. fin. qui proprie loquitur in re alienata,
quæ ſubiacet fideicommiſſo, & ſic Ioa. Fab. intelligit, quod
tex. in d. §. fi. loquitur, quando procedit prohibitio expreſſa
ſicut præcedebat in caſu ſuo, & Fab. ſequitur Imol. in l. eũ
vir. col. antepen. verſ. item iuxta prędicta. ff. de vſucap. quos
ſequuntur. Alex. in conſi. 16. col. 2. vol. 3. & Rui. in conſ. 118.
col. 2. uolu. 2.

Nec obeſt, ſi dicatur, quomodo poteſt dicto caſu valere
ipſa alienatio, cum concurrat prohibitio legis? vt in d. §.
cum lex, & hominis iurantis nõ alienare rem dotalem? quæ
6 † geminata prohibitio ſolet impedire alienationẽ in illis ca
ſibus, in quibus ex ſola ſimplici prohibitione non impedi-
tur. d. §. ſanctiſſimas, quia reſpondetur, quod & ſi præcedat

duplex

duplex prohibitio,tamẽ è contra,concurrit etiam duplex
permiſſio,quia ſi mulier alienat rem dotalem cum iuramé-
to,tollitur per iuramẽtum prædictum legis prohibitio,q̄a
permittitur alienatio fundi dotalis cum iuramento cõtra
prohibitionem ſimplicem legis.c.cum contingat, de iure-
iur.d.c.licet mulieres.Item,ſi emens fuit ignorans, ex hoc
capite ignorantię prohibitio hominis,id eſt,illud iuramen
tum de non alienando,tollitur,& ceſſat,ſed in d.§. ſanctiſſi
mas,ſola cauſa permiſſiua aderat , quæ præualere non põt
contra geminatam prohibitionem,quia duo vincula magis
ligant,quam vnum,auth.itaque.C.com.de ſucceſ. Et ſic cõ
ſtat clare ꝙ ignorantia contrahentium facit ceſſare expreſ
ſam hominis prohibitionẽ,& propterea ꝙ & ſi in caſu no-
ſtro teſtator expreſſe prohibuerit alienati nem,non tñ de
bet alienatio,& eius effectus impediri,ſi fuit facta ab igno
rante ignoranti.

Nec obſtat,quod hic cã prohibitionis ſit duplex.ſ.legis,
& hõis,& cã permiſſiua ſit vnica,& ſimplex,videlicet igno
rãtia:quia falſum eſt,ꝙ res,quæ ſubiacet reſtitutioni fidei
commiſſi conditionalis ſit prohibita alienari per legẽ,imo
valet interim & tenet alienatio.vt notatur in d.§.ſed quia.
& iõ ſi per teſtatorẽ dicto caſu prohibetur alienatio, adeſt
ſola prohibitio hominis,quæ non tollit effectum alienatio
nis,ſi iuſta interueniat ignorantia.& ꝙ hæc opinio ſit uera
probatur per no. Bar.& alios in l.filiusfam.§.diui.de lega.
7 1.vbi voluit Bar.quod † res ſubiecta fideicommiſſo , q̃ põt
alienari ex cauſa dotis,auth.res quæ.C.com.de lega.poſſit
etiam alienari ſi adſit prohibitio expreſſa, vt per Doct. cõ-
muniter in d.auth.res quæ,& in d.§. diui. Si.n.iſto caſu con
curreret prohibitio.l.cũ prohibitione hõis ex cã dotis, nõ
valeret ẽt alienatio.d.§.sãctiſſimas,ſed q̄a ſola adeſt prohi
bitio hõis,iõ illa non comprehẽdit caſus ſpeciales,ĩ q̄b.ꝑꝑ
ſimplex fideicõmiſſum non prohibetur alienatio, uel caſu,
quo adſit ẽt prohibitio legis,illa eſt tacita, q̃ concurrẽs cũ
expreſſa prohibitione nõ operatur , etiã in caſib. exceptis,
ſed ſolum quãdo utraq. eſt expreſſa:quo caſu loquitur.d.§.
ſanctiſſimas.Ex quibus ſequitur, quod ſi valet alienatio di-
ctarum rerum facta ab ignorante ignoranti, & hoc iure
ſpeciali,d.§.fi.eodem modo debet ualere facta dicta prohi
bitione,quæ nihil operatur in caſibus exceptis.Ita Rui.for
maliter in conſi.118.columna 2.& 4.vol. 2. vbi numero 8.
dicit quod iſta ratio apud eum efficax eſt,& cõcludens, cui
non videt accommodari poſſe congruum reſponſum. rur-
ſus in conſilio 89.num.38.109.num.22.& 66.num.14. vol.
eo.quæ fundamenta in parte fuerunt Soc.in dict.§.res quæ,
col.5.in princ.

Sed præmiſſis non obſtantibus, iuridicam fore arbitror
8 contrariam ſententiam,†quod diſpoſitione d.§.fi.non poſ
ſit militare in terminis noſtris , cum alienatio ipſa non re-
periatur facta ab ignorante ignoranti,vt requirit expreſsè
tex.in d.§.fi.ſed a ſciente ſcienti,quæ communiter ſecundũ
Doct.de quibus ſupra,non valet.

Quod autem facta fuerit a grauato ſciente,emptori ſciẽ
ti,patet de primò,quia alienatio facta reperitur ab hærede
9 extraneo,† qui præſumitur hẽre notitiam fideicommiſſi,vt
per Bar.& alios in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verborũ
obligatio.in 5.& 6.quæſtio.& Ripam in dicto §.diui,num.
11.in fin.

10 Secundò,quia † grauatus adimpleuit voluntatem q. Do
mini Lanceloti de Vrſis ſoluendo legata relicta per eum
in teſtamento,ex quorum ſolutione arguitur, quod teſta-
mentum viderit,& eius tenorem inſpexerit,vt per Alex.in
d.§.duo fratres,& in conſ.4.col.pen.vol.2.Bal.in conſ.117.
vol.5.per tex.in l.fi.C.de cond.indeb.Dec.in conſi.267.co
lum.2.287.col.fi.& in conſ.303.col.2.circa prin.Cur. iun.
in conſi.49.col.pen.in prin.Pariſ.in conſi.46. col.3. nu.15.
volum.2.& Crauet.in conſil.193.col.2.in fin.

Item,& tertiò de ipſius ſcientia etiam cõſtat,quia ſępius
D.Auguſtinus de Prato grauatus mentionem fecit de ipſo
fideicommiſſo, & de eius lectura , vt probatum extitit per
11 teſtes:vnde † præſumitur ſcientiam habuiſſe de contentis
in eo.Alex.in conſi.39.colum.2.verſi.vnde probato,vol.2.
& præſertim , quando ex tali mentione apparet,quod ha-
buit perfectam notitiam de contentis in teſtamento , iuxt.
no.per Cor.in conſ.154.col.2.circa medium,verſ.quod au
tem,uol.4.Craue.in conſi.193.nu.8.

De ſcientia pariter emptoris facta fuit probatio ꝑ duos
teſtes idoneos inuulnerabiles,nobiles,& diuites,qui depo
nunt , quod tꝑe tractatus venditionis rerum D. Aloiſius
Calcamilia dicebat,quod nolebat ipſa bona emere , quia
ſciebat,quod erant ſubiecta fideicommiſſo facto per dictũ
quondam Domi.Lancelotum , niſi ſibi præſtaretur cautio
idonea in caſu euictionis dictarum rerum,& quod D.Aug.
eidem reſpondit,quod eſſet cautum ſuper reb.ſuis,quæ ſibi
12 obligaſſet in bona forma.† quibus teſtibus plena eſt dãda
fides,tum quia duo,l.vbi numerus.ff.de teſtib.Doct.in l.ad
13 monendi.ff.de iureiu.tum†quia nobiles,quibus magis cre
ditur propter eorum nobilitatem quam alijs.Bald. in l.te-
ſtium,in fi.C.de teſtib.Craue.conſi.6.nume.28.Hoſt.& alij
14 in c.noſtra,de teſtib.vbi dicunt , †quod teſtibus nobilibus
plus creditur quam pluribus vilibus, tum quia diuites , nã
magis diuitibus creditur, quam pauperibus , quia de facili
corrumpuntur.Spec.in tit.de accuſa.col.8.verſ.Item exci-
pitur quod eſt pauper.Craue.in d.conſil.6. nume.29.Cum
igitur probatum ſit de ſcientia tam venditoris grauati,quã
acquiſitoris,per conſequens reſultat vera,& indubitata cõ
cluſio,quod licitè actum fuit per Magnificum Do. Baptiſt.
fideicommiſſarium ad conſequutionem dictarum rerum
15 alienatarum,† quæ probauit fuiſſe fidecommittentis,& in
eius dominio , Baldus in conſilio 84. circ. fin.volumine 1.
Alexan.in conſilio 82.col. fi.vol.2.& Crau.in conſi.61.nu.
6.iux.ſed quia.

Reſtat modo , vt reſpondeatur allegatis in contrarium,
& primò ad dictum §. finali ſatis patet reſponſum , quod
ille text. locum non habet vbi alienatio fit per ignoran-
tem ignoranti.

16 Scđo reſpõdetur,† ꝙ diſpoſitio d.§.fi.locum nõ hẽt,vbi
bona grauati nõ ſunt ſufficiẽtia, vt in caſu noſtro ad implẽ
dũ fideicõmiſſum,quia tunc retractari põt, cum potentius
eſſe debeat ius fideicommiſſi,q̃ eius in quem facta eſt alie
natio,ex quo eius cã proceſſit.Ita Pau.de Caſt.in conſ. 10.
in antiquis per tex.ubi dicit eſſe caſum in l.planè,ſi filium
§.qui rogatus.ff.de leg.2.ꝙ inq̄t notãdũ Soc.in cõſ. 49. nu.
13.vol.1.& in conſi.75.col.fi.vol.eo.& in d.§.res quæ,col.
4.verſi.3.& in regula 37.verſ.limita illũ tex.Iaſ. in d.auth.
res quæ,col.2.verſi.quartò limitãt.Corn.in conſi.294.lite
ra B.uolumine 3.Bertach. in tract. degabel. in 3. membro.
8.par.prin.numero 49.Rui.in conſilio 66.columna.3.volu
mine 2.in conſi.118.numero 11.vol.eo.& in conſi.146.co
lumna fi.uol. 3.

17 Tertiò reſpondetur,† ꝙ tex.in d.§.non procedit,ubi cõ
currit expreſſa prohibitio fideicommittentis,q̄a tũc aliena
tio ab initio eſt nulla ipſo iure,iuxta.l.fi.C. de reb. alie. nõ
alie.ſecus in caſu.d.§.fi.quia non erat facta expreſſa prohi
bitio alienationis,ſed tacita,quo caſu alienatio a principio
valuit,iux.no.per gl.in l.cum pater.§.libertis,de leg. 2. &
difficilius irritatur alienatio,quæ valuit ab initio, arg.l.pa
tre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui,vel alie.iur.Ita Ale.in d.§.
res quæ,col.1.verſi.4.limitat,& in l.quidã teſtõ.§.ſi quis fi
liũ,col.2.in priu.ad Treb.Pau.de Caſt.in conſil.16. colu.1.
Soc.in d.§.res,quæ col.5.uerſi.quartò non hẽt locum , ubi
dicit,ꝙ ab hac opinione non recederet in conſulendo , &
iudicando.Claud.Seyſel.ibi,col.1.uerſi.item circa qnartã.
Rurſus Soc.in conſi.49.col.fi.uol.3.75.in fi.& in cõſi.123.
col.pen.uol.eo.& in dicta ſua reg.35.Corn.in citato cõſil.
294.col.2.uol.3.Curt.in conſil.88.in fin.Ripa. in d.§.diui,
nu.23.& Rui.ſibi contrarius in conſi.109.nu.21.uol.2.con
ſil.111.in fi.123.nu.12.& 147.nu.14.uol.eo. Et rõ eſt, quia
18 ubi cõcurrit duplex prohibitio,una tacita legis,& alia ex
preſſa hõis,non poteſt etiam fieri alienatio in caſib.alias a
iure permiſſis.d.§.ſanctiſſimas.Et ideo dixit Bal. in ca. 1.§.
19 prẹterea,de c.Corrad.quod † qñ uaſallus facit pactum cũ
domino de non alienando tunc non poterit etiã fieri alie-
natio in caſib.alias a iure permiſſis,ut pactum aliq̄d opere

tur, ſequitur Alex.in conſil.'93.in fi.volu.7.Iaſ.in d.§ diui,
colum.6.in 2.lectura,Alex. in d.§. ſi quis filium, colum. 2.
circa.princ.Rui.in conſi.161.colum fi.uolum.4. Cur.iun.in
tract.feud.in 5.par.q. 22. ubi dicit, hanc deciſionem com-
munem, quam ſequitur Neuiza. in conſ.10.nu.7. & Iacob.
de S.Georg.in inueſt.ſua, in verbo. Et cum pacto de non a-
lienando,in princ.Facit etiam,quod dicunt Scriben.in d.§.
diui, quos ſequitur Rui.in conſ.212.nu.4.vol.j.vbi volunt,
20 quod † quando prohibitio alienationis expreſſa concur-
rit cũ prohibitione legis, ut quia teſtator prohibeat mino
rem alienare rem immobilem,quam etiam de iure diſtrahe
re non poteſt.l. non ſolum.C.de prædijs minor.tunc præ-
ceptum nudum teſtatoris, & prohibitio ſine cauſa valeat,
per tex.clarum in l.2.C.de vſuc.pro empt.
21 Accedit quoque, nam bona ſubiecta fideicommſſio, † q̃
tacitè a lege Prohibentur alienari, dicta auth. res quæ, ſi
confiſcentur, licet durante vita delinquentis grauati tran-
ſeant ad fiſcum,l.ſtatuitis.§. Cornelio fiſci.ff.de iure fiſ ſe-
cus tamen ſi concurrat prohibitio hominis expreſſa de nõ
alienando.l.Imperator, ubi Bart.ff. de fideicommiſſ. liber.
Alexan.in conſi.23.uolum. 1. Facit etiam quod inquit Rui.
in conſi.41.nu.27.volu.1.ubi concurrente duplici prohibi-
tione præſcriptio etiam longiſſimi temporis locum non
habet.

Non obſtant not.per Fab.& ſequaces, quia pluribus mo
dis reſpondetur, & primo, quod eius dictum non poteſt
habere locum in caſu noſtro, etiam ſecundum eos,quando
concurrit ſcientia emptoris.
22 Secundo reſpondetur,quod † dictum Ioan.Fab.debet in
telligi ſecundum dictum §.fi. ut vult Bar.in l.non ſolum.§.
liberationis uerba.ff.de libe. leg. alias eſt falſum,cum d.§.
fi.loquatur, quando ignorantia eſt tam in vendente, quam
in emente, non autem quando ſcientia eſt in uno, & igno-
rantia in alio, ut ſupra oſtenſum fuit hanc eſſe communem
ſcribentium ſententiam.

Tertio reſpondetur, præſuppoſito etiam quod ſuffice-
ret alia ſcientia venditoris,& ignorantia emptoris, (quod
23 tamen non admittitur.)quod † eius dictum debet intelligi-
gi in caſu,in quo mulier doloſè tacuit iuramentum præam
bulum de non alienando cauſa decipiendi emptorem,quia
tunc uidetur quod contractus valeat:nam deceptis,& non
decipi entibus iura ſubueniunt.l.3.C.ad Vellei. ſecus uide-
tur, ſi ex ſimplicitate id fecerit mulier, quia tunc forte me
moriam non habuit,prout in dubio feciſſe uidetur,niſi pro
betur contrarium,per no.per glo.in l.3.C.ſi alie.res pign.
data ſit. & eo caſu imputandum uidetur emptori,ex eo q̃a
vult facere contractum,qui eſt in genere prohibitus,uide-
licet emere rem dotalem cõſtante matrimonio l. lex Iulia.
C.de fun.dotali.nam etiam potuit præcogitare, an iuramẽ
tum præceſſiſſet, cum debuerit eſſe cautus, ex quo contra
ctus eſt de genere prohibitorum. argu.eorum, quæ haben-
tur in l.qui cum alio.ff. de regu. iur. ita in ſpecie declarat
Io.de Imol.in c.cum contingat,col.15.verſi.item adde, de
iureiur. & ibi Alci.num.14.Dida.in c.quamuis,§,2.num.4.
de pact.in 6.ſed in caſu noſtro ceſſat dolus,ergo &c.

Non obſtant, quod dicit Ruin. quod licet duplex præec
dat prohibitio in caſu Fabri:tamen etiam cõcurrit duplex
permiſſio, quia ſi mulier alienat cum iuramento rem dota
lem, tollitur per hoc iuramentum legis prohibitio, & ua-
let alienatio. Item emens fuit ignorans,etiam ex hoc capi
te ignorantiæ tollitur iuramentum præambulum de non
alienando: quia negatur, ꝙ duplex adſit permiſſio,quoniã
licet prima adeſſe poſſit,non tamen ſecunda:quia,ut ea ua
leat opus eſſet ꝙ daretur ignorantia in utroque ſcilicet in
vendente, & emente,ut vult text.in d.§.fi.in quo fundatur.
Io.Fab.& tamen hoc eſſe non poteſt reſpectu mulieris alie
24 nantis, † quæ non præſumitur ignorare geſta per eam, cũ
in facto proprio ea non ſit tolerabilis.l.quanquam,ad Vel-
leia.Alex.in conſi. 118.num.7.uolum. 2.& in conſi.44.nu.
7.uolum.4.

Pariter non habet obſtare quod hic cauſa prohibitionis
non eſt duplex ſcilicet legis, & hominis, & cauſa permiſſi-
ua ſit unica, & ſimplex: quia res, quæ ſubiacet reſtitutioni
fideicommiſſi conditionalis,non eſt prohibita alienari per
legem,immo ualet interim & tenet alienatio,ut not.in l.cũ
pater.§.libertis,de lega.2.& in auth.res quæ.C.com. de le
ga.& ideo ſi per teſtatorem dicto caſu prohibeatur aliena-
tio, adeſt ſola prohibitio hominis,quæ non tollit effectum
alienationis ſi iuſta interueniat ignorantia, ut probatur
ex not.per Bar.& alios in §.diui,ubi res ſubiecta reſtitutio
ni fideicommiſſi,quę poteſt alienari ex cã dotis.d.auth.res
quæ, poteſt etiam alienari,ſi adſit prohibitio expreſſa, ſi n.
iſto caſu concurreret prohibitio.l. cum prohibitione ho-
minis ex cã dotis,nõ ualeret etiam alienatio.§.ſanctiſſima.
Sed quia adeſt ſola prohibitio hominis, ideo illa non com
prehendit caſus ſpeciales,in quibus propter ſimplex ſidei-
commiſſium non prohibetur alienatio, uel caſu, quo adſit
etiam prohibitio legis illa eſt tacita, quæ concurrens cum
expreſſa prohibitione hominis,non operatur et in caſibus
exceptis,ſed ſolũ.quando utraq; eſt expreſſa: quo caſu loq
tur d.§.ſanctiſſimas.Ita etiam Rui.in conſi.89.nu.39.uol.3.

Quoniam ad præmiſſa reſpondetur, & primo, ꝙ Doct.
qui ponderant prohibitionem l.tacitum, loquuntur de ea,
quæ eſt irreuocabilis,non autem de ea quæ pendente con-
ditione facta fuerit, & quæ purificata fingitur retro fuiſſe
ipſo iure nullius momenti, quo caſu tunc uerũ eſt dicere,
quod ex quo concurrit prohibitio hominis expreſſa, & ta
cita legis,ꝙ alienatio facta ab ignorante ignorãti, quæ ſpe
cialiter permittitur,ut ualeat irreuocabiliter,in d.§.fi. nõ
ualeat per d.§.ſanctiſſimas,qui tex.loquitur in terminis.nã
ibi prohibita eſt regulariter alienatio rerum eccleſiæ,licet
ex cauſa ſpecialis redemptionis captiuorum permittatur,
& tamen ſi iuncta eſt expreſſa hominis, probetur etiam in
dicto caſu ſpeciali.& ita in terminis uoluit ipſe Ruin.in cõ
25 ſil.161.col.fin.uol.4.ubi dicit, † quod licet res emphyteu-
tica,quæ prohibetur alienari irrequiſito Domino,l.fina.C.
de iur.emph.poſſit donari,tamen ſi adeſt expreſſa prohibi-
tio hominis,non poſſit donari,per no.per Alex.in d.§.ſi q̃s
filium, ubi quamuis alienatio rei ſubiectæ fideicommiſſo
valeat irreuocabiliter,ſi fiat ab ignorante ignoranti,d.§.fi.
tamen hoc non procedit, quando prohibitio alienationis
eſt facta expreſſe a teſtatore, quia cum regulariter dicta a-
lienatio non teneat irreuocabiliter d.§.ſin autẽ,quod uer-
bum irreuocabiliter eſt benè ponderandum, expreſſa pro
hibitio impedit eam in caſibus ſpecialibus,in quibus de iu
re ualuiſſet.& ſic ipſe Rui.loqui uidetur,quãdo prohibitio
l.erat irreuocabilis.
26 Nec obſtat,quod † bona ſubiecta reſtitutioni fideicom-
miſſi, quæ ꝑ dote alienari poſſunt,ſtante etiam prohibitio
ne hominis de non alienando: quia reſpondetur,quod ra-
tio eſt,quia in quacunque generali prohibitione facta per
teſtatorem, non præſumitur eum cogitaſſe de cauſa dotis
ſpecialiter in hoc priuilegiata,& quam in ſpecie veriſimi-
liter non prohibuiſſet:argum.l. obligatione generali.ff.de
pign.iuncta l.cum mulier, §.cum proponeretur.ff.ad Tre-
bellian.Nam dos,ut dixi, eſt priuilegiata ſpecialiter,dicta
27 auth.res, quæ. quod † priuilegium eſt clauſum in corpore
iuris, ergo per quæcunquæ verba generaliter prolata, aut
per l.aut per teſtatorem, non intelligitur tali priuilegio
derogatũ. gl.in l.hæres abſens,in prin.vbi Bar.& alij. ff. de
28 iud.nec mirum, quia etiam uidemus, † ꝙ diſpoſitio l.bene
a Zenone.C.de quadr.præſcrip. non habet locum in præiu
dicium dotis,quia expreſſe cautum eſt,quod fiſcus non vta
tur priuilegio contra dotem.Bal.in conſi.359.uolu.2.pari
29 ter etiam uidemus, † quod ſtatutũ generaliter diſponens,
quod inſtrumenta inſinuentur, non habet locum in inſtru-
mentis dotalibus, quia in caſu iſto dos ſpecialiter reperi-
tur priuilegiata l.fi.C.de iur.dot.Dec.in conſ.5.in 2.col.in
conſi.166.in fi.536.col.4.iul.1.nu.11.de reg.iur.& in mul-
tis alijs locis.Ripa in l.1.nu.15.ſolu. matrimo. vbi dicunt,
ita debere intelligi dictum Salic. in d.l. fina. C.de iur. dot.
dum voluit,quod ſtatutum generaliter diſponens,ꝙ inſtru
menta publica non probent,niſi poſita ſint,& regiſtrata in
memorialibus, non habent locum in inſtrumentis dotalib.

quia illud debet intelligi, vt tantum trahatur ad caſum. d. l.
finali. in quos dos reperitur ſpecialiter priuilegiata, ut in-
ſinuari non debeat; quamuis illud ſimpliciter & indiſtin-
ćte intelligat Franciſcus de Pepis inter conſilia Socin in 4.
volumine in conſilio 76. in fi. & Neguſa. in tracta. de pigno.
in principio in tertia parte columna 4. vbi aſſerit hanc com
munem, a qua dicit non eſse recedendum in conſulendo,
& iudicando. Ruin. in conſi. 194. col. 2. volumine primo, &
in conſi. ſequenti, columna ſecunda. de cuius veritate pro
nunc aliter verba non faciam, quia extra propoſitum. Item
pro hac parte adducitur etiam in medium, quod ſcribit
30 Pau. de Caſt. in conſi. 31. in antiquis, ubi inquit, † quod per
generalem quitationem, vel liberationem non cenſetur re
nunciatum doti, in caſu in quo dos ſuccedat loco legitimę.
leg. ſi quando. §. generaliter, C. de inof. teſta. Cagnol. in l. 1.
nu. 16. de reg. iur.

31 Non obſtat denique id, quod dicitur, † quod ubi concur
rit diſpoſitio l. & hominis, etiam prohibetur alienari alias
permiſsa. nam procedit, vbi concurrit prohibitio legis ex-
preſsa, & hominis; non autem tacita legis, & expreſ-
ſa hominis, quia reſpondetur, communem eſse in
contrarium, vt per Fed. Scar. in allegatione ſua 3. numero
7. Crot. in d. §. diui, numero 32. & Ferd. Loaz. num. 274.
vbi atteſtatur hanc eſse communem, & idem tenuit ipſe
Ruin. in conſilio 23. numero 13. volumine 5. Vnde ex his
omnibus concludendum eſse arbitror, licitè fuiſse actum
per d. fideicommiſsarium ad conſequutionem bonorum
fideicommittentis alienatorum, non obſtante diſpoſitione
d. §. fi. quæ in caſu præſenti locum nullo modo habere po-
teſt. Laus Deo.

Rolandus a Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

*1 Filiorum prima cauſa eſt in ſucceſſione paterna, declara, vt in nu. 57.*

*2 Lex naturæ, & primum uotum parentum eſt, vt hæreditas ad poſteros ſuos prius confluat, & decurrat.*

*3 Succeſſo filiorum inuenta eſt de iure diuino.*

*4 Bona in dubio præſumuntur allodialia, & non feudalia, quod amplia, ut in nu. 7. declara, vt in nu. 581.*

*5 Feudum dicitur habere ſeruitutem.*

*6 Seruitus non præſumitur, niſi probetur.*

*8 Fæminæ excluduntbr a ſucceſſione feudi.*

*9 Quod procedit etiam in feudo hæreditario.*

*10 Conceſſio facta in feudum de pratis, terris, vineis, & ſyluis ſecundum communem non probat bona ipſa feudalia, niſi probetur de iure concedentis, & nu. 14.*

*11 Comes ſi concedat eccleſiæ quidquid iuris habet in tali lolo, ccnceſſo ipſa non valet, niſi conſtet de iure concedentis, & nu. 16.*

*12 Quod amplia procedere, etiam ſi ſpecificetur res ſingulariter, & cum expreſſione confinium.*

*13 Verba appoſita in conceſſione cum iuribus & pertinentijs ſuis, non probant, niſi quatenus per alias probationes appareat limitatè de ipſis iuribus.*

*15 Caſtro de iure nihil eſt deputatum corporale pro pertinentijs, niſi, ut ab hominibus, vel ſtatnto, caſtro ſit deputatum.*

*17 Feudum petens feudalem permixtum cum allodiali, ſuccumbere debet, niſi ſciat clarum reddere feudale ab allodiali.*

*18 Relatiuum ſine copula ſtat reſtrictiuè & limitatiuè.*

*19 Bona probantur feudalia ex confeſſione vaſalli.*

*20 Teſtes deponentes de confeſſione, qui ſunt ſingulares in loco & tempore non probant, ſed contra, nu. 45.*

*21 Teſtes deponentes de confeſsione facta abſente parte ſecũdum communem ſemiplene tantum probant, contra numero 49.*

*22 Iuramentum ſuppletiuum non defertur in cauſis arduis.*

*23 Iuramentum ſuppletiuum in cauſa feudali non defertur.*

*24 Iuramentum ſuppletiuum non defertur non informato de ueritate.*

*25 Iuramentum non defertur hæredi ſuper facto defuncti, ſi de eo non eſt informatus.*

*26 Ius probandi per ſacramentum tranſit ad ſucceſſorem informatum de ueritate.*

*27 Agnato non poteſt deferri iuramentum ſuper feudo, quod originem habuit in perſonam primi acquirentis, quando agnatus de hoc non poteſt eſſe certus.*

*28 Bona per famam probantur feudalia.*

*29 Teſtibus de loco deponentibus de feudo magis credendum eſt, quam extraneis.*

*30 Diues uel pauper ſi dubitetur, an quis ſit, recurrendum eſt ad æſtimationem, & famam uicinorum.*

*31 Præſumptio iuris eſt, quod Canonici magis ſciant conditionem eccleſiarum ſuarum, quam alij.*

*32 Teſtes de fama etiam non interrogati, tenentur reddere rationem dicti ſui.*

*33 Teſtes deponentes bona eſſe feudalia qualiter deponere habent, ut fidem faciant, & nu 34.*

*35 Bona triplicis generis reperiuntur, allodialia regiſtrata, allodialia immunia, & bona feudalia.*

*36 Agnatus proximior ultimo morienti, in feudis antiquis ſuccedere debet.*

*37 Qualitas feudalis poteſt probari directe, & per indirectum.*

*38 Confeſſio defuncti ſicut ei præiudicat, ita & hæredi, & numero 59.*

*39 Homagium probatur per confeſſionem eius, qui dicit ſe hominem meum.*

*40 Confeſſio defuncti cenſetur etiam confeſſio hæredis.*

*41 Teſtes, & inſtrumenta parem uim habent.*

*42 Teſtes ſingulares ſecundum magis communem, confeſſionem in genere plene probant.*

*43 Iuriſdictio in genere, hæreſis, poſſeſſio, uel celebratio, probatur per teſtes ſingulares.*

*44 Electio ſepolturæ probatur per teſtes ſingulares.*

*46 Teſtes ſingulares probant, quando ſingularitas non eſt ſeparata.*

*47 Teſtes ſingulares probant, quando cum eorum dicto concurrunt aliæ coniecturæ, & nu. 45.*

*48 Confeſſio facta parte præſente probata per unum teſtem, & teſtes ſingulares deponentes de confeſſione facta parte abſente, coniunguntur ad plenam probationem.*

*50 Nullus excuſatur a neceſſitatibus imminentibus tempore guerræ.*

*51 Onus alterius quis ſubirè non præſumitur.*

*52 Qualitas pretij arguit quid, & quantum ueniat in emptione, & uenditione.*

*53 Pretij quantitas oſtendit, an dictio vſque ſtet excluſiue, uel incluſiue.*

*54 Et an aliquid includatur in parte diuiſa, uel non.*

*55 Poſſidens caſtrum cum nonnullis rebus particularibus in territorio ipſius, ſi uendit cum pertinentijs ſuis, licet nõ videatur vendidiſſe res illas particulares, tamen hoc fallit, ſi aliud conſtaret de mente, & veriſimilibus coniecturis.*

*56 Teſtes de auditu, & ſi regulariter non faciant probationẽ faciunt tamen præſumptionem.*

*60 Fama informiter probata, licet non faciat plenam probaationem, quod bona ſint feudalia, tamen fallit, ſi eſt probta per decem teſtes.*

## CONSILIVM LXXXII.

MVltiplici ex capite dicendum videtur, quod magnifi-
cæ Dominæ Lucia, & Hieronyma filiæ q. Maguifici
Domi. Franciſci de Minutis patri ſuo ſuccedere debeant
in bonis ſitis in territorio Montisalti, excluſo Magnifico
1 Domino Angelo earũ patruo. Primo, quia regula eſt trita,
quod in ſucceſſione paterna, prima cauſa eſt filiorum. Inſt.
de ſucceſ. ab inteſta. in prin. quod iure naturæ introductum
fuit. §. hoc natura, ibi, & natura procreata, in authen. de

trien,& ſemi[.]l.ſcripto.ff.vnde lib.Barba.in repet.l.cum acu
2 tiſſimi, num. 224. C. de fideic.ubi inqui,† quod lex natu-
ræ, & primum uotum parentum eſt, vt hæreditas ad poſte-
ros ſuos prius confluat, & decurrat.l.cum ratio. ff.de bon.
damn.deinde ad agnatos,inſt.de legit.agna.ſucceſ.in prin.l.
fi.C.de quo.bon. Pariſ. in conſi. 85.num. 20.uol.2.Alex.in
conſi.75.in princ.uol.1.& in conſi.58.nu.134.num.41.uol.
3 6.vbi etiam † inquit,ſucceſſionem ipſam inuentam de iure
diuino,iuxta Auguſtinum,ſi filius,ergo hæres,c.ſi.17.q.vlti
ma.quæ regula procedit nulla habita differentia,an filij ſint
maſculi,uel fœminæ,§.j.uer.in hoc,ibi,nulla inducenda dif-
ferentia,in auth. de hæred. ab inteſta. uen.inſt.de hær. quæ
ab inteſt.in prin.ibi ueluti filij, filiaue, in authen.in ſucceſ-
ſione.C.de ſuis,& legit.hære.Pariſ.conſi.54.nu.12.uol.2.&
in conſi.3.in prin.vol.3.
4 Secundo, quia dicta bona ſunt allodialia, & non feuda-
lia,ut in dubio eſſe præſumuntur, cap. nimis,& ibi Doc.cō
muniter,de iureiura.Feudiſtæ in c.2.ſi de feud.fue.cōtro.in
ter dom.& agna.Affl.in c.Corra.Alex.in conſi.129. in prin.
volum.1.Dec.in conſi.32.col.pen.in fi.conſi.85.col.1. col.
269.in prin.360.col.2.413.col.2.468.num.6.498.col.1.&
588.num.12.Cur.iun.in conſi.41.nu.7.108. nu.15. & 140.
colum.1.Soc.iun.in conſi.102.num.17.volum.v.& ratio ſe-
5 cundum Doct.eſt,quia† feudum dicitur habere ſeruitutem,
gl.in.l.is cuius.§.ſi vſusfructus,in uerſicu.oportet.ff.de vſu-
fruct.Affl.in c.1.§.inter filiam,num.4.ſi de feud.fue.contro
uer.inter dom.& agna.& in ca.j.nu.281.ex quib. cau.feud.
6 amitt.quæ† ſeruitus non præſumitur, niſi probetur,cum ab
origine ſui quælibet res cenſeatur libera.l.altius,C.de ſer-
uit.& aqua.Alex.in conſi.15.in princ.volum.5.Affl.in ca.j.
§.ſi uaſallus.in 4.not. ſi de feud.fue. contro. inter domi.&
agna.Alcia.in tract.de præſcrip. in 3. præſum.in prin.regu.
2.& in tantum vera huiuſmodi concluſio, quod inquit Bal.
7 in ca.1.§.è contrario,de inueſtit.de re alie.facta, quod † ea
procedit, etiam ſi prædia uicina eſſent feudalia, ſequitur
collega meus Natta in conſi.267.in fi.
Nec obſtat,quod dicta bona ſint feudalia,ut patet in con
ceſſione feudali facta per Cæſaream Maieſtatem, quondam
Magnifico Do. Gabrieli Minuto primo acquiſitori dicti ca
ſtri,in qua ſunt deſcripta verba infraſcripta cum mero, &
mixto imperio,omnimoda iuriſdictione,ac cum pratis,præ
dijs,uineis, & nemoribus, ſyluis, &c. ac alijs iuribus,& ꝑ-
tinentijs ſuis, quæ verba uidentur importare, ut prædia,ac
alia de quibus ſupra, quæſita reperiuntur in illo territorio
ſint feudalia ſecundum Cur.iun.in conſi.141.colum.2.& in
8 conſi.184.num.9. & † a quibus ſecundum naturam feudi fœ
minæ tanquam incapaces excluduntur.ca.unico, de ſucceſ.
feud.Affl.in c.1.§.inter filium,in j,not.ſi de feu.fue.contro,
inter do.& agn.& in c.1,in 1.no. de benef. fe.ubi dicit p illū
text. quod de iure feudorum filius maſculus præfertur fœ
minæ tam in feudo paterno,quam materno,quia fœmina ꝓ
hibita eſt a ſucceſſione feudi.Affl.in c,1,§.& quia,nume,22.
qui feu.dar.poſ.Dec.in conſ.468.in prin.Rui.conſ.18.in prin.
9 vol.j.& in conſi.168.num.9.uol.5,quia † etiam tex.proce-
dit in feudo hæreditario,quia reſpondetur,commuuē Doc.
10 ſententiam eſſe, quod † per dicta uerba,bona prædicta non
cenſeantur feudalia, niſi aliter probetur de iure conceden
tis,quoniam dicta uerba tantum important,ac ſi per conce-
dentem dictum fuiſſet, concedo quidquid inris habeo in ta
li caſtro, & eius finibus,quæ conceſſio tanquam incerta nō
11 ualet.Bar.in l.ſi ſic.in prin.ff.de lega.1,ubi inquit,† quod,ſi
Comes conceſſit eccleſiæ quidquid iuris habet in tali loco,
conceſſio illa non ualet, & nihil operatur, niſi conſtet
de iure concedentis, quia incertitudo impedit acquiſitio-
uem poſſeſſionis, & per conſequens vſucapionis. l. 3. §.
incertam.ff.de acq. poſſeſ. Bartolus in l. legaui digeſtis de
liber. lega. & Barto.ibi ſequuntur communiter Scriben,
12 Alex.in conſilio 187.num.9.uolumine ſecundo vbi† etiam
dixit id procedere,ſi ſpecificetur res ipſa ſingulariter, ut ſi
Comes dixerit, quod cædit iura, quæ habet in tali fundo,
etiam cum expreſſione confinium,quem ſequuntur Dec.in
conſi.302.columna 3.in fi.& Crau.in conſil.292. columna
4.Alibi idem Alex.in conſil. 28. columna 3.volumine 1. &
in conſi.108.col.1.vol.6.& in conceſſione feudali, ita uo-
luit Alex.in conſil.55.nu.21.volum.4.Cur.iu.n.in conſi.41.
13 col.4.& 140.col.fi.vbi dicunt,† quod ſi in conceſſione feu
dali fit mentio cum iuribus & pertinentiis ſuis, quod iſta
verba non probant,niſi quatenus per alias probationes ap
pareat limitatè dedictis iuribus.Rui.in conſil.53. numero
quarto verſiculo nec obſtat,volumine quarto. & magis ac
14 cedendo ad terminos noſtros † ita conſuluit Bru.in conſi.
1.columna 1.quem ſequuntur Crau.in citato conſi.292.co
lum.4.& Aegid.Boſſ.in tract.ſuo crim.in titu. de principe,
nu.253.circa fin.vbi inquit,ita alias iudicatum fuiſſe in Se-
natu Mediolani.Natta in conſi.313.col.1.& Cur. iun.in lo-
cis ſupracitatis, quando non fuit facta mentio de territo-
rio,ac Bell.in conſi.10.nu.13.pro cuius confirmatione ac-
cedat,quod ſcribit Alex.in conſi.43.in princ.vol.1. vbi tra-
dit,quod licet Cæſar in caſu ſuo fuerit inueſtitus a princi-
pe de caſtris Planorſij,& Cadignani cum villis,locis,iurib.
& pertinentijs ſuis,& villæ de quibus vertebatur contro-
uerſia,eſſent iuxta caſtrū Planorſij,quod per hoc nō intelli
15 guntur eſſe de pertinentijs Planorſij,quia† de iure,Caſtro
nihil eſt deputatum corporale pro pertinentijs,niſi,vt ab
hominib.vel ſtatuto,caſtro ſit deputatum, ut per Innoc. in
c.cum ad ſedem,de reſtitu.ſpol,niſi Cæſar demonſtrauerit,
quod dictæ villæ per habentem poteſtatem,ex aliqua priui
legiata conceſſione aſſignatæ fuerint Caſtro Planorſij, &
cum Ale.tranſit Rui.in conſi.45.colu.1.vol.1.
Facit etiam quod dixit Rui.ipſe in conſil.13.nu.7.vol.1.
16 vbi inquit,† quod donatio imperialis facta monaſterio S.
Michaelis de Curia,qui dicitur zena, non tribuit aliquod
ius eccleſiæ,niſi oſtendatur,quod illa curia ſpectaret ad Cę
ſaream maieſtatem,quia per illam Cæſar videtur tantū do-
naſſe ius,quod in illa habebat.l. quæ mundum.ſ. quod dici
tur.ff.de pig.additur quoque,quod uoluit Crau.in conſilio
124.vbi poſt Caſt.per eum citatum dicit, ꝙ fundās ius ſuū
in inueſtitura alterius debet probare de iure inueſtientis.
& iſtud eſt,quod dicimus, ꝙ ſucceſſor tenetur probare de
iure actoris ſui, quia non ſequitur,talis vendidit,vel dona
uit mihi rem,ergo erat dominus,vel ius in ea habebat. ali-
bi Crau.in tract.de antiqui.temp.in quarta parte circa prę
miſſa,columna prima.vbi tradit, quod inueſtitus de caſtro
cum furnis,& molendinis, intelligitur inueſtitus de iuri-
bus,quæ concedens in ipſis habebat.Confirmatur hæc ſen
tentia per Aegid. in tract.in tit.de principe, numero 247.
17 vbi tradit,†quod qui petit fundum feudalem permixtum
cum allodiali fortè ex amotatione terminorum,ſuccumbit
niſi ſciat clarum reddere feudalem ab allodiali propter in-
certitudinem. De qua materia multa alia dici poſſent, de
quibus per Marſ.in rub. C.de prob.in nu.399. & in multis
ſequentibus,quæ cum videri poſſunt,non tranſcribo, quia
laborioſum eſſet.
Non obſtant notata per Cur.iun.vbi ſupra, quia reſpon-
detur,quod ipſe loquitur,quādo conceſſio caſtri facta fue-
rat cum territorio,pratis,vineis,&c. Quod territorium nō
fuit conceſſum in caſu noſtro. Item dicitur, quod dubia
eſt eius ſententia ex ſcriptis per Alexand.in d. conſilio 43.
quem ſequitur Rui.in allegato conſilio 45.columna 1. vbi
facta fuerat conceſſio Cæſari de caſtris Planorſij & Cadi-
gnani cum villis,locis,iuribus,pertinentijs, ac territorio,
& tamen in dicta conceſſione non ueniunt villæ, quamuis
eſſent iuxta Planorſium.& ita etiam tenet Cur.iun. in con-
ſil.158.colum.fi.
Vlterius poſito etiam, quod in conceſſione dicti caſtri
Montiſalti fuiſſet facta mentio etiam de territorio,adhuc
non ſubſiſteret dictum Curtij, cum in ea dicatur de pratis,
uineis,&c.pertinentibus ad dictum caſtrum,quod partici-
pium pertinentibus,reſoluitur in relatiuum,ideſt,quæ per
tinent,gloſſ.in cle.1.in verſi.dignitatibus,in fin.de præben.
18 Alexand.in conſi.119.colum.4. uolu.1. † relatiuum enim
ſine copula ſtat reſtrictiue, & limitatiue ad eas tantū ter-
ras,quæ pertinēt ad caſtrum.l.ea tamen adiectio.ff. de leg.
primo vnde eſſet probandum. quæ, quot, & quanta eſſent
illa

illa bona ad caſtrum pertinentia,ita in ſimili dixit Craue.
in citato conſi 293.columna 4.verſiculo iſtud argumentũ,
vbi inquit conceſſionem comprehendere omnia incluſa,
quando verba conceſſionis eſſent apta illa comprehende-
re intra fines,vt quia,primò donaſſet caſtrum & territoriũ
cũ omnib. pratis,& vineis intra ipſum territoriũ, ſecus ſi
de pratis,& vineis pertinentibus ad caſtrum per rationem
de qua ſupra.
19 Similiter non obſtat†quod dicta bona feudalia proban-
tur ex confeſſio e quondam Magnifici D. Franciſci patris
ipſarum dominarum Luciæ,& Hieronymæ, cuius ſunt hæ-
redes,quæ confeſſio eis præiudicare debet, cum factum de
functi cenſeatur factum hæredis.glo.& Bald. in l.ſeruus,in
prin.ff.de cond.fur.Alexan. in l.ſtipulatio iſta, in prin.ff.de
verb.obl.& in terminis per Cur.iun.in cõſi.184. col.3.cir.
20 fi.quia reſpondetur,†quod teſtes deponentes de confeſſio
ne ipſa ſunt ſingulares in loco & tempore,& ideo non pro
bant.Affl.in deciſ.364.vbi inquit,ita pronunciatum fuiſſe ĩ
ſacro conſilio.Alex.conſ.36.col.fi.uol.5.in conſi.152. nu.
10.volumine 7.& Crau.in conſi.151.num.12.Secundò dici
21 tur,†quod etiam ſi eſſent conteſtes,non facerent niſi ſemi
plenam probationem,cum facta reperiatur abſente parte,
c.fi.de ſucceſ.ab inteſt.Bar.& alij in l.admonendi.ff.de iure
iur.Alex.conſ.24.nu.47.vol.2.conſi.82.nu.6.nol.4.cõſ.115
vol.eo.39.nu.6.vol.5.& 36.nu.7.vol. eo. & in conſ.57.nu.
8.vol.6.Affl.deciſ.12.num.12.& 364.col.1.Pariſ.conſi.57.
nu.14.vol.1.Maran.in tract.de ord.iud.in 6.par. in 5.actu,
nu.2.& Cur.in d.l.admonendi, nu. 141. vbi dicit hanc eſſe
communem opinionem, in cuius ſnpplementum non poſ-
ſet deferri iuramentum dicto Domino Angelo duabus ex
22 cauſis,quarum prima eſt, quia†in arduis cauſis non datur
iuramentum ſuppletiuum,vt per Doct.in d. l. admonendi.
Alex.in conſil.39.in fi.vol.5.conſi.180.num.7.volu.6.& in
conſi.68.in fi.vol.3.vbi aſſerit hanc eſſe communem.Rui.in
conſi.79.nu.5.vol.4.Alex.in conſi.74.col.2.vol.1.& in cõ-
23 ſil.94.col.2.vol.7.& in ſpecie,† quod in cauſa feudali tan-
quam ardua non deferatur iuramentum in ſupplementum
probationis,voluit Bal.in l. in bonæ fidei C. de iureiuran.
quem ſequitur Gozad.in conſi.11.col.1.verſic.præterea,&
ſi dicatur.
24 Secundo reſpondetur, † quod dictum iuramentum non
poteſt deferri D. Angelo tanquam non informato de veri
tate facti,vt probatur ex no.per Bal.in l.bonæ fidei, col.fi.
25 C.de reb.cred.vbi inquit,† quod hæredi non defertur iu-
ramẽtum ſuper facto defuncti,ſi non eſt informatus de eo.
Alex.in conſi.7.col.pen.vol.3.vbi inquit,quod requiritur,
quod inter fuerit facto,qui debet iurare, & quod non ſuffi-
cit notitia per famam,Affl.in c.1.in 2.no.ſi de inueſt.fu.cõt.
26 inter dom.& vaſal.ubi inquit, † quod ius probandi per ſa-
cramẽtum tranſit ad ſucceſſorem, ſi ſucceſſor iurare poſſit
puta,quia fuit informatus de veritate, alias ſecus, quia il-
lud non eſt deferendum per iudicem,niſi illi, qui ſciat veri
tatem,vt dicit gloſſ.in l.maritus.ff.de quæſt.Pau.de Caſt.in
27 conſi.283.vol.2.vbi† agnato non poteſt deferri iuramen-
tum,quãdo fendum originem habuit in perſonam commu
nis parentis,quando agnatus de hoc nõ poteſt eſſe certus,
puta propter longitudinem temporis centum annorũ, qa
ſicut non poteſt teſtificari pro alio,ita nec pro ſe d.l.admo
nendi,cum ſufficientem cauſam ſui dicti per ſenſum corpo
reum reddere non poſſet.
Similiter non habet obſtare,ſi dicatur,quod prædia ipſa
ſint feudalia ex fama,quia ſunt plures teſtes, qui depoſue-
runt famam eſſe in dicto loco,quod bona prędicta ſunt feu
28 dalia,†quæ fama eſt ſufficiens,ad huiuſmodi probationem
vt uoluit Alex.in conſi.15.col.2.vol.5.Iaſ.in l.ſi prius,col.
14.verſi.ſecundo limita.ff.de not. ope.nun.Affl.deciſ.129.
col.2.in prin.& Affl.in c.1.nu.291.ex quib. cau. feu.amitt.
29 & † quib.tanquam de l co ipſo magis eſt credendum, quã
extraneis.c.1.§.ſi tres,de pace tenen.quem text.ad hoc ibi
nota.Aluar.& Præpoſ.qui etiam ad hoc allegant text. in l.
1.§.1.ibi,ex æſtimatione circumcolentium.ff.de flum.p quẽ
concludit ibi Alber.de Roſa.quod ſæpe ille tex. allegatur,
quod ſi dubitatur de aliquo,recurrendum eſſe ad uicinos,
30 ad opinionem eorum.Vnde † ſi dubitetur vtrum, quis ſit
diues,uel pauper, & vtrum vtatur male ſubſtantia ſua, &
uergeat ad inopiam,recurritur etiam ad æſtimationem, &
famam vicinorum.Item ſi dubitetur de ubertate,& ſterili-
te,recurritur etiam ad æſtimationem circumcolentium. l.
ex cõducto.§.fi.ff.loc.facit tex.in c.vlt.cir.medium, de off.
31 Arch.ubi † iuris præſumptio eſt, ꝙ canonici magis ſciant
conditionẽ eccleſiarũ ſuarũ,q̃ alij,quia reſpondetur, uerũ
eſſe,ꝙ teſtes de fama deponentes recipiuntur ad hmõi pro
32 bationem,† dũmodo ẽt non interrogati reddant rõnẽ ſui
dicti concludẽtẽ,& nõ ineptã,vt dixit Ale.in cõſ. 136. col.
33 3.in 1.uol.ubi inquit, † ꝙ teſtes deponere uolentes bona
eſſe feudalia,dẽnt deponere cum rõne & nõ interrogati,ut
quia fuerunt pſentes inueſtituræ,uel ꝙ uiderunt talẽ poſſi-
dere rem,ut feudũ tanq̃ uaſallus ſpatio 30.anno.uel ꝙ audi
uerunt eum pſtantem ſeruitium Dño illius feudi, iuſtũ ſer-
uitium, petenti,& recipiẽti ab eo rõne dicti feudi.& Alex.
34 ſequitur Affl.in deciſ.277.columna.2.ubi † ẽt tradit,bona
feudalia probari,ſi teſtes dixerint vidiſſe & legiſſe librum
regiſtri bonorũ feudalium,in quo ſunt deſcripta dicta bõ-
na,ꝙ & uoluit alibi idem Affl.in dec.129.col.2.in prin.& ĩ
c.1.num.292.ex quib.cauſis feud.amit.& Gramm.in deciſ.
77.nu.10.tract.crim.in tit.de principe,nu.253.circa fi. ubi
dicit,ꝙ uidit per Senatum Mediolani pronunciari bona eſ
ſe allodialia,licet plures teſtes agnati depoſuiſſent ꝙ bona
eſſent feudalia,ẽt ſi loqueretur in antiquis,quia nullam rõ
nem concludentem allegabant,cur eſſent feudalia,q̃ redde
re tenebantur,ẽt non interrogati de fama & auditu. Sed in
caſu præſenti per teſtes prædictos non fuit reddita aliqua
bona ratio,ſed dicta bona feudalia, quia immunia, quæ eſt
inepta,cum non ſequatur concludenter alia bona ſunt im-
35 munia,ergo feudalia,quoniam † reperiuntur bona tripli-
cis generis,uidelicet allodialia regiſtrata, bona allodialia
non regiſtrata,ſed immnnia,pro quibus non agnoſcuntur
functiones,Item & tertiò bona feudalia,ut conſtat ex ſcri-
ptis per Iac.de S.Ceorg:in tract.de homag.col.pen.& Bel-
lo.in conſi.10.in fi.
Sed pręmiſſis non obſtantibus,quæ uerè non obſtant cõ
trariam ſententiam tanquam de iure ueriorem amplecten
dam arbitror.Et pro fundamẽto intentionis D.Angeli mo-
36 ueor ex communi concluſione,quæ habet,† ꝙ in feudis an
tiqs agnatus proximior ultimo feudatario moriẽti,& tenẽ
ti feudũ ſuccedere dẽt.c.1.§.his uerò,de grad.ſucc.in feud.
Bal.in cõſ.192.uol.3.conſi.265.col.fi.uol.5.& in cõſ.282.
uol.eo.Affl.in c.1.in 1.non de eo,qui fin.fec.agna.ubi dicit
quod non omnes agnati ſuccedunt in feudo, ſed ille tantũ,
qui reperitur proximior in gradu,& in c.1.An ille, qui in-
terfec.fratrem dñi ſui, ibi, quantum ad honorem gradus.
ubi quando per delictum uaſalli feudum debet peruenire
ad agnatum,ſi ſunt plures agnati,ille habebit feudum, qui
inuenitur proximior ſecundum ordinem gradus,& in cap.
1.§.dummodo,de nat.ſucceſ.feuda.ſed dictus Do.Angelus
quondam Dom.Franciſco eius fratri mortuo ſine filijs m.
ſculis eſt proximior in gradu ſuccedẽdi in feudis, d.§. his
vero, ergo ei ſuccedere debet excluſis ipſis dominabus
Lucia & Hieronyma filiabus prædictis Dom.Franciſci,tan
quam incapacibus ſucceſſionis feudalis,d.c. unico,de ſuc-
ceſſio.feudi.
Verum,quia tota machina præſentis conſultationis cõſi
ſiſtere uidetur in cognoſcendo,& demõſtrãdo, ꝙ dicta bo
37 na ſint feudalia,† q̃ qualitas feudalis põt directè,& p indi-
rectũ probari,uidelicet p veras pbationes & pſũptiones,
ut per Affl.in c.1.nu.289.cum ſequentib.ex quib.cau.feud.
ami.& per eundem in deciſ.129.ideo ad ipſius feudi proba
tionem condeſcendo.Et in primis dico,bona ipſa feudalia
probari ex confeſſione propria q.D. Franciſ. cuius ipſæ D.
38 Lucia & Hieronyma ſunt filiæ & hæredes. Quæ † quidem
confeſſio ſicut præiudicaret dicto q.D.Franciſco confiten-
ti,ſi uiueret.l.generaliter.C.de non num.pec.Crau.conſil.
61.num.3.& in conſi.171.nu.4.& in propria materia p Af-
fli.in deciſ.129.col.2.in prin.Alex.conſi.129.col.fi. uol.5.

Cur.iun.in conſi.140.col.2.& Ruin.in conſi.26.in prin.volum.1.Iacob.de S. Georg. in tracta. de homag. col.5.uerſi.
39 Item probatur homagium, ubi † dicit, homagium etiam probari per confeſſionem illius, qui confeſſus fuit ſe eſſe hominem meum. Ita etiam debet preiudicare dictis dominabus uti hæredibus confitentis,iuxta notata per Rui.in cō
40 ſil.50.num.13.uolum.j.vbi dicit,† q̄ confeſſio defuncti cēſetur etiam confeſſio hæredis,quia factum defuncti reputatur factum hæredis ,ſecundum gl.Bar.in l.ſeruus,in princi. ff.de cond.fur.& Alex.in l.ſtipulatio iſta,in prin.ff.de verb. obl. & in terminis de quibus agitur ita dixerunt Cur. iun. in conſ.184.col.3.verſ.cum enim.Rui.in conſi.108.nu.19. volum.2.& Aegi.Boſſ.in trac.cri.in ti.de Principe,nu.253. in fin.& Barb.in conſi.17.colum.26.in prin.in verſ. Item ſatis probatur,volum.2.

Nec obſtat, quod Doctores videantur loqui de confeſſione feudatarii, de qua conſtat per inſtrumenta, non autem per teſtes deponentes de confeſſione facta diuerſo tēpore & loco, vt in caſu præſenti, quibus tanquam ſingularibus nulla fides adhibenda uenit,ut per Affl.& alios de q-
41 bus ſupra. Quia reſpondetur, quod † paria ſunt,quod aliquid probetur per teſtes, vel inſtrumenta, cum ad parem vim habeant,l.in exercendis,C.de fid.inſt.nec uis fieri dēt, quod teſtes ipſi loquuntur de confeſſione facta abſente parte diuerſo loco & tempore: quoniam pluribus modis re-
42 ſpondetur. & primo, † quod ad probandum confeſſionem in genere teſtes ſingulares plene probant, cum non ſit vis in tempore.Ita Alex.in conſi.85.col.fi.vol.2.& in conſ.10. nu.4.volum.6.Crau.conſi.78.col.2.& in conſ.151.col.3.in fi.& 267.col.4.ver.Idem quando agitur. Soc.conſ.103.col. 2.volum.3.Rui.in conſi.67.num.9.vol.1.conſi.35.num.6.& conſi.ſequenti,col.5.ver.item agitur,uol.4.conſil.32.num. 7.& in conſi.44.num.9.uol.eo.conſi.97.nu.15.volum.5.& in conſi.122.col.1.vol.eod. Alex.in conſi.92. col.pen.vol. 5.conſi.147.col.pen.vol.7. & Crau. latiſſime vltra alios in tract.de antiqui.temp.loco ubi ſupra.nu.11.vbi dicit,quod & ſi Alex. in aliquibus conſilijs aliter ſenſerit,tamen quod in multis alijs atteſtatur hanc eſſe veriorem, & magis cōmunem, quam etiam ipſe amplectitur Caccial.in repetitione l.admonendi.num. 108. & 119.ff.de iureiuran.ubi dicit,
43 † quod quando agitur de probando iuriſdictionem,hæreſim, poſſeſſionem, vel celebrationem, & ſimilia, q̄ in iſtis non nocet diuerſitas temporis, vel loci, quia iſta non eſt proprie ſingularitas, quia licet dicti teſtes differant in loco,vel tempore, ſeu in cauſa ſcientiæ,& in modo ſciendi q̄ habetur per diuerſa media, non dicuntur differre in facto principali, nam per ſingula generum genus probatur: Ita Bald.in l.de quibus, de legib. quod inquit Caccial.perpe-
44 tuò notandum.Idem uoluit Guid. Pap.in deci.544.ubi† dicit, quod ad probandum electionem ſepulturæ ſufficiunt teſtes ſingulares reſpectu loci & temporis,cū de ſubſtantia electionis ſepulturæ non ſint tempus & locus, & quod ita vidit pluries in curia parlamenti Delphinalis determinari.
45 Secundo reſpondetur, quod † etiam teſtes deponentes de confeſſione extraiudiciali facta diuerſo loco & tempore in abſentia partis admittuntur ad probationem, ut not. glo.& Bar.in l. ob carmen.§.fin. ff.de teſtibus,quia confeſſio eſt actus reiterabilis.Alex.in conſi.53.colum.fina.uol. primo,ubi inquit,quod iſto caſu non poſſunt dici teſtes ſingulares, cum ſint concordes in principali facto: Marſ.in conſil.5. nume.6.& 8.vbi dicit,quod in actu reiterabili teſtes non dicuntur ſingulares, ſed admittuntur.Corn.in cō ſil.248.colum.7.uolum.2.Bal.in addi.ad Specu.in titu.de teſte, in additione incip. teſtes uariantes, Paul. de Caſt. in conſi.300.iudex, ad fin. quem ſequitur Dec.in conſil.655.
46 colum.2.uerſi.ſecundo reſpondetur, ubi inquit,† quod ſingulares teſtes bene probant, quando ſingularitas non eſt ſeparata,ſed dictum unius correſpondet alteri,& ex dicto alterius adiuuatur.Pari.conſi.57.num.26.uolu.1. & in conſ. 75.colum.2.uolu.eo.Verum,quia iſta reſponſio a pluribus mordetur,ut conſtat ex dictis per Alexan. in conſi.94.col. 2.uol.9.& Crau.in conſil.151.col.3.267.col.pen.& in tracta. de antiqui. tempo. ubi ſupra, nume.25.alio modo re-
47 ſpondetur, † quod dicta opinio poſſet procedere,ubi cum teſtibus ſingularib.non concurrerent aliæ præſumptiones, & coniecturæ adiuuantes dicta ipſorum teſtium ſingularium,alias ſecus,ut in caſu noſtro, ubi cum dictis teſtiū concurrunt plura.Ita Pau.de Caſt.in conſil.281.colum.pen.an
48 te fi.uol.1.Et ideo nos uidemus.quod † quando concurrūt confeſſio facta parte præſente probata per unum teſtem,& teſtes ſingulares loqueutes de confeſſione facta abſente parte coniunguntur ad plenam probationem. Pau.de Caſt. conſi.109.colum.2. volum.2.Crau. in d.tracta. de antiqui. tempo. ubi ſupra. num. 26. Pariſ. in conſi.57.num.49.cum pluribus ſequentibus,uolum.1.& in conſi.75.colu.2.uolu.
49 eo.Cra.conſi.35.num.6.circa fin.ubi inquit, † quod dictū teſtis ſingularis iuuatur ex multis præſumptionibus.

Quod autem in caſu de quo agitur multę adſint præſumptiones tendentes ad adiuuandum dictum ipſorum teſtium demonſtratur. Primo, quia commiſſarius deputatus a directo domino ad introducendum D ominum Gabrielē primum acquiſitorem in poſſeſſionem dicti caſtri iuriſdictionis prædiorum, pratorum, &c. poſtquam induxit eum in poſſeſſionem iuriſdictionis capſinarum,& horti,declarauit quoque illum induxiſſe, & immiſiſſe in poſſeſſionem ipſorum prædiorum & pratorum,cum difficile eſſet & laborioſum accedere ad ſingula corpora dictorum prædiorum: quæ quidem præſumptio multum iuuat dictis teſtibus. Itē adeſt & alia præſumptio,quia in diuiſione inſtrumentali facta inter quondam Do. Franciſcum, & Angelum de bonis paternis, actum fuit, quod caſtrum, iuriſdictio, & bona tā feudalia, quam allodialia ſita ſuper finibus dicti caſtri eſſent ipſius D.Franciſci,quod factum non fuiſſet veriſimiliter,ſi bona immobilia feudalia non fuiſſent ſuper dictis finibus, quæ veriſimilitudo attendi debet,c.quia veriſimile, de præſum.Pariſ. conſi.19.nume.78. volum.2. Tertia adeſt præſumptio, quod tam D.Gabriel primus inueſtitus,quam omnes ab eo deſcendentes petierunt inueſtituras a dominis directis de dicto caſtro, cū pratis,uineis &c. & qui eos inueſtiuerunt cum dictis pratis, prædijs, uineis &c. & qui deſcendentes ſemper confeſſi fuerunt, progenitores ſuos fuiſſe inueſtitos de dictis prædijs & pratis. Ex quibus dicitur apparere & conſtare, quod dicta prædia erant feudalia,& licet non conſtet de quibus, nihilominus præſumendum eſt, quod omnes poſſeſſiones, quas habent & habuerunt ipſi feudatarij, quæ non reperiuntur regiſtratæ, ſint feudales, niſi contrarium probetur: præſertim, cum non reperiatur illos ex alio titulo habuiſſe, argu. l. quædam mulier.ff.de rei uend. Ita Rui.in conſi.108.colum.9.verſiculo ex alio quoque, volumine ſecundo,& Cur. iun. in conſilio 184. numero 8.

Accedit & alia præſumptio, quia iſta bona immobilia nunquam fuerunt regiſtrata, quæ negatiua probata fuit ex inſpectione regiſtrorum ipſius loci Montis alti iuxta not. per Bartolum in fi. C. de rebus cred. Dec. in conſilio 424. colum. fin. nec collectata pro aliquibus oneribus cæſareis & alijs concernentibus publicam vtilitatem & neceſſita-
50 tem,† a quibus muneribus nemo excuſatur.l.iubemus,vbi Baldus,C.de ſacroſanct.eccle.ubi inquit,notandum eſſe ex illo tex. quod a neceſſitatibus imminentibus Romanæ eccleſiæ, propter guerram nullus excuſatur ratione priuilegij, ſiue conceſſum ſit dignitati, ſiue religioni, ſiue perſonæ, quia publica utilitas cuilibet priuilegio eſt præferenda, Roma. in conſilio 425.columa 6. in princip.Fel.in cap. cauſam quæ. in verſiculo quinta declaratio,de reſcrip.per Io.de Plat.in l.2.C.de quibus mune.nem. lic. ſe excuſa.lib. 10. vbi per illum textum tradit. quod nullus qualicunque priuilegio munitus ualet ſe excuſare a muneribus perſonalibus, realibus, mixtis principi & eius exercitui exhibendis, per quæcunque loca iter arripiat,ſiue ſint habitatores domorum Principis, uel Auguſtæ, ſiue Eccleſiarum, ſiue ſint perſonæ illuſtres, & in alijs dignitatibus poſitæ, ſiue ſint perſonæ habentes excuſationem eis conceſſam per pragmaticam ſanctionem, id eſt cum deliberatione

pro-

proceꝛum factam,vel per diuinam annotationem,ideſt,mo tu proprio factam,vel proprio oraculo viuæ uocis, nemo excuſatur ab angarijs , nec perangarijs,nec viribus,nec a quolibet alio miniſterio.& ſeruitio principi in expeditionem eunti exhibendo. quæ ſi feudalia non fuiſſent,ſed allodialia & immunia, per homines dicti loci in tot oneribus cæſareis exceſſiuis,quæ occurrerunt collecta fuiſſent. Cũ
51 † non præſumatur,quis velle ſubire onus alterius,& illum ſubleuare pro ſe aggrauando, quia hoceſset ſuum iactare, non præſumitur.l.ſi cum aureum.ff.de ſol.l.cum de indebito.ff.de proba.
52 Quinta accedit præſumptio , † nam ex qualitate pretij arguitur quid & quantum veniat in emptione & venditione.gl.in l.1.ff.de ſuperfici.Bart.& alij in l.ſemper in ſtipula
53 tionibus.ff.de reg.iur.†vbi ex quantitate pretij arguitur, an dictio,vſque,ſtet excluſiue,vel incluſiue,Alex.in conſil. 67.in fin.vol.5.& in conſi.103.num.5.vol.6.Rui. in conſil. 131.num.6.volumin.1.Soc.in l.1.in 4.notab.ff.de reb. dub.
54 vbi † an aliquid includatur in parte diuiſa, vel non, hoc cognoſcitur ex quantitate pretij , & Socin.ſequitur Cur. iun.in conſi.80.col.1.ſed ex qualitate pretij exburſati per quondam Dominum Gabrielem domino directo ipſius caſtri,non eſt uerisimile,ſi non fuiſſent incluſa prædia feudalia,quod eidem exburſaſſet , & numeraſſet ſcuta triamilia pro reditu ſcutorum triginta ſex:ergo,vt euitetur iſtud abſurdum,& non veriſimile,dicendum eſt, quod in venditione dicti caſtri ueniunt & ipſa prædia.quod in terminis noſtris probari videtur ex not.per Imo.in l.3.in fi. principij. ff.de acq.poſſeſs.quem ſequitur Alex.in conſi.221.in fin.vo
55 lum.6.& in conſi.14.in fi.volum.7.vbi dicit, † quod ſi quis poſſidet caſtrum & aliquas res particulares ſuas in territorio caſtri,& vendat caſtrum cum pertinentijs ſuis licet nõ uideatur uendidiſse res illas particulares,ſed ſolum iuriſdictionem territorij,vt ſic illa omnino vniformiter intelligatur,arg.l.lam hoc iure.ff.de uulg.& pup.tamen hoc fallit,niſi aliud conſtaret de mente & veriſimilibus coniecturis,vt quia uenditumeſſet caſtrum,& veriſimiliter non fuiſſet datum pretium,quod datũ fuit,niſi fuiſſent illæ res particulares incluſæ, per no.in d.l.in ſtipulationibus , facit et quod not.Bald.in rub.de contrahen.emp. vbi id eſt veriſimile,quod ex pretio colligitur.vltimo loco ſunt plures te-
56 ſteds eponẽtes de auditu,qui†etſi regulariter nõ faciũt ꝓbationẽ,l.teſtiũ.C.de teſtib.l ſolã,eo.ti.tñ faciũt præſump. Arch.12.q.5.c.hoc vr.Dec.in cõſ.82.col.1.& i cõſ.272.nu. nu.3 .Rui.cõſ.106.nu.17.vol.5.Alc.in cõſ.77.nu.5 .vol.1.in cõſ.62.nu.3.vol.3.& 236.nu.5.uol.6.& eo maxime cum deponãt ſe audiuiſſe a plurib.vt per Rip.in l.1.nu.58.ff.ſi cer. peta.& ſint cõcordes in perſonis a quibus audiuerũt,ut uoluit Cor.in cõſ.78.vol.3 .quẽ ſequitur Ripa ubi ſup.vltimo adeſt præſumptio reſultans ex fama,de qua infra dicetur.

Nõ obſtãt allegata ſupra in cõtrariũ,q̃a reſpõſio ex ſup. dictis ſatis colligitur,reſpõdẽdo tñ formaliter.Primo non obſtat,ꝙ in ſucceſſione paterna prima cã ſit filiorũ ſiue ſint
57 maſculi,ſiue fęminæ,qm† dr,regulaipſã procedere in allodialib.nõ i feudalib.vt ſunt bona de quib.agitur,a quib. fm nãm feudi fęminę excludũtur tanq̃ icapaces , ita diſponẽte cõſuetudine feudali.c.unico,de ſuc.feu.cũ alijs ſup. citatis.

Ad ſm reſpõdetur,ꝙ licet bona regulariter , & in dubio allodialia pſumãtur,uteuitetur ſeruitus,q̃ nõ pſumitur,niſi ꝓbetur.d.l.altius, tñ ꝙ cõcluſio ipſa recipit limitationem,
58 † niſi bona ꝓbẽtur verè,vel pſũptiuè feudalia.Bell. in cõſ. 10.nu.4.& ꝑ Affl.i d.c.1.nu.289.ex qb.cau. feud.amit. Nec vix fieri põt,ꝙ qñ cõceſſio facta ẽ ꝑ pricipẽ de pratis, uineis &c.ꝙ nõ pſumſitur feudalia , niſi ꝓbetur, ꝙ cõcedẽs tpe infeudationis illa poſſideret,iux.not.ꝑ Bru.in cõſ.1.i 1.col. q̃a nõ negatur quin concluſio,& deciſio Bru.ſit vera in terminis ſuis,ſed dr,ꝙ ea nõ obſtat i caſu noſtro,vbi ꝑ cõfeſſio ñe q.D.Franc.cuius pdictæ D.Lucia.& Hieronyma ſũt hære
57 des,†& cui cõtrauenire nõ poſsũt,cõſtat bona feudalia eẽ & nõ allodialia:pſertim iũctis tot,tantiſq; pſũptionib.ſup. narratis,ex quib.elicitur dicta bona eſſe feudalia,vt et cõſiderat Barba.in conſ.18.col.21.verſ.cum ergo. uol. 2.

Similiter nõ obſtat,ꝙ bona ipſa pdicta ex fama nõ ꝓbãtur feudalia,q̃a reſpõdetur,ꝙ q̃uis fama informiter ꝓbata
60 non facit plenã probationem,quod bona ſint feudalia,†tamen quod intelligendum uenit, niſi fama eſſet probata per teſtes ultra decem , quia tunc numerus ſupplet defectum , quatenus teſtes informiter deponerent. Ita Bald. in auth. quod locum.C.de colla. Fely.in ca.cum oporteat,num.18. extra de accuſ. Alex.in apoſti.ad Bar.in l.de minore.§.plurimum & ibi Marſ. nume.40. ff.de quæſt.Idem Marſ. in ſingu.177.& Carer.in rep.l.obſeruare,in prin nume.111.verſic .nota vnum. C.quom.ap.non recip.vbi inquit,cautelam eſſe, ut ſuper fama examinentur plures teſtes & numero decem,& tunc ſi deponant ſuper fama probabitur per tot teſtes. Sed in caſu pręſenti fuit probatum per uiginti teſts de fama, quod bona ſunt feudalia , ergo deberet ſufficere huiuſmodi fama, ſaltem cum alijs , de quibus ſupra , & tanto magis hoc dicendum uenit, cum teſtes ipſi ſint eiuſdẽ loci, quos non eſt veriſimile depoſituros in ſui damnum & præiudicium.. Vnde ex his concludendum arbitror ſtantibus præmiſſis probationibus & præſumptionibus , quæ multo minores ſufficerent, vt conſtat ex traditis per Barb. ubi ſupra, omnino pronuntiandum fore dicta bona feudalia , & per conſequens illa adiudicanda dicto Do.Angelo uti proximiori agnato dicti quondam D.Franciſci eius fratris excluſis præfatis dominabus Lucia & Hieronyma uti incapacibus bonorum feudalium.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus

## *SVMMARIVM.*

1 *Argumentum a ſufficienti partium enumeratione eſt in iure ſolidiſſimum.*

2 *Officialis temporalis non poteſt durante officio cum ſubditis contrahere.*

3 *Officialis perpetuus cum ſubditis contrahere non poteſt,ſed in contrarium eſt communis,ut in nu.6.*

4 *Impreſſio probatur eo ipſo quod habens dignitatem diceret et ſubdito, quod niſi contrahat cum eo , quod contra ipſum procedet,uel de maleficio denunciabit.*

5 *Lex ad inuidiam.C.quod met.cau.quæ vult quod ſola dignitas officialis non ſufficit ad inducendam præſumptionem metus, procedit in officiali non habente iuriſdictionem.*

7 *Lex præſidis ff.ſi cert.pet. licet non loquatur in principalibus officialibus , ſed in eis qui ſecum ſunt , tamen etiam locum habet in eis propter rationem generalem illius l. quia perpetui ſunt.*

6 *Dignitas prodeſſe debet , non autem nocere.*

9 *Officialis temporalis gerens officium in patria ſua , poteſt cum ſubditis contrahere.*

10 *Priores unius ciuitatis durante officio poſſunt indiſtincte cum ſubditis contrahere.*

11 *Officialis temporalis ſi contrahit palam & publice cũ ſubditis,ualet contractus.*

12 *Officia per annum duratura , licet quis emere non poſſit , quia incidit in l. Iul. de ambitu, ſi emit,condemnatur in quadruplum, & ſoluta non repetit,tamen fallit, ſi pecunia pro habendo tali officio ſit data palam.*

13 *Emptio facta per patrem palam de proprietate aduentitij peculij filij valet.*

14 *Ratio quare officialis nõ poteſt emere a ſubditis,ne propter uarietates contractuum deſerat iuſtitiam , & efficiatur negligens,non eſt generalis.*

15 *Officialis, & ſi de iure cum ſubditis contrahere non poſſit , ſecus tamen de conſuetudine.*

16 *Clauſula , ſi preces ueritate nitantur , ſemper intelligitur in reſcripto,etiam de iure ciuili.*

17 *Metus allegari non poteſt , ubi princeps monet partem ad allegandũ quare bona reduci non debent ad manus ſuas.*

18 *Metus ordinarius ad executionem iuſtitiæ laudandus eſt.*

19 *Factum ex metu laudabili non reſcinditur.*

20 *Factum per compulſionem iuris ualet , nec reſcinditur.*

21 *Iuris executio nec metum nec iniuriam infert.*

22 *Iudex quod iuſte facit, metum non inducit.*

23 *Actus tanquam metu factus, ut retractetur, non ſufficit probare quod iudex ſit ſolitus homines incarcerare, & alia ſimilia facere, quæ iſtum metum inducunt, quoniam eſſe poteſt quod iuſte fecerit adminiſtrando iuſtitiam, quo caſu talis metus non eſt reprobatus.*

24 *Seruus qui iuste aufugit, non dicitur fugitiuus.*

25 *Imperium, uel præceptum regium non inducit iuſtum metum, niſi probetur impreſſio, ut quia cũ ſuetus eſſet barbarice tractare non obedientes ſuis præceptis, vel precibus, & nu.31 .ubi ampliantur.*

26 *Matrimonium contractum ex imperio, uel precibus Principis ualet, niſi probetur quod dominus conſuetus eſſet male tractare eos, qui ſuis præceptis non parebant.*

27 *Preces importunæ non æquiparantur metui, niſi in tyranno & ſolito minas ducere ad effectum.*

28 *Minæ non inducunt iuſtum metũ, niſi trib. concurrentib.*

29 *Vani timoris nulla eſt habenda conſideratio.*

30 *Ad ſolum ſonum Cymbali fugere non debemus.*

32 *Superioris qualitas, & perſona in minis attenda eſt.*

33 *Metus ſicut non eſt ueriſimilis in Curia Principis, ita nec in eius Comitatu, & nu.36.*

34 *Princeps vbi eſt, ibi eſt ſecuritas.*

35 *Dolus non præſumitur ubi eſt Princeps.*

37 *Præſumptio ubi militat contra allegantem metum, eum allegans, illum probare debet per probationes luce meridiana clariores, ſicut in criminalibus.*

38 *Coniecturæ licet ſufficiant in materta difficilis probationis, tamen hoc ſecus, ubi iuris præſumptio militat in contrarium.*

39 *Metus ceſſare uidetur in his, quæ ex interuallo fiunt, & num.42.*

40 *Simulationis exceptioni licet ab initio quis renuntiare non poſſit, tamen ſecus ex interuallo.*

41 *Pactum de retrouendendo, ubi apponitur ex interuallo, nõ ita de facili præſumitur ſimulatum.*

43 *Cautionem per metum quis dicere non poteſt ſe feciſse, quando ex interuallo ſe concordauit, & ſoluit.*

## CONSILIVM LXXXIII.

VIſo themate, & diligenter conſideratis his, quæ in eo
continentur, prima facie dicendum uidetur Dominũ
Valerium non potuiſſe contrahere cum ſubditis ſuis, ar-
1 guendo † a ſufficienti partium enumeratione, quod argu-
mentum in iure ſolidiſſimum eſt. l. patre furioſo. ff. de his
qui ſunt ſui, uel alie. iur. §. actionum, inſtit. de actio. Alex. in
conſi. 58. num. 8. uolum. 4. Curt. iun. in conſil. 17. nu. 8. & in
2 conſi. 126. nu. 11. quia, † Aut uoluit contrahere cum ipſis
tanquam officialis temporalis, & non potuit, l. non licet, de
contrahen. empt. l. pen. C. ſi cer. peta. Bal. in l. ſolent. §. fin. in
2. quæſt. ff. de off. proconſ. & lega. Affl. in c. j. de feud. Guard.
& Bal. in conſi. 33. col. 1. uol. 3. & ratio eſt, ne per impreſſio-
nem ſubditos lædat. d. l. principalib. Paris de Put. in tract.
ſynd. in uerſi. contrahere, num. 7. Bald. in l. quiſquis, C. ſi
3 cert. peta. Iaſ. in d. l. principalibus, colum. 1. † Aut uero uo-
luit contrahere tanquam officialis perpetuus, & ſimiliter
non potuit, quia ratio impreſſionis, quæ timetur in officiali
temporali, qui de breui remouendus uenit, magis timenda
eſt in officiali perpetuo. Ita Sali. in d. l. principalibus, quem
ſequitur ibi Iaſ. & collega meus Natta in conſil. 50. num.
13. & eo magis in terminis noſtris hoc dicendum videtur,
ubi de metu & impreſſione ſatis apparet ex literis patris
dicti quondam Valerij, ubi mandat prætori Caſtri Alphe-
rij officiali ſuo, quod per captionem, detentionem, & incar
cerationem perſonarum ſibi ſubditarum compellet Anto-
nium Sylueſtrum, & alios ad celebrandum quoddam inſtru
mentum cum Marco Fiſello, a quo demum cauſam habuit
Dominus Valerius, qui deinde contrahit cum ſubditis, ut
conſtat ex ſcriptis per Barto. in l. ſi per impreſſionem, C.
4 quod metu. cau. vbi inquit. quod † impreſſio probetur
eo ipſo, quod habens dignitatem diceret ſubdito, quod
niſi contrahat, contra eum procedet, vel de maleficio de-
nuntiaret. quem ſequitur Alexand. in conſil. 16. colu. 2. vol.
5 3. Nec habet obſtare quod dicitur † in l. ad inuidiam. C. qđ
met. cau. quod ſola dignitas officialis non ſufficit ad indu-
cendum præſumptionem metus, quia reſpondetur. quod il
le tex. loquitur in officiali non habente iuriſdictionem, ut
p Bar. & Pau. in l. aufertur. §. qđ a præſide. ff. de iure fiſ. Bar.
& Pau. in d. l. ad inuidiam, in ſummario, dum dicũt quod ex
ſola dignitate contrahentis violentia non præſumitur, ſi
aliter non probetur, quia ſecundum Caſt. dignitas non de-
bet nocere, ſed prodeſſe. leg. ſi longius, §. ſi filius, in fi. ff. de
iud. Alex. in d. l. ſi per impreſſionem, poſt Pa. de Caſt. & hoc
etiam colligitur ex formatione caſus poſiti per Caſtr. in d.
l. ad inuidiam. Iaſ. in d. l. principalibus, in 9. limit. & Maran.
in ſuo tract. in diſp. 6. circa fi. Alex. in conſil. 240. colum. fi.
volum. 6.

Quibus tamen non obſtantibus, quæ verè non obſtant
ſententiam contrariam veriorem eſſe, exiſtimo, quoniam
6 uera & approbata eſt Doct. ſententia, † quod officialis per
petuus, ut eſt inueſtitus de mero & mixto imperio, & om-
nimoda iuriſdictione, & cum fidelitate hominum, prout eſt
dictus Dominus Valerius, licite poteſt contrahere emen-
do, & vendendo cum ſubditis ſuis, vt eſt text. in l. præſidis.
in uerſi. quia perpetui ſunt. ff. ſi cert. peta. Ita Bartol. & alij
in d. l. principalibus, Cy. & Baldus in l. quiſquis. C. ſi cert.
pet. Bald. in d. conſi. 333. Paris de Put. in tracta. ſynd. in uer
ſic. contrahere, num. 1. 4. & 7. Amad. de Caſte. in tract. etiã
ſynd. nu. 75. uerſi. ſi autem habet officium perpetuum. Bert.
in tract. de gabel. in 3. car. in 6. q. Afflict. in c. 1. in 6. fallẽtia,
de feud. guard. & in conſtitutione Communiter, columna
ſecunda in fi. & hanc eſſe communem firmant Iaſ. & Decius
7 in d. l. principalibus. Nec † habet obſtare quod text. in d. l.
præſidis, non loquatur in officialibus principalibus, ſed in
eis, qui ſecum ſunt, quia reſpondet ibi Iaſ. ꝙ rõ illius legis
generalis eſt, quia perpetui ſunt. Nec obſtat ratio Sal. in d.
l. principalibus, quod ratio impreſſionis magis conſiderari
debet in officiali perpetuò, quam in temporali, quia ea
attenta ſequeretur iniquum, quod unquam poſſet contra-
here, & ſic ei eſſet interdictum commertium, quod nequa-
8 q̃ eſt dicẽdũ. Itẽ † & quod dignitas ei noceret q̃ prodeſſe de
bet, ſecundum Paul. ubi ſupra. Similiter non obſtant dicta
ibi per Iaſ. ꝙ licet non poſset contrahere cum ſubditis, tñ
poſſet contrahere cum non ſubditis, quia reſtringetur ſibi
commertium, & ſic dignitas ſibi obeſſet, ꝙ eſse non dẽt. Et
quod iſta opinio ſit vera, probatur ex not. per Bal. in d. l. ſo-
lent. §. fi. in 2. q. vbi dicit, quod epiſcopus, qui habet perpe-
tuum officium, poteſt contrahere, auth. licentia. C. de epi-
ſcopis & clericis. quem ſequitur Paris de Pute. vbi ſu-
pra.

9 Secundo reſpondetur, † quod ſi officialis temporalis po-
teſt contrahere cum ſubditis, quando gerit officium in pa-
tria ſua, quia alias, niſi poſſet contrahere, quodammodo
diceretur ei interdictum commertium, vt per Gul. Bar.
Paul. & Alex. in d. l. principalibus, & per d. l. præſidis, ſecun
10 dum vnam lecturam, vbi dicunt ibi Bar. & alij † quod prio
res vnius ciuitatis poſſunt etiam durante officio ſuo indi-
ſtinctè contrahere cum ſubditis, prout etiam expreſsè ad-
mittit Amad. de Caſtel. in tract. de ſyndica. nu. 75. verſic. ſi
autem habeat officium perpetuum, Bertac. de gabel. in 3.
par. in 6. q. verſ. primo quando. Bal. in conſ. 333. in prin. vol.
tertio, ergo multo fortius officialis perpetuus, per auth.
magis. C. de ſacroſanct. eccle.

11 Tertiò reſpondetur, † quod ſi dicta regula, quæ habet
quod officialis temporalis non poteſt contrahere, locum
non habet in officiali, qui emit palam & non clam, ergo
& idem vel fortius dicendum eſt in officiali perpetuo, ꝙ
12 probatur ex infraſcriptis, & primo, quia nos videmus † ꝙ
licet aliqui non poſſint emere officia per annum duratura,
& ſi emerint, incidũt in l. Iul. de amb. & condẽnãtur in qua
druplũ, & non repetunt id, ꝙ dederunt, vt in. l. j C. ad l. Iul.
de amb. tñ hoc fallit, ſi pecuniæ pro habendo talia officia
ſint datæ palã, quia tunc non incidunt in dictã pœnã. l. hoc
iure. §. 1. de dona. gl. in l. 1. ff. ad l. Iul. de amb. Afflict. in c. 1.

in

in princip.num.8.de feud.Guard. Secundo facit, nam ſimi-
13 liter uidemus † quod ſi pater emit rem aduentitij peculij,
cuius uſusfructus ad eum pertinet, quod regulariter con-
tingit, l.cum oportet.C. de bon. quæ liber. quod emptio
ualet, ſi palàm & bona fide facta fuit.l.ſi cum ipſe.C.de cõ-
trahen.emp.reſpectu proprietatis, non uſusfructus, qui iã
eſt patris.l.duo rei.ff.de contrahen.empt.Coraſ. in repe.l.
frater à fratre, nume.23.ff.de cond.indeb. Tertio in termi-
nis noſtris ita decidit Iſer.in cap.1.in verſic.ſi uerò Caſtal-
di, colum.2. de feud.Guard.ubi inquit, quòd officialis palã
& bona fide poteſt emere rem priuati, quia illa ratio pro-
hibitionis quòd officialis non poſſit contrahere cum ſub-
dito propter timorem impreſſionis, quia poſſet eum co-
gere terrendo & concutiendo, per dictam legem. Si per
impreſſionem, uidetur ceſſare, quando publicè contrahi-
tur. Nec habet obſtare, quod dicit ibi Afflic.nu.22.uerſic.
quinta fallentia eſt, quod licèt ceſſet ratio impreſſionis, ta-
men non ceſſat alia, quæ ſumitur ex argumento.l. milites.
C.loca.quæ habet, quòd officialis non poteſt emere ne pro
pter uarietates contractuum deſerat iuſtitiam, & efficia-
tur negligens, vt dixit etiam glo.in d.l.qui officij, poterat
etiam allegare glo. in l.1.C. negociato.ne militent. lib.2.
14 quia† reſpondetur, ſecundum Iaſ.in d.l.principalibus, in
princ. quòd iſta ratio non eſt generalis, quia licet poſſet
militare reſpectu agrorum, ubi requiritur cura, tamen non
militaret in emptione domus. & ideo ſubdit, quòd me-
lior eſt ratio impreſſionis, quia lex ſuſpicatur, quòd of-
ciales propter metum inducerent aliquem ad contrahen-
dum non libere, per d.l.ſi per impreſſionem, & iſta limita-
tio eſt tenenda propter auctoritatem Iſer. ut etiam inquit
ibi Afflict. Et pro iſta parte benefacit, quod not.Bart.in l.
aufertur, §.quod à præſide. ff.de iureiur. ubi dicit quòd li-
cèt quando quis habet officium ſine aliqua iuriſdictione,
ut ſi eſt commiſſa aliqua adminiſtratio rerum publicarum
ſi uigore illius adminiſtrationis aliquid vendit, non licèt
ſibi emere, aliàs punitur pœna quæ ſtatuta eſt.C.de con-
trah.emp.l. non licet. tamen limitatur ipſa concluſio, niſi
emeret palàm & bona fide, ut in l.ſi cum ipſe, C.de con-
trah.emp.idem ſi haberet iuriſdictionem & adminiſtratio-
nem prædictam. & Bartol. ſequitur Luc. de Penna in l.præ-
15 ter.C.de luc.aduo.colu.2.lib.11.Vltimò dici poteſt† quòd
de conſuetudine hoc non ſeruatur, quæ attendenda eſt, ſi-
cut in ſimili dicit Bald.in l.quiſquis, C.ſi cert. peta. ubi in-
quit, quod licèt prior notariorum poſſit emere durante of-
ficio, & contractus ſit licitus, ſecus in ipſis prioribus, quia
apud eos eſt iuriſdictio, tamen quod hoc non affirmat, quia
quotidie videtur cõtrarium fieri: ſed in caſu præſenti huiuſ
modi cõtractus fuit celebratus palàm & publicè, ergo &c.

Non obſtat quòd dictus contractus quamuis celebratus
cum officiali perpetuo, non teneat, data probatione im-
preſſionis, ut in terminis noſtris, in quibus per quondam
patrem domini Valerij mandatum fuit prætori ſuo, ut com
pellat Antonium, Sylueſtrum, & alios ad celebrationem
dicti inſtrumenti cum Marco Fiſello, à quo demum cauſam
habuit dictus Valerius, qui demum venditionem fecit Do-
mino Syluestro & alijs, & hoc ex not. per Bart.in d.l.ſi per
impreſſionem, & alios ſupra allegatos, quia pluribus mo-
dis reſpondetur, & primo, quod licèt per huiuſmodi re-
ſcriptum mandet Prætori dictam detentionem & incarce-
rationem, tamen illam committit exequendam, ſi preces
16 veritate nitantur, prout † in reſcipto clauſula ipſa tacitè
intelligitur, etiam de iure ciuili, ut per Iaſ.in l fi. C.de di-
uer.reſcrip. quod fuit obſeruatum, quia dictis literis per
prætorem receptis volendo eis obedire ſecundum termi-
nos iuſtitiæ, non quidem incipiendo à detentione & car-
ceratione, monuit dictum Antonium ad opponendum, qua
re requiſita fieri non debeant. Ex quibus ſatis intelligitur,
quod eidem non fuit facta impreſſio, nec illatus metus re-
probatus, adeò quod locum habere poſſit titulus, quòd me
tus cauſa, ut probatur ex not.per Pariſ.in conſil.135.col.1.
17 in fi.cum ſeq.vol.4.ubi inquit in uerſic.& eo magis, † quòd
metus allegari non poteſt, vbi princeps monuit partem
ad allegandum cauſas, quare bona non debeant reduci ad
eius manus, quia ex dicto monitorio datur intelligi, quod
animus eius eſt facere iuſtitiam, & non grauare aliquem,
vnde cum reſcriptum prædictum non contineat metum,
18 qui ſit reprobatus, ſed à iure receptus, † equidem is laudan
dus venit, cum ordinatus fuerit ad executionem iuſtitiæ vt
dixit Bald.in rub.extra quòd metus cauſa, vbi tradit quòd
ſunt quædam, quæ inuito fiunt, vt iudiciorum rigor. l.inter
ſtipulantem.§.1.ff.de verb.oblig.diſciplina morum, coher-
tio debitorum, & talis metus laudabilis eſt, † & factum ex
19 tali metu non reſcinditur, l. de minore. §.tormenta, ff. de
quæſti.Accedit, quod not. idem Bald.in l.ſecunda. C.de his
20 qui propter met.iud.non appella.vbi inquit †quòd factum
per compulſionem iuris va et, nec reſcinditur. allegat, l.3.
21 C.de hæred.inſt. iuris † enim executio nec metum, nec in-
22 iuriam inducit.l.iniuriarum.§.primo. ff.de iniur.& † quòd
facit iudex iuſtè, metum minimè inducit l.3. §.ſed vim. ff.ꝙ
met.cau.Pariſ.in conſi.5.num.174.volu.4. & hoc eſt, quod
dixit Bart.in l.de pupillo. §.ſi quis ipſi prætori, in 8.quæſt.
23 ff.de nou.oper.nunc.dum concludit, † quòd ad hoc vt actus
tanquam metu actus retractetur non ſufficit probare quòd
iudex ſit ſolitus homines incarcerare, & alia ſimilia facere,
quę iuſtum metum inferunt, quoniam eſſe poteſt quòd talia
iuſtè facere conſueuit, ſcilicet adminiſtrãdo iuſtitiam, quo
caſu talis metus non eſt reprobatus, per tex. in l.quid ſit fu
24 gitiuus, §.primo.ff.de ædil.edict †vbi ſeruus, qui iuſtè aufu
git, non dicitur fugitiuus. Dec.in conſil.42. col.4.verſic.ex
his infertur.

25 Secundò reſpondetur, quod † imperium, vel præceptum
regium non inducit iuſtum metum, vt vult gl.in c.inſinuan-
te.in verbo metu regio, qui cler.vel vouen. & ideo ibi dicit
Innocen.quòd Imperium Principis ſeu dignitas aduerſarij
præcipientis, vel rogantis non ſufficit ad probandum me-
tum.l.ad inuidiam, C.quòd met.cau. niſi probetur impreſ-
ſio, l.penul. C.quod met.cau. vt quia talis Rex conſueuiſſet
barbaricè tractare non obedientes ſuis præceptis, vel pre-
cibus, vel quòd ad alias minas proceſſerit. Ita Ioan.Andr.&
cæteri ibi, quam deciſionem Ioan.Andr. vti ſingularem ſe-
26 quitur ibi Abbas decidens ex ea, † quòd matrimonium cõ-
tractum ex imperio, vel precibus Principis valet, niſi pro-
betur, quòd Dominus temporalis conſuetus eſſet malè tra-
ctare eos, qui ſuis præceptis, uel precibus non parebant.
Abb.in c.Abbas, in ultimo notab.quod met.cau. Fel.in cap.
cauſam matrimonij, in 3.colum.de off.delega.Alex.in con-
ſil.16.col.2.verſ.nec obſtat.col.3.Soc.cõſ.27.nu.12. vol.3.
Capic.deciſ.159.nu.33.Abb.& Fely.in cap.1.de offi.deleg.
Pariſ.in conſ.66.col.1.vol.4. & in conſ.136.col.1.in ſi.vol.
eod. facit quod dicit Abba. in cap. cum inter, de elect. ubi
27 inquit, † quòd preces importune non æquiparantur metui,
niſi in tyrãno, & ſolito ducere minas ad effectum, ſequitur
Afflic.deciſ.69.nu.5.Accedit quoque quod ſcribit Ægid.in
conſil.9.colum.5.quem ſequitur Crauet.in conſi.46.col.2.
28 vbi inquit, † quòd tribus concurrentibus minæ inducunt
iuſtum metum, primò quòd periculum comminatum ſit ma
gnum, putà, de perſona, uel de bonis. Secundò quòd perſo-
na minans damnum uériſimiliter poſſit inferre, cui reſiſti
non poſſit. Tertiò quòd minans ſit ſolitus minas exequi.
Sed in caſu præſenti non conſtat, quod quondam pater Do
mini Valerij ſolitus fuerit ſæuire in illos, quibus impera-
29 bat, & præcepta ſua non admittebant, ergo † iſtius vani ti-
moris nulla eſt habenda conſideratio. l.metum, cum l.ſeq.
30 ff.quod met.cau.Afflict.deciſ.336. Cùm † nec ad ſolum ſo-
num cymbali fugiendum ſit, ut per Ange.in d.l.metum. Et
pro iſta parte etiam facit, quod uoluit Bar.in dicto §.ſi quis
31 ipſi prætori. q.5. ubi dicit † quod metus eius, qui non fuit
auſus coram magiſtratu comparere, uel ab eius ſententia
appellare, probatur, quando oſtenditur, ꝙ conſueuit magi-
ſtratus appellantes incarcerare, & uiolentias ac iniurias
inferre, alias ſecus, & cum Bart.ibi pertranſeunt commu-
niter ſcriben.& Alexan.in citato conſil.16.colum.2.& Soc.
in allegato conſil.27.num.12.Iaſ.in conſ.72. col.2.uolu.1.
& in tãtum eſt vera huiuſmodi concluſio, quod etiam pro-
cedit,

cedit ſi iudex ſemel tantum hoc fecit alteri, quia non pro-
batur metus, per l.quid ſit fugitiuus, in princ.ff.de ædil. e-
32 dic.Nam† in minis & præceptis ſuperioris attendenda eſt
qualitas perſonæ minantis, vel præcipientis, ut per Ang.
& Sali. in l.1.C.ſi quis imper. maledix.& Pariſ.in conſi.66.
colum.1.volu.4.
33 Tertiò dicitur, quod † vana eſt ipſa allegatio metus non
uериſimilis,cum huiuſmodi contractus fuerit celebratus in
comitatu Principis ſuperioris patri dicti Domini Valerij,
quo caſu ſicut metus non præſumitur in contractu celebra
to in Curia ipſius Principis, vt eſt text. in l.fi.ff.quod met.
cau.Pariſ. conſil.66.colum.1.uol.4. & in conſil.136.col.2.
34 uolum.eod. quia † ubi eſt Princeps, ibi eſt ſecuritas, ſecũ-
dum Bald.in l.1.C.de his, qui propter met. iud. non appel.
35 Item † & non præſumitur dolus, ubi eſt princeps.Bald.in l.
36 reſcripta,colu.3.C.de precib.imper.offer.† ita nec in cõ-
tractu celebrato in comitatu ipſius Principis, ut eſt text.in
d.l.1.in fin.C.de his qui propter met.iud. non appel.ibi, In-
ſacro enim comitatu noſtro timere nihil potuiſti,& ſubdit
glo.nec debuiſti. quem tex. ad hoc allegat Iaſ. in d.conſil.
72.colum.1.in fi.& idem uoluit Aegid.in tract. ſuo crim.in
titu.de pluribus uiolentiis, numero 85. in tantum uera eſt
hæc deciſio, quòd dicit Bart. in l.fi.ff.quod met. cau.quòd
37 † vbi eſt præſumptio contra allegantem metum, quòd illũ
allegans debet probare per probationes luce clariores,ſi-
cut in criminalibus, Pariſ. in conſil.135. colum.2. uolu.4.
& Aegid.ubi ſupra nume.85. ubi inquit, quòd ubi eſt præ-
ſumptio contra illum, qui allegat metum ratione loci, ut
puta,quia illatus dicatur in Ciuitate Mediolani,uel in alijs
ciuitatibus,eius Dominij,in quibus Senatus procedit ſeue-
re contra facinoroſos, & gubernaculum iuſtitiæ tenet re-
ctum,uel militet præſumptio alia ratione, tunc requirun-
tur clariores probationes, per d.l.fina. & ibi Bart. quòd
met.cauſ.Subdens ex hoc notandum eſſe, quod quamuis ſi-
38 mus in materia difficilis probationis.†ubi aliàs coniecturę
ſufficiunt,ut in cauſa metus,ſi tamen militet præſumptio iu
ris in contrarium,requiruntur probationes luce meridia-
na clariores, ſicut in criminalibus. Vnde cum potuit Anto-
nius habere recurſum ad principem, & eius officium im-
plorare, ſi dubitabat de metu, & non fecit, uериſimilitudo
vrgens inſurgit,ut metus illatus non dicatur.
Vlterius dicitur, quod in caſu,de quo agitur ſuſpitio me
39 tus ceſſare videtur, † quia dictus Antonius, & alij ex in-
teruallo adimpleuerunt pro parte, contenta in dicto con-
tractu,ex quo ceſſare uidetur omnis ſuſpicio metus,ex his,
40 quæ not.Bart.& cæteri in l.nemo poteſt, de lega.1.ubi† li-
cèt ab initio non poſſit renũtiari exceptioni ſimulationis,
tamen ſi fiat renuntiatio ex interuallo,tenet,uidemus in ſi-
41 mili, quod † ubi pactum de retrouendendo apponitur ex
interuallo, non ita de facili præſumitur contractus ſimula
tus, Barto.& Dec.in l.pacta nouiſſima, C.de pact. Alexan.
42 in conſil.28.colum.2.volum.5.& in terminis metus† quòd
ceſſet eius præſumptio in actu,qui fit ex interuallo,eſt text.
in l.1.§.quæ onerandæ.ff.quar.rer.act.da. Crauet. conſilio
119.num.5.facit etiam quod dixit Alex.in conſil.140.colu.
43 fina.in prin.volum.6.ubi inquit,† quòd quis non poteſt di-
cere per metum feciſſe cautionem,quando ex interuallo ſe
concordauit, & ſoluit. allegat l. ſecundam, C.quod met.
cau. Laus Deo.

Rolandus a Valle Iuriſconſultus.

## SVMMARIVM.

1 Muri dicuntur mœnia publica, quæ vrbem vndique cin-
gunt.
2 Mœnia dicuntur,quia muniunt ciuitates,& ciues.
3 Mœnia abuſiuè dicuntur omnia ædificia.
4 Mœnia præbent habitantibus in ciuitate ſecuritatem.
5 Mœnia debent in locis vbi non ſunt,de nouo ædificari,aut
veteres reparari, & firmius innouari.
6 Quid prodeſt cuncta muniuiſſe,ſi per vnum locum pericu-
lo hoſti præbeatur occaſio.
7 Mæniorum publicorum ædificationi,& ſi omni tempore va
candum ſit,tamen magis in ocio pacis.
8 Murorum conſtructio fieri non poteſt de ſumptu publico
principis ſine eius auctoritate.
9 Vniuerſitas ciuitatis, vel caſtri poteſt inconſulto Principe
muros conſtruere.
10 Item & reparare.
11 Murorum conſtructio fieri poteſt de ordine Principis man
dantis Decurionibus ciuitatum, ſi eſt pecunia publica
in ciuitate, vt illam erogent in muris conſtruendis.
12 Erogatioque ipſa fieri poteſt arbitrio ipſorum decurionum,
& abſque participatione præſidis.
13 Præſidis officium in publicis adminiſtrandis eſt amouen-
dum,quia eius auctoritas aliquando eſt venalis.
14 Duæ partes ex tribus vectigalium publicorum & redituũ,
prædiorum ciuitatum, quæ in fiſcum deferunt, fiſco ipſi
præſtari debent, tertia vero pars remanere ciuitati in
ſuorum decurionum, incolarumue libera poteſtate pro
mœnijs,& operibus publicis conſtruẽdis & reparandis,
quod tamen ex cupiditate fiſci malè ſeruatur, vt in nu-
mero 17.
15 Nefas enim eſt ſi mœnijs publicis diſtributis, in lucrum
ſuum, & quòd grauius eſt, in luxuriam Rex impendia
eis deputata conuertat.
16 Theodoricus Rex ad reparationem theatri vrbis Romæ
pecuniam propriam deſtinauit, vt ei tam boni operis fa-
ma acquireretur, & ſuis temporibus antiquitas decen-
tius innouaretur.
18 Pecunia publica, ſi in ciuitate non reperitur pro mœnio-
rum conſtructione,aſcriptio currere debet pro iuribus ſin
gulorum, & deſcribi æſtimatio operis futuri territorio ci
uium, & ſi commodè procedere non poteſt, debet in ipſa
imponi collecta,quæ quidem currere debet curſim, & ce-
leriter imponi,& exigi,ne murorum inſtans impediatur
effectus.
19 Murorum dominium in nullius bonis eſt, quò ad aliena-
tionem & violationem.
20 Executio ob debitum ciuitatis non poteſt fieri in muris
eius,quoniam ſancti ſunt,& extra commertium.
21 Mœniorum dominium eſt Principis, ſi de pecunia ſui æra-
rij,& cum eius auctoritate conſtructa ſint.
22 Fortilitium in limitrophis ſine conſenſu Principis conſtrui
non poteſt.
23 Mœniorum dominium eſt principis, ſi princeps in eis de-
pingi fecit ſua inſignia.
24 Mœnia ſunt ciuitatis, ſi ea non apparent conſtructa de
pecunia principis,& cum eius conſenſu,vel ſi in eis depin
gere non fecit ſua inſignia.
25 Violantes muros vrbis Romanæ, capite puniuntur, aliàs
non,ſed extra ordinem,quod intelligas,ſi uoluntariè,ſe-
cus ſi ex cauſa, item & ſi tempore guerræ, & non pacis,
vt in nu.28.
26 Furantes pecuniam publicam ciuitatis Romanæ puniun-
tur pœna l.Iul.peculatus,ſi alterius ciuitatis furti.
27 Fodientes foſſa ciuitatis iuxta muros, vt cadant, puniun-
tur,ut uiolatores murorum.
29 Violatores foſſorum loco murorum factorum puniũtur ab-
ſciſſione crurum.

## CONSILIVM LXXXIIII.

QVoniam in præſenti reſponſo tractare conuenit de
cõſtructione, refectioneque murorum, quorumcun-
que ſit dominium, ac de eorum uiolatoribus. Ideo primi-
tus dixi præmittenda eſſe non nulla antequam veniam &
condeſcendam ad dilucidationem quæſtionum, ſeu dubio-
1 rum propoſitorum, quorum primum eſt,qui † dicantur mu
ri ciuitatum? & breuiter dicendum uenit, quòd dicuntur
mœnia publica, quæ urbem undique cingunt. l.ut Alphe-
2 nus.ff.de verb.ſign.†quæ ſic dicuntur, quia muniunt ciuita-
tes, & ciues,quaſi munimenta.l.1.§.ſed his.C.de veter.iur.

enucle.

3 enucle. ibi muro vallatæ, licet † abuſiuè dicantur omnia
ædificia,ut not.Arch.in cap.fundamenta, de elect. in 6.Al-
ber.in dictionario ſuo in uerbo mœniana,& Luc.de Pen.in
l.2.q.1.C.de quib.mun.nem.lic.ſe excuſa.lib.10.
4 Secundum eſt quod † talia mœnia, quia præbent ſecuri-
tatem habitantibus in ciuitate,vt in l.1.C.de expen.lib.11.
& ibi Luc.de Pen. in uerſic.ſecuritatis, vbi inquit notandũ
eſſe, quod mœnia ciuitatis ſecuros faciunt habitantes in
5 eis, & tutelam exhibent ciuitatibus, debent enim in† locis
ubi non ſunt de nouo ędificari,aut veteres reparari, & fir-
mius innouari, ut in l.omnes la 2.C.de oper.pub.Quæ qui
dem vel fortè adhuc ſubſiſtunt, tamen pluuiis collabuntur
vel vetuſtate diruta,vel deſidia derelicta ſunt,ut l.fi.C.eod.
titu.de oper.pub.ut ſi qua cicatrix eſt in eis obducatur, &
interrupta cõcludantur,ſecundũ Eſdr.cap.4. in princ. Luc.
6 de Pen.in d.l.2.q.1. Nam † quid prodeſt cuncta muniuiſſe,
ſi per unum locum periculoſo hoſti præbeatur occaſio? ut
ait Grego.in regiſt.cap.18.& dicit Ariſto. primo Politic.Si
mile eſt velle muros non circumponere ciuitatibus, & re-
gionem facilè ingreſſibilem quærere & circumtollere mõ-
tana loca.rurſus de muris,ig tur curandum eſt,quatenus &
ad ornatum ſe habeant ciuitati decentem, & ad bellicas
oportunitates. Iterum ibidem, firmiſſimam munitionem
murorum exiſtimandum eſt eſſe bellicoſiſſimam. Luc. de
Pen.in d.l.1.colum.2.de Ludo.lib.11.
7 Tertium eſt, †quod ædificationi publicorum mœniorũ
vacandum eſt omni tempore, ſiue bellis vrgentibus, ſiue
hominibus in pacis ocio gratulantibus.l.2. in fi.C. de qui-
bus mun. vel præſt. nemi. lic. ſe excuſa. lib.10. cum dicit
prout commodum, ſcilicet vtile,hoc eſt cum tranquillitas
pacis arriſerit.& ibi, vel neceſſarium, puta,urgente bello.
Item & cum dicit, proſpexerit, proſpicere eſt procul, &
probatè aſpicere. ita Lu.in d.l.2.q.2. ubi tamen inquit me-
lius eſſe in ocio pacis,cum libera, & habilia membra ſunt
incolis ad talia attendere, & mœniorũ conſtructioni va-
care, quàm bellis inſtantibus, tempore, quo vix fieri poſ-
ſunt ea uelle ſtatuere. munitiones quippe ſemper in ocio
ſunt tractandæ, nam tunc malè quæruntur, quando neceſſe
inducuntur, ut dicit Caſſiodo.3. variarum epiſtola.48. de
quo meminit Luc.in l.reſtaurationi,in princ.in verſicu.re-
ſtaurationi.C.de diuer.præd.lib.11. Hinc etiam dixit Gre-
go. in regiſt. lib.6.cap.4. neceſſe eſt, ut fraternitas veſtra
dum licet ciuitatem ſuam, vel alia loca fortius muniri pro
uideat, atque immineat, ut abundanter in eis condita pro-
curentur, quatenus cùm hoſtis illuc Deo ſibi irato acceſ-
ſerit, non inueniat quòd lædat,ſed confuſus abſcedat.retu-
lit Luc.in d.l.2.q.2.in fi.
8 Quibus ſic præmiſſis,dicendum uenit,† quòd murorum
conſtructio poteſt fieri de publico ſumptu Principis cum
eius auctoritate, ſecus ſine, tex. eſt iuncta glo. in uerſicu.
publico, in l.opus.ff.de oper.pub.& ibi Bart.glo.in uerſic.
extruantur,in l.operibus,eodem titu.l.nemo.l.intra.C.eo.
titu.Alber.de Roſa.in l.ſacra.§.muros.ff.de rerum diuiſ.Io.
de Plat.in l.fi.C.de quib.mun.nem.lic.excuſa.lib.10.& Lu.
de Pen.in d.l.2.q.7.
9 Item † & ab uniuerſitatibus ciuitatis,uel caſtrorum etiã
inconſulto Principe, ut per glo.in dict.l.opus,in verſi. pu-
blico, dum dicit, ſi uero ſumptu alterius ciuitatis bene li-
cèt uniuerſitati facere muros municipij ſine licentia Prin-
cipis, quam glo.dicit ibi Bart. eſſe communiter approba-
tam,inferens quod caſtra,quæ ſunt in comitatu ſumptu ſuo
muros ſibi facere poſſunt ſine licentia Principis, niſi fiat ad
æmulationem ciuitatis. hanc quoque partem amplectun-
tur Albe.de Roſa.in d.§.muros.Io.de Pla.in d.l.fin. & Luc.
10 de Pen.in prædicta.l.2.q.7. Et quòd † dictum fuit de con-
ſtructione murorum, pariter dicitur de ipſorũ refectione.
ut per glo. in d.§.muros, & glo. in l.per prouincias. C. de
ædificiis priuatis,per quam declaratur tex.in d.§. muros,
& glo.in l.per prouincias.C.de ædificiis priuatis, per quã
declaratur tex.in d.§.muros.Alex.in addit.ad Barto. in d.l.
opus.
Nec non de ordine Principis, vt in l.omnes, la ſecunda.
11 C.de operib.publ. † qui mandare poteſt decurionibus ci-
uitatum,ſi in ea ſunt,vel vniuerſitati ipſius, ſi non ſunt, vt ſi
eſt publica pecunia in ciuitate,vt illam erogare debeant in
12 muris conſtruendis, quam tamen arbitrio ſuo, & ſine vlla
participatione præſidis erogare debent. §.ciuitatum,verſi.
13 prouinciarum,in authen.de collato.Nam † præſidis officiũ
in his publicis adminiſtrandis eſt amouendum,quia eius au
ctoritas aliquando eſt venalis.l.ſi quos. C.de decur.lib.10.
14 Quinimmo †de vectigalibus publicis & reditibus prædio-
rum ciuitatum, qui in fiſcum ſunt deferendi, ſtatutum eſt,
quod duæ tantum partes fiſco præſtentur, & tertia rema-
neat ciuitatibus in ſuorum decurionum, incolarumve libe-
ra poteſtate pro his mœniis & operibus publicis conſtruẽ
dis,& reparandis.l.3.C.de diuer.præd. lib.11. l.ne ſplendi-
diſſime.C.de oper.publ.& in l.fi.C.de vectigal.vbi Impera-
tor ſolum excipit vectigal, quod ſibi debent prouinciales,
vel ciues occaſione aliquorum prædiorum,quæ ſunt de pa-
trimonio ſuo. Cætera vero diſpendia & onera,quæ ciuita-
tes ipſæ vel ordines fiſco ſoluunt, diuidenda ſunt, & duæ
partes ad fiſcalem ſuum ærarium deſtinandæ,reliqua tertia
15 in ciuitate remanere. † Nefas enim eſt,ſi mœniis publicis
deſtitutis in lucrum ſuum,& quòd grauius eſt,in luxuriam,
Rex impendia eis deputata conuertat.cap.4. 12.quæſtio.2.
quinimmo populo, egenti etiam iuſta tributa remittere
debet, ut patet 2.Eſdr.c.5. & ſanè illud Caſſiod.3. var.epi-
ſtola.44. pro reparatione itaque męniorum Arelatenſium,
vel turrium vetuſtarum certam pecuniæ duximus quanti-
tatem, victualia etiam, quæ veſtras releuare videntur ex-
penſas fecimus reparari. Item in fi.quarti libri legitur, quod
16 †Theodoricus Rex ad reparationem theatri vrbis Romæ
pecuniam propriam deſtinauit,ſic ſcribens Simacho patri-
cio,Siue talis fabrica potuerit refectionis ſtudio innouari
expenſas vobis de noſtro cubiculo curauimus deſtinare,vt
& nobis acquirat tàm boni operis famam,& noſtris tempo
17 ribus videatur antiquitas decentius innouari. quòd † ta-
men ex cupiditate fiſci malè ſeruatur,ut inquit Luc.de Pen.
in d.l.2.q.8.
18 Vbi † uerò non ſit pecunia publica in ciuitate, uel alia,
quæ in hoc poſſit cum facilitate conuerti, debet aſcriptio
currere pro iuribus ſingulorum,& deſcribi æſtimatio ope-
ris futuri territorio ciuium,ne plus poſcat aliquid quam
neceſſitas impetrauerit,ne inſtãs impediatur effectus, ut in
d.l.omnes. & ſi talis deſcriptio commodè non poteſt pro-
cedere, debet in ipſa ciuitate imponi collecta, iuxta.l.1.§.
quibus.iuncta glo.ff.quòd cuiuſque uniuer.nom. Quæ qui-
dem currere debet curſim, & celeriter imponi,& exigi,ne
murorum inſtans impediatur effectus. Ita Luc.in d.l.2.q.8.
Alber. de Roſ.in d. §.muros, à qua quidem collecta nullus
cuiuſcunque dignitatis exiſtat, excuſatur, d.l.omnes & in
l.fin. C.de qui.mun.nem.lic. ſe excuſa.lib.10. etiam ſi eſſet
pater duodecim liberorum, ut inquit Baldus in conſil.312.
uol.3.quem ſequitur Alciat.in l.iubemus nullam. C. de ſa-
ſacroſ.eccle.
19 Quorum † autem ſit dictorum murorum dominium,an
Principis uel ciuitatis? primo uidetur dicendum, quòd in
nullius bonis ſint,ut in §.Sanctæ.Inſti,de rer.diuiſ.ubi ſic ad
literam dicitur,Sanctæ quoque res,ueluti muri, & portæ ci
uitatis, quodammodo iuris diuini ſunt, ideo in nullius bo-
nis ſunt,& ibi etiam not.Ang.& alij l.in tãtum.§.ſacra,iun-
cta l.ſanctum.§.fi.de rer.diuiſ.Petr.de Vza.in tract.pract.ar
tis Notariatus in tit.de rebus ſanctis. & ideo dicit Bald.in
l.etiam.col.3.C.de exequu.rei.iud. quem ſequitur Capic.in
20 deciſ.26. in decimo quæſito, † quòd ob debitum ciuitatis
non poteſt fieri exequutio in muris eius, quoniam ſunt ſan
cti,& extra commertium, per d.l.ſanctum. Verum, quia di-
cta ratio non eſt generalis,cum tantum dicantur ſancti quo
ad alienationem,ut per Capic.ipſa deciſ. uigeſimaſeptima,
in dicto decimo quæſito, ideo uideretur dicendum, quòd
21 eſſent Principis, cum † nemo poſſit muros conſtruere ſine
licentia Principis.dicta l.opus nouum,uerſi.publico, dicto
§.muros, Salic.in l.per prouincias, C.de ædificiis priua. ta-
men etiam hoc dictum non uidetur uerum, ſic ſimpliciter
intel-

intellectum,quia quòd conſtructio murorum non poſſit fieri ſine licentia Principis,procedit,quando ipſa conſtructio fieret de pecunia ipſius Principis , vt ſupra dictum fuit, ſecus quando per vniuerſitatem, quia tunc non requiritur licentia principis,vt per glo. in d.l.opus , & alios ſupra citatos . ideo cum iſta ratio poſſit tantum extendi ad muros conſtructos de pecunia fiſci,tunc videtur,quòd iſta duo arguere poſſent ipſum eſſe dominum dictorum murorum, aliàs ſecus .

Secundò dicitur, quòd non ualet conſequentia,conſtructio murorum non poteſt fieri ſine conſenſu Principis , ergo ſiprinceps alicui concedat dictam facultatem conſtruē-
22 di, & conſtruat , eius eſt dominium,quia uidemus, † quod in limitrophis, quis non poteſt fabricare fortilicium ſine licentia Principis.l.2.C.de fund.limitroph.lib.11.Bart.in l. ex hoc iure,col.3.in princ.verſicu. ſed cōtra hoc.ff.de iuſt. & iur.Afflict.in rub.quæ ſint regal.uerſiculo & tamen ſi ſit tale fortilicium cum licentia ſua , eius non eſt fortilicium.

Tertiò uidetur dicendum , quòd ſit ciuitatis , ut uoluit Gloſ.in l.per prouincias.C.de ædifi. priua. quam ſequitur Capic.in d.deciſ.27.in 10.quæſito, ubi ex hoc uidetur dicere quod eccleſia non potuit prohibere domino Marco Antonio cum conſenſu ciuium , quod in mœnibus Ruſigliani non depingeret arma, quia muri ſunt ipſorum ciuium , tamen quia iſta opinio poſſet locum tantum ſibi uendicare , quando conſtaret, quòd Princeps de pecunia ſua muros ædificaſſet, iccirco putò clarius ſic poſſe diſtingui, aut murorum conſtructio fuit facta de pecunia Principis, eo ſic mādante, & tunc quòd tales muri ſint Principis , aut uero non conſtat, quòd de Principis pecunia, & eo mandante ſint cō-
23 ſtructi , † ſed quod in dictis muris depingi fecerit eius arma,&ſimiliter, quod dicti muri ſint Principis, quia Per talem affixionem, ſeu picturam uidetur deſignari res eſſe illius, cuius ſunt inſignia.l.qui libertatem.§.fi.ff.de oper.pu. quæ iura ad hoc allegat Veronen. in tract. de ſeruit. urba. prædio.in cap.de paric.vel mur.col.4. Cap. in loco de quo
24 ſupra.aut † uero non apparet , quod pecunia Principis , & cum eius licentia facta fuit murorum cōſtructio, nec quòd ipſe in muris depingi fecerit eius arma , & tunc quòd ſint ciuitatis.per Glo.in d.l.prouincias,& Capic.ubi ſupra,pro eius confirmatione bene facit, quod not.Bald.in d.l.etiam. dum uelle uidetur, quòd ideo non poteſt propter debitum ciuitatis fieri executio in muris, quia ſunt extra commertium,ergo uidetur ſentire quo ſi eſſent in commertio,quod poſſet exequutio ipſa fieri tanquam de re ciuitatis.

Circa vltimum, quæ pœna ſtatuatur à lege violantibus muros , breuiter diſtinguendum eſſe ſecundum Doctores in l.ſacra.§.muros.ff.de rer.diuiſ.& Bart.in l.ſi.ff.eod. titu. gloſ.& Doctores in §.Sanctæ inſt.eod.titu.Rom.ſing.655. Veron.in tract.urba.præd.in rub.de ſcalis,q.penu.q; Boer.
25 in deciſ.232.colum. quod † aut loquimur in uiolantibus muros ciuitatis Romanæ, & tunc punitur capite.l.penul.ff. ne qui in loco publico, ut factum fuit per Romulum Remo fratri. Vnde Lucanus Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.de quo per glo.in d.l.ſi.Aut loquimur de uiolantibus muros aliarum ciuitatum,vel caſtrorum,& tunc puniri debent extra ordinem,quia pœna potius ſunt mollendæ quā exaſperandæ. l.ſi de interpretatione.ff. de pœn. & pro iſta diſtinctione bene facit text. iuncta gloſ. in §.lex.Iul. pecu-
26 latus, inſt. de pub.iud. ubi † qui pecuniam publicam ciuitatis Romæ furatus fuit, l. Iul. pecul.tenetur. Secus ſi alterius ciuitatis, quia furti tenetur.l. ob pecuniam. ff. de furt. l.4.§.pen.ff.ad l.Iul.pecul.& adeo vera eſt huiuſmodi ſen-
27 tentia,ut procedat † etiam in fodientibus iuxta muros , vt caderent, quia ut uiolatores tenentur,ſecus ſi non,ut caderent, neque in damnum uniuerſitatis, vel domini.Bal. in l. peregit.C.de ſepul.uiola.quem ſequuntur Alex.in addi.ad Bart.in d.l.ſi.ff.de rerum diuiſ.Afflic.in conſt.cum ſatis,col,
28 fi.in princ.Quam † tamen concluſionem ſane in primo capite intelligendam arbitror, ſi uoluntariè quis violauerit muros, ita glo.ſi.& ibi Albe. in d.l.ſi.Glo.in l. deſertorem, §.is qui hoſtes,in verſi. uoluntate.ff. de re mil. Secus ſi ex cauſa, vt putà, ob necem euitandam , ut per Boer.in d.deciſ.232.Item & ſi quis uiolauerit muros tempore guerræ, & non pacis, ut Rom.in l.1.C.de furt.Iſer.in dicta conſtitu. cum ſatis , nume.2. & Afflict. colum fin. & ita concluſum fuiſſe in Senatu Burdega.firmat Boer.in allegata deciſ.232. colum.fi.in princ.Et ampliatur hæc concluſio etiam militare in uiolante vallum , quia punitur capite , ut uiolator murorum dicta l.deſertorem.§.in bello,uerſicu.Nec non ſi
29 quis vallum. Secus † ſi quis foſſam loco murorum factam tranſierit , quia capite non punitur , ſed ſibi crura abſcinduntur.Ita Roman.in ſingu.ſuo 755.Veron.in dicta Rub.de ſcalis,quæſt.penult. & Boer.in citata deciſ.232.colum.3.

Laus Deo .

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

## SVMMARIVM.

1 *Reuocatoria agens contra tertios poſſeſſores, debet prius fidem facere de credito ſuo .*

2 *Fundamentum intentionis ſuæ vnuſquiſque probare tenetur,alias ſuccumbere debet .*

3 *Poſſeſſio,& dominium per conſtitutum transfertur.*

4 *Res inter alios acta tertijs præiudicare non poteſt .*

5 *Sententia inter alios lata, licet probet inter alios ſic fuiſſe iudicatum,tamen effectus, de quo in ipſa ſententia , alijs præiudicare non poteſt .*

6 *Confeſſio donantis ſecuta donatione officere non poteſt .*

7 *Confeſſio notarij aſſerentis inſtrumentum per ſe confectum falſum eſſe , vel vitioſum , non ualet in tertij præiudicium .*

8 *Confeſſio auctoris quòd donatio ſit ficta & ſimulata,non nocet ſucceſſori , in quem prius fuit tranſlatum directum dominium .*

9 *Cedens , ſi poſt ceſſionem confiteatur nullum ius habere in debitore ceſſo,talis confeſſio non nocet ceſſionario,ad cuius commodum ceſſio ipſa facta fuit ,*

10 *Actore non probante,reus debet abſolui .*

11 *Reuocatoria agens contra tertios poſſeſſores prius excuti facere debet bona principalium debitorum,alias ſuccumbere debet .*

12 *Hypothecaria , ut agi poſſit contra tertios poſſeſſores,opus eſt,ut procedat legitima excuſſio bonorum debitoris .*

13 *Sententia lata alia die quàm quòd contineatur in citatione,eſt nulla,& nu.ſeq.*

14 *Citatus una hora ad uidendum deferri iuramentum teſtibus,ſi alia deferatur,quod geſtum eſt non ualet .*

16 *Citationis omiſſio uiciat ſententiam , grauis enim eſt eius ſolennitas .*

17 *Excuſſio bonorum quando fit in bonis debitorum ſecundū magis communem ſunt citandi poſſeſſores, in quos facta eſt alienatio in fraudem .*

18 *Reuocatoria, ut intentari poſſit contra tertios poſſeſſores, opus eſt,ut fiat excuſſio contra omnes reos debendi .*

19 *Etiam ſi eſſent obligati in ſolidum .*

20 *Diſcuſſio imperfecta non ualet .*

21 *Confeſſio ſuperat omnem aliam probationem .*

22 *Excuſſio eſſe debet ſolennis,& legitima .*

23 *Excuſſio , ut legitime facta dicatur, requiritur ſecundum magis communem interlocutoria .*

24 *Reuocatoria agens, debet prius excuti facere bona debitoris & hæredis, qui hæreditatem adiuit ſine beneficio inuentarij .*

25 *Proceſſus factus contra minores carentes curatore legitimo,non ualet .*

26 *Iudicium inchoari debet legitimè cum perſona legitima.*

27 *Sententia lata contra pupillum carentem legitimo adminiſtratore,non ualet .*

28 *Adulti carentes curatore , procuratorem conſtituere non poſſunt .*

29 *Sententia interlocutoria lata contra minorem non habentem curatorem, non ualet, niſi ſit ſententia de mittendo in poſſeſſionem .*

CON-

## CONSILIVM LXXXV.

Libenter ad vtranque partem in hac cõſultatione verba feciſſem, prout moris mei fuit in aliis conſultationibus, quod equidem proprium eſt conſulentium, cum per ipſa veritas magis in lucem procedat. Verum, quia tempo ris anguſtia me mouet, & calcaribus opprimor, dimiſſis ita que ipſis argumentis, ad rem perſoluendam me conuerto. Et dico (quòd ſi proceſſus ad me tranſmiſſus eſt perfectus & integer, ut præſumitur, cum non deceat ad conſulentem acta imperfecta tranſmittere) partes Magnifici domini iudicis appellationis fore & eſſe in pronunciando & declarando, bene fuiſſe pro parte dominarum Mariettæ & Magdalenettæ appellatum à ſententia contra eas lata per D. Iudicem à quo, & malè iudicatum in fauorem Antonij Cereſolæ, quod & ſequentibus demonſtratur. Et primò, quoniã iudicium agitatũ contra dictas dominas fuit nullum, prout
1 & ſententia contra eas lata. Nam,† qui agit reuocatoria cõtra tertios poſſeſſores, primò debet fidem facere de credito ſuo, iuxta tradita per Bart. & Io. de Pla. in l. 1. C. de fid. inſtru. lib. 10. & Io. Igneum in rep. l. neceſſario. §. non alias, in
2 verſ. nouiſſimè, num. 187. ff. ad Syllan. cum † illud ſit fundamentum intentionis ſuæ, alias ſuccumbere debet. l. qui accuſare. C. de eden. Sed Antonius Cereſola fidem non fecit legitimè de aliquo ſuo credito contra dominos Hieronymum & Franciſcum Bardellam, ſed tantum per quaſdam literas, (vt in facto præſupponitur) quas aſſerit ſcriptas fuiſſe per eoſdem, vel per dictum Do. Hieronymum, & per eum recognitas & confeſſatas coram arbitris inter dictum Hieronymum, & Cereſolam, poſt donationem factam dictis dominabus per memoratum Hieronymum, qui contra ipſum protulerunt laudum, & in quo ipſum condemnarunt in ſumma pecuniarum in eo deſcripta. Quæ recognitio & confeſſio dictarum literarum priuatarum nullo modo poteſt præiudicare dictis dominabus donatariis, in quas iam
3 tranſlatum fuerat dominium † rerum donatarum, & poſſeſſio vigore conſtituti deſcripti in ipſa donatione, & quæ in earum poſſeſſione reperiuntur, glo. & Ange. in l. 2. C. de acquir. poſſeſſ. Alex. in conſ. 85. in princ. vol. 6. in conſ. 228. col. 1. vol. eod. & in conſ. 78. num. 5. vol. 7. Gozad. conſ. 14. num. 5. Pariſ. in conſ. 128. nu. 11. vol. 1. & in conſ. 98. nu 20. vol. 2. & Ruin. in conſ. 177. col. 2. in princ. volu. 1. Certiſſimi †enim iuris eſt res inter alios actas, tertiis non præiudicare. toto titu. C. res inter alios acta. Pau. de Caſt. in conſ. 240. vol. 1. & in conſ. 281. col. pen. uolu. eod. Crauet. in conſ. 65. num. 6. ubi aiunt, † quòd licet ſententia inter alios lata probet inter alios ſic fuiſſe iudicatum, tamen effectus de quo in ſententia aliis præiudicare non poteſt, ut per Barto. in l. ſecunda. C. de eden. Pariſ. in conſil. 96. num. 35. uol. 3. & in
6 conſi. 102. num. 10. uol. eo. & quòd † confeſſio ipſa dictis dominabus donatariis officere non poſſit, eſt tex. clarus & rotũdus in l. Seia municipij. ff. ad Velleia. per quem dicit Spe.
7 in titu. de inſtrum. edit. §. poſtremo, uerſic. nunquid. † quòd non creditur uerbis notarij aſſerentis inſtrumentum per ſe confectum falſum, uel uitioſum, poſtquam habet formam inſtrumenti, quia huiuſmodi confeſſio tertio præiudicare non poteſt. Sequitur Caſtren. in d. l. Seia, ubi etiam decidit per ipſam l. quòd ſi debitor confitetur rem, quam pignorauerat mihi, alteri prius pignoraſſe, ſi aliter de hoc non conſtet, confeſſionem mihi præiudicium non facere. Accedit, quod ſcribit Ruin. in conſ. 177. col. 3. uerſic. nec etiam con-
8 feſſio uolu. 1. ubi dicit † quòd confeſſio auctoris, quòd donatio per eum facta fuerit ficta & ſimulata, non nocet ſucceſſori, in quem tranſlatum fuit prius directum & plenum dominium, ſecundum Ioan. And. in addit. ad Spec. in titu. de confeſſ. §. nunc uidendum, uerſic. quid ſi confiteor, per l. ſi filius, & l. fin. ff. de inter. actio. & Butr. in c. cum ſuper, de re iud. Rurſus Ruin. in conſ. 76. nu. 15. uol. 5. Gozad. in conſ. 3.
9 num. 8. ubi inquit, † quòd ſi cedens poſt ceſſionem confiteatur, nullum ius habere in debitore ceſſo, talis confeſſio non nocet ceſſionario, ad cuius cõmodum ceſſio ipſa facta fuit, ut in caſu noſtro. Cuman. in conſ. 155. col. penul. uerſ. ad id autem, ubi confeſſio uenditoris poſt uenditionem factam, non officit emptori. Pau. de Caſt. in conſ. 134. num. 2. uol. 1. Cum igitur dictis donatariis non officiat confeſſio prædicta facta in fauorem Cereſolę poſt donationem ipſam, me-
10 rito ſequitur, quòd ſumus in regula, † quòd actore nõ probante, donatariæ debebant abſolui. iuxta l. qui accuſare, & non contra eas declarari & pronunciari, prout actum extitit per dictum D. iudicem à quo.

11 Secundo dicitur, † quod agens reuocatoria contra tertios poſſeſſores, prius excuti facere debebat bona principalium debitorum, aliàs ſuccumbere debet. l. 1. in verbo, bonis eius excuſſis, & in l. penul. C. quæ in fraud. cred. ratio etenim eſt quia conſtare oportet, quod creditores ſint dãnificati, quod equidem apparere non poteſt, niſi prius facta excuſſione debitorum, Bald. in d. l. 1. quem ſequuntur Nico. de Nea. in §. item ſi quis in fraudem, in 5. q. de acti. Ang. in 6. col. & Iaſ. 97. Accedit quoque quod uolunt Bart. An. & alij in auth. hoc ſi debitor, C. de pig. Neguſ. in tract. de pig. in primo membro, in 8. parte, nume. 11. ubi dicunt,
12 † quod ad hoc, ut agi poſſit hypothecaria contra tertios poſſeſſores, opus eſt, quòd præcedat legitima, & ſolennis, excuſſio bonorum debitoris. ſequuntur Alex. in conſ. 100. colu. 2. uol. 5. Socin. conſil. 24. nu. 19. volu. 1. & Pariſ. in cõſ. 50. nu. 40. uolu. 1. Sed in caſu noſtro, ſi bene inſpiciatur proceſſus, non apparet, quod Antonius Cereſola, qui reuocatoriam intentauit, diſcuti fecerit bona quondam D. Hieronymi, & Petri Antonij Bardulæ, vti hæredis quondam D. Franciſci eius fratris, quos prætendit Cereſola ipſe ſuos debitores, ergo &c. Nec habet obſtare, quòd excuſſio ipſa fueri facta, ut conſtat ex actis, quoniam reſpondetur, illam
13 fore nullam, quia † D. Vicentius Spinola vti curator dictarum ſororum fuit citatus die 14. menſis Ianuarij ad uidendum ordinarij ſuper dicta excuſſione requiſita per dictum Antonium, ſeu eius procuratorem, & tamen ordinatio ipſa facta repetitur alia die, quàm decimaquarta, ſed decima ſexta, quo caſu cum facta fuerit alia die, quàm quod continebatur in ipſa citatione, quæ erat neceſſaria pro dicta ordinatione, ut per Dec. in l. decem. ff. de uerb. oblig. in §. Itẽ ſi quis in fraudem, Inſt. de actio. Sequitur, quod fuit nulla, ut probatur ex not. per Bart. in l. aut qui aliter, in princ. & in l. ſi uitem. §. fin. ff. quod vi, aut clam. vbi dicit illum text. menti tenendum ad hoc, quòd ſi es citatus ad aliquem actum fiendum in nonis, vel in ueſperis, ille actus debet fieri illa hora, in qua es citatus, alias ſi fiat alia hora actus non ualet, tanquam factus parte non citata, Et ideo inquit Ale,
14 in conſil. 213. col. 2. verſ. præterea, uol. 2. quod † ſi quis citatus eſt vna hora ad uidendum iurare teſtes, & alia hora reperiatur iuramentum teſtibus delatum, non ualet quod
15 actum eſt. † Rurſus in conſi. 134. col. penu. uolum. eod. Crauet. conſil. 122. in fi. & in terminis noſtræ ſententiæ ita voluit Rui. in conſil. 28. nu. 21. uolum. 4. iterum in conſil. 102. num. 6. uolum. 6. ubi inquit, quod ſi quis citatur ad aliquem actum, ſi ille actus aliter geritur, uel in qualitate, uel in ſubſtantia, quam fuerit dictum in citatione, uidetur factus
16 parte non citata. d. l. aut qui aliter, † citationis. n. omiſſio vitiat ſententiam, quoniam grauis eſt eius ſolennitas, ut per Rui. in conſil. 154. num. 13. uolum. 3.

17 Secundò redditur inefficax ipſa excuſſio, quia monitus non fuit D. Vincentius, nec actor ab eo conſtitutus ad eundem, & exiſtendum ſimul cum excuſſoribus ad uidendum eam fieri, ut monendus erat ſecundum Bald. in l. aduerſus, in fi. C. de uſu. & fruct. leg. per §. ſi vero. in auth. de hær. & falci. Sequitur Iac. de Are. in tract. de excuſ. bon. nume. 30. Ang. in d. §. item ſi quis in fraudem, colum. 4. uerſic. quaro quando fit excuſſio. vbi ait hanc eſſe communem, & Iaſ. ibi num. 54. atteſtatur hanc eſſe magis communem, quod quãdo fit excuſſio in bonis debitorum citandi ſunt illi poſſeſſores, in quos facta eſt alienatio in fraudem.

18 Tertiò eſt etiam minus legitima. Nam ut † deueniri poſſit ad reuocatoriam contra tertios poſſeſſores, neceſſe eſt, quòd fiat excuſſio contra omnes res debendi, Ang. in auth. hoc ſi debitor, colum. 1. C. de pigno. ubi dicit de facto, ita

con-

conſuluiſſe per §. ſed neque , in auth.de fideiuff. Iacob. de
Aret in die.tract.de excuſ. bono.numero 25.Ange.in §.itē
ſi quis in fraudem,colum.3.verſic.& aduertas,ubi dicit, ibi
eſſe tex.Bal.in auth. ſed hodie.colu.1. C.de actio. & oblig.
Bart.in l.2.per illum tex.C.quo ord.quis conue.lib.10. ubi
19 † loquitur de pluribus debitoribus inſolidum obligatis, ꝙ
eſt fortius.& Bar.ſequuntur Iaſ. in d.§. item ſi quis in frau-
dem nu.81.uerſicu.aduertite etiam.Iac. de Aret.ubi ſupra,
& moderni in tract.de duobus reis in 11.l.reos , nume.63.
Sed in præſenti caſu non videtur apparere, quòd facta fue-
rit diſcuſſio contra omues correos , quos aſſerit Cereſola
ſibi obligatos,quia non contra Petrum Antonium Bardul-
lum uti hæredem quondam Franciſci . Nec habet refraga-
ri,quod imò facta uidetur, ut liquet ex actis , quoniam ad-
uertendum eſſe arbitror,diſcuſſionem ipſam factam contra
dictum Do.Petrum Antonium uti hæredem dicti Franciſci
iuribus non ſubſiſtere, quia ſi bene aduertatur , & diligen-
ter videantur acta agitata coram domino iudice à quo, lu-
ce clarius apparebit, quod Cereſola declarauit ſub die 16.
Ianuarii quod nihil petebat à dicto Petro Antonio , & ꝙ
non intendebat eum, nec eius procuratorem eſſe citatum
in hoc iudicio moto contra dictas ſorores . Et licèt fuerit
copia petitionis tranſmiſſa procuratori domini Petri An-
tonij, quod id proceſſit ex euidenti errore ſcriptoris , qui
libellanti non potuit obeſſe , & ita per dictum iudicem à
quo declaratum fuit ſub eadem die de uoluntate partis Ce
reſolæ , quod circunducebat & caſſabat citationes factas
D.Paulo Chiono procuratori D. Petri Antonij , quem non
intendebat moleſtare in ipſo iudicio moto contra ipſas do
natarias, quo caſu ſtante dicta declaratione acceptata per
Cereſolam, uidetur , ꝙ ad dictam diſcuſſionem iudex non
potuerit deuenire. Et ſic quòd ea minus iuridicè facta re-
periatur, & eo maximè cum curator dictarum donatarium
monitus non fuerit ad intereſſendum dictæ excuſſioni fien-
dæ per deputatos, prout fieri debebat , ſecundum Bald. &
alios,ubi ſupra.

20 Quartò reperitur diſcuſſio ipſa minus legitima , † quia
imperfecta, ut Cereſolam et fateri videtur in ſcriptura ex-
hibita ſub die 11.Martij , anni 1562. dum in ea requirit à
domino iudice , ut executionem imperfectam committat
nuntijs, ut illam perficere poſſint,& quam poſtea denega-
21 uit.quo caſu cum ex propria confeſſione Cereſolæ , † qua
nulla eſſe poteſt melior l.cùm te,cum ibi nota. per Docto.
C.de tranſact.clarè conſtat ipſam diſcuſſionem inutilem &
inualidam,minus ſollemnem & legitimam, prout legitima
& ſollemnis eſſe deberet,ſecundum Soci. in allegato conſ.
22 24.num.19. cum † excuſſio fieri debeat rerum debitorum
ad vnguem,vſque ad ſaccum & peram,ſecundum Iacob.de
Are.in d.tract.de excuſ.bono.meritò illi ſtandum eſſe non
uidetur,& dicendum,ut ea nocere non potuerit dictis do-
natariis.

23 Quintò ex alio redditur nulla, quia † non reperitur per
iudicem interlocutum excuſſionem legitimè factam , quæ
tamen interlocutoria requiritur ſeeundum magis commu
nem Doctorum ſententiam, Bartol. & Alex. in l.prætor.§.
hoc interdictum.ff.de no.op.nu.Roma.in conſil.93.colum.
pen. ubi aſſerit hanc communem , Iaſ. in l.ſtipulatio.§. ha-
bet.ff.de no.ope.nun.& in §.item ſi quis fraudem, de actio.
num.85.& Mode.in trac.de pign. in 8.par. in primo mem-
bro,colum.7.uerſic. iſta autem regula , ubi omnes firmant
uno ore hanc eſſe magis communem.Nec habet obſtare,ꝙ
iudex à quo,requirēte Cereſola,quòd perficeretur excuſ-
ſio , ordinauit ſub die 15. Aprilis bona. D.Hieronymi non
eſſe amplius excutienda,quia iam fuerant excuſſa,quia re-
ſpondetur, quòd licèt ita ordinauerit, tamen non pronun-
ciauit illam legitimè factam.

Alio etiam ex capite dicitur , quòd per Cereſolam agi
non potuit reuocatoria contra ipſas donatarias,& per cō-
ſequens quòd pronunciatio & ſententia contra eas lata iu-
24 ribus non ſubſiſtit,quia,† vt dicta reuocatoria agi potuiſ-
ſet, opus erat, vt prius etiam excuſſa fuiſſent bona propria
ipſius domi. Petri Antonij vti hæredis ſimpliciter , & ſine
beneficio inuentarij quondam Do.Franciſci,vt in terminis
decidit Alex.in conſil.100.col.pen. vol.5.verſic.vel ſaltem
attento, quem ſequitur Pariſ.in conſ.50. nu.4.vol.1.ſed in
præſenti cauſa bona D.Petri Antonij hæredis quondam D.
Franciſci ſine beneficio inuentarij non fuerunt diſcuſſa,
imò per iudicem pronuntiatum illa non eſſe excutienda ,
ergo &c.

Vltimò dicitur ceſſantibus ſupra dictis , quòd ex alio
medio redduntur nulla omnia facta contra ipſas donata-
25 rias , quoniam † proceſſus ipſe agitatus reperitur contra
eas mediante miniſterio D.Vincentij Spinulæ curatoris,de
cuius cura nulla videtur facta fides, quæ tamen fieri debe-
26 bat, quia † iudicium debet inchoari legitimè , & cum per-
ſona legitima. Bald.in l.pen. C.qui.dar.tut.poſ.quo caſu cū
fuerit agitatus proceſſus contra ipſas donatarias minores
& carentes legitimo defenſore nullus eſt.l.acta.§.fin.l.con
tra pupillum,ff.de re iud.vbi latè per Docto. l.cum & mino
res,vbi etiam ſcribentes.C.ſi aduer.rem iudi.Marant.in ſuo
tract.de ord.iud.fol.530.num.195.Alex.in conſ.202. nu.5.
26 & ſeq.voln.2.vbi dicit, † quòd ſententia lata contra pupil-
lum carentem legitimo adminiſtratore non valet, etiam ſi
pronunciatum fuiſſet,talem fuiſſe legitimum procuratorē,
quia talis pronunciatio nocere non potuit pupillis, qui nō
fuerunt in iudicio.l.cum non iuſto.ff.de colluſ.detegen. er-
go idem dicendum eſt in terminis noſtris , vt dicta ſenten-
tia lata ſuper proceſſu agitato cum falſo cutatore,ſit nulla.
28 Imò plus dicitur,†quòd etiam ſi ipſæ adultæ conſtituiſſent
procuratorem , quòd ſententia non valeret, quia cum ca-
reant curatore , non poſſunt conſtituere procuratorem ad
lites.Bart.in l.neque,in verſ.venio ad ſecundam partem.C.
de procu.Alex.in conſil.123. nu.5.vol.2. Ruin.in conſ.36.
nu.4.vol.5. vbi tradit, ꝙ ſententia lata contra minorem in-
defenſum , & omnia acta geſta contra eum ſunt nulla ipſo
iure,per dictā l.cum & minores,ubi no.omnes,ubi ampliat
etiam hoc procedere,ſi habuiſſet curatorem, qui non com
paruit, & defenſionem non aſſumpſit, ſecundum glo. com-
muniter approbatam in l.ſi præſes, C.de tranſac.& Bart.ac
alios in d.l.cum & minores, & quidquid ibi dixerit gl.quæ
in hoc communiter eſt reprobata,quia paria ſunt,quòd mi
nor curatorem non habuerit, uel habuerit, & non compa-
ruerit. Idem ſi in principio non comparuerit , licet poſtea
ſic, quia ex qua iudicium non fuit legitimè inchoatum , ſe-
quentia nō ualent.l.momentaneæ.C.qui legit.perſon. Cor
neus in conſ.184.litera B,uol.4.Fulg.in conſ.165. in princ.
Deci.in conſ.449.colum.fi. & in conſ.549.col.2.vbi etiam
29 dicit,†ſententiam interlocutoriam latam contra minorem
non habentem curatorem non ualere , niſi ſit ſententia de
mittendo in poſſeſſionem . Vnde ex omnibus ſupradictis
concludo, omnino pronunciandum eſſe in fauorem dicta-
rum donatariarum . Laus Deo .

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

## SVMMARIVM.

1 *Vidua propter ſtuprum dotem amittit,& nu.19.ſecundum communem ,ſed contra ſecundum communem num.35. declara vt in numero 41. ſecundum magis communem .*

2 *Vaſallus ſicut propter adulterium commiſſum cum vxore domini amittit feudum , ita etiam ſi ſtuprum committit cum relicta domini,declara,vt in nu.40.& 47.*

3 *Vidua cenſetur eſſe in primo matrimonio .*

4 *Vaſallus honorem domino tam mortuo, quam viuo ſeruare debet .*

5 *Iura loquentia de adulterio commiſſo uiuente viro, pariter locum habent in ſtupro commiſſo per viduam durante viduitate .*

6 *Vidua dicitur de familia coniugis prædefuncti.*

7 *Vidua gaudet priuilegio primi viri .*

8 *Priuilegium,quod datur ratione dignitatis remanet apud uxorem in uiduitate permanentem .*

*Vidua*

*9 Vidua retinet domicilium viri.*
*10 Iniuria ita fit viro defuncto per ſtuprum commiſſum per viduam, ſicut per adulterium commiſſum in vita.*
*11 Hæres inſtitutus ſtuprum committens cum vxore teſtatoris reddit ſe indignum hæreditate.*
*12 Legatarius ſtuprum committens cum vxore legantis. priuatur legato, & nu.27.*
*13 Vidua tutrix filiorum luxurioſè viuens tutela priuatur, & num.49.*
*14 Anima viri, & eius memoria contriſtatur per tranſitum vxoris ad ſecunda vota.*
*15 Vidua illa honoranda eſt, quæ uere uidua eſt, non quæ delitijs uacat, quia uiuens mortua eſt.*
*16 Lex non luxuriantibus, ſed pudicis poſita eſt.*
*17 Commodum qui ſentit, etiam incommodum ſentire debet.*
*18 Leges omnes pœnales, quæ introductæ ſunt contra mulieres tranſeuntes ad ſecunda uota, licèt quo ad eas correctæ ſint, tamen locum habent in uiduis luxurioſè uiuentibus.*
*20 Mulier poſt mortem mariti ſtuprum committit alteri ſe commiſcendo, & non adulterium.*
*21 Commiſcens ſe cum uirgine carnaliter, tenetur pœna ſtupri.*
*22 Pœna non imponitur, niſi in caſibus in iure expreſſis.*
*23 Via mitior in pœnis eligenda eſt.*
*24 Delictum ubi eſt maius, grauior pœna ibi eſſe debet.*
*25 Pœna minor imponitur ei, qui utitur falſo, quàm fabricanti.*
*26 Iniuria minor eſt quæ fit defuncto quàm uiuenti.*
*28 Defunctus uerè offendi non poteſt, nu.30.*
*29 Lex pœnalis loquens in caſu uero, non trahitur ad fictum.*
*31 Verbum uidetur importat improprietatem & fictionem.*
*32 Mulier, licet per tranſitum ad ſecunda uota priuetur omni largitate, quæ à uiro ad eam peruenit; tamen non in alijs contemplatione mariti acquiſitis, quia ſecundum mitiorem & magis communem non reſeruantur communibus liberis.*
*33 Extenſio non eſt licita in materia odioſa & pœnali priuatiua iuris ſui.*
*34 Extenſio fieri non debet de caſu uero ad fictum, etiam ſi ex defectu extenſionis delictum remaneret impunitum.*
*36 Vidua propter ſtuprum commiſſum intra annum luctus dotem amittit, aliàs ſecus.*
*37 Mulier ſtuprum committens intra annum luctus perdit donationem propter nuptias, ſecus ſi poſt, & nu.40.*
*38 Dos eſt proprium patrimonium uiduæ.*
*39 Donatarius, qui relictam donatoris intra annum adulteratus eſt, donatione priuatur.*
*43 Mulier, quæ nupſit intra annum luctus, licet hodie non incurrat pœnas infamiæ, tamen perdit gloriam matrimonialis pudoris, & talis actus non eſt laudabilis, nec ſine rubore faciet detegentis maculam cordis.*
*44 Mulier uidua, quæ poſt annum luctus luxurioſè uiuit, licet concubinario liberè de bonis ſuis donare poſſit, tamen ſecus ſi infra annum, quia tunc tantum tertiam donare poteſt.*
*45 Pœna de quibus in l.1. & in auth. eiſdem. C. de ſecund. nup. in luxurioſè uiuente, & ſtuprum committente infra annum luctus, hodie non ſunt correctæ.*
*46 Acquiſita per uiduam infra annum luctus præſumuntur acquiſita de bonis uiri, ſecus ſi poſt.*
*48 Caſus duo, ubi æquiparantur à lege antiqua, lex noua diſponens in uno caſu, non cenſetur diſponere alio caſu in quo de iure antiquo non erat facta æquiparatio.*
*50 Mulieri luxurioſè uiuenti interdicitur adminiſtratio propriorum bonorum.*
*51 Factum defuncti poteſt coniuncto prodeſſe, non autem nocere.*
*53 Probationes per alium factæ proſunt inquiſito, tamen non nocent.*

## CONSILIVM LXXXVI.

REuerendiſſime Antiſtes, licèt præſens dubium, in quo quæritur, An domina Virginia relicta quondam Domini Euangeliſtæ de Rubeis propter ſtuprum per eam cõmiſſum, dotis actionem amittere debeat, difficultate non careat, ut dicunt Curt. iun. in tract. feud. in quarta par. in ſecunda principali cauſa, colum.1. Boer. in deciſ.338. num. 11. & Io. Garo. in auth. eiſdem, nume.20. C. de ſecun. nup. & illud indeciſum reliquerit Rui. præceptor meus in conſil. 155. num.2. volum.3. tamen, ut eius uoto ſatisfaciam, cui multum debeo, maximè cum à me tantum requiratur, vt de iure dicam, quæ nam eſſe debeant partes Magnifici domini iudicare debentis in hac cauſa. Iccirco quoniã moris mei ſemper fuit in reſponſionibus, ut per uiam diſputationis pugnam vincat ratio, ut in cap. vides 23. diſtinct. ideo vetus hæc querela in mutuæ diſputationis pugnam adducetur, vt veritas magis in lucem prodeat, ut exordiar cum Io. Garo. in l.1. nume.68. C. de ſecun. nup. Deueniendo igitur ad rem, prima facie dicendum videretur, quòd † dotem
1 ſuam amiſerit domina Virginia, & primò ex not. per Iſer. Nico. de Neap. Laud. Præp. Alua. & Afflic. in c.2. de feud. ſine culpa non amit. ubi omnes una voce concludunt, quòd ſicut vaſallus propter adulterium commiſſum cum vxore
2 domini amittit feudum, ita & ſi ſtuprum cum relicta domini committat. Idem Præpoſ. in cap. primo, §. Item ſi fidelis, & ibi Afflic. in primo not. quib. mod. ſeu. amit. Zaſ. in epith. par.10. conſil.5. Iaco. de Sancto Georgio in inueſtitura ſua feudali, in uerbo dictique vaſalli, colum.8. uerſic. ſed quid dicemus? Curt. iun. in d. tract. feud. in 4. par. in uerſic. ſecunda principalis cauſa priuationis, colum.2. Alex. in l. ſororẽ, colum. prima, uerſicu. uel reſpondet, C. de his quibus ut indig. Marſil. in l.1. nu.61. verſicu. item alio modo, C. de rap. virg. & in conſil.13. nume.15. Boer. in dicta deciſione 338. col.9. verſ. ſed ad illud. Io. Garo. in l.1. num.75. cum ſequẽti. C. de ſecund. nup. vbi aſſerit hanc eſſe magis communẽ, ratio enim eſt, † quia vidua cenſetur eſſe in primo matri-
3 monio, l. fin. C. de bon. mater. Alexand. in conſil.24. columna ſecunda, volum.2. Si igitur uaſallus propter ſtuprum prædictum priuatur feudo, pari ratione dicendum uidetur, vt vidua, quæ præſumitur eſſe in matrimonio viri defuncti, propter ſtuprum per eam commiſſum mortuo uiro priua-
4 ri debeat dote. Nam † ſicut vaſallus honorem domino tam mortuo, quam viuo ſeruare debet, l. apud Celſum. §. aduerſus. ff. de do. excep. eodem modo & vxor tam uiro mortuo, quàm uiuo ſeruare debet pudicitiam.

5 Secundò facit. Nam † iura loquentia de adulterio commiſſo uiuente uiro, pariter ſibi locum vendicant in ſtupro commiſſo per uiduam durante viduitate duplici ratione,
6 quia ut dictum fuit † ea eſſe dicitur in primo matrimonio,
7 d. l. fi. & ideo videmus, quòd † ipſa dicitur de familia coniugis prædefuncti. Bart. in l. fi. C. de uerb. ſign. & quòd gaudet priuilegijs primi uiri. c. ex tenore, de for. comp. Deci. in cap. ex parte, de appel. Barb. in conſil.56. colum. fin. uolu.3. l. filij. §. vidua. ff. de verb. ſign. Alb. de Roſa. in l. omnis. in fi.
8 C. de epiſ. & cler. ubi dicit † quòd priuilegium, quod datur ratione dignitatis remanet apud vxorem in viduitate per-
9 manentem. Capic. deci.129. num.9. Nec non † & retinet domicilium viri. d. §. vidua. Docto. in d. l. cum quædam puel-
10 la. Secundò quia † ita fit iniuria viro defuncto per ſtuprũ commiſſum per viduam, ſicut per adulterium commiſſum in uita, per Bart. in l.1. ff. de his quib. vt indig. ubi dicit quòd ex quo mortuus offendi poteſt, quòd ille, qui concubuit cum uxore defuncti durante viduitate, indignus eſt legato ſibi per defunctum facto, quia ſi uiuo eo hoc feciſſet, ipſum ad iracundiam prouocaſſet, ergo idem & poſt mortem. gl. in l. ſororem, C. de his quib. ut indign. quam ibi ſequuntur
11 Bar. Ioan. Fab. Bald. Paul. Alexa. & Iaſ. ubi † hæres inſtitutus ſtuprum committens cum vxore teſtatoris facit ſe indignum hæreditate. glo. in l. fideicommiſſum, in fi. C. de fidei-
12 comm. vbi † ſimiliter legatarius ex eadem cauſa priuatur legato, cuius ſententiam ibi amplectuntur Io. Fabr. Iaſ. &

cæteri.Lancil.Dec.in l.filiæ.in fi.ff.de an.lega.& ſic glo.iſtæ pariſicant adulterium, & ſtuprum. unde cum per ipſum adulterium,perdatur dos,cap.plerunq.de dona.inter uir.& vxo.ita & per ſtuprum amitti debet virtute dictæ pariſicationis.

Tertiò accedit quod uoluit Ioan.And.in cap. qualiter &
13 quando,in §.licèt,in fi.de accuſ.vbi dicit,ſe conſuluiſſe,† q uidua,quę ſuſcepta tutela luxurioſè uiuere incœpit,ea priuatur.Ang.in §.actionum,colum.24.verſic.& definit,inſtit. de actio.ubi inquit, quod ſi multa ſecreta eſſent patefacta, multæ tutelæ eſſent expiratæ.Bald.in conſil.299.uolum.3. Barb.in conſil.11.colum.2.uolum.3.Ioan.Garo.in rubr. C. de ſecundis nup.nume.58.& in auth.eiſdem,num.23. eod.
14 titu.Et ratio eſt, † quia ſi memoria defuncti & eius anima contriſtatur propter tranſitum ad ſecunda vota,multò fortius quando luxurioſè viuit, & ideo nimirum ſi priuatur
15 tutela.Nam† vidua illa honoranda eſt, quę verè vidua eſt, non quæ delitiis uacat, quia uiuens mortua eſt. prima ad
16 Thimo.cap.6.lex † enim non luxuriantibus, ſed pudidicis poſita eſt.§.ſi uero effuſa,in authent. quib.mo.na. eff.ſui. Si enim vitam ducens luxurioſam poſt obitum mariti priuatur tutela,itaque idem dicendũ eſt,ut priuari debeat dote.

17 Quartò confirmatur hæc ſententia.Nam† ſecundum naturam eſt,ut qui ſentit commodum, pariter ſentire debeat incommodum.l.ſecundum naturam.ff.de reg.iur. ſed uidua gaudet foro uiri, ut dictum eſt, honoribus, & priuilegiis, quibus gaudebat viuente viro, ergo nimirum ſi debet ſentire incommodum amiſſionis dotis,ſi luxurioſè uiuat.

Quintò adſtipulatur, quod ſcribit Iacob. de Belu. in §.ſi
18 quidem,in auth.de non elig.ſecundo nub.ubi † omnes pœna, quæ introductæ ſunt contra mulieres tranſeuntes ad ſecunda uota,licèt hodie quod ad eas correctæ ſint, tamen locum habent in uiduis luxurioſè uiuentibus,allegat.l.his ſolis.C.de reuocan.dona.Dec.in l.1.C.de ſecun.nup.& Io. Garo.in rub.eodem tit.nu.58.

19 Sexto hæc opinio confirmatur † auctoritate Pau. de Ca. in l.ſororem. C.de his quib. ut indig. in l.fideicommiſſum, C.de fideicommiſſ.& in conſil.121.ſecundum antiquam impreſſionem.Fel.in cap.paſtoralis, colum.3. de iud.Pet. Girar.in ſing.48.Præpoſ.Alexan.in cap. plerunque, de dona. inter uirũ & vxor. Ang.de Clauaſ.in ſumma in verbo Dos. Bologn.in conſil.23.in fi.Iacob.de Sancto Georg.in d.l.ſororem in 2.lectura,Sal.& Cor. in d.l. fideicommiſſum. Iaſ. in l.2.in princ.colum.3.ff.ſol.matri. & ibi Parpa. num.27. Neuiz.in Sylua.nup.char.7.colum.1.in princ.Bernar.Land. in addi. ad l.liberorum. §.notantur, ff.de his qui not. infa. Berth.Belenz.in addi.ad Abb.in cap. plerunque Benedi. de Vadis in d.c.paſtoralis,Arimi in add.ad Ange.in tract.M.in verbo, che hai adulterato, num.30.Franc.Niconit. in rub. de eden.num.18.Marſ.in l.1.num.68.C.de rap,uirg.in ſing. 234.& 416.& in conſil.13. Sapia in l. cum quædam puella, de iuriſd.om.iud nu.7.Crot.in l.4.§.Cato.1.lectura, nume. 139.ff.de uerb.oblig.Ciſuent.in l.14.Taur.nume.14.Sylua. in conſil.2.num.27.Lupus in repe.c.per veſtras.§.67. num. 6.& §.86.num.6.& in repertorio ſuo, in verbo Dos,vbi late,quod dicit notandum contra viduas, quibus ſæpius ætas iuuenilis & pulchritudo ornata diuitiis,& coniugij exacti aſſuetudo, carnis ſtimulum non ſinit deuincere, præmaximè,ubi frequentius ſolet regalis curia verſari,vel ubi copioſa ſcholarium iuuentus ætatis ſuæ floridos annos literis incumbendo conſumit,& hanc eſſe communem Docto. ſententiam aſſerit Boer.deciſ.338.num.11.

Quibus tamen non obſtantibus,contrariam ſententiam in caſu noſtro de iure veriorem arbitror, Et primo quòd
20 † mulier poſt mortem mariti dicitur committere ſtuprum & non adulterium,alteri ſe cõmiſcendo. l.inter liberos.§. lex ſtuprum, ff.de adul. §.item lex Iulia.inſtit. de pub. iud.
21 vbi Ang.in 3.not.ſic innuit,Nota.†quòd commiſcens ſe cũ virgine carnaliter uel uidua,tenetur pœna ſtupri, & crimen ſtupri,& nõ adulterij dicitur commiſiſſe,ſed pœna amiſſionis dotium non reperitur impoſita mulieri committenti ſtuprum,ſicut facit committenti adulterium in vita,vt in d. cap.plerumque,& in d.l.conſenſu, ergo nec nos eam impo
22 nere debemus, cùm † pœna non imponatur, niſi in caſibus in iure expreſſis, c.is qui, de ſent.excommu. §.cum igitur, verſic.ſin autem, ibi, nec lex eſt,in authen.de non eligen.2. nub.Alex.in conſ.104.col.2.vol.1. conſ.92.nu.17.vol.6.& in conſ.212.nu.5.volum.eo.Dec.in conſ.90.col.2.& in cõſil.581.col.4.verſ.venio ad ſecundum,Abb.poſt glo.not.in
23 c.fi.de iur.patr.† In pœnis enim mitior via eligenda eſt l.ſi præſes.ff.de pœn.cum vulgaribus.

24 Secundò facit,ubi † maius eſt delictum, ibi grauior pœna eſſe debet.glo.in cap.non offeramus, in verſ.ſceleratus, 24.q.1.glo.in c.ea quæ,de ſta.monach.l.falſam. §.ordine,ff.
25 de falſ.ubi † mitius punitur, qui vtitur falſo, quàm qui fabricat.ſed crimen adulterij eſt maius ſtupro, Alex.in conſ. 13.nu.9.uol.7. Crot.in l.2.nu.12. fol.mat.& in l.4. §.Cato. in 5.lect.num.78.ff.de uerb.oblig.§.item lex Iulia, Inſti.de pub.iud. Crau.in conſ.205.num.29. uerſic. præterea, ergo de uno ad alterum non poteſt inferri.l.ſi.ff.de ſepar.

26 Tertiò corroboratur hæc opinio.† Nam minor eſt iniuria, quæ fit defuncto, quàm quæ fit uiuenti, quod patet ex not.per Bart.in l.fideicommiſſum, C.de fideicomm. ubi di-
27 cit,† quòd ſi legatarius cognouit uxorem teſtatoris uiuentis,ipſo iure amittit legatum, ſecus ſi poſt mortem,quia illud non amittit,licèt ei fiſcus auferat tanquam ab indigno, & ſic fiſco non opponente,legatum conſequitur.glo.ſingu. in l.his conſequenter.§.1.ff.fam.erciſ. Crot.in d.§.Cato,in 3.lect.nu.78.in uerſ.præterea.

28 Quartò pro iſta ſententia facit. Nam † uiduæ pœna prædicta imponitur ratione offenſæ factæ marito, ſed defunctus uerè offendi non poteſt,l.in ſepulchro, in uerſic. ut ita dixerim.C.de ſepul.uiola. Imol.Bald. & Salice. in l.prima.
29 C.de his quibus ut indig. ergo † lex pœnalis loquens in caſu uero,non debet trahi ad caſum fictum. Bartol.in l.3.§. hæc uerba.ff.de neg.geſt.Crot.in d.l.2.num.23. Craue.in citato conſ.205.num.31.ubi dicit, quòd ſi anima mariti contriſtatur propter tranſitum uxoris ad ſecunda uota,& à fortiori propter ſtuprum, §.nos igitur in authen.de nup.tamẽ
30 id uerum eſt per uiam fictionis, aut præſumptionis, † quia defuncto propriè iniuria inferri non poteſt, cum mors omnia ſoluat.§.deinceps,in auth.de nupt. & gl. in d.§.nos igitur,in uerbo & defuncti, dicit quòd iniuriam facere uidetur ſentiens,quòd propriè inferri nõ poteſt. Similiter tex. in l.ſi quis,§.iudex.ff.de relig.& ſumpt.fune. dum loquitur
31 de iniuria defuncti, utitur uerbo uidetur,† quod regulariter importat improprietatem & fictionem. l.1. §.deieciſſe, ff.de ui.& ui arma.l.oſſa.in fi.de religio.& ſumpt.fun. Hinc eſt quòd dixit Ioan.Nico.in l.generaliter,nu.69. C.de nup.
32 quòd † licet per tranſitum ad ſecunda uota mulier priuetur proprietate omnis largitatis, quæ à uiro ad eam peruenit, tamen quòd alia acquiſita per eam contemplatione mariti,quia non poſſunt dici propriè acquiſita ex facultatibus uiri, niſi fictè & impropriè, ut loquuntur iura de hac materia tractantia, quæ utuntur uerbo uidetur, quod importat improprietatem & fictionem, glo.in l.hæres quoq;. ff.de acquir.hæred.l.ſingularia. ff.ſi cert.peta.non reſeruantur ſecundum mitiorem & magis communem liberis com-
33 munibus, quia † in materia odioſa & pœnali priuatiua iuris quæſiti,ut in caſu præſenti, non eſt licita extenſio de caſu uero ad caſum fictum, nec de proprio ad improprium. clemen.quod circa, de elect. & pro hac concluſione facit, quod uoluit D.meus Ruin. in l.Gallus. §.& quid ſi tantum. col.32.ff.de lib.& poſthu.quem ſequitur Iac.de Nigr.in l.1.
34 nu.51.ff.de uerb.oblig.ubi inquit, † extenſionem fieri non debere, de caſu uero ad caſum fictum, etiam ſi ex defectu extenſionis remaneret impuuitum delictum.

35 Vltimò in terminis huius quæſtionis,† ita decidunt Alexan. in d.l.ſororem, Iaſ.ſibi contrarius in l.fideicommiſſum,C.de fideicommiſ. ubi inquit quòd conſuleret contra Paulum de Caſtro ubi ſupra. Dec.in l.cum quædam puella, colum.2.ff.de iuriſd.om.iud.& in cap.paſtoralis, colum.fi. de iud.ubi dicit opinionem Alex.æquiorem.Ambro.de Vigna.in l.fi.C.de adult.Gul.Maine. in l.in ambiguis, nu.208. & 211.

& 211. in fi. vbi ait opinionem Alexandri & veriorem, & tenendam, quicquid dixerint Paulus de Caſtro, & ſui ſequaces, Caſſan. in conſuet. Burgund. rub. 4. verſic. mulier, numero 24. Bermun. Choueron. in tract. de concub. in rub. de adulter. numero 63. Alcia. in tract. de concub. in 2. regul. præſump. 9. Ripa. in l. 2. numero 8. ff. ſolut. matr. & in rubr. extra de iud. nume. 16. & 21. Bonus de Curtil. in trac. nobil. in 3. par. nume. 194. Crotus ſibi aduerſans in d. l. 2. nume. 11. & in §. Cato. in 2. lectura, nume. 78. vbi reprehendit ſe de eo, quod dixit in 1. lectura Iacob. de Sancto Georgio ſibi etiam oppugnans in d. l. ſororem, in 1. lectu. Craue. latiſſime in conſi. 205. Socin. iun. in conſil. 111. vol. 3. vbi dicit hanc partem æquiorem & veriorem, & melioribus legibus & rationibus fundatam, & quod legendo alias l. 2. ff. ſol. matr. ita tenuit Petr. Duen. in reg. vtriuſque iur. regul. 12. in 3. limitation. vbi ſequitur hanc partem tanquam magis veram & æquam, & ſecundum opinionem bis fuiſſe iudicatum in curia Burdeg. atteſtatur Boer. in deciſ. 338. vol. fin. & alibi ſemel. Didac. in epito. 2. parte. §. ſexto, & opinionem Paul. communiter reprobari inquit Gul. Bened. in ca. Rainutius, in ver. qui cum alia matrimonium contrahens, de teſta. & eo magis ſenia iſta amplectenda venit, cũ d. do. Pelegrina ſtuprũ cõmiſerit poſt annos tres à die ſoluti matrimonij per mortẽ viri, & nõ in† primo anno luctus: quo
36 caſu poſſet procedere ſententia Caſtrenſis, & ſequacium, ut probari videtur ex infraſcriptis, & primò p text. in §. fi. in auth. de reſti. & ea quæ par. colu. 4. ubi † ſi mulier intra
37 annum luctus ſtuprum commiſit perdit donationem propter nuptias, & legata; quia ex eo quòd tam velociter virũ dehoneſtauit, præſumitur quòd etiam in vita mariti adulterata fuerit: & ſic quòd fuerit mixtum ſtuprum cum adulterio præſumpto, quod ſecus diſponitur à lege poſt annum luctus. Si ergo elapſo dicto anno luct. donationem, & legata vidua non amiſit, quæ habuit titulo lucratiuo: quantò magis non debet perdere † dotem, quæ eſt proprium patri
38 monium ipſius viduæ? l. 3. §. ſed vtrum. ff. de mino. & ideo dicit Ripa in l. fi. q. 62. in fi. C. de reuocan. dona. quòd † do-
39 natarius, qui relictam donatoris intra annum luctus eſt adulteratus, debet tanquam ingratus donatione priuari, quia hoc ſtuprum eſt coniunctum cum adulterio præſumpto.

Secundò accedit, quod voluit Io. Garo. in l. 1. nume. 36. C. de ſecundis nupt. vbi inquit, quòd licèt ſit magis com-
40 munis opinio, † quod vaſallus ſi committit ſtuprum cum relicta domini, feudum amittit, vt per Iſer. & alios, de quibus ſupra, tamen quòd ſententia ipſa procedit, quando vaſallus ſtuprum cum ea commiſerit intra annum luctus, ſecus poſt: quia hoc vltimo caſu procedit, opinio Bald. in c. 1. de feu. ſine culpa non amit. qui tenuit vaſallum non eſſe priuandum feudo, niſi commiſerit adulterium cum uxore domini eo viuente, & non aliter. hoc idem voluit Ripa ubi ſupra vbi expreſsè tradit, dictum Bald. ſupra citatum limitandum eſſe, niſi ſtuprum fuerit commiſſum infra annum luctus: quia propter vicinitatem tempori, & periculum turbationis ſanguinis ſit grauior iniuria viro, quia ut inquit tex. in §. fin. ſuſpicio, eſt adulterij in vita, & ſic ſtuprum actuale eſt coniunctum cum adulterio præſumpto.

41 Tertiò in terminis noſtris † conciliando has opiniones contrarias Pau. & Alex. ita dicunt Alciat. in tract. de præſum. in 2. reg. præſump. 9. nu. 5. Didac. in 2. parte epitho. §. ſexto, num. 11. & Io. Garo. in d. auth. eiſdem, nume. 20. Vbi aiunt, quòd dictæ duæ ſententiæ poſſunt reduci ad concordiam probabilem, uidelicet, ut ſententia Pau. procedit quando vidua ſtuprum commiſit infra annum luctus, quia eo tempore magis fingitur mulier eſſe in matrimonio & religione, ac mariti honorem ſeruare debet, ideo nimirũ ſi propter ſtuprum amittit dotem: ſecus ſi poſt annum illud committat, quia lex eo tempore non ita caſtitatem ſeruare voluit, quod apparet, quia licentiam nubendi dedit, nec videtur in matrimonio eſſe, nec tunc propter tale ſtuprum commiſſum poſt annum luctus paritur pœnas, de quibus in l. 1. C. de ſecundis nupt. & iſto caſu procedit ultima opinio, vt dotem non perdat. Nec hoc mirũm eſſe videtur, cùm uideamus in multis caſibus iſtam diſtinctionem fieri & ob
42 ſeruari apud legum vertices, quod patet. Nam † propter ſtuprum commiſſum in anno luctus, vidua perdit legatum, non autem ſi poſt, ut per Ioan. Garo. in d. l. 1. nume. 73. hinc dixit not. Bal. in proœ. decret. in verbo Rex pacificus, in 4.
43 col. quem ſequitur idem Garo. in d. l. 1. num. 20. † quòd mulier, quæ nupſit intra annum luctus, non incurrit hodie pœnas infamiæ propter diſpoſitionem iuris canonici, tamen perdit gloriam matrimonialis pudoris, & talis actus non eſt laudabilis, nec ſine rubore faciei detegentis maculam cordis, cùm igitur in tali caſu mulier id amittat, ergo multò fortius pudorem matrimonialẽm amittere debet, ſi uitam luxurioſam duxit infra annum luctu. Accedit ſimili-
44 ter, quod dixit ipſe Garo. in d. l. 1. nu. 30. ubi tradit † quòd licèt mulier vidua, quæ poſt annum luctus luxurioſè vixit concubinario ſeu amaſio ſuo liberè de bonis ſuis donare poſſit, tamen ſecus ſi infra annum luctus, quia tunc tantùm tertiam partem donare pòt. d. l. iuncta auth. eiſdem, eo. tit.
45 quia † in luxurioſè viuente & ſtuprum committente infra annum luctus, non ſunt hodie correctæ pœnæ. d. l. primæ, & auth. eiſdem, ita Garo. in d. auth. nu. 4. & 18. Ripa in l. fœminæ, nume. 31. eo. tit. & Io. Nicol. in l. generaliter. nu. 20. eo. tit. rurſus Garo. in d. auth. eiſdem nume. 19. vbi inquit, quòd ſi mulier poſt annum luctus, ſtuprum committat, ſeu luxurioſe viuat, quòd non habent locum pœnæ quæ committuntur per uiduas ſe proſternentes infra annum luctus, quia non eſt eadem ratio poſt annuum luctus, ſicut in ipſo anno, ſubdens hoc dictum veriſſimum, quia hoc lege aliqua non cauetur. alibi idem Garo. ibi. nume. 22. vbi ait, ꝙ vxor & ſi propter adulterium perdat dotem, & paraphernalia, & ſimiliter vidua propter ſtuprum commiſſum infra annum luctus, tamen ſecus, ſi alio tempore.

46 Vltimò videmus, quòd † empta per viduam infra annũ luctus ratione turpis quæſtus euitandi præſumuntur acquiſita de bonis uiri, l. Quintus. ff. de iur. dot. & tamen acquiſita poſt annum luctus non præſumuntur empta de bonis viri, ſi mulier non remanſit in adminiſtratione bonorum mariti. ita Angel. in conſil. 141. col. 1. & 2. vbi rationem aſſignat eſſe, quia, quando mulier emit in primo anno luctus, dicitur eſſe in matrimonio viri: cũ non poſſit nubere. §. ſoluta, in auth. de nupt. & ideo de bonis viri præſumitur acquiſiuiſſe, quia per legem eadem caſtitas infra tempora luctus à muliere deſideratur, quæ deſideratur conſtante matrimonio, vt in corpore de reſtit. & ea quæ parit, in rubro & nigro, ſecus lapſo dicto tempore, quo non ita caſtitatem lex ſeruari voluit, cum viduæ nubendi licentiam dederit, nec videntur eſſe in primo matrimonio, aliàs niſi ita eſſet, ſequeretur, quòd nulla mulier poſſet quidquam quærere, niſi oſtenderet vnde originem pecuniæ habuerit, quod eſt falſum. ſequitur Ioan. Lup. in repet. rub. de donatione inter virum & uxorem, char. 50. colum. 4. Neuizan. in Sylua nupt. folio 14. à tergo in verſicu. primo amplia. Crem. in ſingu. 60. & Ripa in l. fœminæ, numero 55. de ſecundis nuptiis.

Supereſt modo, ut ad confuetudinem eorum, quæ ex ad-
47 uerſo allegata fuerunt condeſcendam. Deueniendo † igitur ad primum argumentum, reſpondetur, illud procedere, ubi uaſallus infra annum luctus concubuiſſet cum relicta domini, ſecus ſi poſt, ita Ripa, & Ioan. Garolus, ubi ſupra.

Non obſtat etiam ſecundum, quia licèt adulterium & ſtuprum æquiparentur, tamen æquiparatio ipſa non poteſt extẽdi ultra terminos ſuos & caſus, in quibus ea facta re-
48 peritur. gl. in c. 1. §. declaramus, ne cleri. vel mona. vbi † quãdo duo caſus parificãtur à lege antiqua, lex noua diſponẽs in vno caſu, non cenſetur diſponere in alio caſu, in quo de iure antiquo non erat facta æquiparatio. Iaſ. in l. ſi conſtante. colum. 5. ff. ſolu. matr. & ibi Ripa, nume. 179. vbi dicit de hoc eſſe caſum rectè intuenti in l. ſi furioſi, C. de nupt. ſed reſpectu amiſſionis dotium per l. antiquam non reperitur facta æquiparatio de adulterio & ſtupro, ergo nec nos eam

facere debemus. Si enim voluiſſet legiſlator vtique ſicut expreſſit de amiſſione dotis in adulterio, idem ſtatuiſſet & exprimere ſciuiſſet in ſtupro, l. vnica, ſ. ſin autem ad deficientis, C. de cadu. toll. ita Crau. in dicto conſil. 205. nu. 28. vel & 2. ſecundum eundem Crauet. conſiderandum eſt, ꝙ interim mulier priuatur iure quærendo, quia dos dicitur conſtante matrimonio mariti. l. doce, C. de rei vend. ſed eo ſoluto dicitur eſſe mulieris. l. in rebus, C. de iur. dot. & ſic agitur de perdendo iure iam quæſito, quod argumentum non valet, quia difficilius illud admittitur, l. ſi ſponſus. §. ſi maritus, el 2. de dona. inter virum, & vxorem. Non obſtant notata in l. ſororem, & in l. fideicommiſſum, quia reſpondetur, quòd huiuſmodi argumentatio de priuatione hæreditatis legati, & fideicõmiſſi propter ſtuprum viduæ, ad perditionem dotis non eſt bona, cùm non ſit per omnia eadem ſimilis ratio, cùm titulus legati, & aliorum de quibus ſupra ſit lucratiuus, vt probat tex. & ibi Sali. in l. fi. de fideicommiſſ. & glo. in l. ſi infanti, C. de iur. delib. glo. & Docto. in l. ſi quis mihi bona. §. primo. ff. de acquir. hered. l. legatum. ff. de lega. 1. ideo nimirum ſi propter indignitatem ſtupri mulier perdat lucrum, & ab ea tanquam ab indigno auferatur, ſed non eſt eadem ratio non lucrare & perdere ſuum. l. fi. C. de codicil. ideo ſi dicta vidua perdit legatũ, vel hæreditatem propter ſtuprum ſuum, vt volunt dicti Docto. non rectè infertur, quòd debeat perdere dotem ſuam, quæ eſt ſuum patrimonium, & non lucrum, & eò maximè hoc dicendum venit in terminis, de quibus agitur, vbi vt dictum fuit, ſtuprum commiſſum eſſe reperitur poſt annum luctus, in quo caſu non poſſunt habere locum contra dictam Dominam, vt no. in dicta l. ſororem, & in l. ſi fideicommiſſum, per tex. in dicto §. fin. in authen. de reſtit. & ea quæ parit. vbi vidua poſt annum luctus nõ amittit ſponſalitiam largitatem, quæ prouenit ex iure, ergo nec dotem.

49 Similiter non obſtat, † quòd mulier luxurioſè uiuens priuatur tutela, ergo & dote, quoniam dicitur illud eſſe uerum, ſiue luxurioſè uiuat infra annum luctus, ſiue poſt, quoniam in aſſumptione tutelæ mulier promittit ſecundò non nubere, & pudicitiam intactam ſeruare, l. fi. C. quando mul. tute. off. fungi. poteſt, ſi poſtea propriæ promiſſioni contrauenit impudicè uiuendo, ideo ex tali eius facto magis culpoſo grauius punitur, quàm ſi poſt annum luctus ſtuprum commiſiſſet, ita Garo. in dicta authen. eiſdem, num. 25. Item 50 † ſi interdicitur adminiſtratio propriorum bonorum mulieri luxurioſè uiuenti ſecundum intellectum glo. in dicta l. mulierem. ff. de cur. furio. multò fortius alienorum adminiſtratiò, maximè cum tutor principaliter datur perſonæ, Ang. l. nec enim. § deinde. ff. de adopt.

Penultimò uerò reſpondetur, uerum eſſe quòd mulier luxurioſè uiuens priuatur priuilegiis uiri, & uiduitatis, quia ita iure cautum reperitur, quod ſecus eſt in terminis noſtris, ut iam dictum fuit.

Secundo reſpondetur ſecundum Craue. in citato conſi-
51 lio 205. num. 40. quod † facilius lex inclinat, ut alij proſit,
52 quàm ut noceat, quia uidemus † quod factum defuncti po-
53 teſt coniuncto prodeſſe, & nõ nocere. Item & † quod probationes per alium factæ proſunt inquiſito, non autem nocent ſecundum Pau. de Caſt. in conſ. 168. colum. 2. circa fi. uolu. 1. ideo non ſequitur, lex uoluit fauere uiduæ, ut gaudeat priuilegiis prioris matrimonij, ergo & uoluit nocere, quod ſi ſtuprum committat, amittat dotem.

Item reſpondetur, argumentum procedere in mulieribus luxurioſè uiuentibus infra annum luctus, non poſt, ut iam ſæpius dictum fuit.

Ad ultimum uerò reſpondetur, quod licèt plerique Docto. ſecuti fuerint opinionem Pau. de Caſtr. contra uiduas, tamen quod hodie dici poteſt quod communis opinio ſit contra Paulum, ut dicit Socinus iunior in conſil. 111. uol. 3. & tanto magis cum dicant Didac. ubi ſupra ita iudicatum fuiſſe, & bis ita uotaſſe ſacrum conſilium Burdegalenſe Boer. in dicta deciſio. 338. columna penult. Secundo reſpondetur quod opinio Pau. de Caſt. in terminis noſtris locum habere non poſſit, cùm ea tantùm procedat in uidua committente ſtuprum infra annum luctus, ubi ſtuprum eſt coniunctum cum adulterio præſumpto, & non ultra, ſecundum Didac. Alciat. Rip. ubi ſupra. Vnde ex his tenendam eſſe arbitror huiuſmodi ſententiam, & ita iudicandum eſſe per Domi. iudicem, cui commiſſa fuit deciſio præſentis cauſæ cum conſilio meo. Laus Deo.

Rolandus a Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

*1 Ordinario ſportulæ ſolui debent.*

*2 Sportulæ quæ debeantur, licèt iure cautum non reperiatur, tamen in hoc ſtandum erit conſuetudini.*

*3 Conſuetudo ſoluendi ſportulas iudicibus valida eſt.*

*4 Denarij duodecim de libra debentur iudici facta litis conteſtatione in patrimonio Beati Petri, Bononiæ decem, & alicubi vigeſima, in Monteferrato decem pro centenario.*

*5 Sportulæ ſolui debent ad rationem non eius, quod debetur, ſed quod petitum fuit.*

*6 Salarium non debetur iudici in cauſis ſummarijs, contra, num. 21.*

*7 Fallit, quando eſſet conſuetudo ſoluendi ſalarium in omnibus caſibus, quia tunc etiam in ſummarijs fieret ſolutio, & num. 15.*

*8 Dictio omnis nihil excludit.*

*9 Venales res licèt non veniant in legato generali, tamen ſecus eſt quando in legato dictum eſſet de omnibus rebus,*

*10 Diſpoſitio ſimplex, quæ de ſui natura non comprehendit futura, ea includit, ſi dictum ſit de omnibus.*

*11 Immunitas conceſſa ab omnibus ordinarijs comprehendit bellica.*

*12 Imperator concedens caſtrum alicui cum omnibus iuribus ſuis, nihil in ſe reſeruare uidetur.*

*13 Conſeruator Imperialis, & ſi non poſſit procuratorem conſtituere ante litem conteſtatam, tamen ſecus ſi in conſeruatorio dictum ſit, quòd poſſit omnes actus facere, quos iudicauerit opportunos, & neceſſarios, quia tunc virtute illius dictionis omnes, poterit etiam ante litem cõteſtatam procuratorem conſtituere.*

*14 Subſtitutio facta filio de Titio & omnibus hæredibus, comprehendit & extraneos.*

*16 Litis conteſtatio, vbi non datur, nec ſimiliter ſportulæ dari debent.*

*17 Diſpoſitio quando requirit aliquam qualitatem, ea probanda eſt, aliàs ipſa ceſſat.*

*18 Litis conteſtatio non inducitur, ſi reus dicat ſe paratum ſoluere, & hoc fateri non animo litem conteſtandi.*

*19 Libellus ſi præcedit, & reus ſimpliciter fateatur, inducitur litis conteſtatio, ſecus ſi dicat ſe confiteri non animo litem conteſtandi, quia tunc non inducitur.*

*20 Niſi iudex reo mandaſſet, quòd purè litem conteſtaretur.*

*22 Sportulæ à confeſſo non debentur.*

*23 Sportulas pauperes ſoluere non tenentur.*

*24 Statuto ſi caueatur, quòd conſultor habere debeat in talibus cauſis centum, excuſatur à tali ſalario pauper.*

*25 Aduocatis ſalarium ſolui non debet à pauperibus.*

*26 Pauperes non habent vnde præſtent.*

*27 Afflicto non eſt danda afflictio.*

*28 Aduocatus peccat in foro conſcientiæ, ſi quid à paupere capit.*

*29 Aduocatus ſi recuſauerit pauperi patrocinari, iudex poterit eum cogere interdicendo ſibi officium poſtulãdi, aliàs mulctando.*

*30 Notarius, qui inſtrumentum pauperi confecit ab eo ſalarium recipere non debet, quod male obſeruatur, vt numero 32.*

*31 Notarius multum vorax nuncupatur.*
*33 Impij procuratores, notarij, & aduocati ſunt excoriatores pauperum.*
*34 Et canes curiarum, ac deuoratores ciuium.*
*35 Iudex ad quem compellere poteſt notarium actorum iudicis à quo ad tradendum pauperi appellati copiam proceſſus ſine ſalario.*
*36 Lex tam dementis, iuncta glo. C. de epiſc. & cler. licèt loquatur de ſalario magiſtri actorum, tamen etiam extenditur ad ſalarium notarij.*
*37 Pars vna, ſi priuilegium habeat non ſoluendi ſalarium iudici, & notario, pars aduerſa non ſolùm ratione æqualitatis, ſed etiã paupertatis debet gaudere tali priuilegio.*
*38 Medicus tenetur pauperibus gratis mederi.*
*39 Pecunia plus valere non debet apud medicum, quàm vita perituri.*
*40 Medici non debent dedignari pauperibus ſuccurrere.*
*41 Doctor a ſcholaribus pauperibus collectam exigere non debet.*
*42 Paupertas durior eſt morte, nam pauperibus vita eſt ſupplicium, & mors ſolatium.*
*43 Pauperes excuſantur à pœna æterna, quando non poſſunt illicitè capta reſtituere.*
*44 Pauper qui per impotentiam ſoluere non poteſt, non tenetur ad intereſſe lucri ceſſantis.*
*45 Pauperi mulctam iudex remittere poteſt.*
*46 Pauper excuſatur à periurio.*
*47 Fideiuſſor propter paupertatem vendere poteſt bona debitoris eo inconſulto, & ſatisfacere creditori.*
*48 Pauperes non tenentur ad hoſpitalitatem.*
*49 Pauperes ad contributionem refectionis eccleſiarum non tenentur.*
*50 Collecta pauperi per officialem remitti poteſt.*
*51 Pauperes ſecundum communem excuſantur à proſecutione appellationis.*
*52 Iniuria capitalis eſt auferre pauperibus modicum, quòd habent, & perinde eſt, ac ſi eis auferrentur oculi.*
*53 Conſuetudo ſi varia eſt, recedere non debemus à iure communi.*
*54 Inſtrumenta & ſi confici debeant ſecundum conſuetudinẽ loci, tamen ſi in ciuitate conficiuntur inſtrumenta diuerſimode, propter tales contrarietates redimus ad ius commune.*
*55 Conſenſus præciſus & determinatus populi requiritur in conſuetudine.*
*56 Pauper, qui ex culpa ſua in paupertatem incidit, dignus non eſt priuilegio.*
*57 Principes protectores debilium eſſe debent.*
*58 Pauperes à potentibus opprimi præſumuntur.*
*59 Reipublicæ congruit, vt pauperibus litigãtibus dentur aduocati publicis expenſis.*
*60 Rex, ſi cum paupere litigat, tenetur ei expẽſas litis ſoluere.*

## CONSILIVM LXXXVII.

IN propoſita quæſtione, prima facie dicendum arbitror,
Antonium Sormanum reum conuentum in loco Caſtri-
noui teneri, & obligatum eſſe ad ſolutionem datæ ſeu ſpor
tularum (quod idem eſt in effectu) petitarum per Do. Præ-
torem Caſtrinoui iudicem ordinarium, uidelicet ad ratio-
nem octo pro centenario iuxta conſuetudinem curiæ dicti
loci ſoluendarum pro dimidia ab utraque parte, quoniam
1 clariſſimum eſt in iure, † quod ordinario ſportulæ ſolui de-
bent. auth. offeratur, C. de lit. conteſta. & licèt in iure cautũ
2 eſſe non reperiatur, † quid & quantum pro ſportulis, ſeu ſa
lario debeatur, ut in d. auth. offeratur, & ibi glo. & Bar. & in
§. ne autẽ, ubi etiam gl. in auth. de iud. Iaſ. in §. tripli. nu. 46.
3 de act. ideo † in hoc ſtandum erit conſuetudini ipſius loci
ſecundum gl. in d. authen. offeratur, & in d. §. ne autem, quia
ualida eſt, Abb. in cap. cùm ab omni, col. 2. de uita, & honeſ.
cleri. Specu. in tit. de ſalar. §. 1. uerſ. ſi uerò ordinarius, ubi
4 inquit, † quòd conſuetudo vniuſcuiuſque fori in hoc ſer-
uanda eſt, quæ ſecundum varietatem locorum variatur.
Nam in patrimonio Beati Petri, & Romandiolæ ſtatim fa-
cta litis conteſtatione dantur de libra duodecim denarij,
Bononiæ decem, & alicubi viginti, ut in d. cap. cùm ab om-
ni, & in terris Comitiſſæ Matildæ dimidia: quod tamen vl-
timum ſecundum glo. in d. §. ne autem, eſt valde iniquum.
Hier. Zanet. in differentiis vtriuſque iur. num. 122. Card. in
clem. ſtatum, col. 2. in princ. de elec. Bald. in authen. gene-
raliter, col. 1. C. de epiſc. & cler. Pract. Papien. in forma re-
ſpon. rei conuen. in verbo non tamen animo litem conte-
ſtandi, ubi ait conſuetudinem vigere in hac patria mea, in
qua ſoluuntur decem pro centenario facta litis conteſta-
tione. Bart. in l. edita, ubi Purpu. num. 70. C. de edend. Iaſo.
in §. tripli, colum. 7. verſic. in iudice autem, de actio. Cùm
igitur in dicto oppido vigeat conſuetudo, vt in cauſis ſol-
uatur ad rationem octo pro centenario facta litis conte-
ſtatione, ideo ſequi videtur, quòd dictus Antonius debeat
ſportulas ſibi petitas per dictum prætorem ſoluere, & nõ
5 tantùm ad rationem eius, † quod debetur, ſed quod peti-
tum fuit: vt per Barto. in l. penul. §. penul. quem omnes ibi
ſequuntur. ff. de iuriſd. om. iud. Iaſ. in d. §. tripli. col. 1. & ſe-
quitur Pract. Papien. vbi ſupra, Bartach in tract. de gab. in
4. par. 8. par. princ. in 6. q. Neuiza. in conſil. 15. col. 1. Nec ha
6 bet obſtare, † quòd in cauſis ſummarijs data, ſeu ſalarium
non debeatur ſecundum Bald. in d. authen. generaliter,
col. 1. quia cauſæ ipſæ ſunt fauorabiles, quia reſpondetur,
7 quòd huiuſmodi ſententia locum habere non poteſt, † ubi
extat conſuetudo de ſoluendo ſalarium, vel datam in om-
nibus cauſis, quia etiam de ſummarijs ſolui debet propter
8 illam † dictionem, omnibus, de cuius natura eſt, quòd ni-
hil excludat. l. Iulianus. ff. de lega. tertio. quod probatur ex
infraſcriptis, & primò ex nota. per Bart. in l. generali. §. u-
9 xori. ff. de vſufruct. lega. ubi dicit, † quòd licèt in legato ge
nerali res venales non veniant. d. §. vxori, tamen ſecus quan
do in legato eſſet dictum de omnibus rebus, quia tunc etiã
venalia includuntur propter illam dictionem vniuerſalem
de omnibus rebus. Dec. in conſil. 294. col. 2. 358. colu. 1. in
fi. & in conſil. 666. colum. 1. Ruin. in conſil. 78. colu. penu. in
prin. vol. 1.

Secundò ex dictis per Bal. in authen. omnia priuilegia,
10 C. de epiſc. & cleri. † vbi diſpoſitio ſimplex, quæ de ſui na-
tura non comprehendit futura, l. ſi ita, ff. de au. & argen. le-
ga. ea includit, ſi dictum ſit de omnibus. Sequitur Abb. in
c. ſi. ne cleri. uel mona. Alex. in l. primi in 1. not. de lega. 1.
Rui. in conſil. 76. col. 5. in vol. 5. Tertio ex his, quæ dixit
Alexa. in l. ſi ex toto, colum. 1. verſic. ſit tamen cautus. ff. de
leg. 1. & in conſ. 30. col. fi. vol. 5. Barba. in conſi. 26. colu. 3.
11 & 13. verſic. quia reſpondeo, vol. 2. ubi inquit, † cautum eſ-
ſe illum, cui conceditur immunitas, vt ea dicatur ab omni-
bus oneribus ordinarijs, & extraordinarijs, quia venit in
ea onus belli, quod aliàs non includeretur, Alibi voluit
12 Rui. in conſii. 20. col. 2. vol. primo, quod † ſi Imperator con
cedit caſtrum alicui cum omnibus iuribus ſuis, nihil vide-
tur in ſe reſeruare, per dictum §. uxori. Accedit etiam,
quod alibi ſcribit ipſe Rui. in conſil. 61. colum. 12. in fine
13 volum. 5. vbi tradit, † quod & ſi conſeruator Imperialis
non poſſit conſtituere procuratorem ante litem conteſta-
tam, vel antequàm habeatur pro conteſtata, l. nihil, l. nulla.
C. de procura, tamen fallit, quando in conſeruatorio dici-
tur, quod poſſit omnes actus facere, quos iudicauerit opor
tunos, & neceſſarios, quia propter illam dictionem om-
nes, quæ eſt uniuerſalis, poterit etiam ante litem conteſta-
tam procuratorem conſtituere. Penultimo facit, quod ait
14 Dec. in conſil. 294. col. 2. vbi † ſubſtitutio facta filio dece-
denti ſine filijs de Titio, & eius hæredibus, quæ ſecundum
communem intelligitur de deſcendentibus, & non de ex-
traneis, non habet locum, quando fuit facta mentio in ſub-
ſtitutione de omnibus hæredibus, quia virtute illius dictio
15 nis omnibus, veniunt hæredes etiam extranei. Vltimo † in
terminis terminantibus, & in indiuiduo, ita decidit colle-
ga meus Natta. in conſil. 154. colum. 2. per rationes ibi per
eum citatas, quas non tranſcribo.

Sed præmiſſis non obſtantibus, contrarium in caſu no-
16 ſtro tenendum eſſe arbitror, uidelicet, quod † nullæ ſpor-
tulæ dicto prætori debeantur per hunc pauperrimum con
uentum, quia vbi nulla datur litis conteſtatio, ibi non cadit
ſalarium: ſed in caſu præſenti non reperitur facta aliqua
litis conteſtatio, ergo nulla data, argumento notatorum
per Bartol. in l. 4. §. toties. ff. de damn. infec. & Pariſ. in con-
17 ſil. 34. nume. 6. volu. 4. vbi quando † diſpoſitio requirit ali-
quam qualitatem, illa probanda eſt, alias ipſa ceſſat, quòd
autem nulla interuenerit litis conteſtatio, clarè demon-
18 ſtrat reſponſio ipſius pauperis ad libellum, ubi dicit † quòd
eſt paratus ſoluere, dicens hoc fateri non animo conteſtan
di, per quæ verba non inducitur litis conteſtatio, ut uoluit
Paul. de Caſtro in l. 1. col. pen. in princ. C. de confeſ. per l. ſi
reus paratus. ff. de procur. ubi idem Caſtren. in 2. colu. in-
19 quit, † quòd ſi præcedit libellus, & reus ſimpliciter fatea-
tur, inducitur litis conteſtatio, ſecus ſi dicat, ſe confiteri
non animo litem conteſtandi, quia litis conteſtatio non in
ducitur. Pract. Papien. in for. reſpon. rei conuent. in verbo
non tamen animo litem conteſtandi, quia hæc proteſtatio
impedit litis conteſtationem, qua omiſſa induceretur per
ſimplicem reſponſionem, Ripa in c. cùm M. nu. 70. verſic. ſi
verò contrariatur, & nu. 97. de conſtit. vbi allegat rationē
eſſe, quia talis proteſtatio tollit omnem intellectum à fa-
cto, & operatur, quòd ſecundum alium intellectum inter-
pretetur factum, & quòd reſponſio dicatur potius facta ani
mo inſtruendi iudicem, quàm litem conteſtandi. Abb. in c.
1. num. 16. & ibi Felin. de litis conteſt. Alex. in conſ. 42. col.
2. uerſi. ex quibus. vol. tertio, Neuiza. conſil. 15. num. 17. &
hanc partem pro communi admittunt Matthe. in notabili
61. per gl. in l. 1. C. de lit. conteſt. quam inquit, Docto. com-
20 muniter ſequi, † niſi purè iudex reo mandaſſet, quòd purè litē
conteſtaretur. Alex. conſ. 130. col. fi. vol. 4. Ripa, vbi ſupra,
& Maran. in tract. de ord. iud. in 6. par. in §. primus actus, fo.
mihi 425.

Secundò, quòd non debeatur, probatur ex alia commu-
21 ni theorica ſcribentium, quæ habet, † quòd in ſummaris
data, ſeu ſalarium, non debetur. Bald. in auth. generaliter,
colum. 1. C. de epiſ. & cler. Petr. Girar. in ſingul. 73. Iaſ. in §.
tripli. col. penul. de actio. vbi dicit de hoc caſum eſſe ex-
preſſum in §. ſit tibi quoque, in verbo gratis. de māda. Prin.
pariſ. de put. in tract. ſyndica. in verſi. Expenſæ, colum. 1. Ma
ran. in tract. de ord. iud. in 4. par. in 9. diſtinct. nume. 77. vbi
dicit eſſe text. iuncta glo. in verbo perſonæ. in l. nonnun-
quàm la prima. ff. de iud. & in l. illicitas, §. ne tenuis. ff. de
offi. præſid. & ideo dicit Luc. de Pen. in l. in ſacris la tertia,
colu. 9. verſicu. & ibi extraordinariè. C. de prox. ſacr. ſcrin.
22 lib. 12. quòd † à confeſſo ſportulæ non debentur, quia iu-
dex modicum laborauit.

23 Tertiò ex alio capite non debentur, quia † pauperes ad
ſolutionem ſportularum non tenentur, vt probatur in d.
glo. in uerbo gratis, quam ponderant ad hoc Iaſ. in d. §. tri-
pli. colum. penult. Pet. Girar. in ſingu. 73. Bal. in d. auth. ge-
neraliter. col. 1. Pet. de Rebuf. in tract. de priuileg. ſchol. in
priuilegio 90. nu. 1. & 4. glo. in verbo peregrini in ca. cùm
inſtantia, de cenſib. facit etiam quòd ſcribit Bologn. in au-
24 th. habita, nu. 243. C. ne fil. pro patre, ubi dicit, † quòd ſtā-
te ſtatuto, quòd conſultor debeat habere in talibus cauſis
centum, excuſatur pauper à tali ſalario, & reprobat Mat-
25 theſ. aliter ſentientem in nota. 149. Necmirum, quia † etiam
videmus leges inhibere aduocatis, ne ab eis recipiant ſala-
rium, Bald. in l. ſi furioſi, in verbo gratis. C. de nup. Iaſ. in d.
§. tripli. colum. pen. vbi inquit hoc dictum pium, & notan-
26 dum eſſe, Nam † pauperes non habent vnde præſtent. Itē
27 † quia afflicto non eſt danda afflictio, l. Diuo Marco. ff. de
offi. præſid. Immo dicit Alber. in l. 1. colum. fi. C. de ſuffra-
gio, & in l. nec quidquàm. §. fin. ff. de offic. proc. & lega. &
28 ibi Iaſ. in §. ubi decretum, colu. 2. quòd † aduocatus peccat
in foro conſcientiæ, ſi aliquid capit à paupere. Subdens
quòd hortatur quemlibet aduocatum, ut pro poſſe paupe
res, & miſerabiles iuuet, licet ipſe eos modicum adiuuerit,
tamen quādo eis auxilium præſtitit bene ei ſucceſſit, prout
indubitanter cuilibet ſuccedet. Idem Alber. in l. 1. §. ait
prætor, in princ. ff. de poſtul. & in proœ. C. col. 4. Didac. in
libro pract. quæſt. cap. 6. Alex. de Ales. in 3. par. ſum. q. 46.
in princ. Sanctus Thomas in 2. 2. quæſt. 71. articu. 1. & 4.
Pet. Girar. vbi ſupra. Rebuf. in loco citato, Caccial. in trac.
de tranſac. in 3. q. num. 10. Hoſtien. & Abb. in cap. 1. de offic.
29 iud. ſubdit Abb. quòd † ſi recuſauerit patrocinari, iudex
eos cogere poterit interdicendo ſibi officium poſtulandi,
alias mulctando. ſequitur Feli. in c. ſi pro debilitate, col. 8.
de offic. iud. deleg. & Ripa in tracta. de peſte, in penult. par.
num. 143. vbi dicit, quòd aliter ſaluari non poteſt, quia ab-
ſcondit talentum domini ſui, ſecundum Gregor. ſuper ho-
30 melia Matthæi 15. Plus iura diſponunt, † quòd notarius,
qui pauperibus confecit inſtrumenta, non debeat ab eis ſa-
lariū recipere, ita Rom. in l. ſi verò. §. de viro. in fallen. 46.
ff. ſolu. matr. per tex. in l. tam dementis, in fi. cum glo. C. de
epiſco. & cler. vbi patet legem generaliter dicentem per-
miſſum fore tabellioni petere mercedem de confectione
inſtrumenti, non extendi ad caſum, in quo quis eſt inops,
vel aliter afflictus. Alexan. in l. argentarius. in fi. principij.
ff. de eden. Iaſ. in d. §. tripli. colum. penult. Pet. Rebuf. in d.
31 priuilegio 90. vbi inquit, quòd † notarius licèt ſit multum
vorax. l. 1. C. de num. & actua. lib. 12. tamen non debet reci-
pere ſalarium pro inſtrumento facto pauperi. Didac. vbi ſu
32 pra, quòd † tamen malè obſeruatur ſecundum Iaſ. vbi ſu-
pra ab iſtis impiis procuratoribus, notariis, & aduocatis,
33 † qui ſunt excoriatores pauperū, quos Bart. in repet. l. om
nes populi, in 5. q. principali, ff. de iuſt. & iure appellat con
34 gruentiſſimo vocabulo † canes curiarum, & deuoratores
ciuium. Petr. Girar. vbi ſupra, Immo plus dixit Afflict. in con
ſtitu. regn. in conſti. appellationum tempora in quinto no-
35 tabili, in verſic. rurſus quæro, quòd † iudex ad quem poteſt
compellere notarium iudicis à quo, ſtante paupertate ap-
pellantis, quòd det copiam proceſſus ſine ſalario, per tex-
36 tum in d. l. tam dementis, in fi. iuncta glo. quæ † licèt non
loquatur de ſalario magiſtri actorum, ſed de ſalario nota-
rij publici conficientis inſtrumentum, tamen idem dicen-
dum eſt de ſalario magiſtri actorum, quia hoc facit priui-
legium paupertatis. & Afflict. ſequitur Neuiz. in conſil. 44.
num. 13. ubi etiam voluit per tex. in l. fi. C. de fruct. & lit. ex-
37 pen. ubi Bald. & Sali. quòd † ſi una pars habet priuilegium
non ſoluendi iudici & notario quòd pars aduerſa non ſo-
lùm ratione æqualitatis, ſed etiam ratione paupertatis de-
bet gaudere tali priuilegio, quòd tamen ſecundum eum fit
è cōtra, quia diues pertranſit gratia, & pauper ſoluit. Hinc
quoque dixerunt ſcribentes in c. ad aures, de æta. & qualit.
38 & Card. Alex. in c. 1. 83. diſt. quòd † medicus tenetur pau-
39 peribus gratis mederi, quia † non debet apud medicum
plus ualere pecunia, quàm vita. cap. non ſatis, 86. diſt. Ripa
in tract. de peſte, de remed. ad curan. peſtem, in §. medico-
40 rum, num. 101. ubi citat hanc eſſe communem, & quòd † me-
dici non debent dedignari pauperibus ſuccurrere, quia lau
dabilius eſt obſequi tenuioribus, quam turpiter ſeruire di-
uitibus. l. Archiatri. ubi Io. de Plat. C. de profeſſ. & med. lib.
10. facit quoque, quod dicunt ſcribentes in cap. quia, per il-
41 lum textum, de magiſtr. ubi † Doctor non debet exigere
collectam à ſcholaribus pauperibus.

42 Et ideo in fauorem pauperum, quorum paupertas du-
rior eſt morte, ſecundum Bal. in l. certa forma, C. de iur. fiſ.
libro 10. & quibus uita eſt ſupplicium, & mors ſolatium.
Baldus in l. cùm & filij. C. qui bonis cedere poſſunt. ui-
43 demus † quòd excuſantur à pœna æterna, quando non
ualeant reſtituere illicitè capta, ſed ſolummodo pœniteat.
Abb. in c. cum tu, col. 1. de uſur. Luc. de Pen. in l. fi. colum. 2.
uerſicu. ſecundò propter paupertatem, C. de his qui nume.
lib. lib. 10. Accedit ſimiliter, quod firmat Beatus Antoninus
Archiepiſcopus Florentinus in ſecunda parte ſuæ ſummæ,
in titulo, de auaritia, char. 29. uerſicu. Quid de pœna appo-
ſita, quem ſequitur Afflictus in deciſio. 20. numero 3. quod
44 † debitor pauper, qui per impotentiam ſoluere non po-
teſt, non tenetur ad intereſſe lucri ceſſantis. Et ideo etiam
45 uidemus, † quod iudex eis remittere poteſt mulctam.

Bal-

Bald.in l.illicitas.§.fin.de offic.præſid. in l.acceptam. quæ-
ſtio.12.C.de vſur.Marſ.in conſil.10. nu.40. Luc. vbi ſupra,
uerſi.13.& Hoſt.in ſum.de pœnit.& remiſ. §.fi.col.1. verſi.
46 vbi nihil omnino,nec non quòd † excuſatur à periurio.In-
no.in cap.P.& G.de offi.deleg.Bal.in conſil.151. col. penul.
47 in fi.uol.1.Item † & ꝙ fideiuſſor propter paupertatem uen
dere poteſt bona debitoris, & ſatisfacere creditori: licèt
non habeat aliquod mandatum ad vendendum.Fel. in ca.hi
qui.de teſti.ſequitur Marſi.in conſil.10.num.37.pariterque
48 † quòd non tenentur ad hoſpitalitatem,c.de monachis, de
49 præben.minuſque † ad contributionem refectionis eccle
50 ſiarum,cap.de his, de ędific.eccl. Remittique † poteſt eis
collecta per officialem.Roma.in conſil.269.in ſecundo du-
bio. Io. de Plat.in l.omnes, la prima. C.de anno. & trib. in
verſi.vltimò not.lib.10.Felin.in cap.ſignificantibus, col.2.
verſi.tertium eſt, de offi.deleg. Marſ.in citato conſil.10.nu.
40.in fi.Bal.in auth. defuncto, in fi.C.ad Tertul.Modern. in
tract.de fiſco,not.7.Pet.de Antib.in tracta.de mune. num.
51.Pet.de Vbal.in tract.de collect.num.9.

Hinc etiam dixerunt communiter Docto. in cap. ex ra-
51 tione,de appel.quòd† excuſantur à proſecutione appella-
tionis.Bal.in conſil.5.volu.1.duplicato in conſi.449.vol.5.
Matthеſ.in ſingul.vlt.Petr.Girar.in ſingula.75. in fi. vbi di-
cit hoc notandum pro his,qui appellant,ad curiam Roma-
nam,& propter inopiam non poſſunt proſequi infra annũ,
quia eſt iuſta cauſa habendi biennium. Fel.ubi ſupra, uerſ.
& tu notabis.Marſi.in practica ſua, in §.ordine,num.12.Et
hanc eſſe communem dixit Deci.in conſil.436.nume.22.&
Marſi.in citato conſil.10.nu.37. & in conſil.97.nu.19.cùm
igitur hic conuentus ſit multum pauper & onuſtus nume-
ro liberorum, & maximè filiarum, meritò concludendum
eſt, ut ſubleuari debeat ſolutione dictarum ſportularum,
52 Nam † maxima & capitalis iniuria eſt auferre pauperibus
illud modicum, quod habent, & in tantùm eſt, ac ſi eis au-
ferentur oculi.Ita Bald.in d.l.illicitas.§.illicitas, nam om-
nes prædicti ante oculos habere debent, quod in Euange-
lio dicitur.Beati miſericordes,quoniam miſericordiam cō
ſequentur. Non obſtant,quæ ex aduerſo adducta fuerant,
quia primum argumentum admittitur in terminis ſuis, ſed
non noſtris, ubi ſumus in cauſa ſummaria pauperis, &
in qua non fuit facta litis conteſtatio, ut abundè ſcriptum
fuit.

Pariter non refragatur,quòd in omnibus cauſis tàm ſum
mariis,quam ordinariis ſecundum conſuetudinem ſoluun-
53 tur ſportulæ iudicibus, quia † reſpondetur, quòd uario
modo ea fuit obſeruata,ut ex atteſtationibus iudicum præ
teritorum,& practicantium tàm modernorum,quàm anti-
quorum liquet, & ideo ſtante ipſa varietate à iure commu
ni nō eſt recedendum,ut per Bar.in l.2.in fi.principij.ff.ſol.
54 matr.ubi dicit,† quòd licèt inſtrumenta confici debeant ſe
cundum conſuetudinem loci, l.ſi prius. §. rectè placuit.ff.
de aqu.plu.arcen. tamen ſi in ciuitate conficiebantur in-
ſtrumenta diuerſimodè, tunc propter tales contrarietates
& diuerſitates redimus ad ius commune.allegat l.nemo,§.
temporales.ff.de regu.iur.Alex.in conſil.5.colu.2. in prin.
vol.5.& in conſil.127.col.fi.uol.eo.Dec.in conſil.8.colu.3.
ver.quia,vt narratur.& ideo inquit Corn. in conſ.226.col.
55 fi.vol.4.quòd † quando quidam ſoluerunt,& quidam non,
non deprehenditur determinatus & præciſus conſenſus po
puli, qui requiritur in conſuetudine. c.fi.de conſue.Dec.in
conſil.215.col.2.

Vnde ex his, & maximè ſtante paupertate dicti rei con-
56 uenti,† in quam ſua culpa non incidit, per not.per gl.in c.
quæ in eccleſiarum, de conſti. Marſil. in practica ſua in §.
ordine,nu.13.& Dec.in l.4.§.Cato.nu.247.& Crot.nu.69.
ff.de verb.obli.intrepidè concludo,eumdem non teneri ad
ſolutionem huiuſmodi ſportularum. Vnum tamen omittā
pro euitandis præmiſſis litibus, & diſputationibus, ꝙ bo-
num, ſanctumque eſſet, ac Deo gratum, quòd principes,
57 † qui protectores debilium eſſe debent,ut per Bal.in l.pri-
ma in prin.C.quando imper.inter pup.& vidu.in ſuis domi
niis ſumptibus ſuis prouiderent pauperibus de iudicibus,
aduocatis, & procuratoribus, qui ſine ſalario ab oppreſ-
58 ſionibus potentum, † à quib.præſumuntur opprimi, l.1.C.
de aduoc.pub.lib.10.Affli.in conſti.lege præſenti,nume.8.
iuſtitia mediante defenderent, & protegerent: ſi in alie-
no ſæculo,quod perpetuum eſt,ab altiſſimo retributionem
conſequi exoptant.Et ideo inquit Didac. in d.lib. pract.q.
c.6.num.4. glo.in l.1.§.ait prætor.ff.de poſtulan.congrue-
59 re reipublicæ,vt † pauperibus litigantibus dentur aduoca-
ti publicis expenſis,& ita ſeruari in cancellariis,& præto-
riis regiis. Et quod vbi non eſt aduocatus pro pauperum
60 patrocinio publicis expenſis conſtitutus,ſi † Rex cum pau
pere litigat, tenetur ei expenſas litis ſoluere, ſecundum
Boe.in deciſio.303. colum.ſecunda, & 324.Aduertant ita-
que principes,& ciuitates principem non recognoſcentes
inſudare pro pauperibus. Nam ſcriptum eſt in pſalmo 10.
Oculi eius ad pauperem reſpiciunt.& in 40.Beatus eſt,qui
intelligit ſuper egenum, & pauperem. Laus Deo.
Opt.Max.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

1 *Crimen læſæ maieſtatis ne dum contra ſupremum princi-pem, uel rempublicam Romanorum committitur, verum etiam & contra inferiorem recognoſcentem ſuperiorem.*

2 *Crimen læſæ maieſtatis committitur contra dominum unius caſtri.*

3 *Subditus non reuelans tractatum proditionis domini, incidit in crimen læſæ maieſtatis.*

4 *Pœna criminis læſæ maieſtatis eſt ultimi ſupplicij, & confiſcationis honorum.*

5 *Seruus, qui ſcit de maleficio committendo in perſonam domini, & non reuelauit, ultimo ſupplicio afficitur.*

6 *Filius, qui ſcit de ueneno tradendo patri, & non reuelat, relegari debet.*

7 *Vaſallus conſcius de morte domini, & eam non reuelans, ultimo ſupplicio puniri debet.*

8 *Conſcij criminis læſæ maieſtatis puniendi ſunt, ſicut delinquens.*

9 *Subditus, qui non reuelat coniurationem contra ciuitatem propriam committendam, ex ſola ſcientia tenentur, licet animo non fuerit particeps delicti.*

10 *Subditus non reuelans crimen læſæ maieſtatis contra principem committendum, non punitur, ſi illud probare non poteſt, & nu.19.*

11 *Nemo animum iudicis commouere debet in eo, quod oſtẽdere non poteſt.*

12 *Clerici non debent crimina ſui epiſcopi denunciare, niſi probationibus exhibitis.*

13 *Exceſſum ſecretum ſcientes inquiſitorum, debent illos corrigere, & ſi probare poſſunt prælatis nunciare debent.*

14 *Conſtitutiones extrauagantes Martini, & Bonifacij mãdantium quibuſcunque ſcientibus aliquem tenere beneficium cum ſimonia, ut propalare debeant, non ligant ſcientes, qui ſimoniam probare non poſſunt.*

15 *Mulier, quæ ſuppoſuit partum, non tenetur hoc reuelare, quando ei non crederetur, nec probationes haberet in promptu.*

16 *Peccatum quando eſt omnino occultum, denunciari non debet, ſed fraterna correctio fieri debet inter peccantem, & ſcientem.*

17 *Iudex generaliter inquirens ſuper ſtatu eccleſiæ non debet ad reuelenda occulta aſtringere teſtes ſuper inquiſitione deponentes.*

18 *Boni uiri tacent, quod probare non poſſunt.*

20 *Aſſeſſores ſequentes Bar. in l.utrum, de parricid. omnes ſunt homicidæ.*

21 *Anima Bart. eſt ſepulta in inferno propter dictum eius l. utrum.ff.de parricid.*

22 *Cautela pro ſaluando ſcientes proditionem contra principem,ſed improbabilem,ne incidant in dedignationem principis.*

## CONSILIVM LXXXVIII.

1 STante communi opinione pro vera,† quòd crimen læſæ
maieſtatis non ſolùm contra ſupremum principem, vel
Rempublicam Romanorum committatur, ſed etiam cõtra
inferiorem recognoſcentem ſuperiorem in dominum, vt
hanc eſſe communem dixit Alexan. in conſ.13.col.1. vol.6.
2 etiam † ſi ille inferior eſſet dominus vnius caſtri, vt per
Crau.in conſil.ſuo 224.nu.6. poſt Alexan.Barb. Guid.Pap.
Brun.ibi per eum citatos.Soc.in conſ.57.num.14.vol.4. &
Capi.deciſ.130.& eò magis cùm tractetur de priuãdo Do-
minum Caſtro, iuxta glo.in l.fallaciter, in verbo prodita,
C.de abolit.quam ita intelligit Bal.in conſ.59. col.2.vol.1.
& Salic.in d.l.2.Fab.Pep.in auth.præterea.C.vnde & vir &
vxor,num.120.Soc.in conſ.57.nu.15. vol.4. & in conſ.121.
col.2.volum.eo.verſ.ad hanc.Cœpo.in conſ.17.col.3.in fi.
cum ſequenti. Nell.in tracta.ban.in 1.par.2.temp. q.18.&
Boer.in tracta. de ſeditio. in ver.ſextò, col.3. & ſequenti.
3 Prima † facie videtur dicendum in præſenti conſultatione,
quòd Franciſcus Hadrianus conſcius de tractatu proditio-
nis fiendæ in Caſtro Turris, & de quo reuelationem cum
Domino eiuſdem caſtri non fecit, inciderit in crimine læſæ
4 maieſtatis, † ſaltem, vt puniatur pœna vltimi ſupplicij &
cõfiſcationis bonorum ſuorum,quamuis ſecus quò ad om-
nes alios effectus,de quibus per Craue.vbi ſupra,col.4.cir.
principium,quod primo probatur per tex.in l.prima.§.oc-
5 ciſorũ. ff.ad Syllan.vbi ſeruus † qui ſcit de maleficio, quod
committi debet in perſonam domini,& non reuelauit,ſup-
plicio afficitur.Item & per text.in l.2. ff.de parrici.vbi etiã
6 † filius,qui ſcit de veneno tradendo patri per alterum fra-
trem,& hoc non reuelauit,relegatur,ergo idem dicendum
eſt de eo,qui fuit ſciens proditionis caſtri domini ſui, vt vo
luit Bartol. in d.§.occiſorum, & in l.vtrum, ff. de parricid.
7 vbi † loquitur de omnibus ſupradictis. & idem ſubdit de
vaſallo, ſi fuit ſciens de morte domini ſui, & de eo, qui pa-
riter fuit conſcius de turbatione ciuitatis ſuæ, vel de alio
commiſſo in ciuitatem ſuam, vel in principem, per l.quiſ-
8 quis,in fi.C.ad l.Iul.maieſta.vbi † conſcij criminis læſæ ma
ieſta.ſunt puniendi eadem pœna, ſicut delinquentes, quo-
rum pœna eſt vltimum ſupplicium, ut in d.l.quiſquis. Hoc
idem tenuit ibi Salic.vbi ſciens,qui erat ſubiectus ei,in quẽ
committitur crimen ratione principatus, uel dominij uni-
uerſalis, punitur pariter cum faciente. & Abb.in c.primo,
col.2.de reſtitu.in integrum,& in cap.1.de offic.delega.ubi
9 ſequendo Bart.ut ſupra dicit, quòd † ſubditus, qui non re-
uelat coniurationem, ſeu delictum committendum con-
tra Principem, ſeu Ciuitatem propriam, tenetur ex ſola
ſcientia, licèt aliter non fuerit particeps in delicto. Aug.
Arim.in addi.Ad Ang.in tracta.malefic.in uerbo, *Che hai tradito la tua patria,* uerſic. quod crimen læſæ maieſtatis.
ubi tradit,quod aliàs uidit hanc quæſtionem in practica, in
qua cauſa fuit iudex contra unum dominum potentem,qui
ſuo principi non reuelauit tractatum committendum con-
tra eum,quia erat ſuus ciuis,& quòd eum decapitare fecit,
ſecutus ſententiam Bartol.in d.l.utrum, & Abba. ut ſupra,
quam opinionem Bartol. & Salic. ſeruari in practica dixit
Angel.in d.uerſic. quod crimen.colum.2. ex mente Bald.in
conſil. ſuo incipiente quanquàm, quod non reperitur im-
preſſum.& Fel.in d.cap.primo,colum.1.uerſic.contrarium,
de offic.delega.quia non inuenitur caſus deciſus de hoc. Et
ideo dixit ibi Deci.num.9. quòd huiuſmodi ſententia Bart.
fuit ſeruata Florentiæ dum ipſe legeret Piſis contra Rina-
tum de Patiis, qui decapitatus fuit, eo quòd non reuelauit
coniurationem contra Rempublicam, quam ſciebat. Ber-
tach.in repet.ſuo, in uerbo ſcire, uerſicu.14. ubi etiam in-
quit,dum eſſet prætor Fani,quòd fecit decapitare unum de
Mondulpho ex ſola ſcientia tractatus non reuelati contra
Papam initi per quoſdam, quos ſimul fecit decapitari ad
tres unico ictu gladij. Cùm ſententia etiam Barto.tranſit
Soc.conſ.22.colum.2. uerſic.item probatur,uolu.1.Capic.
deciſ.130.& Brunus conſil.28.colum.1. refert quoque Ca-
gnol.in l.culpa non caret,de reg.iur. col.fin. periiſſe Illuſt.
& famigeratos uiros temporibus ſuis, quia principibus &
dominis ſuis tractatus contra eos factos non reuelarunt,
quorum nomina,& cognomina ſub ſilentio pertranſit.
Quibus tamen non obſtantibus, contrariam ſententiam
10 †uti magis communem,& humaniorem amplectendam fo-
re,arbitror, uidelicet quòd ſciens & non reuelans,non in-
cidat in crimen læſæ maieſtatis,ſi tractatum ad coniuratio-
nem probare non poteſt. & primò per tex. in l.in noſtris,
C.de calumnia. ubi accuſans aliquem ad alterius inſtantiã
per calumniam,punitur pœna falſi latoris,ſi accuſationem
11 non probat,& ideo inquit ibi Bal. quòd † nemo debet ani-
mum iudicis commouere in eo,quod non poſſit oſtendere.
12 Secundò per tex.in cap.quapropter,2.quæſt.7. ubi † cle-
rici non debent denunciare crimina ſui epiſcopi, niſi pro-
bationibus competentibus exhibitis, ut tranſgreſſionis ul-
tio fiat cæteris interdictio delinquendi.
Tertiò eſt gl.in c.plerunque,2.q.7.ubi per illum tex.qui
dicit quòd plerunque boni uiri ſufferunt aliorum peccata,
& tacent,quia ſæpe deferuntur à publicis documentis,qui-
bus ea, quæ ſciunt ipſi iudicibus probare non poſſunt,in-
quit taciturnitatem ei non obſtare, qui non poteſt proba-
re, ad idem eſt in glo.in c.ſerui, in uerbo à tranſgreſſionis,
13.diſtin.
Quartò facit tex.in clem.1.in uerſi.notarij,de hæret.ubi
13 † ſcientes exceſſum inquiſitorum, uel commiſſariorum ſe-
cretò debent eos corrigere, & ſi probare poſſunt, debent
exceſſus prælatis nunciare, qui eos ab officio remoueant.
& ibi inquit Card. in 3.not. quòd qui non poteſt probare,
non tenetur nunciare,ut etiam dicit ibi gl.in uerbo ualeãt.
Quintò accedit, quod uoluit Feli.c.de cætero. col.fin.de
14 re iud. ubi dicit † quòd conſtitutiones, & extrauagantes
Martini,& bonifacij mandantium quibuſcunque ſcientibus
aliquem tenere beneficium cum ſimonia, ut debeant pro-
palare ſub pœna in dictis conſtitutionibus contentis, non
ligare ſcientes,qui non poſſunt probare ſimoniam,ſubdens
ita fuiſſe concluſum à quodam penitentiario Papali. & Fel.
ſequitur Rochus de Curte in tracta. de iur.patr. in uerbo
utile,quæſt.3.uerſic.ſexto,& Ripa in tract.de peſte, in f.92.
in 11.q.in fi.
Sextò confirmatur hæc ſententia ex his, quæ traduntur
per Innoc.& Abb.in cap.officij, de pœnit.& remiſſ.ubi di-
15 cunt, † quòd mulier quæ ſuppoſuit partum, non tenetur
hoc reuelare, quando ei non crederetur, nec haberet pro-
bationes in promptu, ſed ſatis, quòd pœniteat abſque eo
quòd detegat,quia ex quo uidet,quòd probare non poteſt,
debet tacere, ne potius inducat ſcandalum, quam aliam
utilitatem.
Septimò corroboratur opinio iſta ex nota. per Abba.in
c.nouit, colum.14. uerſ.concludo, de iudiciis. ubi conclu-
16 dit,† quòd quando peccatum eſt omnino occultum, quia il
lud nemo ſcit præter denunciantem, adeo quòd probari
non poteſt, quod fraterna correctio fieri debet inter pec-
cantem, & ſcientem, non autem peccatum denunciare ec-
cleſiæ,cum nõ poſſit deficiente probatione peccatum pro-
bari, cùm eccleſia non ualeret contra illum procedere. &
Abb. referunt & ſequuntur Guindiſal. auditor ſacri pala-
tij in tract.de hæret.in 10.q.& Card.Alex.in c.ſerui.col.3.
13.diſtin.
Octauo inducitur tex.in c.qualiter & quando.el primo,
in fi.de accuſa. ubi † iudex, qui generaliter inquirit ſuper
ſtatu eccleſiæ non debet ad occulta reuelanda aſtringere
teſtes in inquiſitione deponentes.
Penultimò faciunt ſcripta per Ripam in tract. de peſte,
f.92.in 12.q.quærit enim ibi Ripa, Mæuius profecturus pe-
regrè, depoſuit cẽtum penès Titium, cui fecit apocham in
qua continebatur ꝙ ſi Mæuius peregrè moreretur,ꝙ illam
Titio donabat,accidit,ꝙ Mæuius in ſua peregrinatione mor
tuus eſt, quo ſecuto Titius oſtendit Sempronio amico ſuo
apocham

apocham petens ab eo, vt ſub ſigillo confeſſionis omnia ſecreta teneret, promiſit Sempronius : dubitatũ fuit, ſtante monitorio generali publicato ad inſtantiam venientiũ ab inteſtato ad hæreditatem Mçuij, teneatur Sempronius reuelare dictum depoſitum? arguit primò quod ſic, demum concludit, quòd non, ſi Sempronius probare non poſſet, quod denunciare iubetur : quia edictum publicatum contra ſcientes, debet intelligi de his, quæ probare poſſunt, quod ipſi ſciunt & denunciare iubentur, per c.placuit.6.
18 q.2. Nam † boni viri tacent, quod probare non poſſunt, vt in d.c.plerunque, ſubdens quod iſtam partem alias conſulendo latius comprobauit.

19 Vltimò in terminis noſtris † ꝙ ſciens huiuſmodi tractatum, & non reuelans, non incidat in pœnam criminis læſæ maieſtaris, ſi tractatum probare non poteſt, primò voluit Bald.in d.conſ. incipien. Quanquam allegata ſint multa, quia nemo debet ſe ſubiicere tormentis, quæ hoc caſu delatori inferuntur, l.3.C.ad l.Iul.maie.& ſquallorj carceris, l.fi.C.de accu.& Bal.ſententiam ſequitur Ang.in d. ſuo trac. in uerſic.quòd ſi crimen, col.2. ubi refert Bal.ut ſupra dice
20 re, quòd † Aſſeſſores ſequentes Bart. in d.l.vtrum, & occidentes homines, quia non reuelant ſecretum non probabile, omnes ſunt homicidæ, quia viſus videt, uelit nolit, auris audit, & quia ſenſus corporis & primi motus non ſunt in poteſtate noſtra glo.in l.1.§.ius naturale, in glo.in verbo coniugatio.ff.de iuſt.& iur. Et propter hoc ipſe Bal. deplorat memoriam fideliſſimi militis D.Donati de Barbadoris, qui propter hãc cauſam cũ aliquibus ſuis ſequacibus fuit decapitatus. Card.Alexa.in c.ſerui, col.3.13. diſt. Idem tenuit Io.de Plat.in §.publica, inſti.de publi.iud.& ibi Ang.iuſi.dum ſe remittit ad dicta per eum in d.ſuo tract.malef.vbi ſupra. Fel.in d.c.1.col.2.de offi.de lega.& ibi Dec.nu.9. alibi idem Felin.in c.de cætero, col.fi.de re iudic.in cap.ſecundo, de hæret.ubi inquit, opinionem Bart.non ſeruari in practica, & in c.quantæ.col.2.de ſenten.excom.ubi refert Bal. vbi ſupra dicentem, quòd anima Bart.eſt ſepulta in inferno propter Illud dictum in dicta l.vtrum, quia iure cautum nõ
21 reperitur † quòd ſola ſcientia condemnet quem ad mortẽ, & inducat crimen læſæ maieſtatis. Salic. ſibi contrarius in l.1.C.de rap.virg.ubi tradit, officiales ſequentes Barto.vbi ſupra occidere animas proprias. Io.de Ana.in cap.ſicut dignum, de homicid.in c.quantæ, de ſent.excom.& in rubr.de patribus, qui fil.occid.vbi etiam inquit, Bart. dictum feciſſe multos homines decapitare. Rom. in d.§.occiſor, vbi tradit quòd contra Bart.conſuluit Bal.Florentiæ, & obtinuit. Ang.etiam ſibi aduerſarius in l.2.ff.de parrici. ubi citat.ꝙ fuerunt decapitati plures ciues, qui non reuelarunt tractatum, quem ſolummodo ſciebant, & qui non erant participes. Subdens hoc malefactũ fuiſſe, & iniquè, quia iura non patiuntur. Pic.in l.ut uim, ff.de iuſt.& iur.vt refert Alcia.in l.4.in §.Cato, in 4.not.ff.de verbo.obl.Roch. in d.tract. de iure patrona.in uerbo Vtile.q.3.verſi.6.Alexa. in addit. ad Bart.in d.l.vtrum, Crau.conſil.224.col.fi.Marſ.ſing.164.Afflic.in tit.quæ ſint regalia, in verſ. & bona committentium, nu.103.& in c.1.§.præterea.col.1.in fi. cum ſequenti, quæ ſit prima cauſa ben. amit. ubi refert in conſiliis ualentiſſimorum uirorum ibi notatum eſſe, quòd non reuelans machinationem contra Rempublicam, quam ipſe intellexit, non eſt puniendus pœna capitis, quia nulla lex de mundo hoc dicit, & qnòd ita fuit uotatum in cauſa Dom. Raimaldi Brãcatij carcerati ex haccauſa, qui fuit poſtea liberatus, poſtquàm non potuit puniri pœna mortis, licèt potuiſſet puniri extraordinariè. Et quòd eo præſente per decem valentiſſimos Doctores cõcluſum fuit, quod ſciens machinationem, & non reuelans, non incidit in pœnam mortis, ſi aliter non eſt conſcius de ipſo maleficio, quia hoc nulla lex dicit, nec aliqua conſtitutio, uel capitulum regni. Claudius Seyſel. in l. qui accuſare. in principio. C.de edend. & in dicta l.vt vim, columna antepenult.in verſicu iſtis enim, ubi dicit, quòd licèt in omnibus caſibus, in quibus ibi per eum ſupra dictum eſt, aliquem teneri reuelare, præſumatur dolus in non reuelante ſecundum Abbatem, ubi ſupra, quod illud intelligitur, quando in reuelatione non erat periculum reuelanti, alioquin non præſumeretur dolus, nec veniret imponendà pœna tanquàm de dolo, puta, ſi non poterat probare conſpirationem, quam alius ſibi occultè reuelauit, vt dixerunt Bald. & Angel. in locis proximè citatis. Ripa in dicto ſuo tractatu de peſte, fol.92.& hãc eſſe communem admittit Alciat.in dicto §.Cato.in 4.notabi. & crebriorem doctor.ſententiam Cagno.in l. culpa caret, nu.20.ff.de reg.iu. ubi etiã Dec. amplectitur hãc partẽ.

Non obſtant adducta in contrarium, quia vno pharmaco ſanantur omnes infirmitates, quòd illa procedunt, vbi tractatus per ſcientem probari poſſet, aliàs ſecus per ſupra dicta. Et ita tenendum eſſe arbitror. Conſulerem tamen in futurum ſcientibus, ne incidant in periculũ, & delegatio
22 nem principum, vt † ſeruarent cautelam traditam per Alc. vbi ſupra, & expreſſius per Cagno.in d.l.culpa caret, quòd principibus ſcientiam eorum detegerent, atque nudarent, non accuſando quempiam, ſed eos ſecretè admonendo, ut à tali machinatione caueant, reuelando quidquid ſcirent de tali re. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

1 *Princeps iuriſdictionem habet regulariter in qualibet ciuitate, uel quolibet oppido dominij ſui.*
2 *Rex eſt dominus omnium perſonarum domicilium habentium in regno ſuo.*
3 *Pontifex iuriſdictionem habet ſuper Vrbe, & toto territorio eccleſiæ in temporalibus, & ſpiritualibus.*
4 *Rex poteſt præcipere prælato habenti caſtrum in ſuo regno vt non vtatur mero imperio, nec per ſe, nec per officiales ſuos.*
5 *Princeps non poteſt citare vaſallum iuriſdictionem exercentem in dominio ſuo ſub pœna priuationis feudi, vt oſtendat iura, quæ habet in caſtro, uel uilla dominij ſui, & num.8. declara, vt in nu.27.*
6 *Cogi quis non poteſt de iure communi ad docendum de iuſto titulo rei, quam poſſidet.*
7 *Ordo iuris ſeruari debet in cauſis fiſcalibus, & principis.*
9 *Præſcriptio tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, habet vim tituli, & priuilegij.*
10 *Nobilis ſi tempore immemoriali vſus eſt imperio in aliquo loco, fundatam habet intentionem, eſto quòd aliud priuilegium non oſtendat.*
11 *Præſcriptio immemorialis habet vim conceſſionis, ex quo principis auctoritate introducta eſt.*
12 *Necnon, & pacti.*
13 *Paria ſunt quòd aliquid mihi debeatur ex pacto, uel ex præſcriptione.*
14 *Dominium nedum utile, ſed etiam directum præſcriptione immemoriali acquiritur.*
15 *Item & ſecũdum communes concluſiones merum imperiũ.*
16 *Nec non & reſeruata principi in ſignũ ſupremæ poteſtatis.*
17 *Vetuſtas immemorialis tantum poteſt, quantum Imperator cum cauſa.*
18 *Poſſeſſor regalium per ſpacium immemoriale cogi non poteſt per dominum ad oſtendendum titulum ſuæ poſſeſſionis.*
19 *Pares curiæ licèt ſint iudices, quando eſt quæſtio inter dominum & vaſallum de re feudali : tamen id fallit, ſi conſuetudo eſt in contrarium, quòd de ea cognoſcatur per officiales principis.*
20 *Feudatarius cogitur oſtẽdere domino inſtrumentũ feudij.*
21 *Titulum poſſeſſionis ſuæ licèt quis non cogatur oſtendere, tamen fallit in feudalibus, & nu.26.*
22 *Caſtrum poſſidens in limite regni, fiſco regio oſtendere tenetur titulum ſuæ poſſeſſionis.*
23 *Præſumptio iuris ubi eſt contra poſſidentem, tenetur oſtendere titulum poſſeſſionis ſuæ poſſidens.*
24 *Regalia iura poſſidens cogi poteſt ad oſtendendum titulum ſuæ poſſeſſionis.*

25 *Spoliatus beneficio eccleſiaſtico reſtitui non debet, niſi probet de titulo ſuæ poſſeſſionis.*

28 *Differentia ubi uertitur de iuriſdictione, uel iuribus regalibus apud alium repertis, Princeps iudex eſt competens.*

29 *Præſcriptio immemorialis fauorabilis eſt.*

30 *Præſcriptio eſt facti, & ideo probari debet. quod amplia etiam in immemoriali, ut nu. 32.*

31 *Interpretatio fieri debet contra opponentem præſcriptionem.*

33 *Præſcriptio immemorialis probata, operatur ac ſi eſſet probatus titulus, & bona fides.*

34 *Princeps pendente cognitione poſſidentis feudum contra iuris præſumptionem, poteſt iuriſdictionem in illo feudo exercere.*

35 *Epiſcopus pendente iudicio exemptionis ſubditi habentis iuris reſiſtentiam contra ſe, poteſt in eundem iuriſdictione uti, donec de ea plenè probauerit.*

36 *Verba plenam fidem, important ueram probationem, & non præſumptam.*

## CONSILIVM LXXXIX.

1 ET ſi apud legum interpretes, † iuris clariſſimi eſſe cen
ſeam, Principem de iure cõmuni fundatam habere in-
tentionem, quòd quælibet ciuitas, quodlibet caſtrum, &
alia loca ſui dominij ſint ſua quò ad iuriſdictionem, ut uo-
luerunt Hoſtien, Ioan. And. Imol. & Abb. in cap nimis, de iu
reiur. Afflict. in conſtitutione. Si dubitatio. in 4. not. Lupus
in cap. per veſtras, char. 132. colum. 2. verſicu. immo vltra,
de dona. inter vir. & uxo. rurſus Afflict. in conſti. Quia fre-
2 quenter. num. 15. ubi † inquit, Regem eſſe dominum omniũ
perſonarum habentium domicilium in regno ſuo. Abb. in
3 conſ. 82. num. 7. uolum. 1. ubi dicit, † ſummum Pontificem
quantùm ad iuriſdictionem habere fundatam intentionem
ſuper Vrbe & toto territorio eccleſiæ in temporalibus &
ſpiritualibus, quem ſequitur Ruin. in conſ. 22. num. 7. vol. 1.
3 Afflict. in conſti. Ea, quæ ad decus, nu. 9. ubi † Rex regni po-
teſt præcipere prælato habenti caſtrum in regno, quòd nõ
utatur mero imperio, nec per ſe, nec per officiales ſuos,
5 quia ratione terræ, uel caſtri, † dicitur eſſe de iuriſdictione
regis, ut in c. uerum, de for. compe. Tamẽ dubitatio in me-
dium eleuatur, An princeps poſſit citare uaſallum, ſeu iu-
riſdictionem exercentem in dominio ſuo, ut oſtendat iura,
quæ habet in ciuitate, caſtro, uel uilla ſitis in dicto domi-
nio, aliàs quòd eum priuabit caſtris? Prima facie uideretur
6 dicendum quòd non, quia † de iure communi quis arctari
non poteſt ad docendum de iuſto titulo rei quam poſſidet,
l. cogi, C. de petit. hæred. Corn. in conſ. 313. litera D. uol. 4.
ubi inquit, quòd arctari quem ad docendum de iuſto titu-
lo rei, quã poſſidet, aliàs res ipſa alterius efficeretur, eſſet
etiam iuris communis correctorium, quia quis non cogi-
tur nedum probare, ſed nec allegare titulum poſſeſſionis
ſuæ, d. l. cogi, Iaſ. in §. actionum. num. 224. inſti. de actionib.

5 Secundò facit. Nam † in cauſis fiſcalibus & principis
debet ſeruari ordo iuris, & legitimæ defenſiones dari ad-
uerſario, ſicut in cauſis priuatorum. l. omnes iudices, C. de
delato. lib. 10. Sed in cauſis priuatorum ad inſtantiam acto-
ris non poteſt cogi reus ad oſtendendum titulum poſſeſſio-
nis ſuæ, immo actor debet docere de iure ſuo. l. qui accuſa-
re, C. de eden. aliàs poſſeſſor moleſtari non debet, l. fin. C.
de rei uend. ergo idem dicendum in cauſis principum, uel
fiſcalibus, l. prima, C. de conducto. & procur. prædio. fiſcal.
libro 11.

Tertiò iſtud in indiuiduo uoluit Barto. in d. l. prima. C. de
8 conduc. &c. ubi † dicit, quod Princeps non poteſt conue-
nire, uel citari facere Baronem ſuum, ut oſtendat ſibi iu-
ra, quæ habet in caſtris, quæ tenet in feudum: alioquin
quod eum priuabit talibus caſtris, quia talis citatio eſt nul
la ipſo iure, cùm nemo cogi poſſit ad oſtendendum titu-
lum ſuæ poſſeſſionis, & quia in cauſis fiſcalibus, uel Princi-
pis ita ſeruandus eſt ordo iuris, ſicut in cauſis priuatorum,
ut ibi eſt text. & Bartolus, quem ſequũtur Ioannes de Pla.
& And. de Barulo, qui tradit, quòd uidit in facto per d. l. 1.
caſſari. & annullari quandam citationem, & proceſſum fa-
ctum per Curiam Illuſt. D. Manfredi, qui ita citari fecerat
quendam ſuum nobilem ad oſtẽdẽdum quo iure tenebat d.
caſtra, quæ dicebantur ad curiam pertinere, aliàs quòd
priuaret eum dictis caſtris. Fuit enim pronunciatum, quod
dicta citatio & proceſſus fuit ipſo iure nullus, quia factus
ordine iuris non ſeruato. Et cùm Bar. tranſit Iaſ. in l. 2. colu.
63. uer. unum tamen perpetuò notare. C. de iure emph. &
in §. actionum. num. 225. inſt. de action. vbi ait, hoc dictum
ſingulariſſimè notandum, quia quotidianum, Io. Igneus in l.
neceſſarios, in §. non aliàs, in uerſi. ſed cùm à pleriſque. nu.
179. & 183. ff. ad Syllan.

9 Quartò facit † præſcriptio tanti temporis, cuius initij
memoria non extat in contrarium, quæ habet vim tituli &
priuilegij, cap. ſuper quibuſdam, §. præterea, de verbo. ſi-
gnific. l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua plu. arcen. *R*ui.
in conſil. 103. num. 4. uolum. 5. in conſil. 3. num. 17. uolum. 1.
Pariſ. in conſil. 114. num. 1. vol. 1. in conſil. 111. num. 45. vol.
eod. & in conſil. 101. nu. 7. volum. eod. & in conſi. 13. nu. 15.
10 vol. 4. Et ideo dicit Ang. in d. §. ductus aquæ, † quòd ſi no-
bilis tanto tempore vſus eſt imperio in aliquo loco, ꝙ ini-
tij memoria non exiſtat, fundatam habet intentionem, da-
to quòd aliud priuilegium non oſtendat, ſequitur Dec. in
conſil. 85. colum. 2. & Cur. iun. in conſil. 185. nu. 11. Rip. in
11 c. decernimus, nu. 133. de iud. Item † & conceſſionis, Pariſ.
in conſ. 13. nu. 15. uol. 4. ex quo auctoritate principis intro-
ducta eſt. Bald. in conſ. 439. col. 4. vol. 3. Crauet. in conſ. 10.
12 nu. 11. Nec non † & pacti, Bal. in conſ. 315. col. prima, vol. 3.
& in conſ. 24. col. 2. volum. 4. per l. ſi pupillus, in fi. ff. de ad-
min. tut. Craue. ubi ſupra. Afflict. in c. 1. §. ſi quis per 30. in
2. not. nu. 5. ſi de feud. fue. contro. inter dom. & agna. ubi di-
13 cit, † paria eſſe aliqua mihi deberi ex pacto, vel ex præſcri
14 ptione. l. 1. §. Caſſius. de aqua plu. arcen. Item † & per eam
acquiritur nedum dominium vtile, ſed & directum. Bal. Sal.
& alij in l. traditionibus, C. de pac. Curt. iu. in conſ. 158. nu.
12. Afflict. in d. §. Si quis per triginta, in 3. not. nu. 4. & Crau.
15 in trac. de antiq. temp. fo. 160. nu. 4. Item & † merum impe
rium, ſecundum communes cõcluſiones Doct. in l. imperiũ,
ff. de iuriſd. om. iud. Alex. in conſ. 24. num. 14. circa fin. uo-
lum. 5. Curt. iun. in conſil. 174. nnm. 52. ubi inquit, commu-
nem eſſe opinionem, quòd merum, mixtum imperium, &
iuriſdictio præſcribũtur ſpacio tanti temporis, cuius initii
16 memoria non eſt in contrarium. Item † & per ſpacium tan
ti temporis præſumuntur conceſſa ea, quæ ſunt reuerſura
principi in ſignum ſupremæ poteſtatis, d. §. præterea. Curt.
17 in citato conſil. 20. nume. 6. Et dicta † vetuſtas tanti tempo-
ris tantum poteſt, quantum Imperator cùm cauſa, Iſer. in
cap. 1. in uerbo, flumina publica, in 3. colum. Quæ ſunt re-
gal. Iaſ. in l. quominus. col. 8. verſi. ſecunda ratio. ff. de flum.
ſed Dominus Antonius iuncto tempore anteceſſorum ſuo-
rum eſt in quaſi poſſeſſione centum annorum & vltra dicti
meri, & mixti imperii, & iuriſdictionis in dictis caſtris, er-
go arctari non potuit ad oſtendendum ſua iura, quæ habet
in eis, cum curſus dicti temporis habeat vim priuilegij, pa-
cti, contractus, & conſtituti & tituli legalis, quem lex ipſa
confert ex lapſu temporis, ut per Cra in d. tractatu, f. 156.
nu. 3. verſ. his ita præmiſſis. Et ita in terminis noſtris deci-
dere videtur Affli. in d. cap. 1. §. illud. nume. 32. de prohib.
18 feud. alie. per Frid. ubi inquit, † poſſeſſorem regalium, qui
habet præſumptionem iuris contra ſe, quia nullus priua-
tus ea poſſidere põt, teneri ad oſtendẽdũ quomodo poſſi-
deat, quia cõſtat de iure domini per præſcriptionem iuris,
& niſi priuatus oſtenderit ius ſufficiens per præſcriptionẽ
tanti temporis, in cuius contrarium memoria hominum
non extitit, quæ habet uim priuilegii, d. §. præterea, ſtatim
priuabitur iure ſuo. & ſic patet, quòd curſus dicti tempo-
ris operatur.

Sed præmiſſis non obſtantibus, quæ verè non obſtant,
contrarium de iure verius eſſe, arbitror. Et in primis præ-
mitto vnam concluſionem indifferenter ab omnibus rece-
19 ptam, quæ habet, † ꝙ licèt, quãdo quæſtio eſt inter dominũ

& ua-

& vaſallum, pares curiæ ſint iudices, ca. Imperialem. §. prę
tereà ſi inter, de proh. feud. alie. per Frid. Cur. iun. in tra-
cta. feud. in 5. partę in verſi. tertia principalis regula, tamē
ea non procedit, niſi per contrarium conſuetudinem ſit ta-
li conſuetudini feudali derogatū. ita notabiliter dixit Bal.
in d. §. prætereà ſi inter, in 1. colu. Et ideo tradit Iaco. de S.
Georg. iu ſua inueſtitura, feudali in verbo. Et dicti uaſalli,
colum. 2. in princ. dictum illud Bald. pluries allegaſſe quæ-
ſtioni facti cum procuratore fiſcali celſitudinis Ducis Sa-
baudiæ dum peteret aliquos vaſallos prætendendo eorum
feuda fore commiſſa, & trahere eos coram magnifico cō
ſilio reſidentium, & uaſalli peterent cauſam remitti coram
partibus curiæ, quia allegauit, quod tali conſtitutioni per
conſuetudinem contrariā erat derogatum, quia de ſimilib.
cauſis dictum conſilium conſueuit cognoſcere. Cum hac
quoque ſententia pertranſit Dec. in c. nouit. num. 15. verſi.
& prædicta concluſio, de iud. & ſimiliter Aegid. in tracta.
crim. in titu. de for. com. nu. 174. ut tutus ipſa præſcriptio-
ne, non poſſit cogi ad oſtenſionem ſuorum iurium. Ioann.
Lup. in c. per veſtras. fol. mihi 132. colum. 2. verſi. immo ul-
tra, & in num. 47.

Quo ſic præmiſſo, dico pro fundamento huius partis, ꝙ
immo dominus potuerit ſub pœna monere uaſallum ad p̄-
ſentandum iura, quæ habet in caſtris per eum poſſeſſis,
20 † vt primo probatur per Bal. in l. inſtrumenta. colu. 1. C. de
fideicom. vbi expreſſe concludit, feudatarium teneri oſten
dere inſtrumentum feudi domino, per l. 2. C. quando & qui
bus quarta pars deb. lib. 10.

Secundo per eundem Bal. in l. 2. col. 2. in fi. verſi. ſed nun-
quid. C. quom. & quan. iud. & Bal. ſequitur Dec. in conſi. 61.
colum. 2. circa fin. verſi. non obſtant allegata. Rom. in conſ.
163. col. fi. in princip. de quo non fuit memor Dec. ubi ſu-
21 pra. Affl. in deciſ. 265. num. 87. vbi dicit, † quod licet quis
non cogatur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis, d. l. cogi,
tamen fallit in fendalibus, ſi dominus hoc requirit, & req-
ſitus non neget ſe uaſallum. Et pro iſta opinione bene facit
22 tex. in l. quicunque. C. de feud. limitroph. lib. 11. † vbi poſſi
dens Caſtrum in limite regni tenetur fiſco regis oſtendere
titulum poſſeſſionis. hoc etiam ibi tenet Luc. de Pen. colu.
pen. verſi. ſcias etiam, Io. de Plat. in d. l. 2. poſt gl. ibi. Aegid.
in pract. ſua crim. in tit. de principe. nu. 257. Io. Luc. in d. c.
per ueſtras. fol. 132. colu. 4. Claud. Marm. in rep. l. naturali-
ter, §. nihil commune. num. 482. ff. de acqui. poſſeſ. & Affli.
in ca. 1. num. 86. de contro. inueſt. & in c. 1. §. illud. num. 28.
de proh. feud. alien. per Frider. vbi concludit, dominum
poſſe cogere vaſallum, ut oſtendat ius, quod habet in feu-
do, & ſi non oſtenderet, ſtatim priuatur feudo, ex quo de
iure communi fundata eſt intentio domini. idem voluit Ia-
ſon in vſib. feud. colum. 17. in princip. & Ioan. Ignc. in l. ne-
ceſſarios. in §. non alias, nume. 211. ff. ad Syllan. & ideo eſt,
23 quia † vbi contra poſſidentē eſt iuris præſumptio, poſſeſſor
cogitur oſtendere titulum poſſeſſionis ſuæ. Et ideo dicit Af
24 flict. in d. §. illud. num. 32. † quod ſi aliquis poſſideret iura
regalia ex quo iuris præſumptio eſt contra eum, quia re-
galia nullus poſſidere poteſt: quod teneatur poſſidens o-
ſtendere quomodo poſſideat, quia conſtat de iure dominij
per præſumptionē iuris, & niſi priuatus oſtenderit ius ſuū
ſufficiens per priuilegium, ſtatim priuabitur ſuo iure. Iſtud
idem prius voluit Luc. de Pen. in dicta l. quicunque, colum.
2. vbi concludit, quod ſi qui inueniantur regalia in terris
dominij regij, aut demanialia in terris Comitum, & Baro
num poſſidere, quod cogendi ſunt illa dimitere, niſi oſten-
dant legitimum priuilegium, cuius vigore valeant poſſide
re. Cum iure communi a poſſeſſione talium rerum priuati
veniant depellendi, quia ei hæc interdicta eſſe noſcuntur.
Affl. in cap. 1. numero 84. & ſequenti de contro. inueſt. quo
niam ea quis poſſidere non poteſt ſine aſſenſu, quem de-
monſtrare tenetur. capit. contra morem, 100. diſtinct.
25 Hinc etiam † videmus quod beneficio eccleſiaſtico ſi quis
ſpolietur, & reſtitutionem petat, cum illud ſine inſtitu-
tione eccleſiaſtica nequeat obtinere, capitolo 1. de regu.
iur. in 6. non eſt reſtituendus, niſi probetur, quod auctorita
te ſuperioris ad quem ex officio pertinet, habuit poſſeſſio-
nem, vel inſtitutionem, Imo. iu ca. in litteris, de reſti. ſpo.

Non obſtant modò adducta in contrarium, quia ad pri-
mum & ſecundum reſpondetur, qod licet regulariter quis
non cogatur oſtendere titulum poſſeſſionis, d. l. cogi. & a-
ctor & ſic dominus debet ordine iuris ſeruato procedere,
& de iure ſuo docere, alias non debet inquietari poſſeſſor,
26 † tamen id non procedit in reb. feudalib. & in iuriſdictio-
nib. quas quis non pōt hēre ſine conſenſu domini, qui fun-
datam habet intentionem ſuam de iure communi contra
poſſidentem feudum, vel iuriſdictionem, ut abundè ſupra
oſtenſum fuit.

Ad notata per Bart. & ſequaces, in l. 1. C. de conduct. &
procur. præd. fiſca. libro 10. reſpondetur, dictum Bar. ꝓce
27 dere, † quando ille, qui conuenitur, prætendit habere rei
proprietatem, ſecus ſi prætendat titulum in re aliena, vt in
iuriſdictione, vel feudo, quia tunc cogitur oſtendere titu-
lum ſuæ poſſeſſionis. ita Bal. in d. l. 2. C. quom. & quand. iud.
quod ante eum voluit Inno. in c. licet cauſam, col. pen. cir.
fi. verſi. immo plus dicimus, de proba. Dec. in d. conſi. 61. co
lum. 2. in fi. Iaſ. ſibi contrarius in vſib. feud. char. 17. Ioan. de
Pla. in d. l. 2. Alua. in c. 1. col. fi. de contro. inueſt. Affl. in c. 1.
num. 88. in fi. de contro. inueſtitu. & in d. §. illud num. 32. in
fi. & Aegid. in d. titulo de principe. nu. 257. dum ſe remittit
ad notata per Afflict. in d. §. illud. Et pro confirmatione hu-
28 ius ſententiæ facit, quia etiam videmus, † quod vbi verti-
tur differentia de iuriſdictione, vel iurib. regalib. apud aliū
repertis, princeps eſt iudex competens in cauſa ſua. l. pro-
ximè. ff. de his, quæ in teſta. delen. c. cum veniſſent, de iudi.
etiam ſi prælatus, vel alia perſona eſſet eccleſiaſtica, imò
ſi Eccleſia ipſa illa teneat, quia non poterit declinare iuriſ
dictionem Regis. Oldra. in conſi. 83. col. 2. in fi. Albe. de Ro
ſa. in authe. ſtatuimus, C. de epi. & cle. & Lup. in d. c. per ve.
ſtras, num. 49.

Non obſtat denique, quod tutus præſcriptione tanti tē-
poris, cuius initij memoria non eſt in contrarium, quæ hēt
uim tituli, priuilegij & pacti, non tenetur oſtendere titulū
29 poſſeſſionis ſuæ per deciſiones ſupra citatas, † quia talis p̄
ſcriptio eſt fauorabilis, cum procedat vbi etiam ius com-
mune reſiſtit, cap. 1. de præſcript. in ſexto Rui. in conſil. 103.
num. 4. volum. 5.

30 Quia reſpondetur, † quod præſcpiptio eſt facti, quæ nō
præſumitur, niſi probetur, Bar. in l. Celſus, ff. de vſuc. Corn.
in conſi. 236. col. fi. vol. 2. Bal. in conſi. 450. vol. 4. Hinc dixit
31 Crau. in conſil. 29. col. fi. quod † in caſu dubio fieri debet in
terpretatio contra opponentem exceptionem præſcriptio
nis, quia alleganti eam incumbit onus probādi. & ratio eſt
32 ſecundum Abba. in conſi. 82. col. 3. vol. 1. quia † eſſet præſu
mere negligentiam in alio, quod præſumi non debet. & in
præſcriptionn tanti temporis &c. hoc voluit Afflict. in d. c.
33 1. §. ſi quis per triginta, in 3. notabili, num. 3. vbi dicit, † qđ
præſcriptio tanti temporis probata habet uim priuilegij,
& operari debet, ac ſi eſſet probatus titulus & bona fides.
Alex. in conſi. 21. col. 2. uerſi. & vbi doceretur, vol. 5. Rui. in
conſi. 115. col. 1. numc. 2. ibi, & de cuius curſu non conſtat,
vol. 4. Pariſ. in conſi. 104. nu. 121. cum ſeq. volu. 1. conſi. 112,
nu. 22. conſ. 114. num. 18. & melius in conſi. 27. num. 89. vo
lu. eodem. Sed in caſu de quo agitur, nulla reperitur facta
probatio allegatæ præſcriptionis centenariæ, ergo argu-
mentum nullum. Nec habet obſtare, quod conuentus illam
34 vult probare, † quia reſpondetur, quod durante dicta pro
batione ad principem non ſpectat iuriſdictionem ipſam
exercere, cum fundatam habeat intentionem de iure com
muni, & ſic quod ei licuit huiuſmodi citatiouem facere: ꝙ
35 probatur per tex. in c. cum perſonæ, de priuile. in 6. vbi † in
ſubditis epiſcopi dicentib. ſe exemptos ab eo propter iu-
ris reſiſtentiam, quam habent contra ſe, incumbat onus fa-
ciendi fidem de titulo ſuæ exemptionis, quem ſi non oſten-
dant & præſcriptionem probare nitantur, probatione præ
ſcriptionis durante vel pendente, cum de iure communi
ordinariorum ſit fundata iuriſdictio illo, vti liberè poſſint
procedere in eoſdem, donec de præſcriptione canonica
plenam

36 plenam fecerint fidem. Quæ † verba plenam fidem, impor
tant veram probationem, & non præſumptam, vt eſt gl. ſin
gularis in c. cupientes. §. quod ſi per viginti. in verbo ſidei,
de elec. in 6. Ange. & Imol. in l. licet Imperator. ff. de leg. 1.
ſic ille tex. uidetur inferre ſecundum Anch. in 11. notabili,
quod lite pendente poteſt poſſeſſor, cōtra quem facit ius
commune turbari, & violenter expelli, ſicut qui poſſidet
vi, clam vel precario, ſequitur Ioan. Lup. in d. c. per veſtras,
char. 142, col. 3, vbi dicit ex hoc tex. inferri unum quotidia
num, quod ſi aliquis prætendit ſe generoſum, vel exemptū
a tributis iure ſanguinis, vel ex priuilegio, niſi ſtatim do-
ceat priuilegium tale, quod ſaltem præſtet iuſtam cauſam
præſcribendi, lite pendente non tuebitur in poſſeſsionem
libertatis, immo ſoluet tributa, quamuis alias eſſet in poſ-
ſeſsione exemptionis, vel libertatis. & ſubdit maximū ver-
bum, videlicet ita obſeruari in practica, quod eſt valde no
tandum. Laus Deo.

Rolandus a Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

*1 Concluſio libelli attendi debet, & inſpici. Idem in reſcrip-
to, & contractu, ut nu. 3.*
*2 Qualitas actionis intentatæ ex medio concludendi colligi-
tur.*
*4 Concluſio in petitione hæreditatis, qualis eſſe debeat.*
*5 Minor, ſi petat rem, & dicat ſe læſum, dicitur petere reſti-
tutionem in integrum.*
*6 Poſſeſſio probatur per teſtes deponentes de cultura, & quod
viderunt terram laborari.*
*7 Bona in dubio præſumuntur empta de pecunia pro-
pria.*
*8 Bona empta per filium cenſentur acquiſita de bonis pater-
nis, ſi tempore emptionis filius habitabat cum patre: &
talis qualitatis, & induſtriæ nō eſſet, quod ex ea aliquid
lucrari potuiſſet, & nu. 23.*
*9 Agenti contra fratrem poſſidentem bona, quæ de pecunijs
paternis acquiſita aſſeruntur, incumbit onus probandi,
quod amplia procedere, etiam ſi filius adminiſtraſſet bo-
na paterna, vt in nu. 21.*
*10 Bona acquiſita per prælatum, ſi dubitetur, an ſint empta ex
pecunijs eccleſiæ, vel proprijs, præſumuntur de proprijs ac
quiſita, ſi prælatus in eorum poſſeſſione reperiatur, niſi a-
gentes pro eccleſia contrarium probauerint.*
*12 Filius induſtrioſus habitās cum patre, ſi poteſt lucrari ex
officijs, mercantijs, vel alio artificio acquiſita per eum
ſecundum communem aliunde acquiſita præſumuntur,
quam ex bonis paternis, & nu. 20.*
*13 Confeſſio patris aſſerentis ſe pecuniam a filio habuiſſe tan-
quam ad eum pertinentem, licèt ſit ſuſpecta, tamen ſi tem
pore huiuſmodi confeſſionis filius erat in tali exercitio,
ita edoctus, quod veriſimiliter potuiſſet ex dicta indu-
ſtria talem pecuniam lucrari, ualet confeſſio.*
*14 Donatio inter patrem, & filium exiſtentem in poteſtate
non ualet.*
*15 Confeſſio facta per maritum, quod emit fundum pro
vxore, & de ſuis proprijs pecunijs valet, ſi ex coniectu-
ris conſtare poterit, quod aliunde vxor pecuniam habe
re potuerit.*
*16 Præſumptio una tollit aliam.*
*17 Acquiſita per vxorem conſtāte matrimonio, licet in dubio
præſumantur acquiſita de bonis viri, tamen id fallit, ſi
adminiſtrauit bona alterius quia tunc ſecus.*
*18 Adminiſtrans bona alterius regulariter non præſumitur
de bonis illius acquiſiuiſſe, falſū vbi ex coniecturis aliud
non appareat.*
*19 Acquiſita per clericum beneficiatum non præſumuntur
acquiſita de bonis eccleſiæ, ſi habebat clericus arti-
ficium.*
*21 Empta per filium nomine proprio, & de pecunia paterna,
efficiuntur propria acquirentis, licèt pecunia patri reſti-
tuenda veniat, vel fratribus pro rata.*
*22 Mulier quamuis præſumatur acquiſiuiſſe dē bonis uiri, ta-
men marito quo ad dominium dictorum bonorum, & ad
fructus nullum ius competit.*
*24 Pater ſuccedens filio ab inteſtato cum fratre defuncti, non
habet vſumfructum in portione filij, qui ſucceſſit fratri.*
*25 Scientia geſtorum a patre, uel a filio præſumitur ex coha-
bitatione ipſorum.*
*26 Graue, & luctuoſum reputaretur, ſi id quod unus ſuis labo-
ribus, & proſpera fortuna lucratus eſt alteri non labo-
ranti, nec acquirenti concedere deberet.*

## CONSILIVM XC.

IVdicium intentatum, per magnificum D. Bartholomæū
de Puteo contra Magnificum Do. Aloiſium eius fratrem,
1 uidetur eſſe petitionis hæreditatis, ſi † conſideranda eſt cō
cluſio libelli, prout attendi debet, & inſpici, ſecundum But.
& Abb. in c. ex parte H. de foro competat. Bart. & alij in l.
2 certi conditio, in prin. ff. ſi cer. pet. Vbi inquit, † quod qua-
litas actionis intentatæ, ex medio concludendi colligitur.
Dec. in conſi. 57. col. 1. in conſil. 187. in princip. & in conſi.
62. colum. 1. vbi dicit idem eſſe in reſcripto, & contractu.
3 Afflict. in deciſ. 77. num. 7. Nam † in concluſione libelli di-
citur, quod petit D. Bartholomæus pronunciari, & decla-
rari dimidiam hæreditatis paternæ ad ſe ſpectare, quam Do
minus Aloiſius occupat, & ipſum condemnari ad reſtitutio
nem partis rerum hæreditariarū, una cum fructibus perce
ptis, iuxta l. item veniunt. §. ſi fructus, ff. de petit. hæred. quę
4 quidem concluſio † conuenit petitioni hæreditatis. Bar. in
l. 1. col. 2. verſi. & iſte eſt modus, ff. de eden. l. ex diuerſo. §. j.
in prin. ff. de rei vend. Ange. & Iaſ. in §. actionum. Inſtitu. de
actio. Pract. Papien. in for. libel. pro hære. ab inteſtat. dela.
in prin. & quamuis nonnulli tenuerint in concluſione libel
li eſſe concludendum pronunciari, & declarari agentem
hæredem eſſe, ut per Bart. in l. 3. ff. de petit. hæred. Alex. in
conſi. 70. colum. 2. in fi. volum. 6. & in conſi. 152. num. 3. vol.
eodem. Tamen Bart. in d. l. prima, ac Ange. Iaſo. & Pract. Pa
pien. ac Iaſ. in dicto §. ſi minor, concludunt ſufficere, ſi peta-
tur pronunciari, & declarari partem hæreditatis, vel totā
ad ſe ſpectare, & pertinere: quia eo ipſo, quod peto huiuſ-
modi reſtitutionem, tanquam hæres, tacite videor petere
me pronunciari hæredem, & pro confirmatione huius opi
nionis bene facit gl. quam ad hoc ibi not. Butr. in c. conſti-
5 tutus. de relig. dom. vbi † ſi minor petat rem, & dicat ſe læ-
ſum, dicitur petere reſtitutionem in integrum, quam index
debet ei concedere, quia petendo iſtud conſequens, id eſt
rem, videtnr etiam petere omne neceſſarium antecedens
ad illud. l. 2. ff. de iuriſd. om. iudi. Iaſ. in dicto §. ſi minor, col.
3. verſi. prædicta, ſtante igitur firma hac concluſione, & pro
indubitata, videtur dicendum, quod Dominus Aloiſius te-
neatur ad petitam reſtitutionem, cum ex parte d. actoris ꝓ
ductum fuerit teſtamentum paternum non abolitum, nec
cancellatum, nec in aliqua ſui parte ſuſpectum, in quo ſunt
inſtituti fratres æqualiter, prout regulariter fieri ſolet, iux
6 ta l. illam, C. de colla. necnon, & † per teſtes legitime pro-
batum, quondam Dominum Horatium eorum patrem te-
nuiſſe, & poſſediſſe bona hæreditaria, de quibus agitur vſ-
que ad eius mortem, illa laborari, & cultiuari faciendo
per quos actus probatur poſſeſſio. Bart. & cæteri in l. ſti-
pulatio iſta. §. hoc quoque digeſtis de verborum obliga-
tionibus.

Nec obſtare habet, quod conuentus produxerit nonnul
7 la inſtrumenta, ex quibus aſſerit ſe probare dicta † bona,
quæ petuntur, fuiſſe ab eo empta, & de pecunia propria, ꝑ-
ut etiam in dubio præſumitur l. & magis, ff. de ſolut. quia re
8 ſpondetur, quod † ſi de aliquibus acquiſitionibus factis per
dictum D. Aloiſium appareat, illæ cenſentur factæ de pecu-
nijs paternis, cum tēmpore ipſarum habitaret cum patre,
& non eſſet vir talis qualitatis, & induſtriæ, quod ex ea po-
tuiſſet aliquid lucrari. Ita gl. Bart. & alij in l. cum oportet,
in princ. C. de bon. quæ lib. Alex. in conſi. 13. col. pen. vol. 3.
in conſi. 31. colu. 2. volu. 4. Abb. in conſi. 36. colum. 1. vol. 2.

Soci.

Soci.in conſ.162.in prin. & in conſi.61.colun.1.volum.4.
.Cor.in conſi.174.col.2.vol.1. in conſi. 182.col.2.uol.eod.
& in conſi.154.vol.1.

Quibus tamen non obſtantibus, contrariam ſententiã
ſequendam eſſe arbitror. pro cuius fundamento aſſumo cõ
9 munem vnã theoricam, quæ habet, † ꝙ fratri agenti contra
poſſidentem bona, quæ aſſeruntur acquiſita de bonis pater
nis, incumbit onus probandi. ita notabiliter dixi Bald. in
auth.ex teſtamento, in vndecimo capitulo, C.de colla. quæ
verba vti notabilia ſequitur Alex.in conſ.171.colu.2.verſi.
ſed in hoc pondero, uolu.6.ubi dicit, quod licet glo.& Do
ćto.communiter dicant in d.l.cum oportet, quod attenden
da ſit qualitas perſonarum, & induſtria filij, tamen quod o-
nus probandi huiuſmodi qualitates incumbit alleganti &
agenti.rurſus Alex.in conſi.40.col.2.uolu.3.Salic.in d.l.cũ
oportet, colu.2.uerſi.quid ſi dubitatur, ubi dicit diſtinguẽ
dum eſſe, quando dubitatur, unde filius acquiſiuerit, an pe-
titor ſit ille, qui dicit ſe acquiſiuiſſe ex labore, & induſtria
ſua, an vero alius ab eo petat, & iſto caſu vult, quod agen-
ti contra poſſeſſorem incumbat onus probandi. Subdit ta-
men ſufficere ipſi agenti probare præſumptiue, videlicet,
an pater eſſet diues, & filius inops, & quod erat negligens,
& neſciebat operari, quia probatis hic coniećturis, ſatis
erit ad obtinendum, niſi aduerſarius probet contrarium, p
l.ſiue poſſidetis, C.de proba.Abb.in conſi.36.col.1.uolum.
2.Cor.in conſi.175.in fi.uolum.2.& in conſi.182.colum.2.
verſi.ſed uidendum.eſt, uolum.eod.vbi ſeqnendo glo.in d.
l.cum oportet, in prin.in ſua vltima opinione, quæ uidetur
a gloſſatore approbata. iuxta l. qui filium.§. Sabinus. ff.ad
Macedon. inquit quod ad ačtorem ſpečtat onus probandi,
& alio non edočto reus debet obtinere. allegat Bal. & Sa-
lic.in d.l.cum oportet. & ſic ſecundum eum procedit vlti-
ma opinio gloſſæ, licet ſufficiat præſumptiua probatio, &
ita procedit opinio gl.quæ fuit Ioannis.Iterum Cor.in con
ſil.247.litera E, uolu.3.& in conſi.54.in fi.volu.4 Crot.in l.
fratre a fratre, num.119.ff.de condit.indeb.ubi ſic formali-
ter dicit, ꝙ etiam non probata aliqua ex coniećturis, de q-
bus per gl.in d.l.cum oportet, videlicet an pater ſit diues,
aut filius negligens, aut induſtrioſus & pater pauper, is ob
tinebit, qui reperitur poſſidere bona, de quibus eſt conten
tio, niſi contrarium probetur, ut in d. gl.& ideo ſi filius re-
periatur poſſidere dičta bona, præſumendũ eſt, quod ea ac
quiſiuerit ex cauſa aduenticia, & ſic fratribus non commu
nicanda, niſi per partem aduerſam probetur acquiſitionẽ
dičtorum bonorum proceſſiſſe ex re paterna, pro qua o-
pinione dicit facere glo.ſingularem in c.nulli.12.q.5. quæ
10 vult, ꝙ † ſi dubitetur, an bona acquiſita per prælatum, fue-
rint acquiſita ex bonis eccleſiæ, aut ex bonis proprijs præ-
lati, is qui reperitur in poſſeſſione dičtorum bonorum, ea
obtinebit, niſi agentes nomine eccleſiæ ꝓbauerint illa fuiſ-
ſe acquiſita de reb. eccleſiæ. Facit ẽt gl.in c.ſint manifeſtæ.
12.q.1.ubi dicit, quod ſi hæredes clerici reperiũtur in poſ
ſeſſione bonorum acquiſitorum per clericum, quod incum
bit eccleſiæ, & è contra, ſi eccleſia eſt in poſſeſſione, quod
hæredibus clerici incumbit onus probandi illa fuiſſe acq-
ſita de bonis proprijs clerici.idem uoluit Rui.in conſi.ſuo
11 96.num.6.uol.5.ubi † loquitur in fortioribus terminis, ui-
delicet in caſu, in quo etiam filius adminiſtrauerat bona pa
terna, ergo multo magis, ubi non conſtat de aliqua admi-
niſtratione.

Secundo moueor ex alia communi concluſione, quæ ha-
12 bet.† quod filius induſtrioſus habitans cum patre, ſi poteſt
lucrari ex officijs, ſalarijs, mercantijs, vel aliquo artificio,
acquiſita per eum præſumuntur aliunde acquiſita, quam ex
bonis paternis, ſecundum glo.& Doct.Communiter in d.l.
cum oportet, quod confirmatur ex infraſcriptis.& primo
ex nota.per Ang.in conſi.53.quę ſequuntur Alex.in conſi.
18.col.2.uol.2.& Rui in conſ.96.col.2.in 5. uol.vbi inquit,
13 ꝙ † licet cõfeſſio patris aſſerentis ſe pecuniã a filio habuiſſe
14 tanquam ad eum pertinentem, ſit ſuſpečta, quia † donatio
prohibetur inter patrem & filium exiſtentem in poteſtate.
l.2, C.de inoffi. donat. tamen ſi tempore dičtæ confeſſionis
paternæ filius erat in aliquo exercitio ita edočtus, quod ue
riſimiliter potuiſſet ex induſtria ſua talem pecuniã lucra-
ri, de qua in confeſſione fit mentio, ea ualet, & ideo ex hoc
etiam concludit Alexan.ubi ſupra, quod ſi pater confeſſus
eſt, ſe fore debitorem filij ſpurij, & de bonis eiuſdem ad ip
ſum certam pecuniam perueniſſe, talis confeſſio, quæ alias
erat ſuſpečta, & non probabata, ualet per not.in gl.in l.qui
teſtamentũ.ff.de proba.ſi apparet, ꝙ dičtus filius potuit ve
riſimiliter habere aliunde bona, tollitur dičta ſuſpitio &.
faciet plenam fidem talis confeſſio.

Secundò facit, ꝙ ſcribit Sal.in l.ſi mater, C.de contrah.
15 empt.vbi dicit, † quod ſi maritus emit fundum, pro vxo-
re abente, & pretium, quod ſoluit, confeſſus eſt eſſe de
propria pecunia vxoris, licèt talis confeſſio viri non præ-
ſumatur vera, ſed fačta animo donandi, d.l.qui teſtamentũ,
nihilominus ſi poſſet apparere ex coniećturis, quod aliun
de vxor potuerit iſtam pecuniam habere, valet huiuſmodi
16 confeſſio, quia † vna præſumptio tollit aliam, l.diuus.ff.de
in integ.reſtitutio.Alex.& Rui.vbi ſupra. Iterum Alexand.
in conſi.24.col.2.vol.1.Socin.in conſi. 65.nu. 20.vol.1.Ri-
pa in quarto reſponſo, in 3. parte.Dec. in conſi.96.colum.
2.Crauet.conſi.40.colum.3.

Tertiò accedit, ꝙ dixit Alex.in conſi.40.col.penult.vol.
17 3.vbi tradit, † quod acquiſita per vxorem cõſtante matri-
monio licet in dubio præſumantur acqniſita de bonis viri,
l.Quintus.ff.de dona.inter vir.& vxo.l.etiam.C.eod.tit.ta-
men ſi adminiſtrauit bona alterius non præſumuntur quæ-
ſita de bonis viri.iuxta not. per Salic. in dičtis ll. & ſubdit
18 Ale.ꝙ † regulariter adminiſtrans bona alterius, non præſu
mitur de bonis illius acquiſiuiſſe, ſaltẽ, vbi ex coniećturis
aliud non appareat.Idem Alexan.in conſi.133.col.3.vol 4.
Ripa in quarto reſponſ.in 3.par.Ruin in d.conſi.96.colum.
3.Rom.in conſ.159.Dec.conſi.99.col.2.& in conſ.202.col.
4.Alci.in trač.de præſump. in 3.reg.præſump.26.nu.10.&
Neuiza.in ſylua nup.char.14.colum.4.verſ.intra očtauò.

Quartò ex notatis per Roma.in allegato conſi. 159. vbi
19 dicit, quod † acquiſita per clericum beneficiatum, non
præſumuntur acquiſita de bonis eccleſiæ, ſi clericus habe-
bat artificium,

20 Quintò in terminis noſtris, † ita decidũt Bal. in cõſ.259.
in fi.vol.5.Roma.in citato conſi. 159.in fi.Soci. in conſ.61.
col.1.vol 4.Fulgo.in conſ.197.in primo dubio, Curt.in cõſ.
175.in fi.vol.2.in cõſ.247.litera B.in fi.vol.3.& in conſ.54.
vol.4.Dec.in conſi.670.col.1.& Rui.in citato conſi.96.col.
2.vbi idem dicit eſſe, ſi filius adminiſtrauerit bona paterna.

21 Tertiò principaliter dicitur, quod † etiam dato, quod
bona acquiſita fuerint de pecunia patris, quod minus legi-
timè ačtum fuit ad dičta bona, quia clariſſimi iuris eſt, qđ
quando filiusfam.emit nomine proprio, & de pecunia pa-
terna, quod res empta efficitur propria filij, & ſic pecuniã
patri, vel fratribus pro rata reſtituere teneatur.Ita Pau.de
Caſt.in d.l.cum oportet, in prin.col.2.verſic. ſed quid ſi fi-
lius, C.de bon.quę lib.Ripa in quarto reſponſo.in 3.par.vbi
22 dicit, quod † quamuis mulier præſumatur acquiſiuiſſe de
bonis mariti, tamen marito ad dominium dičtorum bono-
rum, & ad frućtus nullum ius competit, quia dominium rei
acquiſitæ ex pecunia alteris acquiritur ementi, non autem
ei, cuius eſt pecunia.l.1.C.ſi quis alteri, vel ſibi. Bal.in cõſ.
67.vol.4.Signo.de Homod.in conſ.122.col.2.Alcia.in trac.
de præſum.regu.3.præſump.26.numer.14.alibi Ripa in l.
fœminæ in prin.numero 53.C.de ſecund.nup. Idem uoluit
Bartol.& Ioan.de Pla.in l.& ſi inſtrumenta, per illum text,
C.de fid.inſtrum.& iu.haſt.fiſ.lib.10. Crot.in l.frater a fra-
tre, nu.120.ff.de cond. indeb. vbi inquit hoc menti tenen-
dum Bald.in l.ſi vt proponis, colum.fi, in princip. C.de rei
vendi.Neuiza. vbi ſupra, verſic. limita očtauò, & Pariſ.in
conſi.80.nu.9, volum.1.

Non obſtant modò, quæ ex aduerſo adducta fuerunt, qa
23 reſpondetur, argumentum procedere, † vbi filius non fuiſ-
ſet induſtrioſus, nec talis qualitatis, ꝙ veriſimiliter potuiſ-
ſet acquirere, vt in caſu de quo agitur, vbi do.Aloiſius fuit
induſtrioſus, & lucratus eſt multas pecunias ex merci-
monijs,

monijs,& ſalarijs,vt probatum fuit, quia tunc non prçſu-
muntur quæſita per eum de bonis paternis , ſed cenſentur
aduenticia,& ideo fratri non communicanda.Et quod aliũ
de etiam potuerint acquiri probatur alio modo,quia domi
nus Aloiſius ſimul cum patre,& dicto D.Bartholomæo ſuc
ceſſerunt ab inteſtato quondam domino Hieronymo eorũ
fratri,virtute cuius ſucceſsionis,tertia pars hæreditatis di
cti fratris ad eum peruenit,tam reſpectu proprietatis,quã
fruum, de quibus ad libitum potuit diſponere, & de pe-
cunijs redactis ex ipſis fructibus prædia emere, vt not.per
Barto.& alios in l.4.C.de vſufruct.vbi dicunt,† quod ſi pa
24 ter ſuccedit filio ab inteſtato vna cum fratrib.licet quantũ
ad portionem virilem patris extinguatur vſusfructus, &
conſolidetur cum proprietate,tamen quantum ad aliã por
tionem,in qua ſucceſſit frater,vſusfructus nou remanet pa
tri,ſed extinguitur,& portio illa liberè ſpectat fratri,adeo
quod pater in illis nõ hẽt vſumfrnctum.§.quoties.in auth.
de hæred.ab inteſta.Bal.in conſ.168.colu.2.verſi.præterea
vol.5.& in cõſi.323.vol.eo.ubi dicit, ꝙ omiſſis opinionib.
quæ uariæ ſunt,vt in auth.itẽ hæreditas.C.de bon. quæ lib.
ipſe tenet,quod vbi frater ſuccedit cum filio,vel filia in po
teſtate ſua conſtitutis,ꝙ patri in portione filij, vel filiæ nõ
quæritur vſusfructus.Et ꝙ ex hoc ſequitur patrem non fo-
re legitimum adminiſtratorem filij per regnlam poſitam
in d.auth.excipitur,& ꝙ filius in ſua portione hẽt proprie
tatem,& vſumfructum. Nec obſtat ſecundum eum regula
ꝙ acquiratur vſusfructus patri in aduentitijs filiorum,quia
illud introductũ eſt in caſib.in quib.olim patri acquireba-
tur totum pleno iure,ſed hodie id fallit in caſib. expreſſis
in iure,Soc.conſi.34.col.3.vol.4.Pariſ.in conſ.29.col.pen.
vol.3.Pau.de Caſt.in auth.excipitur, verſ.ſecundus caſus ẽ
Ripa l.fœminæ.§.illud.nu.4.C.de ſecund.nup.Cacial. in l.
fratrer a fratre,nu.103.uerſ.5.fallit.ff.de coud.indebiti,&
ibi Crot.nu.52.Aret.in conſ.72.in 3.dubio.Ale.in cõſ.198.
nu.13.vol.6.Aret.in §.igitur,colu.2. per quas perſo.nob.
acqu.vbi dicit,quod ſemel habuit de facto in perſonã uxo
ris Do.Ioannis Engleſij de Bononia,& ita fuiſſe determina
tum,quod inquit notandum Boer.in deciſ.185.nu.13. & in
deciſ.190.col.1.Iaſ.in l.Gallus.§.quidam,col.5. verſ. adde
fortius,ubi dicit,etiã tenere Cum.ibi.ff.de lib. & poſt. ubi
etiam Fortu.Car.nu.44.Crau.in conſi.37.in fin.& ita alias
conſulendo dixi,ut in conſ.95.nu.49.

Item & ſecundò reſpondetur,quod præmiſſum argumen
tum non procedit ſtante parte conuenta in poſſeſſione, niſi
per actorem probetur per coniecturas,de quib.ſupra con
trarium.Cum igitur in caſu,de quo agitur multa cõcurrãt
in fauorem ipſius D.Aloiſij co nuenti, videlicet induſtria,
& ſucceſſio tertię partis hæreditatis d.Do.Hieronymi eius
fretris,acquiſitiones factæ nomine proprio, & eo quidem
25 tempore,quo habitabat ſimul cum patre.ex qua † cohabi-
tatione præſumitur ſcientia geſtorum ab altero,ut per So
ci.in conſi.264.col.5.uol.2.& in conſi.89.col.fi.uolumi.3.
Alex.in conſi.213.num.8.uol.2.Rui.in conſ.168.colu.2.in
fi.uol.1.& in conſ.162.col.5.uol.4.Crauet.in conſ. 123.in
prin.& in conſi.237.col.1.uol.2.& eo non contradicente,
quodque de dictis bonis nulla habita fuit mentio in teſta-
mento paterno,prout de alijs quę quidem coniecturę con
ſiderantur per Abb.in conſi.36.col.2.in prin.vol.2.meritò
ſequitur,dictis cõiecturis ſtandum eſſe,& eo maximè, hoc
dicendum uenit,cum ex parte agentis uerificatum minimè
appareat,quod pater eſſet adeo diues, quòd deductis ex-
penſis ſuis & familiæ,potuiſſet ei aliquid ſupereſſe,de quo
potuiſſet bona immobilia acquirere, ut ponderat Corn. in
26 conſi.247.col.fi.uol.3.Nam † graue, & luctuoſum reputa
retur,ſi id,quod unus ſuis laborib.& proſpera fortuna lu-
cratus eſt,alteri non laboranti, nec acquirenti concedere
debet,ut inquit Ang.in §.igitur, Inſt. per quas perſo.nob.
acq.ꝙ ſubdit maximè contingere inter fratres. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus

*SVMMARIVM.*

*1 Vectigalia, & gabellas ſupremus Princeps inſtituere poteſt.*
*2 Vectigalia licita dicuntur,quæ eriguntur per Imperatorẽ, Reges,Pontifices.*
*3 Superiorem non recognoſcentes, qui iura Principis in eorum dominio habere dicuntur, vectigalia noua inſtituore poſſunt.*
*4 Ciuitates neminem recognoſcentes dicuntur reges.*
*5 Res immobilis minoris licèt abſque cauſa,& ſolẽnitate alienari non poſſit,tamen ſi fuit confirmata alienatio per ciuitatem nemiuem recognoſcentem valebit.*
*6 Diſpoſitio l.bene a Zenone,C.de quadr. præſc.locum habet in ciuitatibas non reeognoſcentibus ſuperiorem.*
*7 Papa & Imperator,ſicuti poſſunt tollere appellationem ita & non recognoſcentententes ſuperiorem.*
*8 Statuta condita a non recognoſceutib.ſuperiorem dicuntur ius ciuile.*
*9 Ciuitas francha a ſuperiorib.concedere poteſt inferioribus franchiſiam.*
*10 Priuilegia habentes a ſupremo Principe imponere poſſunt noua vectigalia.*
*11 Vectigalia de facili per principem coneeduntur,quando tenuis eſt patria.*
*12 Vectigalis facultas imponẽdi ſpacio immemoriali præſcribitur, etiam ſine ſententia ſuperioris ſecundum magis communem.*
*13 Conſuetudo immemorialis poteſt dare ius exigendi vectigalia.*
*14 Titulus nõ requiritur in præſcriptione immemoriali. Nec ſcientia ſuperioris.nu. 15.*
*16 Dignitatem habentes perpetuam iure proprio,& adminiſtrationem,dacia noua imponere poſſunt.*
*17 Duces,& Comites habentes dominium temporale perpetuum in eorum dominio,loco Principis habẽtur,& in eo omnia poſſunt,quæ Imperator in vniuerſo Orbe.*
*18 Poſſuntq; committere cauſas appellatione remota.*
*19 Diſpoſitio l.bene a Zenone,locum habet in Ducibus & Comitibus habentibus dominium temporale perpetuum in eorum dominio.*
*20 Poteſtas in quocunque actu requiritur.*
*21 Vectigalia imponentes ſine licentia Principis prohiberi poſſunt per interdictum negatorium, ne vectigal colligant.*
*22 Princeps aliquis ſupremus, nec quiuis alius priuilegiũ ab eo habens,vectigalia,vel gabellas, niſi cum rationabili cauſa,imponere poſſunt.*
*23 Publicè vtile eſt commeari per itinera ſine metu, & periculo.*
*24 Publica vtilitas verſatur in inſtructione pontium, & viarum.*
*25 Gabellæ ſola lucri cupiditate non ſunt imponendæ ſed cum rationabili cauſa,& nu.37.*
*26 Rex ſi vuult facere homines ſuos angarios, vel perangarios,requiritur iuſta cauſa.*
*27 Rex ſi ſuperindictum imponere uult,requiritur rationabilis cauſa.*
*28 Nullus proprijs ſtipendijs militare tenetur.*
*29 Princeps,qui militat pro utilitate communi,etiam de communi viueret debet.*
*30 Princeps imponens vectigalia ſine cauſa, peccat mortaliter,& dicitur facere magnam iniuſtitiam.*
*31 Papa, qui habet liberam adminiſtrationem, & abſolutam poteſtatem, non poteſt ſine cauſa deponere Epiſcopum.*
*32 Princeps ſine cauſa ſubditos priuare non debet,ſed ſuis ſtipendijs ſolitis contentus eſſe debet.*
*33 Rex,vel ciuitas non recognoſcens ſuperiorem, licèt poſſit augere vectigalia ſolita tranſeuntib.non tamen fraudulenter,& ſine cauſa.*

*Princeps*

34 *Princeps ſi ſinè iuſta cauſa nouum uectigal imponat, & hoc notorium ſit, exactor, qui hoc ſcit, mortaliter peccat, illud exigens, & non ſolum ipſe, ſed & princeps, quia notoriam rapinam committunt.*

35 *Bona auferre a tranſeantibus propter nouum vectigal ſine cauſa impoſitum, eſt contra ius gentium.*

36 *Princeps ligatur præceptis iuriſgentium, niſi ex cauſa.*

38 *Principes graues eſſe non debent ſubditis ſuis.*

39 *Principes pater communis eſt omnium.*

40 *Principes ſtudere debent, ut nõ exactores, ſed rectores Dei nominentur, non in ſubditos crudeliter deſæuire, ſed illos regaliter amplecti, ut ſint forma ipſorum, non dominatores eorum.*

41 *Regis operatio ad ſubiectos, ſimilis eſt patris ad filios, paſtoris ad oues, paterno enim more, & pie regere debent populum, & clementer.*

42 *Boni paſtoris eſt tondere pecus, non autem deglutire, id eſt, pilos, uel lanam euellere.*

44 *Ordinatio Principis, quod unuſquiſque ad molendinum ſuum ire debeat, ſi reſpicit priuatum commodum non ualet, ſecus ſi publicum.*

44 *Gabellæ, uel vectigalis ſolutio barbarica eſſe non debet, ut eſt, quando ſoluitur ultra tertiam octauæ partis.*

45 *Ceſſante cauſa impoſitionis vectigalis, ceſſare debet ipſius exactio.*

46 *Immunitas conceſſa ob paupertatem ſuperuenientibus diuitiis ceſſat.*

47 *Facultas alicui ſi eſt conceſſa filiam admittendi ad feudũ, vt eam nupti tradere poſſit, ſi pater ex proprijs bonis eã dotauit, retinendo pro ſe feudum, filia maritata non poteſt amplius in feudo ſuccedere.*

48 *Princeps, ſi ſubſiſtente cauſa rem abſtulit uni ſi demum ceſſat cauſa, res oblata debet reſtitui, alias in foro contentioſo, & conſcientiæ principis actus non tenet.*

49 *Rex Catholicus, licet ex cauſa belli Comiti Mercurino Caſtrum Valentiæ auferre potuerit, ceſſante tamẽ bello, ad illius reſtitutionem iure ſic ſuadente tenetur.*

50 *Pedagia uectigalia, & impoſitiones ex iuſta cauſa fieri debent, & ceſſante cauſa, cauſæ illæ ceſſare debent.*

51 *Dominus, qui ſiclam, & monetam facere poteſt, ſi in terra ſua ſtatuat, ne aliqua mercimonia, quæ ſint neceſſaria ad confectionem monetæ de terra ſua extrahantur, ſi non cudatur moneta, exator marcimoniorum non tenetur ſtare dicto ſtatuto.*

52 *Gabellam fraudare licitum eſt ceſſante cauſa, propter, quã ab initio legitime fuit impoſita.*

53 *Fieri non dicitur, quod fit cum peccato.*

54 *Principum placita uim legis habent, quando cum honeſtate coniuncta ſunt.*

55 *Potentiorum emolumentis, qui blandiuntur, non iuriſconſultos fore, ſed iniquitatis miniſtros, non bonos, nec æqui artem exercentes, ſed perditiſſimos homines, non ſacerdotes, ſed appoſtatas, non philoſophantes, ſed hypocritas improbiſſimos.*

## CONSILIVM XCI.

DEcreueram amplius non ſcribere pro incognitis, uerum deuictus literis, & precibus ſororij mei, non potui prouinciam hanc aufugere, de tribus in præſenti conſultatione principaliter eſt uidendum. Primum etenim eſt, quis nouas gabellas, & noua uectigalia imponere poſſit, &
1 deueniendo ad huius primi capitis deciſionem, dico † ſupremũ Principẽ poſſe gabellas, & vectigalia noua inſtituere, cum ſint de maximo imperio, & de reſeruatis. l. vectigalia, vbi Salic. C. noua vectiga. inſti. non poſ. l. non ſolent, cum glo. eo. tit. Bertachi. in tracta. de gabel. in 1. par. q. 1. Bald. in conſi. 243. colu. 1. volu. 5. Iaſ. in conſ. 81. colu. 4. volu. 3. vbi
2 dicit, † vectigalia licita non eſſe, niſi quando eriguntur per Imperatorem, vel per Reges, ac ſummos Potifices. Affl. in tit. quæ ſint rega. in princ. num. 134. ubi tradit ſolum Principem noua inſtituere vectigalia, & in uerbo vectigalia, q.
3 2. & Boſ. in tra crim. in tit. qui vectigal. impo. poſſ. item † & qui neminem recognoſcit in ſuperiorem, cum in dominio ſuo dicatur habere inra Principis, nt inquit Abb. loquendo de ciuitate Senatum, in conſi. 20. col. 1. vol. vbi dicit, quod ciuitas Senatum, quæ habet iura Principis ĩ ſuo territorio, cũ neminẽ in ſuperiorẽ recognoſcat, potuit proutin ipſo territorio inducere gabellas rerum vehendarum, & certarum ſpecierum delationem prohibere. Dec. in conſ. 6. 49. ait ciuitatem Ianuæ, quæ in eius territorio vtitur iuribus ſummi Principis, cum neminem in ſuperiorem habeat, potuiſſe concedere communitati Vexani ius percipiẽdi peda
4 gia in eius territorio. Nam † huiuſmodi ciuitates dicuntur Reges, teſte Afflict. in ti. quæ ſint rega. in verbo vectigalia. q. 1. vbi loquitur de vectigalib. Bertac. vbi ſupra q. 10. Boſ. in allegato tit. vect. qui impon. poſſ. colu. 2. & iõ dicit Dec.
5 in cõſ. 403. col. 1. † quod licet res immobilis minoris abſq. cauſa, & ſolennitate alienari non poſſit, l. magis puto. §. ne paſſim. ff. de reb. eo. ſi tamen fuit cõfirmata huiuſmodi alienatio per conſilium ciuitatis Lucanæ, quæ uidetur tenere locum Principis, cum neminen recognoſcat, valet, cum videatur habere illam poteſtatem, quæ Principi attribuitur. Bart. in l. 1. §. de qua, ff. de poſtu. & hanc eſſe communem cõcluſionem fatetur Dec. in conſi. 134. col. 1. duplicato, in cõſil. 649. & in conſil. 528. co. 4. Hinc ſcripſit Dec. in cõſ. 357.
6 col. 2. quod † diſpoſitio l. Bene a Zenone, C. de quadr. præſcrip. ſecundum communem locum etiam habet in ciuitatibus non recognoſcentib. ſuperiorem vt in Rep. Florẽtina,
7 vt in ca. paſtoralis, col. 2. de appel. quod † ſicut Papa & Imperator poſſunt tollere appellationem, ita & non recogno
8 ſcentes ſuperiorem, & ideo videmus, quod † eorum ſtatuta dicuntur ius ciuile, vt per Scrib. in l. 5. ff. de verb. oblig. Bru. in tract. excluſ. fem. in 13. arti. in 2. q. ubi atteſtatur hãc eſſe magis communem, quam ego ſecutus ſum in tract. meo de lucro dot. q. 3. Facit etiam quod uoluit Bal. in conſ. ſuo
9 406. in fi. uol. 5. ubi tradit, quod † ciuitas francha a ſuperiorib. cõcedere põt frãchiſiã inferiorib. qa vicẽ Principis in ſuo gerit ſolio, & in materia noſtra, ita tenẽt Cum. in conſ. 162. i fi. & Boſ. in tit. vect. qui &c. col. 2. verſ. hẽnt iura prin
10 cipis, pariter † & qui priuilegia habent a ſupremo Princi
11 pe, vt per Bal. in conſ. 340. col. 3. vol. 5. vbi dicit † ꝙ quãdo patria eſt tenuis, talis licentia de facili conceditur a Principe, ſequitur Boſ. ubi ſup. Bertach. in loco iam citato q. 1. in fi. Bal. in conſ. 243. In prin. volum. 5. Dec. conſ. 643. col. 1.
12 Similiter † & qui præſcripſit facultatem illa imponendi per ſpacium immemoriale. Bal. in conſ. 470. volum. 3. & in citato conſ. 243. in princ. Affl. in d. uerbo vect. col. 2. uerſ. 3.
13 quæro, vbi dicit quod † conſuetudo immemorialis poteſt dare ius exigendi vectig. l. vectigalia, iuncta l. publicanus. §. fi. ff. de publica. quia per tanti temporis pacientiam Princeps fingitur permiſiſſe exactionem & remiſiſſe prohibitionem, arg. l. cũ plures. §. locator. ff. loca. Boſ. vbi ſupra, Dec. in conſ. 403. colum. 2. verſ. 2. reſpondetur & in conſ. 649. in princ. Bal. in l. cum proponas, col. 3. in prin. C. de nau. fœn. ubi dicit, huiuſmodi conſuetudinem poteſtatem Principis
14 habere, & adeo uera eſt hæc concluſio, † quod in tali præſcriptione non requiritur titulus, c. 1. in fin. de præſcrip. in 6. nec bona fides, Sali. in l. 2. col. fi. C. de ſeruit. & aq. Dec. in
15 conſ. 496. col. 2. Nec † ſcientia ſuperioris ſecundum veriorem, & magis communem, ut firmat Alex. in conſ. 6. col. 3. volu. 1. quem ſequuntur Dec. in conſ. 468. num. 4. in allegato conſi. 496. colu. 3. & in conſi. 38. col. 1. Cur. iun. in conſi. 158. nu. 12. Boſ. ubi ſupra & latiſſime Balb. in trac. de præſcrip. in 2. par. 5. part. princ. in 4. q.
16 Vltimo, & † qui iure proprio habent dignitatem perpetuam, & adminiſtrationem, per ea, quæ notat Pau. de Caſt.
17 in conſi. 34. vol. 1. vbi † Duces, Comites, & ſimilis habentes dominium temporale perpetuum, habentur loco Principis in eorum territorio, & in eo poſſunt facere omnia, q̃ Imperator in vniuerſo Orbe, facereque ſtatuta generalia derogatoria iuri communi ſequitur Alex. in conſi. 1. col. 7. verſ. ꝑterea, vol. 5. Soci. conſ. 66. col. 3. Craue. in conſ. 135. col. 2. verſ ſed præmiſſis, Dec. in d. cap. paſtoralis, col. 2. vbi

18 † tales Comites, & Duces poſſunt committere cauſas ap-
pell tione remota, quia quo ad ſubditos ſuos poſſunt
ea omnia facere, quæ Imperator ĩ vniuerſo Orbe, cũ hẽant
dignitatem perpetuam, & adminiſtrationem iure proprio.
ru ſus in citato conſ.403.col.2.Rui.in conſ.23.nu.17.vol.
19 1.& in conſ.48.in fi.vol.4.vbi † dicit dictam l. bene a Zeno
ne, habere locum in hmõi Comitib.Ducib. & Marchionib.
quia æquiparantur Imperatori, & Regib.& per Bru.in cõſ.
45.col.pen.Si vero quis non hẽt vnam ex qualitatib. præ-
dictis, non poteſt imponere vectigal, vel gabellam, vt per
20 Doct.vbi ſupra ex defectu poteſtatis, † quæ in quocunque
actu requiritur.l.cum a te.C.de donat.prop.nup.c. cum ſu
per, de off.deleg.

Verùm quia mihi perſuadere nonpoſſum, quod perſona
quæ nomen ſuum ſepultum tenet, & quæ a me reſponſum
expectat, facultatem non habeat vectigalia imponendi, vel
21 gabellas, qa † poſſet prohiberi a ſupiore ſuo p interdictũ
negatorium, ne pedagium colligat, ſecundum Spec.in titu.
de cau.poſ.& prop.§.1.verſ.quid de colligentib.& vlterius
tenetur ad exacti reſtitutionem, d.l.non ſolent ideo abſolu
to hoc primo capite, ad ſecundum condeſcendo, in quo fir
22 miter concludo, † Principem aliquem quamuis ſupremũ,
minus alios ab eo priuilegium habẽtes, poſſe inſtituere ve
ctigalia, vel gabellas, niſi cum rat onabili cauſa, videlicet,
23 vt periculum & diſcrimen viarum euitetur, cu m † publicè
vtile ſit ſine metu, & periculo per itinera commeati. l.1.§.
de his qui deiec.vel effu.

24 Item † & propter inſtructionem uiarum, & pontium, in
quibus ſimiliter verſatur publica vtilitas. l. ad inſtructio-
nem, C.de ſacroſ.eccl.Homod.in conſ.198.col.3. in princ.
Boſſ.in d.tit.qui vecti.imp.poſ.colu.2. verſ.ad imponendũ,
Zucchar.in repe.l.fi.nu.6.C.de edic.Diui Hadr. tol. vbi in-
25 quit, † Gabellas non eſſe imponendas, niſi cum rationabili
cauſa, quia ſola lucri cupiditate, non ſunt imponẽdæ.Hoſt.
in ſumma in ti.de cenſ.§.ex quibus, col.3.verſ. ſed nũquid,
vbi inter rationabiles cauſas exprimit, ſi imponeretur pro
defenſione ſtratę publicę contra prędones in terra, piratas
in mari, vel pro defenſione fidei, vel patriæ, Ang.de Clauaſ.
in ſumma Ang.in verſ.pedagi um, col.2.ver.ſed vtrum, Af-
flict.in d.verbo uectigalia.nu.4.Nec mirum, quia etiam ui
26 demus, quod † Rex ſi faceret homines ſuos angarios, uel
perangarios, requiritur iuſta & rationabilis cauſa ſecun-
dum Affl.in rub.quæ ſint rega.nu.78.

27 Item † & ſimiliter ſi uult ponere ſuperindictum, ut pro
cuſtodia patrię, ſecũdum Bar.& alios in l.1.C.de ſuperind.
ubi ſic formaliter inquit Luc.de Pe.col.3. Contingit tamẽ
aliquando, quod Principes non habent ſufficientes reddi-
tus ad cuſtodiam terræ, & alia, quæ imminent principibus
rationabiliter expendenda, & tali caſu iuſtum eſt, quod ſub
diti exhibeant unde poſſit eorum utilitas procurari, quia
28 dicit Apoſtolus ad Corinth.c.9.Nullus † proprijs ſtipen-
29 dijs militare tenetur, ſubdens, † quod Princeps, qui mili-
tat utilitati communi, debet etiam de communib. uiuere,
& communitatis negocia procurare, uel per reditus depu
tatos, uel ſi huiuſmodi deſint, aut ſi ſufficientes non fuerint,
per ea quæ a ſingulis colliguntur, & ſimilis ratio eſſe uide
tur, ſi aliquis caſus de nouo emergat, in quo oporteat mul
ta expendere pro utilitate communi, uel pro honeſto ſta-
tu Principis conſeruando, ad quæ ſufficiũt reditus proprij,
uel exactiones conſuetæ, puta ſi hoſtes terram inuadẽt, uel
aliquis ſimilis caſus emergat, tunc & præter ſolitas exa-
ctiones poſſunt licitè iterrarum Principes a ſubditis ſuis ali
qua exigere pro utilitate communi, & ideo dicitur pericu
loſa res in impetrante tenuitas, ut tradit Caſſio.primo uar.
c.19.ſequitur.Affl.in cap.1.quæ ſint rega.in prin.col.penul.
& in uerſi..extraordinaria, col.2.in prin.Cor. in conſ.199.
col.3.in prin.uol.1.Si autem ſine cauſa uellet imponere, nõ
poteſt.ut inquit.Affl.in d.uerbo uectigalia, nu.4.ubi inquit
30 † ꝙ ſi ſine cã imponeret, peccaret mortaliter, & ſine dubio
faceret magnam iniuſtitiam, ſm̃ Inn.in c.innouamus, de cẽſ.
& in c.ſuper quibuſdam.de uerbo. ſign. Pro qua opinione
31 ſecundum eum facit.Nam † ſi Papa non deponit epiſcopũ
ſine cauſa, c.nunc autem, 9.q.3. qui habet liberam admini-
ſtrationem, cap.ult.3.u.5. & abſolutam poteſtatem claue
non errante, de quibus clauib. loquitur tex.in c.manet.24.
32 q. 1.Sic etiam † Princeps non debet priuare ſubditos ſuos
bonis ſine cauſa per impoſitionem noui vectigalis, quia cõ
tentus eſſe debet ſuis ſtipendijs ſolitis & conſuetis, quæ
habet pro iuſtitia adminiſtranda, ut patet ad Roma. in c.13.
& ut cuſtodiat ſubditos ab incurſibus latronum, alias tene
retur ad reſtitutionem, ſecundũ S.Thomã 2.par.q.53.Hoſt.
in ſumma in d.tit.de cenſ.§.ex quibus verſ.breuiter puto.

33 Et ideo dicit Affl.ibi nu.23.ꝙ † licet Rex vel ciuitas non
recognoſcens ſuperiorem, poſſit augere vectigalia ſolita,
quæ ſoluuntur à forenſibus tranſeuntibus per terram, uel
mare, tamen hoc locũ non habet, ſi fraudulenter fieret aug-
mentum illud in damnũ tranſeuntium principaliter, & im-
moderate augeretur ſolita gabella ſine iuſta, & rationabili
cauſa, ut pulchre conſuluit Ang.in conſ.228.colu.pe. Hinc
34 etiam dixit ibi Affl.num.11.cum ſeq.† quod ſi princeps im-
poſuit nouum vectigal ſine cauſa iuſta, & hoc notorium ſit,
quod ſubditus exactor, qui hoc ſcit peccat mortaliter illud
exigens, & non ſolum ipſe, ſed etiam Princeps, quia notoriã
35 rapinam committunt, quod aũt rapinę faciant patet, † quia
auferre a tranſeuntibus bona ipſorum propter nouuum ve
ctigal, eſt contra ius gentium, de quo iure ſunt dominia.l.
ex hoc iure, ff. de iuſt. & iu. & princeps non poteſt tollere
dominium rerum ſine cauſa, l.fi.C.ſi cõ.ius, uel uti.pub.igi-
36 tur non immerito, ſi nõ poſſet excuſari a rapina, quia † prin
ceps ligatur pręceptis iuriſgentium, niſi ex cauſa, ut in ca.
quanto, de iureiu.Propterea dixit Affl.in rub.quę ſint rega.
37 nu.90.quod illud, quod dicitur, † Principem poſſe impone
re uectigalia, debet intelligi, ſi moderate imponat, ſecus ſi
exigere vult ultra id, quod ei conſtitutum eſt ſola libidine
habendi, uel propter inordinatas, & immoderatas expen-
38 ſas, quia hoc ei non licet, non enim debent † principes eo-
rum ſubditis graues exiſtere, cum debeant potius boni pa-
rentis moribus, eis ueluti filijs theſauros præparare, & in
cunctis neceſſitatibus paſtoris vice fauere. ca.cum Apoſto
39 lus, §.ſubſtinemus, de cenſ.Eſt enim † Princeps pater com-
munis omnium, auth.neq; uir, quod ex do.circa fin.Debent
40 quoque ſtudere † ut non eo actores, ſed rectores Dei nomi
nentur, non in ſubditos crudeliter deſæuire, ſed illos lega-
liter amplecti, ut ſint forma ipſorũ nõ dominatores eorum,
41 c.quia cognouimus.20.q.vlt.Nam ſecundum Ariſto.† ſimi-
lis eſt operatio Regis ad ſubiectos, patris ad filios, paſto-
ris ad oues, paterno enim more, & pie debent regere popu
lum, & clementer, c.conquerẽte.de reſt.ſpol.ita Luc.de Pẽ.
42 in l.j.C.ſuperind.col.4.Nam boni † paſtoris eſt tondere pe-
cus, non autem deglutire, id eſt, pilos, uel lanam euellere,
ut tradunt Sueto.lib.2.& Oroſ.7.ad Aug. Huic quoque ad-
ſtipulantur, quæ tradit Bal.in conſ.410.col.3.uol.5.quem
ſequuntur Iac.de S.Geor.inueſt.ſua, in uerbo, & cum molẽ
dinis, colu.2.& Cra.de antiq.in verbo, & cum molendinis,
col.2.& Cra.de antiq.temporum in 4.pa.verſ.circa pręmiſ
43 ſa, ubi inquit, † quod ſi per principem fiat ordinatio, quod
quilibet ſubditus ire debeat ad eius molendinum ad molen
dum, & non alio, ſi talis ordinatio reſpicit priuatam utilita
tem, ut quia molendina ſint de proprio patrimonio Domi-
ni, & quæſtus ſeu redditus inde proueniens ſit priuati iuris,
quia tendit in burſam Domini, talis ordinatio uti ambitio-
ſa non ualet.l.ambitioſa.ff.de decr.ab ord.fac.ſecus ſi reſpi
ceret publicam utilitatem, vt quia molendina fiſcalia, & q̃-
ſtus, & reditus prouenientes ſeruiunt publicis neceſſitati-
bus, & hoc caſu ualet.quia propter neceſſitatem publicam
receditur a priuata l. munerum, §.item.ff.de mune.& hon.
Ex hac igitur concluſione infertur, ꝙ ſi non licet principib.
minuſque alijs auctoritatem ab eis habentib. mĩponendi ue
ctigalia, imponere, niſi cum iuſta cauſa, & rationabili, ita ta
44 men, quod † vectigalis, uel gabellæ ſolutio non ſit barbari
ca, ſecundum Feli.in c.j.col.11.verſ.alius caſus eſt, de con
ſtit. ut eſt quando ſoluitur ultra tertiam octauæ partis, ſe-
cundum Bal.in rub.de rer.diuiſ. per l.fi.C.de vectig.

Deuenio ad ultimum, in quo omnes legum uertices vno

ore

45 ore concludunt, quod † ceſſante cauſa rationabili, & iuſta
impoſitionis uectigalis,& gabellę,ceſſare etiam debet illa-
rum exactio, quia regula eſt, quod ceſſante cauſa,dēt quo-
que ceſſare eius effectus.capit. cum ceſſante,de appe. fac t
46 tex.l.Cura.§.deficientium.ff.de muner.& hon. vbi † immu
nitas conceſſa propter paupertatem ceſſat ſuperuenienti-
bus diuitijs,& ſic ceſſante cauſa paupertatis.& ideo inquit
47 Rui.in conſ.3.num.9.uol.1.quod † ſi alicui eſt conceſſa fa-
cultas filias admittendi ad feudum , ut eas nuptui tradere
poſſit,ſi demum is, cui conceſſa eſt hæc poteſtas filiam ma-
trimonio copulandi, ex proprijs bonis eam dotauit,retinē
do pro ſe feudum , quod filia nupta non poteſt amplius in
feudo ſuccedere, quia ceſſat cauſa priuilegij, & conceſſio-
nis,ꝑ tex.ubi videtur eſſe caſus,in l.ſi ego, in prin. ff.de iur.
dot.Accedit quod uoluit Inno. in c.plerique,de iure immu
48 nit. ubi † ſi Princeps aliqua ſubſiſtente cauſa abſtulit rem
propriam uni,ſi demum ceſſat cauſa, ceſſat & diſpoſitio, &
res ablata debet reſtitui, alias in foro contentioſo,& con-
ſcientiæ actus principis nō tenet, ſequuntur But. & Imo.in
c.quæ in eccleſiarum, de conſtit.Soci.in conſi. 164. nu.10.
uol.2.Dec.in d.c.quæ eccleſiarum,nu.17.Affl.in deciſ. 361.
num.29.Rui.in conſi.3.nu.13 uol.1.& in conſ.37.nu.7.uol.
49 4.& alias conſulendo pro Comite Valentiæ dixi,quod † li
cet Rex catholicus ex cauſa alias potuerit auferre caſtrū
Valentiæ ipſi Comiti tempore belli,tamen , quod ceſſante
bello,iure ſic ſuadente,princeps ipſe tenebatur ad illius re
ſtitutionem.Confirmatur hæc opinio ex dictis per Roma.
in conſ.404.vbi concludit,quod licet ſtatutum Peruſinum
ex cauſa excitaret contra ius naturale omnia pacta credi-
torum facta cum debitoribus ceſſantibus & fugitiuis,ne in
tuitu inopiæ inducerentur ad pacta nimis larga,& liberato
ria,non irritare pacta facta cum eis,poſtquam peruenerint
ad pinguiorem fortunam , quia cū ceſſet illa cauſa ſtatuti,
ergo & ſtatutum,& Roma.ſequitur Rui.in citato conſil.3.
num.13.Sed accedendo ad terminos quæſtionis noſtræ ita
determinat Iſer.i rub.quæ ſint reg.col.2.verſic.hæc pe da
50 gia,vbi dicit quod † pedagia,vectigalia,& impoſitiones ex
iuſta cauſa fieri debent,& ceſſante cauſa,cauſæ illæ ceſſare
51 debent.Vnde ſecundum eum † ſi Dominus,qui ſiclam & mo
netam facere poteſt in terra ſua,ſtatuat,vt aliqua mercimo
nia non extrahantur de terra ſua,quæ ſint neceſſaria ad cō-
fectionem monetæ,ſi tempore procedente nō cudatur mo
neta,exactor horum mercimoniorum non tenetur ſtare di
cto ſtatuto,quia cum ceſſet cauſa prohibitionis, finitur ſta
tuti auctoritas.l.quod ait.§.quod ait.ff.de adul. & cū Iſer.
tranſit ibi Affl.nu.94.ubi infert , quod & ſi Rex pro aliqua
inuaſione,vel rebellione notabili non procurata,non ſimu
lata,non momentanea,ſeu facile tranſitoria,ſed manente,ſi
non habet pecuniam in arca,nec iura regni ſufficiant ad de
pellendos infideles,poſſit imponere gabellam nouam,& ēt
alia onera inſupportabilia,tamen id procedit donec infide
les expellantur , & ſic donec durat cauſa. Rurſus in dicto
verbo vectigalia,nu.10.Huic etiam ſententiæ additur , qđ
52 ſcribit Feli.in c.1.col.11.verſ.alius eſt,de conſtit .ubi ait,†
quod licitum eſt fraudare gabellam,quādo ceſſat cauſa,ꝓꝑ
quam ab initio legitimè fuit impoſita. Nam cum cauſa re-
ducitur ad non cauſam , perinde eſt ac ſi a principio ſine
cauſa fuiſſet impoſita.l.1.in fi.ff.de cond.ſine cauſa.quo ca-
ſu,quando ſine cauſa impoſita fuiſſet,peccaret imponens ſe
53 cundum Inno.in c.innouamus,de cenſ. Nec † dicitur fieri,
quod cum peccato fit.22.q.1.Iſer.in rub.quæ ſint rega. co
lum.3.in prin.Vnde,ut ſupra dictum eſt pro iuſtitia cōclu-
dendum eſſe arbitror,& non aliter,ne forſan inciderem in
dictum Vlpiani,vbi præmonet damnatæ opinionis fore,exi
ſtimare,ius eſſe quidquid potentiori eſt utile , igitur ait·
Noſce oportet,ut non ignoretur,quod uere ius eſt , quovè
cogitationes,actus,interpretationes,reſponſa,ſint referē-
da,ſcilicet ad veram iuſtitiam,tanquam principium finem-
que ſuum (præclara mi Deus & literis aureis annotanda ſē
54 tentia)qua inſtruimur Principum placita † tunc vim legis
habere,quando ſunt cum honeſtate coniuncta.Hinc edoce
55 mur,† quod qui potentiorum blandiuntur emolumentis,
non Iuriſconſultos fore,ſed iniquitatis miniſtros, non boni,& æqui artem exercere,ſed perditiſſimi hominis,non ſacerdotes,ſed apoſtatas,non philoſophantes, ſed hypocritas improbiſſimos,vt refert Marius Salam. in repetit. lege prima in verbo veram ni ſallor,numero ſexto ff.de iuſti.& iure. Laus Deo Opt.Max.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

1 *Mulier ſoluto matrimonio occaſione dotium ſuarum in immobilibus conſiſtentium,& quæ marito tradita fuerunt æſtimata, agere poteſt contra emptores dictorum bonorū eis a marito uenditorum.*

2 *Venditor plus iuris in emptorem transferre nō potuit, quā quod ipſe habebat.*

3 *Nemo dat, quod non habet.*

4 *Dos data in bonis ſtabilibus æſtimatis tunc facit emptionē, quando pretium correſpondet ualori rei, quod intellige, ut in nu.18.*

5 *Contractus venditionis, uel alius ab eo diſſimilis ex quantitate pretij præſumitur.*

6 *Aeſtimatio rei dotalis, quando fit, ut poſſit cognoſci, an res ſit deteriorata,non facit emptionem,ſed uenit in reſtitutione dotis.*

7 *Aeſtimatio rerum dotalium, licet faciat emptionem,id tamen recipitur quoties tempore æſtimationis maritus eſt ſoluendo, alias ſecus.*

8 *Maritus, ſi non eſt ſoluendo dotem ſibi æſtimatam uera æſtimatione,alteri obligare non poteſt.*

9 *Aeſtimatio rerum dotalium , uenditionem & emptionem conſtituit,ſi aliud non fuit expreſſum.*

10 *Animalia,ueſtes & ſimilia, quando dantur in dotem,intereſt mariti,ut non dentur æſtimata.*

11 *Res æſtimatæ datæ in dotem marito , ſi eas conceſſit vxori ad vſum , quæ illas conſumpſit , maritus ad earum æſtimationem tenetur.*

12 *Aeſtimatio rerum dotalium, quando emptionem cōſtituit, facit fundum ex toto deſinere eſſe dotalem adeo quod ſine conſenſu vxoris poſſunt per maritum alienari, tāquā res propriæ,& nu.15.& 20.*

13 *Prædia quando dantur in dotem æſtimata , pacto appoſito , quod reddatur æſtimatio,faciunt emptionem.*

14 *Contractus recipit legem ex conuentione partium.*

16 *Maritus recipiens prædia æſtimata in dotem pro ſe,& hæredibus , uidetur illa recipere nomine proprio , & non vxoris.*

17 *Precium conuentum inter partes præſumitur iuſtum.*

19 *Diſpoſitio l.ſecundæ. C.de reſcind.vend,locum habet in æſtimatione rei datæ in dotem factæ vltra dimidiam iuſti pretij.*

21 *Aeſtimatio tunc dicitur facta ad effectum , ut ſciatur ualor rei, quando ſpecies ex pacto uenit reſtituenda.*

22 *Soluendo , ut quis non dicatur , excuſſio bonorum requiritur.*

23 *Fundans ſe in paupertate,illam probare tenetur.*

24 *Mulier licet in ſubſidium poſſit agere vtili uendicatione contra poſſeſſores bonorum dotalium ad res æſtimatas ea æſtimatione,quæ facit emptionem, tamen ipſorum emptores , & poſſeſſores offerendo æſtimationem, effugiunt rerum reſtitutionem.*

## CONSILIVM XCII.

MAgnifica Domina Antonia de Saluagijs alias dedit in dotem Magnifico Domino Franciſco Fornario tria millia ſcuta in pecunia numerata,& in bonis ſtabilibus æſtimatis, quæ bona exinde per dictum D. Franciſcum uendita fuerunt; Magnifico Do.Alexandro Gambaro demum ſoluto matrimonio Do. Antonia egit ad reſtitutionem dictorū bonorum ſtabilium æſtimatorum contra poſſeſſorē , & em

ptorem

ptorem dictorum bonorum;quæritur quid iuris.
1 Prima facie dicendum uideretur,† quod apte egerit Do.
Antonia,quoniam clarum eſt,ſi dicta bona fuiſſent apud hę
redes Domini Franciſci quod ab eis potuiſſent vendicari,
ut infra dicetur, ergo & ſimiliter a domino Alexandro 2.
2 habente cauſam a Domino Franciſco, cum † in eum vendi-
tor plus iuris non potueri transferre, quam quod ipſe ha-
bebat.l.nemo plus.ff.de regu.iur.capitulo nemo poteſt, eo
3 dem titu.in 6.Concordat,quod dicitur † nemo dat, q̄d non
habet.l.ſi vniuerſæ. C. de lega.c. quod autem de iure patr.
quod autem per eam potuiſſet agi contra hæredes Domini
Franciſci multiplici ex capite probatur.& primo,quia & ſi
4 communia regula ſit,quod † dos dota in bonis ſtabilib.æſti
matis faciat emptionem,gl.in l.1.l.quoties, l. ſi inter, C.de
iur.dot.doc.in l.ex conuentione.C.de pac.tamen id admit-
tendum uenit,ubi pretium eſt condignum,ſecus ſi non reſ-
pondeat valori rei,Bald.Salic.& alij,in d.l.ex conuentione,
Iaſ.in l.1.col.5.C.de iur.emphy.& in conſ.45.col.2. vol.1.
Aret.conſ.84.col.2.Pariſ.conſi.81.col.3.uolu.3.Soc. iun.in
cōſ.141.col.4.uol.1.& Didac.in lib ſuo primo pract. q.ca.
28.vbi ambo dicunt,hanc concluſionem cōmuni oīum ſnīa
probatam,ac receptam.Et pro hac ſententia bene facit, q̄d
uoluit Iaſ. in d.conſ.45.col.2.vbi inquit,quod conceſſio fa-
cta de ſeptem caſtris per Regem Aragoniæ cuidā monaſte-
rio pro pretio trium millium ducatorum,nō poteſt iudica
ri,quod ſit venditio,cū dictū pretiū non ſit ad milleſimāpar
tem condignum dictis ſeptem caſtris,quib.ſuffragatur glo.
5 in l.1.§.1.in verbo agendo.ff.de ſuperf. quæ probat, † ꝙ ex
quantitate pretij præſumitur contractus venditionis, vel
alius ab eo diſſimilis,quam reputat ſing.Iaſ.in d.l. ex conuē
tione,col.1.& in l.1.colum.5.C.de iur.emphy.Marſ.in ſing.
105.Ripa in l.2.num.33.ff.ſi cert.pe.Anch.in conſ.482.col.
2.circa fi.ſed in caſu præſenti maioris valoris ſunt fundi da
ti in dotem,licèt æſtimati,ergo fundi veniunt in reſtitutio-
ne dotis,non autem ipſa æſtimatio.
Secundò quod veniat dicti fundi in reſtitutione, non aūt
æſti matio,probatur,quia ualor expreſſus fuit,ut magis co
gnoſcatur, an res dotales ſint deterioratæ penes maritum,
quam quod faciat emptionem, quo caſu ſecundum Doct.
6 quando † æſtimatio rei dotalis ſit ad effectum prænarratū
tunc æſtimatio non facit emptionem, ſed prædia ueniunt
uti dotalia in reſtitutione dotis.l.ſi inter, C. de iure dot.l.
cum poſt §.res in dotem.ff. eo.tit.Bald.in l.ex conuentione
in 3.oppo.C.de pact.& in l.intereſt,uerſ.alius eſt caſus. C.
de vſuf.Soc.in conſi.56.col.1.& 2.vol.1.Corn.conſ.15.co-
lu.1.vol.2.Pract.Pap.in for.lib.quo agitur ad dotem,in ver
bo Ac etiam Caſtrum,in 1.col.
7 Tertio accedit. Nam † licet æſtimatio rerum dotalium
faciat emptionem,id tamen locum habere nō videtur,quo
ties eo tempore,quo fit æſtimatio,maritus dotem recipiēs
non eſt ſoluendo,nec habet bona,ex quibus æſtimationem
rerum dotalium ſoluere poſſit.ita Bal.in d.l.intereſt,vbi in
8 quit † quod maritus non poteſt rem dotalem ęſtimatā ue-
ra æſtimatione alteri obligare,ſi alias non eſt ſoluendo,qa
res ipſa non obſtante dicta æſtimatione cenſetur dotalis.l.
in reb.C.de iure dot.quod dictum tanquam aureum ſequi-
tur Crem.in ſing.181.Iaſ.& Dec.in d.l.ex conuentione.rur
ſus Iaſ.in §.actionum.nu.84.de actio.Lup.in c.per veſtras,
in §.17.nu.8.de don.inter uir.& vxo.Soc.iun.in conſ. 141.
nu.12.vol.1.Sal.in d.l.intereſt,& Imo. in l.ſi æſtimatis,col.
1.ff.ſol.matrimo.
Quibus tamen non obſtantibus, quæ uere non obſtant,
contraria ſententia eſt de iure uerior,quæ primo probatur
9 ex communi calculo. qui habet, quod † æſtimatio rerum
dotalium emptionem & uenditionem conſtituit, & efficit,
ubi aliud non fuit expreſſum d.l.quoties,gl. ordinaria cōi-
ter approbata in d.l.ſi inter Alex.in conſ.78.col.2.vol.5.&
in conſ.156.col.1.uol.6.Soc.conſ.56.uer.7.caſus, uol.1.&
in conſ.69.nu.15.vol.4.Dec.in conc.160.col.2.in princ. &
682.nu.11.Soc.in conſ.289.col.1. uol. 2. ubi dicit,ꝙ ſi ma-
ritus confeſſus eſt florenos quinq; centū aureos recepiſſe
in dotem,uidelicet quatuor centum in pecunia,& centū in
corredijs, ꝙ corredia æſtimata, & in dotē tradita, faciunt
emptionem, & ideo quod reddenda eſt æſtimatio in reſtitu
tione dotis, per glo. communiter approbatam in d.l. ſi in-
ter, & ideo dixit Imperator in l.plerunque in prin.ff.de iu-
10 re dot.quod † quando dantur animalia,veſtes,& ſimilia in
dotem,intereſt viri,ut nō dentur æſtimata,quia tunc & me-
liores,& deteriores erunt mulieris.ſi autem dentur æſtima
ta talia bona,licet mulier conſenſerit, tamen maritus æſti-
mationem præſtare debet.l. æſtimatæ. ff. ſolu.matr.vbi ſic
litera dicit Aeſtimatæ res,uſu nam mulieris, etiam pericu-
lo mariti deteriores efficiuntur,& ideo per illum tex.dicūt
11 Bald.Imol.Pau. & alij comuniter, quod † licet res æſtima-
tæ ſint conceſſæ mulieri ad vſum, quæ illas conſumpſit, ta-
men maritus ad earum æſtimationem teneor, quod di-
cunt notandum propter mulieres ruſticas, quæ tenent mo
dum illius l.quia dant veſtes,& alia neceſſaria ad vſum æſti
mata in dotem,quæ poſtea conſumuntur, Nam maritus ad
æſtimationem tenetur,Did.vbi ſupra verſ.quinto Soc.cōſ.
59.col.fi.uol 1.Cor.in conſ.1.litera 9.uol.2.& Ruin.in cōſ.
134.nu.2.vol.4.Rub.Alex.in conſ.5.col.2.& ratio eſt ſecū
dum Bal.in d.l.ſi inter.quem ſequuntur Soc. in allegato cō
ſil.56.verſ.ſeptimus caſus,& Rui.in citato conſ. 134. quia
dicto caſu vnus cōtractus occultatur.ſ.emptionis, & alius
exprimitur.ſ.dotis,& celeri manu de uno tranſit ad alium.
Si ergo conſtituitur emptio,ergo dominium irreuocabili-
ter fit viri,ut in l.ſi æſtimatis,ubi not.omnes.ff.ſolut. matr.
Affli.in deciſ.270 col.2.Io.Coraſ.in l.qui liberos, nu. 204.
ff.de ritu nup.& iō dixit Io.de Imol.in d.l.ſi æſtimatis,ver-
12 ſic.Item attende,quod † quando æſtimatio rerum dotaliū
facit emptionem,quod facit fundum ex toto deſinere eſſe
dotalem,adeò quod ſine conſenſu mulieris poteſt per virū
alienari,tanquam res propria.Sed huiuſmodi fundi fuerūt
dati in dotem æſtimati ad rationem duodecim florenorum
pro ſextario,ergo non ueniunt in reſtitutione dotis.
Secundo ex alia communi opinione, quæ habet, quod
13 † prædia quando dantur in dotem æſtimata,pacto appoſi-
to, quod reddatur æſtimatio, ea emptionem facit, quia
uir uidetur emere res, & breui manu vxori precium tra-
dere, & demum illud in dotem dare ex eſt no. in d.l. ple-
14 runque.§.ſi ante,Baldus in d.l.quoties.quoniam † contra-
ctus recipit legem ex conuentione partiū,l.lege,C.de pac.
conuen.Affl.in deciſ.270.col.2.vbi refert, ita fuiſſe votatū
per Dominos ſacri concilij.Soc.in conſ.9.col. pen.uerſ.8.
& numero 12.volu. 1.vbi dicit, quod ſi pro dote fuit data
res æſtimata,vera æſtimatio facit emptionem,cū ſit habilis
ad tranſlationem dominij, maxime ſtante obligatione de
reddendo quantitatem æſtimatam in caſu dotiū reſtituen-
darum,quia ſi res non eſſet data in ſolutum, hæredes mari-
ti tenerentur ad ipſam reſtituendam, & non ad pecuniam,
ſed quia tenetur ad ipſam pecuniam,idem illa æſtimatio fa
cit emptionem, & res fuit tranſlata, & data,quo ad plenum
dominium viro. Idem dixit Rui. in conſi.134.num. 4.uerſi.
dicitur autem,uol.4.& in conſ.137.in fi.colum.uolu. 1. vbi
15 inquit,† quod fundus æſtimatus deſinit eſſe dotalis, & effi-
citur mariti pleno iure & irreuocabiliter, quando actum
eſt, quod ſoluto matrimonio reſtituatur æſtimatio. Vnde
cum in caſu,de quo agitur,ut conſtat ex inſtrumento dota-
li, actum fuerit inter virum & uxorem de quantitate reſti-
tuenda ſoluto matrimonio, uidetur dicendum quod æſti-
mata,& pro confirmatione, ac in fortioribus terminis fa-
cit,quod voluit Bald.in d.l.quoties, quem ſequitur Soc. in
conſ.56.col.fi.vbi dicit,quod ſi inſtrnmento dotali non ca-
uetur de re, uel æſtimatione reddenda, quando res eſt data
in dotē æſtimata, ſed uerba inſtrumenti dicunt, quam dotē
promiſit reſtituere,dicta uerba intelligūtur de vera dote,
quæ vera dos eſt pretium, quo res æſtimatur,& ideo ꝙ præ
cisè debetur pretium,& quod ita pluries interrogatus re-
ſpondit,ergo multo fortius hoc dicendū eſt, ubi expreſsè,
actum fuit,vt in caſu præſenti de quantitate reſtituenda,&
eo magis id fatendum venit, cum D. Franciſcus receperit
16 dicta prædia æſtimata † pro ſe, & ſuis hæredibus quæ ver-
ba apertè demonſtrant,quod illa recipiebat nomine ſuo,&

non

non vxoris,vt in terminis ponderat Corn.in conſ.172.col. 3.verſ. tamen his non obſtantibus vol. 1.

Reſtat modo reſpondere adductis in contrarium. & ad
17 primum dicitur,quod alio non edocto,†pretium inter partes conuentum præſumitur iuſtum,ita Bal.in l.per diuerſas in 4.q.C.mand.per tex.in l.in minorib.& in l.hæreditatem, ff.de mino.quia venditor non præſumitur calumniari,ſed lites execrari,Mod.in tracta.de emp.& vend.q.8.principali, col.fi.verſ.item aduerte,Panthal.de Crema in l.2. nu.18.& 143.C.de reſcin.vend.vbi ſic dicit,Pretium conuentionale quod placuit contrahentib.in dubio,alio non edocto in cõtrarium,præſumitur iuſtum,& in nu.260.& ad hoc eſt tex. in d.l.2.vbi agenti ad reſciſſionem contractus venditionis, vel ad eius ſupplementum vigore dictæ l.incumbit onus,probandi ſe læſum vltra dimidiam iuſti pretij tpe contractus, ſecundum Doct.ibi.

Scdo reſpondetur,ꝙ prędicta opinio poſſet procedere,
18 † qñ notorium probatum eſſet rem pluris ualere, q̃ fuerit æſtimata,ſed ꝙ in dicta æſtimatione fuit læſa ultra dimidiã iuſti pretij,etenim in hoc caſu ꝑp maximam pretij iuſti diminutionem,vel augmentum,præſumitur ad alium effectũ facta æſtimatio,non ad cõſtituendã,nec efficiendã emptionem,ꝙ vr̃ probari,per Salic.in d.l.ex conuentione,dũ ſcribit æſtimationem conſtituere, & efficere emptionẽ, vbi facta ſit pro iuſto pretio vel ei proximo,ſed melius ꝑ Didac. in lib.1.pract.q.c.28.in verſ.9.col.2.Et pro confirmatione huius reſponſionis accedat,ꝙ dixit Bal de Vbal.in d.l.2.in
19 1.q.& Panthal.de Crema,nu.37.verſ.9.vbi dicunt†dictam legem procedere ẽt in æſtimatione rei datæ in dotem facta vltra dimidiam iuſti pretij,per text in l.iure ſuccurſum.ſ. fi.& ibi gl.de iure dot.& in l.ſi res,§.ſi mulier, vbi ẽt gl eo.
20 tit.Et rõ eſt,q̃a † iſte contractus dotis aſſimilatur vẽditioni,ergo idẽ ius eſſe dẽt,l.1.§.ſi ſeruum,ff. depoſ. facit ẽt gl. in l.ſi ex cã,ſ.dotis,ff.de minor,ſed in caſu noſtro nihil penitus probatum fuit ex parte d.D.Anton.ergo &c.

Ad ſm̃ reſpondetur,mendacium eſſe, quod in caſu præſenti æſtimatio facta fuerit ad effectum,ut ſciatur valor rei, quia veritas eſt,quod facta fuit ad affectum venditionis, ut ſupra dictum fuit,ꝙ aũt id ſit verum demonſtratur,qm̃ æſtimatio tunc dr̃ facta ad effectum,vt ſciatur ualor rei, quãdo
21 † ſpecies ex pacto venit reſtituenda,vt probat tex. in d.l.ſi inter,& ibi Sal.in prin.verſ.quero quõ ſcitur,Soc.in citato conſ.56.col.2 volumine 1.quod actum non extitit in terminis noſtris.

Non obſtat ſimiliter & ultimum,quia nullibi conſtat D. Franciſcum non eſſe ſoluendo,quoniam,ut dicatur non ſol
22 uẽdo,requiritur,ꝙ † facta fuiſſet excuſſio bonorum ipſius, ut uoluit Bal.in l. in reb.col.4.in pri.uerſ.ſm̃ remedium, C. de iure dot.ubi inquit,ꝙ mulier in ſubſidium hẽt rei vendicationem pro re æſtimata data in dotem,ſi excuſſis alijs facultatib. uiri,reliquæ facultates non ſufficiant.ſequitur Neguſ.in tract.de pign.in 3.membro quintæ par.nu.28.uerſ.
23 ego aũt,& pro hac opinione facit regula,quæ uult,† ꝙ ille qui ſe fundat in paupertate alicuius, iam probare tenetur gl.in l.ſi uero,ſ.qui pro rei,ff.qui ſatiſd.cogan.& iõ per illam gl.dicit ibi Ang.ꝙ ubicunq. diuitiæ,uel paupertas ſunt cã & fundamentum intentionis allegãtis,ei incumbit onus probandi,etiam in negante,Affl.in deciſ.377.nu.4.& 6.Alcia.in tract.de præſump.in 2.reg.præſum.27.in fin. Luc. de Pen.in l.fi.per illum tex.in verbo probauerit,C.de his,qui nu.lib.10.Affl.in conſt.regni in cõſt.intentionis,nu.55.Vnde ex his omnib.reſultat uera concluſio, quod ſicut Dom. Antonia non potuiſſet agere contra hæredes mariti ad re[illegible]tutionem prædiorum æſtimatorum, & datorum in dote [illegible] ita nec poteſt agere contra dictum D.Alex.habentem cauſam ab eo.

Sed ulterius dr̃,ꝙ ẽt dato,ꝙ in ſubſidiũ dicta Domina potuiſſet agere utili rei uendicatione contra poſſeſſorem, &
24 emptorem ipſorum bonorum,tñ † ꝙ D.Ale.poſſet offerendo ei æſtimationem rerum effugere ipſarum reſtitutionẽ. ita Soc.in cõſi.224.uerſi.q̃nimo,uol.2.Iaſ.in l. traditionib. uer.13.C.de pac.ubi dicit iſto caſu ſufficere ſolui ipſã æſtimationẽ uxori,nec eſſe neceſſe tradere fundum, & q̃uãuis Neguſ.in d.tract.de pig.in 3.membro quintę partis,nu.28. uideatur impugnare Soc.in loco ſupra citato,tamen cõtra ipſum Neguſ.tenuit Didac.in li.ſuo primo,prac.q. c.28.in uerſ.8.quia hic emptor habet ius a marito,ergo eiſdem deffenſionib.uti põt,quib.maritus poterat ſe iuuare,cum in ius ſucceſſerit,ſed ſi contra maritũ,ſeu eius hæredes actũ fuiſſet,ſatisfeciſſent per æſtimationem,ut per Didac.ubi ſupra ergo &c. Laus Deo Opt. Max.

Rolandus a Valle Iuriſconſultus.

## SVMMARIVM.

*1 Emphyteuſis accepta pro ſe, & filijs extenditur nedum ad maſculos,ſed etiam ad fœminas,& nu.9.17.ſecundũ communem,& 30.*
*2 Argumentum de vltimis uoluntatibus ad cõtractus ualet.*
*3 Filiorum appellatione in vltimis uoluntatib.ueniunt ſecũdum communem,& fœminæ.*
*4 Conditio ſi hæres deceſſerit ſine filio, comprehendit & filiam.*
*5 Conditio in contractib.ſi matrimonium dirimatur ſine filijs,ceſſat exiſtente filia.*
*6 Emphyteuſis accepta pro ſe & liberis,comprehendit fœminas,& nu.23.*
*7 Filiorum appellatione in donatione veniunt & fœminæ,declara,ut in nu.26.*
*8 Emphyteuſis eccleſiaſtica ita tranſit ad deſcendentes fœminas,ſicut ad maſculos.*
*10 Regulam qui habet pro ſe,rem claram habere uidetur.*
*11 Maſculinum concipit fœmininum in diſpoſitione legis ẽt odioſæ,contra ſecundum communem,vt in nu. 31.*
*12 Maſculinum ſecundum communem in contractib.non cõcipit fœmininum.*
*13 Contractus emphyteuticus,quia ſtricti iuris,ſtricte eſt interpretandus.*
*14 Maſculinum concipit fœmininum ex interpretatione,non ex propria ſignificatione,& comprehenſione.*
*15 Recedendum non eſt in materia ſtricte interpretãda a uerbis,& eorum ſignificatione.*
*16 Maſculinum non concipit fœmininum in conceſſione feudali,quæ eſt contractus innominatus.*
*18 Interpretatio latior fit in ultimis uoluntatibus,quam in cõtractibus.*
*19 Filiorum appellatione in ultimis uoluntatibus ueniunt nepotes,ſecus in contractibus.*
*20 Emphyteuſis acquiſita pro ſe & filijs non comprehendit nepotes.*
*21 Monaſterium in ultimis uoluntatibus loco filij habetur,ſecus in contractibus.*
*22 Declaratio ad tex.in ſ.emphyteuſim,ĩ auth.de nõ alienã.*
*24 Emphyteuſis accepta ꝑ ſe,& liberis,porrigitur ad nepotes.*
*25 Abſurditas ut ceſſet,uerba extenduntur.*
*27 Interpretatio latiſſima fit in beneficijs, & in donatione principis.*
*28 Lex prima,ff.de iure immu.locum non habet in beneficijs, ſed in priuilegijs.*
*29 Conceſsio Cæſaris facta alicui de caſtro pro ſe & filijs extenditur ad nepotes.*

## CONSILIVM XCIII.

PErlectis uerbis conceſſionis emphyteuticæ factæ Do. Aloiſio Caſali pro ſe & filijs per Reuerendum D.Abba
1 tem Sancti Benedicti,prima facie dicendum uidetur, † ꝙ ea etiam accepta uideatur pro Do. Hippolyta filia dicti
2 D.Caroli,quod probatur.Nam † ualet argumentum de ultimis voluntatibus ad contractus, l. pactum inter hæredẽ, ubi Docto.ff.de pac.l.quæ de legato,ff.de leg.1.Bar. in l.1.
3 C.com. præd.Sed † in ultimis uoluntatibus appellatione filiorum ueniũt filiæ fœminæ, quia maſculinum concipit fœmininum.l.ſi quis ita,ff.de teſtam.tutel.l.ſi ita ſcriptum. ff.de

ff.de lega.2.l. qui duos.ff. de lega. 3. ubi legatis multis ve-
4 niunt multæ.l.ſeruus legatis,eo.tit. ubi † ſeruis legatis ueniunt & ſeruæ.& in conditione ſi hęres deceſſerit ſine filio, etiam intelligitur de filia ſecundum Io. And. & alios in ca. Raynaldus,de teſta.Alex.in conſ. 55. nu.10. uolu.3.Dec.in conſi.414.col.1.in fi.& in conſi. 570.col.2.in prin.vbi aſſerit hanc eſſe cōem,ergo idem in contractibus dicendum uenit,ut verbū filijs appoſitum in dicta conceſſione,verificetur ēt in filia, ꝙ ſuadetur ex nota. per Ang. in conſ. 118. in
5 prin.ubi concludit,† ꝙ in contractib.illa conditio,ſi matrimonium dirimatur ſine filijs, ceſſat exiſtente filia.l.non eſt ſine liberis.ff.de verb.ſign.iuncta l.prima, C.de cond.inſer. ſequuntur Dec.in conſi.570. colum.1.in prin.quod comꝓbatur ex not.per Bal. quē ſequuntur alij in l.ſed ſi hac. §. ſi
6 liberos.ff.de in ius voc.vbi ſi qs acquiſiuit emphyteuſim ꝑ ſe,& liberis, veniunt & filiæ fœminæ propter rationem, ꝙ maſculinum concipit fœmininum. Bald.in conſ.21.colum. prima,in fi.uolum.3.Iaſ. in l.ſi quis id quod, colum.5. ff.de iuriſd.om.iud.Dec.in cap.in præſenti,nume.40.uerſi.ſi tamen uolumus, de probat. & in l.2.nume.105. de regu.iur. accedit quoque quod dixit Dec.in conſ.607. nu.14.ubi tra
7 dit,†quod in donatione, appellatione filiorum veniunt fœminæ, & tamen donatio eſt contractus. Bart. in l. Ariſto. ff. de donat.

Secundo ſententia iſta probetur per tex.in §.emphyteu-
8 ſim,in auth.de non alien.vbi†emphyteuſis eccleſiaſtica trāſit ita ad deſcendentes fœminas, ſicut ad maſculos,& ita ꝑ dictum text.tenuit Fulg. in conſ. 331. colum.fi.& in conſil. 238.in fi.

9 Tetio †ita in terminis concludit Salic. in l.2.q.17. & Iaſ. ibi q.17.in fi.in uerſi.addite ēt C. de iure emph.ubi inquit, ꝙ ſi pater recipit emphyteuſim ꝑ ſe, & filijs ſuis legitimis maſculis & fœminis, veniūt pariter fœminæ & maſculi ꝑꝑ parē affectionē,quā habet pater in vtroque,Item & quia ex illo ſolo verbo filius pariter ueniunt maſculi & fœminæ.

Nec obſtat, quod maſculinum in contractibus non concipit fœ mininū, quia apertius hoc dici potuit, & ideo ꝙ contra allegantem debet fieri interpretatio, quod fœmina non veniat.l.veteribus.ff.de pact. quia reſpondetur, ꝙ opinio iſta non probatur in iure,ut dicit Dec. in d.l.2.nu.105. & Neuiza.in conſi.11.in fin.colum.in prin.nec vis facienda eſt in ratione dict. l. veterib. qm̄ & ſi in ea dicatur , ꝙ in re obſcura & ambigua fiat interpretatio contra venditorem, q legē apertius dicere potuerat , tn̄ hoc non videtur poſſe adaptari ad caſum noſtrum,quia non uidetur obſcurum & ambiguum, qn̄ dr̄ de filijs,quin comprehendantur filiæ , cū hoc ſemper locum habeat ꝙ maſculinū concipiat fœmini-
10 nū.l.q duos,de lega.1.Et ideo†cū iſta ſit regula, res vr̄ clara pro eo , qui habet regulā pro ſe.Bar.in l.quoties.ff. ſi qs cautio. Item attenta ratione dictæ legis ſequeretur, ꝙ idē dicendum eſſet,qn̄ ſit mentio de liberis in conceſſione emphyteuta, ut eorum appellatione non deberent venire fœminæ, quia magis aperte hoc dici poterat, & tamen clarū eſt, ut dictum fuit & infra dicetur,ꝙ veniunt fœminæ,ergo idem qū in ea ſit mentio de filijs.ita Dec.in dicta l.2.n.105.
11 facit ēt,nam†diſpoſitione legis quamuis odioſa,& reſtringenda, maſculinum concipit fœmininum, dicta l.ſi quis id quod,idem igitur in contractibus,in quib.licet debeat fieri ſtricta interpretatio.l.quidquid adſtringendæ. ff. de verb. oblig.non tamē verba contractus magis reſtriugi debent, quam ſi materia eſſet odioſa,ut per Doct.vbi ſupra,nu.107. & Corn.in conſ.233.in prin.vol.4.

Quibus tamen non obſtantibus, in caſu præſenti contrariū de iur e eſſe arbiror , dominā Hyppolitā cōpræhenſam non eſſe in dicta emphyteuſi eccleſiaſtica, & primo moue-
12 or ex communi theorica, quæ habet,† qnod in contractib. maſculinum non concipit fœmininum.Guid.de Suz.in l.qcunque.C.de ſer.fugi.vbi dicit,quod hoc iure cautum non reperitur. Alex.in conſi.61. col.2.uol.j.Arch. in ca. ſi quis ſuadente diabolo,17.q.4.cum ſequitur Ro.in l. 2. in princ. col.19.verſ.ſequitur quinto.ff.de verbo.obli. ubi dicit ꝙ illud verbum non reperitur alibi, & quod inter legiſtas fuit notum ſoli Baldo in l.Gallus,in prin.ff.de lib.& poſth.quia
13 † verba contractus ſtricti iuris,ut eſt emphyteuſis,Guid.de Suza.in tract.de iure emphyt.num.3.quia non enumeratur inter ea,quæ ſunt bonæfidei,ut in §.actionum,inſt.de actio. ſunt ſtricte interpretanda, dicta l. quidquid adſtringendæ.
14 Nam † quod maſculinum concipiat fœmininum , procedit ex interpretatione, non ex propria ſignificatione, & comprehenſione.l.iuſta.ff.de verb. ſign,quæ in hoc optime probat, dum dicit, quod iuſta interpretatione ſæpe filij appellatione continetur filia,& ſic non ſemper.Glo.Dyn.& Bar. in l.j.ff.de ver.ſigni.Card.in conſ.135.col.1.Cuma. in conſ.
15 166.col.2.Goza.in conſ.20.col.2.Et in materia†ſtricte interpretanda,non eſt recedendū a uerbis,& eorum ſignificatione,l.j.§.ſi is,qui nauem ff.de exercito.actio.Sed dicta cōceſſio emphyteutica, in qua ſit mentio de filijs, eſt contractus.Iaſ.in l.Gallus,§.inſtituens, colum.7. verſic.2.reſpondetur.ff.de lib. & poſth. & ſtricti iuris. Cuma.in conſ.166. colum. 2. quem ſeqnitur Iaſ. in l. ſi quis id quod, colum.6. verſ.3.notabiliter.ff. de iuriſ.om. iu. Rui.in conſ.35.col.2. in prin,vol.1.ergo nimirum ſi non ueniunt filiæ , quia iſtud eſſet per extenſionem,quæ,ut dictum fuit in materia ſtricti iuris non admittitur. & ultra citatas auctoritates idem tenuerunt Alex.in conſ. primo,nu.17.vol.5. Iaſ.in conſ.115. col.pen.volu.j.Dec. in conſ.236.nu.3.quem quam ſententiam,ut cōmunem amplexi ſunt.Alex.in d.§.liberos , & in conſ.125.in prin.vol.5.in conſ.87.n.13.uol.6.Deci. in cōſ. 433.nu.18.& in l.2.nu.105.de reg.iu.& cōmunem Alexan.
16 in conſ.204.nu.9.uol.2.vbi dicit,†quod in conceſſione feudali, quæ eſt contractus innominatus, ut declarat Bar. in l. iuriſgentium.§.quinimo,colu.ſi.§.de pact.& Bal. in rub.C. de rer.permu.Iaſ.in conſ.233.colu.4.verſ.5.vol.2.maſculinum non concipit fœmininum.

17 Secundo in terminis†ita concludunt Archi.in d.c.ſi quis ſuadente,Guido de Suza.in l.veteribus.ff.de pac.Imo.in ca. potuit.in ulti.col.loca.ubi refert,ita conſuluiſſe,& non mētitur,ut in conſ.38.Idem Imol.in l.cum vir,ff.de cond.& de mō. & in l.ſi ita ſcriptum, ff.de lega.2.Alex.in conſ.61.per totum,vol.j.in.conſ.80. in fi.uol.eo.& in conſ. 87.num.13. vol.6.Cuma.in conſ.166.2.Iaſ.in d.§.liberos.in prin.in l.pactum inter hæredem, in prin. ff.de pact.in l.ueteribus,eod. tit.in l.ſi quis id quod,colum.5.verſi.tene primam.ff.de iuriſd.om.iud.ubi inquit hanc eſſe communem,& in l.2.q.17. C.de iure emphy.& in q.21.in verſi.pro iſta opinione,& in conſi.39.num.2.uol.2.in l.maritus,colu.2.C.de procu.in l. ut liberis,colum.3.C.de colla.in l.ſi extraneus,colum.fi.ff. de cond.cau.dat.non ſecu. Guil. Bened.in ca.Raynutius,in verbo duas habens filias,nu.125.de teſtam,Barb.in d.ca.potuit,in fine,ubi inquit ita conſuluiſſe Rauennæ,Corn.in cōſ. 263.in prin.& in colu.fi.uol.j.in conſi.199.litera O,il 2. & in conſ.211.col.2.uolu.3.Dec.in conſ.171.nu.4.conſ. 223. in prin.& col.2.in prin. ver. ſecundo reſpondetur,& conſ. 236.nu.3.dum allegat Arch.& Alex.ubi ſupra in conſ.567. num.5.& in c.in præſentia,num.40.de proba.ubi atteſtatur hanc eſſe communem.Cur.iunior in conſ.181.num.2.& in tract.feu.in 3.par.in 1.q.verſ.2.ſingulariter.Marſ.in 191. & in conſ.85.nu.33.Fely.in capi. quoniam, colum.2.de ſimo. Gozad.in conſ.20.colum. prima, & ſequenti. Zuccard.in l. fina,nu.73.C.de edic.Diui Had. tol. Rui.in conſilio.36.columna ſecunda in principio volum. j. Fer. Loaz. in rep.l.filiusf.§.diui,num.68.de leg.1.Ripa in l.ex facto §.ſi quis rogatus,el.1,num.56.ad Trebel.& Rub. Alex. in conſilio 22. numero 7.

Non obſtant modo, quæ in oppoſitum allegata fuerunt, quia ſigillatim ad ea reſpondetur . Et ad primum argumentum reſpondetur, quod illud non poteſt procede-
18 re in terminis noſtris, † quia latior fit interpretatio in ultima uoluntate , quam in contractibus. l.in teſtamentis. digeſtis de regu. iur. quod demonſtratur ex no. per Bart.in l.liberorum, columna tertia verſiculo quid ſi appellatio filiorum profertur a contrahentibus, digeſtis de ver.
19 ſignifi.vbi concludit,† quod & ſi appellatione filiorum veniant nepotes in vltima uoluntate. l. fin. ff. de hæred.inſtit.

Se-

nautæ,caupones, ſtabularij,& hoſpites,ac deputati ad certum officium,in quo delinquerunt,quia tunc dicitur paterf. in culpa,deputando ſufficiens, ut in l. 1. §.familiæ.ff.de publi.Bar.in l.ne quid,col.j.ff. de incen.rui.& nauf. tamen pro
12 nuru.† quamuis ſit de familia,l.pronunciatio, §. familię,ff. de ver.ſign.& habeatur loco filiæ.ꝟ.affinitatis,inſti.de nup. non tenetur,q̃a non erat deputata ad officium ignis euitan-
13 di,ſed ad gubernium & educationem liberorum † quæ eſt de iure naturali.l.1.§.ius naturale,ff.de iuſt.& iur.ſequitur Iaſ.in citato conſil.116.col.1.in fi. Pariſ. in allegato conſil. 87.nu.9.Bald.in d.l.ſi vendita,ubi ait,ꝙ periculum incendij commiſſi a familia, non tranſit in dominum,quia pro ea dominus non tenetur,per tex.in c.ad ſedem,de reſt. ſpo.& in l.fi.ff.de fur.aduer.naut. caupo. Alex.in d.conſi. 50.col. 2. Ana.in tract.malef.in verbo incendiario, n.12.uerſi.2.caſu. Cœpol.conſ.70.col.1.in fi.Affl.in citata deciſ. 57. col.3.in prin. & Goza.in conſ.63.nu.14.Si ergo cõductor non tenetur, quando unus de familia eſt certus, quanto magis excuſari debet,quando non conſtat de certo auctore.

14 Secunda eſt concluſio, ꝙ † conductor de incendio orto in domo,non tenetur,niſi quando eſt in dolo, lata culpa,uel leui:cũ ſit contractus, qui gratia vtriuſq; celebretur.l. ſi ut certo.§.tunc videndum.ff.com. Anch. in conſi.348.colu.1. Crot.in l.4.§.Cato, nu.74.de verb.obl.Io. Sadol. in l. ꝙ te,
15 nu.16.ff.ſi cer.peta.ſecus † ſi ſit in leuiſſima culpa,quæ oritur in dubio ex incendio, quod præſumitur factũ culpa inhabitantium Ana.in d.conſ.72.Iaſ.in d. l. ſi q̃s ex argentarijs.§.fi.co.fi.in l.ſed ſi quis.§.q̃ſitũ,col.pe.ff.ſi quis cautio. in l.domos.ff.de leg.1.& in allegato conſ.116.col.j.Pariſ.in citato conſi.87.col.pen.in prin.Alex.in d.conſi.50.colu.3. uerſ.cõfirmo prædicta,Marſ.l.j.nu.99.de ſicar.Alex.& alij cõiter in d.l.domos,Cœpo.conſ.70.col.j.Arim in addit.ad Ange. in dicto verbo incendiario, nu. 7.cir.fi.Affl.in deciſ. 57.col.pen.in fi.Gozad.in conſi.63.col.3.Crot.in l.4.§. Cato.nu.74.ff.de uer.obl.Io.Sadol. in d.l.ꝙ te,nu.19.& Alex. in conſi.74.col.2.vol.6.ſed in terminis noſtris nõ fuit articulatum de dicta culpa,de qua oportebat capitulare,& per teſtes ꝓbare,videlicet, ꝙ d.Antonius omiſerat facere ea,q̃ diligens paterf.non feciſſet, alias nõ dr̃ ꝓbata leuis culpa. ita Bar.in l.ſi cui venderet.§.fi. per illorũ tex. ff.de pign.actio.vel ſm̃ Bar.in l.quod Nerua,uerſ.6.principaliter quæro.ff.depoſ.ad probandũ leuẽ culpã, opus eſt articulare, & ꝓbare quod non adhibuit illã diligentiã, q̃ adhibent hoĩes diligentes eiuſdẽ conditionis & profeſſionis,cuius erat ille,q̃ diligentiam non adhibuit. Bal.in l.ſolũ.col.3.C.de teſti.vbi inquit, quod ad probandũ leuẽ culpã,neceſſe eſt per cãm,in hoc inferentem ꝓbare,ꝙ minus diligenter q̃s clauſit hoſtiũ,licet clauſerit,nõ tñ ſicut quilibet diligens homo clauſiſſet inſpecta qualitate loci,uel temporis.Alex.in cõſ. 74.col.2.in fi.vol.6.ſed in caſu noſtro ꝓbatio hęc facta non reperitur, ſed totũ contrariũ, ꝙ ipſe conductor erat homo diligens, & conſuetus eſſe vigilans,ideo non tenetur.l.non omnes.§.a barbaris.ff.de re mil.l.argentũ. ff.commo.ita in terminis dixit Pet.Vbal.in trac.de duob.fratr.in 8.par.principali,in 18.q.Gram.in deciſ.3.Alex.in conſi.50.colu.pen. ve ſ.nec ad hoc obſtat. Alex.in d.l. ſi domos, vbi dicit hoc eſſe menti tradendum in practi.Goz.in citato conſ.63.n.15.

16 Tertia eſt concluſio, quod † tenere ignem in domo, non eſt prohibitum, cum ſit unum de quatuor elementis, ſine quibus homo uiuere non poteſt,ergo culpa non eſt tenere
17 ignem, † niſi ſit ſi immoderatus, & vrgens, qui tribus dicitur modis re,loco, & tempore.re ex nimia quantitate lignorũ ſuper igne poſitorũ,ꝓpter quã ignis nimis fuit exceſſiuus, ita quod nimis flammam in altum extendat.loco,quia in loco congruo ignem tenet, & periculoſo propter tollerantias,uel propter ſe ipſum,puta,ſi ignis fuit in caſella, & ibi nulla erat uolta. item tempore, quia ſtante uento ignem immiſit, ſeu accedit in loco aperto.Sal.in d.l.ſi uẽdita,quẽ ſequitur Arim. vbi ſupra, num. 13. verſ. & in hac materia. Ana.in citato conſi.71.colu.2. Gozad.in conſi. 63.num.17. ſed in caſu noſtro minime probatum comperitur, quod dictus conductor teneret ignem immoderatum in domo, immo oppoſitũ,quod tenebat coopertum,& uelatum in ſala,& in camera,ubi ortum fuit incendium,nullum ignem tenebat,ergo culpa aliqua conductori aſcribi non poteſt. Anch.in conſi.348.

18 Quarta eſt concluſio, quod † incendium dicitur caſus fortuitus.l.incendium,cum ibi not.C.ſi cer.peta.Ana. in d. conſ.71.col.2.Pariſ.in citato conſ.87.nu.5.ſed caſus fortui
19 tus non imputatur conductori,d.l.quæ fortuitis. Sed † cõbuſtio dictæ domus fuit cauſata fortuito, quia ortum habuit in loco non conſueto habere ignem, quia dictus conductor cõiter nõ tenebat,nec unquã tenuit( quod eſt plus) ignem in loco,vbi incendium ortum habuerit,ergo ei culpa imputari non põt,ꝙ non adhibuerit curam diligentem in igne cuſtodiendo ne euagaretur.Bal.in l.1.C.depoſ.vbi
20 plus voluit,quod † ſi ignis de raro contingentib.ibi eſſe ſoleret,tunc enumeratur caſus fortuito, quia caſus eſt inſolitus,qui culpæ enumerari non põt.l.cum duob.§. damna.ff. pro ſoc.l.fiſtulas.§.qui frumentũ.ff.de contrah.emp.Arim.
21 vbi ſupra,in 2.addi.col.1.in fi.vbi ſubdit, † quod ſi uis defendere conuentum de incendio domus, in qua habitabat, ꝙ probare dẽs,ignem principium habuiſſe in loco ubi de facili ignis eſſe non dẽbat,quia hoc modo probatur, culpã inhabitantium non adfuiſſe.Sal.in d.l.quæ fortuitis,vbi tra
22 dit,† ꝙ caſu fortuito ſit incendium,quando eſt factum taliter ꝙ prouideri non potuit,vt ſi ſit factum ab hoſtib. uel latronib.vel quia ſubita uis uentorum ignem longius produxit,ut ſit ſępe q̃n quis immittit incendium in ſtipulas ꝓ ſeminãdo,& ille,qui ignem impoſuit oĩa fecit,quæ oportuit, ne longius ignis euagaretur, quia tunc culpa imputari nõ põt.l.qui occidit.§.in hac.ff.ad l.Aquil. quia hic caſus fortuito caſui aſcribitur,& omni reſpectu dicitur impunibi-
23 lis,adeo † ꝙ ad aliquam emendationem non tenetur ille i cuius domo incendium originem habuerit.Bonif. Vital.in tract.M.in rub.de dam.dato,nu.28.Alex.in conſi.74.col.2. vol.6.Ana.in d.conſ.71.col.penu.uerſ.& pro iſta, Cœpol. conſ.70.col.2.Bal.in conſi.148.col.2.uol.2.Pariſ.in conſi.
24 87.uu.4.& iõ dixit Bal.in cõſ.441.col.fi.vol.1.ꝙ † conductor non tenetur de incendio,q̃n per ſcintillã uento immiſſam ignis euolat in paleam, & inuiſibiliter multiplicatur ignis in paleis,q̃a in aliqua culpa eſſe non deprehenditur, & eo magis hoc dicendum venit in caſu noſtro, ubi conductor tempore incẽdij,& multum antea(vt ꝓbatum extitit) non erat in domo,nec aliquis alius de familia,ſed in agris, ꝙ in propoſito noſtro conſiderant Cœpol. in citato conſi. 70.col.2.uerſi.præterea.Affl.in deciſ.57.col.1.verſi.immo
25 probatum eſt.Ex his igitur infertur, ꝙ † ex quo apparere nõ põt a quo incendium originem habuerit,& ſic ſumus in dubio,ꝙ abſolutoria ſequi debet in fauorem dicti conductoris,vt concludit Bal.in l.ſi creditor,C.de pign.act.& ibi Alex.in add.ad Bart.argu.l.ſi verò.§.ſi Meuiano.de his,qui deiec.vel effud.idem Ale.& Iaſ.in d.l.ſi quis ex argentarijs. §.fi.Pariſ.in allegato conſ.87.nu.8.Alex.in citato conſ.50. col.3.in fi.verſ.quartus & ult.caſus.Affl.in dec.57.colu.3. Ana.in cõſ.71.col.3.uerſ.& pro iſta parte,Bald.in cõſ.441. col.pen.in fi.uol.1.Rom.in conſ.403.

Non obſtant modò quæ in oppoſitum allegata fuerunt, quia ad primum argumentum reſpondetur, quod licet incendium præſumatur factum culpa inhabitãtium,talis culpa non eſt leuis,ſed leuiſſima,quæ exonerat conductorem a dicta emendatione,ut latè deductum fuit in 2. concl.Nec obſtat doctrina Bar.in d.l.ſi quis ex argentarijs,ꝟ.fin.quia
26 † ea procedit in eo,qui etiam tenebatur de quacunque leuiſſima culpa.Iaſ.& alij ibi in d.§.fi.Alex.in citato cõſ. 50. col.pen.verſ.ſecundò reſpondetur,& in conſ.74.num.3.in fi.vol.6.& Cœpolla in iam ſæpius allegato conſi.70.col.1. verſ.nec obſtat,quod notat Bar.

Secundò non obſtant dicta p Sal. & alios in locis ſupra citatis,quia ſunt falſa,& contra cõem,ut in 2.concl.vbi paſſim admittunt Doc.cõductorẽ,q̃ eſſet in leuiſſima culpa orta ex incendio,non teneri ad aliquam emendationem.

Tertiò non obſtat,conductorẽ teneri etiã pro facto ſuorum de familia,ſi nõ oſtendat quis ignẽ immiſerit in domũ,

quia reſpondetur,hoc ab omni iure alienum eſſe,vt abũde
dictum fuit ſupra in prima conclu·vbi clare oſtenſum fuit,
27 † conductorem caput domus non teneri pro aliquo de fa-
milia ſua,qui non fuerit deputatus ad cuſtodiam ignis,qđ
28 actum non reperitur in terminis noſtris. & ita † intelligi
debet gl.in d.l.ne quid,vt per Bar.ibi & Cœp.in d.conſ.70
col.1.alias ſi ſimpliciter intelligeretur, malè loqueretur,
ſecundum Angel.in d.verbo incendiario,nu.11.& illam gl.
communiter reprobari inquit Ant.de Roſel.in conſi.40.co
lum.fi.verſ.quandoque conſtat,inter conſi. Calca.

Quarto non obſtat,quod conductor tenetur,quia ex ta-
li incendio dicitur eſſe in leui culpa,vt per Bald.& Signor.
vbi ſupra,quia eorum ſententia eſt Saturnina.i. nec appro
bata,nec uſu recepta, vt dictum fuit in 2.conclu.vbi com-
munis eſt in contrarium.

Vltimo non obſtat, quod & ſi non teneatur ex locato &
conducto,ſaltem tenetur actione le.Aquil.in qua uenit le-
uiſſima culpa d. l. in l.Aquil. quia duob.mod.reſpondetur.
Primò quod ea intentata non fuit. Secundo quatenus etiã
29 fuiſſet intentata,ꝙ conductor non teneretur,quia † in ipſa
actione non venit,niſi leuiſſima cã,quæ in faciendo cõſiſtit,
non autem in negligendo, vt in caſu noſtro ita declarat d.
l.glo.in l.ſi mora,in gl.pen.ff.ſol.mat.Bar. in repet.l. quod
Nerua,col.12.ver.Item quæro vtrum leuiſſima culpa, ff.de
poſ.tex.eſt in l.cuius,§.de præteritis,verſ.deniq. ff. de vſu-
30 fruct.† vbi dicit Bar.illum bene eſſe notandum, quia gloſ-
ſat totum titul.ff.& C.ad l.Aquil.& ibi etiam Flor.quẽ tex.
dicit ſingularem Roma in l.diuus.ff.ad Sylla.Albe. de Roſ.
in l.2.§.cognoſcit.ff.de offi.prefe.vigil.Alex. in citato cõſ.
50.col.1.Ro.in ſing.105.Cœpol.in allegato conſi.70. col.
2.verſ.ſed in actione,Bal.in conſ.441.colu.2.volu.1.Soc.in
conſi.54.col.fi.uol.4.Pariſ.in d.cõſi.78.col.pen.Affl.deciſ.
57.col.fi.Craue.in conſi.97.col.2.in prin.Arim.vbi ſupra ĩ
1.addi.ad Ang.col.2.in fi.verſ.item in hac materia, Sadol.
in d.l.quod te,nu.27.Cur.iun.in l.dominus horreorũ, col.
31 fi.ff.loca.Nec mirum, quia † quælibet minima culpa in fa-
ciendo commiſſa,maior eſt quacunque alia in non faciẽdo
commiſſa.gl.in,d.l.ſi mora.Et ex his concluſionib.quæ fre-
quentiori calamo receptę ſunt,vt dicunt Gozad.in d.conſ.
63.col.2.& Cur.iun.in citata.l. dominus horreorum,col.2
in fi.concludendum eſſe arbitror,in fauorem dicti condu-
ctoris,& in eius fauorem iuſtitia ſic ſuadente iudicandum
eſſe. Laus Deo.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

*1 Contractus ab effectu denominatur, & non a verbis.*
*1 Pactum de retrouendendo non eſt a iure improbatum.*
*3 Pactum de retrouendendo cum iniuſtitia pretij ſecundum communem arguit contractum fœneratitium, contra ſecundum nonnullos tenentes communem in contrarium, ut in num. 19,*
*4 Quarta pars ſecundum aliquos dicitur iniuſtitia precij.*
*5 Iniuſtitia pretij rolinquitur arbitrio iudicis.*
*6 Pactum de retrouendendo cum modicitate pretij,& quod emptor ſit ſolitus fœnerari, arguit contractum vſurarium.*
*7 Inſtrumentum facit rem notoriam,& manifeſtam.*
*8 Bonus quilibet præſumitur.*
*9 Præſumptio naturæ eſt,quod bonus quis præſumatur.*
*10 Verba impropriantur,ut quis bonus dicatur.*
*21 Vſurarius in dubio quis non præſumitur.*
*12 Contractus omnes bona fide celebrati præſumuntur & abſque fraude.*
*13 Contractum interpretari in æquiorem partem ſpectat ad iudicem.*
*14 Contractus talis iudicandus eſt qualis ex forma ipſius appareat.*
*15 Recedendũ nõ eſt a uerbis,& denominatione contrahẽtiũ alijs coniecturis in contrarium non apparentibus.*
*16 Voluntas hominis aliena non præſumitur a uerbis.*
*17 Voluntas conſiſtit in verbis, ſicut facies in ſpeculo.*
*18 Contractum vſurarium allegans,illum probare debet.*
*20 Pactum de retrouendendo cum modicitate pretij contractum non arguit uſurarium, quando probetur emptorem bonæ famæ eſſe, timorataque conſcientiæ.*
*21 Contractus geſtus cum eccleſia ſeu uiris eccleſiaſticis,quia timoratæ conſcientiæ, illicitus non præſumitur ex pacto de retrouendendo cum modicitate pretij.*
*22 Teſtes deponentes de bonitate viri præferri debent alijs.*
*23 Indicia debilitantur ex bona fama accuſati, uel inquiſiti.*
*24 Probatio bonæ famæ impedit ne quis ex iudicijs torqueri poſſit.*
*25 Bona fama remouet iudicium cauſatum ex inuentione rei furatæ apud aliquem.*
*26 Pactum de retrouendendo cum modicitate pretij contractum non arguit vſurarium, quãdo paſſim conſueuerunt tales contractus fieri in patria.*
*27 Pacta contra,uel præter formam contractus facta,arguunt fraudem, ſi ſunt inſolita.*
*28 Pactum luendi cum reditu annuo ſcutorum decem pro centenario, non eſt vſurarium, ſi tempore contractus annui redditus communiter ita emebantur.*
*29 Emens pro mille reditum ſcutorũ quinque pro centenario annuatim,non dicitur vſuram committere,ſi in regione contractus prædictus frequentabatur.*
*30 Actus alienationis fraudulentus dici non poteſt, quando auctoritate conſuetudinis factus fuit.*
*31 Conſuetudo faciendi contractus illieitos, licet non excuſet in foro pœnitentiali,tamen ſecus a pœna temporali.*
*32 Conſuetudo de non obſeruando iuramentum excuſat a pœna temporali, non autem a pœna periurij quo ad Deum.*
*33 Pactum de retrouendendo cum modicitate pretij arguit contractum vſurarium probata prius modicitate pretij.*
*34 Modicitas pretij de dimidia eſſe debet.*
*35 Quoties ſine captione nihil inueſtigari poteſt, eligendũ eſt, quod minus iniquitatis habet.*
*36 Contrahentibus licitum eſt inter ſe decipere, vſque ad dimidiam iuſti pretij,*
*37 Peccatum non eſt in contractibus decipere.*
*38 Res dicitur minus ualere propter pactum de retrouendendo.*
*39 Pactum de retrouendendo facit, ut minus res æſtimetur,& quod minus laudemium ſit ſoluendum,*
*40 Centum,quæ ualent ſine pacto de retrouendendo, ſeptuaginta tantum ualet ſi cum eodem pacto emantur.*
*41 Onus ſeu ſeruitus adiecta rei, pars pretij dicitur.*
*42 Pretium rei probando quis ſimpliciter,non debet obtinère in remedio l.2.C.de reſcind.uend.quando in venditione adeſt pnetium de retrouẽdendo,ſed debet probare pretiũ cum illo pacto.*
*43 Conſuetus fœnerari quis non iudicatur ex bino actu, ſed quando frequenter vſuras exercet.*
*44 Iudex ſecularis inquiſitionem de vſuraria prauitate contra aliquem formare non poteſt.*
*45 Quæſtio iuris, quando uertitur ſuper vſuris, eius cognitio ſecundum communem ſolum ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum.*
*46 Exceptio ſi opponatur coram iudice ſeculari,quod cauſa eſt vſuraria, fit remiſſio ad Epiſcopum.*
*47 Crimen vſurarium eſt eccleſiaſticum.*
*48 Poteſtas in quocunque actu requiritur.*
*49 Princeps ſecularis ſuper vſuris ſtatuere non poteſt.*
*50 Statutum laicorum diſponens de modo probandi contractum vſurarium,non ualet.*
*51 Iura quæ prohibent laicos ſtatuere, uel diſponere de rebus eccleſiaſticis, habent etiam locum in Imperatore.*
*52 Imperator non poteſt aliquem de vſuraria prauitate inquirere.*

18 conſi.275.col.fi.vol.2.quod † in conſuetudine nihil debet.
ſuppleri vltra ſolitam obſeruantiam , & ſi conſuetudo de
19 aliquo non diſponit,nec nos diſponere debemus.Nam † cō
ſuetudo limitata non dēt extendi ad alium caſum.Bar.in l.
1.§.ſi quis hoc interdicto,per illum text. ff. de itin e.actuq.
20 priua.Graue.conſi.30.num.5.Et maxime † de perſonis , ad
perſonas,quia non fit extenſio de una ad aliam. Inno.in ca.
cum dilectus,col.1.de capel.monacho. Gozad.in conſi.26.
nu.34.& Rui.in conſi.167.nu.10.uol. 3. & hoc non ſine cā,
cum non ſit tanta ratio in hoc caſu, ſicut in primo propter
ſidem publici & generalis nuncij iam approbatam.

Secundo quod dictus proceſſus ſit nullus,demonſtratur
21 qm̄ in eo non interuenit legitima litis conteſtatio,† quę,vt
late dictum fuit ſecundum communem requiritur in hoc
22 interdicto,quia † iudex ordinarius loci pronunciauit litē
23 pro conteſtata in alio loco,quam maiorum ſuorum , † ad
quem in dubio q̄s prędſumitur citatus,vt uolūt Bar.& Ang.
in l.ſi ut ꝓponis,l.2.C.quom.& quan.iud.Ruin.in cōſ.150
nu.15.vol.5.& Maran.in ſuo tract.in 6.par.in ℱ.propoſui,
nu.64.ſed in ſala domus ſuæ, ergo pronunciatio nulla , qđ
probatur ex no.per Rui.in conſi.149.nu.16 uolu.5.vbi ait
24 † ꝙ citatus a iudice ordinario ad videndum deferre iura-
mentum teſtibus qui in dubio citatus eſſe cenſetur in loco
maiorum ſuorum,& in quo erat ſolitus ſedere pro iure red
dendo,dicitur nulliter citatus, ſi deferat iuramentum teſti
bus in camera,& ſic in loco in quo pars non reperitur cita
ta.l.aut qui aliter,in prin.vbi Bar.ff.quod vi aut clam. & iō
dixit Butr.in c.1.col.9.de iud.quem ſequitur ibi Fel.col.pe
25 nul.uerſi.nota etiam,quod † ſi citatio fit ad unum actū,vel
ad unum locum,vel ad unū tempus,& poſtea fit alius actus
vel in alio loco,vel tempore,citatus non eſt contumax.idē
Fel.in c.conſuluit,col.1.de offi.deleg.Bal. in c.cum M in 4.
col.verſi.item nota,de conſt.Alex.in l.qui ante, col.fi.ff.de
verb.oblig.Marſ.in ſing.48.Bar.in uerſi.item,§.ſi is, q ff.qđ
26 ui aut cla.immo fortius dicitur,quod † etiam ſi ordinarius
ſolitus fuiſſet in duob.locis ius reddere , puta ad tribunal
maiorum ſuorum,& in ſala domus ſuę, adhuc citatio in ea
dem ſala facta,aliquo loco non expreſſo, non ualuiſſet , q̄a
cum eodem tempore iudex ſedere non poſſit in duob. lo-
cis,debuit declarare locum in quo poterat inueniri , alias
citatio non eſſet certa ratione loci,vt eſſe dēt,d.l.aut q ali-
ter,§.1.quia non intelligitur quis dicto caſu monitus com
parere in uno loco,aut in alio alternatiuè, nec moneri po-
tuiſſet,quia talis citatio eſſet incerta ratione loci.l.vbi aūt
apparere,§.qui illud.ff.de verb.obl.iuncto d.§.1.& idem ſi
27 vocaretur quis copulatiuè ad diuerſa loca , † quia copula
reſolueretur in diſiunctiuam tanquam poſita inter incom-
paſſibilia,cum non poſſit eodem momento iudex eſſe in di
uerſis locis,ſecundum Bart.in l. ſi is qui ducenta,ℱ.vtrum.
ff.de reb.dub.Rui.expreſſè,in conſi.150.col.2.vol.5.Si igi
tur pronunciatio eſt nulla,ergo cōteſtatio litis omiſſa nul
28 la,& proceſſus,ac ſnīa. Nam † adeo de ſubſtantia eſt litis
cōteſtatio ꝙ ēt partes ſi vellent , nō poſſent ei renunciare,
ut uult gl.no.in c.de cauſis,de off.del.Crot. in l.ſciendum,
nu.36.de verb.obl.Alex.in cōſ.82.col.1.vol.3.& in cōſ.76
29 in uol.7.immo † nec iudex eam tollere pōt,ut no.in authe.
offeratur.C.de lit.cōt.Alex. in citato cōſ.82. col.1.Qūo.n.
pōt ferri ſnīa,nō cōſtito qualiter facta fuerit cōteſtatio?nā
30 ignoratis principijs,nihil boni fieri pōt.l.1. in princ.& ibi
Bal.ff.de iuſt.& iur.vbi inquit,ꝙ q vult ſcire q̄d rei,dēt ſci-
31 re priucipia rei,quia ea ſunt tanq̄ formæ,adeò † ꝙ paruus
error in principio,eſt maximus in fine . Vnde litis cōteſta-
tio ſi fiat ad finem fundandæ ſnīæ,uidetur ꝙ nō referat , an
facta nō ſit,an verò taliter,ut nō appareat qualis ſit argu.l.
duo ſunt Titij,ff.de teſta.tute.Et iō dixit Bar.in q.incip.La-
32 pus,col.2.in fin.ꝙ † ex quo libellus,& litis cōteſtatio ſunt
fundamenta iudicij , ſi malè cōcipiantur , corruunt omnia
Alex.in conſi.2.nu.9.uol.3.Dec.in conſi.302. nu.7.& 483.
columna 1.

Tertiò , quòd huiuſmodi ſententia nō ualeat, probatur,
quia teſtes,qui depoſuerunt de poſſeſſione defuncti, nulli-
33 ter iurarunt,quamuis † ſi iuraſſent,ſuffeciſſet ſemiplena ꝓ
batio,ut per Alex.in conſi.103.col.2.uol.7.Dec.in cōſi.56
col.1.& in cōſil.252.col.2.Ana.in conſi.49.in fi. & ibi Bo-
log.in addit.Beltr.in conſi.189.in 2.vol. & Iaſ. in cōſi.155.
nu.5.uol.4.Quod aūt nulliter iurauerint, patet, quia iura-
runt in manib. notarij aſſerentis ſe habuiſſe in ſcriptis mā
34 datum a iudice de eos examinando, cuius † dicto non eſt
ſtandum.Alex.in cōſ.101.nu.6.uol.6.Ruin. in citato,conſ.
149.col.2.& Alex.in cōſ.46.col.2.vol.6.vbi citat opus eē
ſm̄ magis communem,vt de tali commiſſione appareat per
fidem alterius notarij,quam ſui ipſius.Affl.in cōſtit.reg.in
conſt.in pecuniarijs,col.3.in prin.& in deciſ.317.& rō eſt,
quia notarius atteſtando de tali commiſſione,atteſtatur de
facto proprio,& iō non creditur.Inn.& Io.And. in c. quo-
35 niam contra,de proba.Item † quia notarius non pōt face
re actum publicum,niſi ſit rogatus a partib. §. nos autem ,
in auth.de tabel.& talis notarius non dicit ſe fuiſſe rogatū
a partib.quando iudex,ut aſſerit per notarium prædictum
commiſit ſibi receptionem teſtium,ideo non creditur ſibi,
vt perſonæ publicæ.Bal.in l.iudices.C.de fid.inſtru.Aret.in
conſi.33.col.3.uerſ.3.Cur.iun.in conſil.166 nu.13.Dec.in
cōſ.159.num.6.vbi aſſerit hanc eſſe communem.Soc.cōſil.
244.col.2.ad fi.Alex.in cōſ.212.col.4.uol.6.vbi citat hanc
eſſe magis doctorū receptā ſnīam.Marſil.latè,in l. de mino
re,ℱ.plurimū,col.4.de q.& eo maxime hoc dicendū venit,
cū ſcriptura ipſa careat teſtib.ergo nulla.§.ſed ſi inſtrumē-
ta cū ibi not.in auth.de inſtr.caut.& Alex.in conſi.166.nu.
12.uol.6.Hinc dixit Bar.in l.admonēdi,verſ.q̄d ſi dictū.ff.đ
iureiu.quem ibi ſequuntur cōiter ſcribentes , vt atteſtatur
36 Cur.nu.259.ꝙ ex vnico teſte nō legitimè examinato, † pu
tā a notario ſine cōmiſſione iudicis,nō defertur iur̄m ſup-
pletiuū,quia de iure notarius teſtes examinare nō pōt ſine
commiſſione iudicis,ad quē examinatio ipſa ꝑtinet, ſm̄ gl.
& ibi Doc.in l.hac cōſultiſſima,in fi.C.de teſta.Alex.in cōſ.
105.col.fi.uol.5.vbi tradit hanc eſſe receptiorem ſnīam,&
plus ſubdit ex dictis Io.And.& Hoſt.ac Anto.de Butr. in d.
37 c.qm̄ cōtra,de probat.ꝙ † ēt ſi expreſsè fuiſſet rogatus no
tarius de commiſſione examinationis teſtium ſibi facta a iu
dice,non ſufficeret ad hoc probādum ſcriptura ipſius notā
rij.arg.l.1.C.de mand.prin.plus dixit Bal.in tit.de pac. Cō
38 ſtan.c.1.verſ.in cauſis,col.4. ꝙ ēt † de conſenſu partiū nō
pōt notarius ſine iudicis commiſſione examinare teſtes,ſe
quitur Affl.in d.conſt.in pecuniarijs,nume.18.

Quartò,ex alio capite teſtes nulliter ēt depoſuerunt,q̄a
39 † iurauerunt in tpe feriarum ob utilitatem publicā intro-
ductarum,vt in l.1.ff.de ferijs,Spec.in tit.de ferijs.ℱ.ſequi-
tur,verſi.quid ſi tunc,& ibi Io.And.in add.Alexa.in conſil.
213.col.2.vol.2.duplicato,in conſi.46.uol. 6. Nec obſtat,
qđ ferijs tacitè ſit renunciatum,cum plures actus inter di-
ctas partes facti reperiantur in tpe feriato , qui ualent,ut
no.in d.l.1.ff.de ferijs,quia reſpondetur, prædictam ſnīam
40 locum ſibi uēdicare, † qn̄ pars quò ad alios actus compar
uit,& ſponte iudicium ſuſcepit,& de ferijs nihil exceptis,
ſecus qn̄ de nouo fuit citata, & nou comparuit , ut in caſu
noſtro , quia tunc non uidetur pars renunciaſſe ferijs.ita
Imo.in c.fi.in fin. de ferijs.quem citat & ſequitur Peruſ.in
c.ex parte tua,col.1.uerſ.2.infertur,de appel. benefaci ēt
quod uoluit Alex.in conſi.46.col.2.uol.6.ubi inquit,quod
tunc quis dicitur tacitè ferijs renunciare, & conſentire,qn̄
citatus comparet.& non oppoſuit exceptionem feriarū,ſe
cus,ſi non comparuit,d. l.1. ff. de ferijs . Laus Deo
Opt. Max.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

*S V M M A R I V M.*

1 *Argumentum a ſufficienti partium enumeratione in iure eſt ualidiſſimum.*
2 *Incendium præſumitur factum culpa inhabitantium , niſi caſus fortuitus probetur.*
3 *Furtum factum cenſetur culpa inhabitantium.*
4 *Conductor tenetur nedum de culpa ſua , ſed etiam famulorum .*

5 *Culpa leuiſſima licet excuſet conductorem domus a pœna, non tamen ab emendatione damni.*
6 *Conductor ex incendio dicitur eſſe in leui dolo, contra nu. 15. vbi dicitur eſſe in leuiſſima, & nu. 25.*
7 *Conductor tenetur de incendio, etiam ſi non probetur certa perſona, quæ ignem impoſuerit, ſed contra nu. 9.*
8 *Culpa leuiſſima uenit in actione leg. Aquiliæ declara, vt in num. 29.*
10 *Incendium licet dicatur factum culpa inhabitantium, tamen non præſumitur culpa determinati hominis.*
11 *Incendium immiſſum per nurum in domo conducta per ſocerum, cum non obligat ad damni emendationem, & num. 27.*
12 *Nurus eſt de familia ſoceri.*
13 *Liberorum educatio eſt de iure naturali.*
14 *Conductor de incendio orto in domo non tenetur ſecundũ communem, niſi, quando eſt in dolo, lata culpa, uel leui.*
16 *Ignem tenere in domo non eſt prohibitum, cum ſit unum ex quatuor elementis, ſine quibus homo uiuere non poteſt.*
17 *Ignis immoderatus, & urgens tribus modis dicitur.*
18 *Incendium dicitur caſus fortuitus.*
19 *Caſus fortuitus non imputatur conductori.*
20 *Caſus inſolitus culpæ enumerari non poteſt.*
21 *Cautela ad defendendum conuentum de incendio.*
22 *Incendium caſu fortuito fit, quando totaliter factum eſt, quod præuideri non potuit.*
23 *Conductor non tenetur de incendio, quando per ſcintillam uento emiſſam ignis euolat in paleam, & inuiſibiliter ignis multiplicatur.*
24 *Incendium ubi apparere non poteſt a quo originem traxerit, ex iſto caſu dubio abſolutoria ſequi debet in fauorem conuenti.*
26 *Declaratio ad Bar. l. ſi quis ex argentarijs, §. fi. na ff. de edẽ.*
28 *Glo. in l. ne quid. ff. de incend. rui, & naufr. communiter reprobatur, uel debet intelligi, ut ſupra nu. 11.*
30 *Lex ſi cuius, §. de prateritis, uerſ. denique. ff. de uſufru. gloſſat totum titulum ff. & C. ad l. Aquil.*
31 *Culpa quælibet minima in faciendo, maior eſt quacunque alia non faciendo commiſſa.*

## CONSILIVM XCV.

1 ARguendo a ſufficienti partium enumeratione in præſenti conſultatione, † quando argumentum validiſſimum a iure reputatur iuxta gl. in l. 1. in prin. in gl. 1. magna circa mediũ. ff. de actio, & obli. l. patre furioſo, vbi Scrib. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. Bal. in c. cum venerabilis, de excep. videtur prima facie dicendum, quod ſiue intentata fuerit actio ex locato per Iacobum Sclamam contra Antonium Paueſium ſine actio legis Aquiliæ, ꝙ Antonius conductor domus combuſtæ teneatur ad emendationem damni paſſi ex dicto incendio per locatorem. Quod aũt teneatur
2 actione ex locato, probatur, † qa incendium præſumitur factum copula inhabitantiũ, niſi probetur caſus fortuitus. l. ſi vendita. ff. de pericul. & com. rei vend. l. ſi quis fundum §. Imperator. ff. loca. l. 6. §. 1. ff. de off. præfe. vigil. Bart. in l. ſi ſi quis ex argẽtarijs. §. an vero, col. j. in fi. ff. de eden. ubi di
3 cit, quod † furtum, uel inc endium præſumitur factũ culpa inhabitantiũ, qui debebant cuſtodire, niſi probetur caſus fortuitus. & ſic videtur loqui de culpa punibili, quia ſi non eſſet punibilis, fruſtra diceretur conductorem debere probare caſum fortuitũ. & ideo dicitur, ꝙ probato incendio, probata uidetur intentio contra inhabitantes. Iaſ. id d. §. fi. Abb. in c. 2. de poſſ. Alex. in conſi. 50. col. 2. uol. 1. Cœpol. in conſi. 70. col. 1. Gozad. in conſi. 63. col. 1. Et ideo vera eſt ſen
4 tentia ipſa, ꝙ † nedum tenetur conductor de culpa ſua, ſed etiam familiarium, & pediſſe quartum. gl. in l. ne quid. ff. de incend. rui. & naufra. Nec obſtat, quod dictus conductor nũ teneatur ad dictam emendationem, licet incendium ortum præſumatur ex culpa inhabitantium, cum negligentia in non cuſtodiendo ignem ſit leuiſſima culpa, quæ excuſat & exonerat conductorem. gloſ. in §. præterea, inſt. quib. mod.
5 re contrah. oblig. quia reſpondetur, † quod & ſi non ſit niſi in leuiſſima culpa, tamen quod tenetur ad emendationem damni, licet non ad aliam pœnam. Salic. in conſ. Saluatoris nomine per l. capitalium. §. qui ob inimicitias, ibi ex negligentia eorum. ff. de pœn. vbi punitur negligentia, ergo leuidiſſima culpa. & Sal. ſequitur Ang. in tra. ctmalef. in uerbo incenidario. nu. 6. vbi etiam allegat tex. in d. l. ſi uendita

Secundo reſpondetur, quod immo tenetur dictus condu
6 ctor, quoniam† ex dicto incendio dicitur eſſe in culpa leui, ut firmat Bald. in conſ. 148. volu. 2. & Signor. de Homod. in conſi. ſeq. ubi dicunt, quod incendium contingens in domo locata, indicat culpam leuem conductoris ad quem pertinet cuſtodia, cum faciliter non fiat incendium ſine culpa le
7 ui habitantium. Similiter non obſtat, quod † conductor nõ tenetur de incendio, niſi agens probet determinatam perſonam, quæ ignem impoſuerit in dicta domo, Bald. in conſ. 142. volu. 3. quia reſpondetur ſecundum Ang. in d. tract. in verbo incendiario, nu. 12. quod conductor domus tenetur, niſi doceat perſonam inhabitãtem, a qua ignis proceſſerit, quia alias culpæ patris familias aſcribitur, cuius imperio cæteri obediunt, quaſi minorem diligentiam iuris præſumtione adhibuerit, quam debuerit. per d. l. ſi vendita, quam dicit ponderandam circa principium, uidelicet, ibi, reſpondet &c. quia facit regulam generalem præſumptionis. ſ. ꝙ incendium ſine culpa patrisfa. fieri non poteſt. Poſtea ab ipſa regula, & generali ſpumptione recedit in certo caſu. ſ. quando conſtat quis fecerit, & quod paterf. adhibuerit omnem requiſitam diligentiam, ita ꝙ culpæ eius nihil poſſit imputari, & ratio eſt, quia ad ipſum principaliter diligentia, cuſtodia, domus, & eorum, quæ in domo ſunt, ſpectat, & ſi alteri diligentiam, vel cuſtodiam dimiſerit, in culpa enim eſt, ſi minus diligenti commiſit, & ideo de negligentia proueniente ex eius negligentia teneatur l. ſi ſeruus ſeruũ, §. ſi fornicarius. ff. ad l. Aqui. Ant. de Roſe. inter conſilia Calca. 40. in fin. Ang. in conſil. 197 idem dixit Alb. de Roſ. in 2. par. ſtat. q. 80. vbi dicit, quod ſtante ſtatuto ꝙ damnum datum per incendium debeat emendari. Si domus alicuius eſt combuſta, & petatur emendatio, ꝙ ſufficit ad hoc, ut illam conſequatur, ꝙ probet ignem immiſſum, licet non probet certam perſonam, quę immiſerit. l. 1. §. ſi ſcribi. ff. ad Sylla. & quia incendium præſumitur culpa inhabitantium factũ. d. l. 3. §. 1. ff. de off. præfec. vigil. & Albe. ſequitur Franc. de Capit. in conſi. 41. col. pen. inter conſ. Calca.

8 Quod aũt ẽt teneatur actione l. Aquiliæ, quæ tẽdit ad cõſeruationẽ patrimonj, ſi intẽtata fuit: ꝓbatur, quia† in ea venit leuiſſima culpa. l. in lege Aquil. ff. ad l. Aquil. Sali. in l. data opera. C. qui accuſ. non poſſ. Inno. in ca. ſicut dignum. de homicid. quẽ ſequitur Abb. in c. j. col. 3. verſ. hinc ſingulariter, de conſti. Gramma. in deciſ. 3. num. 15.

Præmiſſis vero non obſtantibus contrariã ſñiam in terminis noſtris tenendã arbitror, & ꝓ fundamẽto huius partis, nõnullas cõcluſiones a doctorib. cõiter receptas ĩ me-
9 diũ afferã, quarũ prima eſt, ꝙ † ad hoc ut cõductor domus teneatur ad emendationẽ damni ex incẽdio, ſicuti opus eſt, qđ locator probet determinatã ꝑſonã, quæ eã cõbuſſerit, alias ſuccũbere dẽt. arg. l. 2. ff. de proba. qm̃ licet dicatur in-
10 cendiũ factũ culpa inhabitantiũ, †tñ non ꝑſumitur culpa determninatæ ꝑſonæ, ut vult tex. expreſſus in d. l. ſi uendita, dũ
11 litera dicit, †ꝙ ſine patris familias culpa fieri põt. Sed in caſu, de quo agitur, nõ fuit probatũ de certa & determinata ꝑſona, ergo remanet incertitudo, & ꝑ cõſequẽs nõ põt ſeq̃ condemnatoria. ita Sal. in d. l. ſi. vẽdita, & in l. q̃ fortuitis, C. de pig. actio. Ana. in conſ. 71. col. 2. Bal. in l. ſi creditor, C. de pig. act. & in d. l. q̃ fortuitis, in conſ. 373. uol. 3u. & 342. uol. eo. Affl. in dec. 57. nu. 4. Iaſ. in d. l. ſi qs ex argẽtarijs. §. fi. in l. domos. ff. de leg. 1. ubi dicit hoc notãdũ, ut ſcias defendere amicũ. & in conſ. 116. col. 2. uol. 1. Pariſ. conſi. 87. n. 5. uol. 4. & Goz. in conſ. 63. col. 2. cui accedat, ꝙ in fortiorib. terminis uoluit Ana. in d. conſ. 71. col. 2. ubi inqt. ꝙ ẽt ſi ꝓbaretur ꝑ nurũ cõductoris immiſſũ fuiſſe ignem in domo, adhuc nõ teneretur cõductor, qa & ſi ſint certæ ꝑſonæ ꝓ qb. dñus teneatur ꝓ facto, & delicto familiæ, ut sũt publicani. nau-

Secus tamen in contractibus,quia interpretatio fieri debet contra eum,pro quo profertur,ſm materiam d. l. veterib. Alex.in d.conſ.61.col.2. n prin.conſi.87.nu.13.uol.6.204. nu.8.uol.2.Iaſ.in d.l.veteribus,in d.l.ſi quis id quod,colu. 5.ver.tene primam,in conſ.115.col.pen.uol.1.Goz.in cõſ. 20.col.2.Alex.conſ.228.nu.12.uol.1.Dec.in c.in præſẽtia, nu.40.de prob.Ripa in d.§.ſi quis rogatus,nu.60. Garzia i l.Gallus,§.idem credendum,nu.43.in fin.ff.de lib.& poſth. vbi inquit,omnes Doctores in hoc conuenire & Rui. in cõ ſil.13.nu.3.uol.1.Et ideo dixit Salic.in le.2.q.21.C.de iure
20 emphy.quod † emphyteuſis acquiſita pro ſe, & filijs, non comprehendit nepotes.Sequitur ibi Iaſ.col.75. in uerſicu. ſexto quęrit,& in d.l.ſi quis id quod,col.5. vbi inquit hoc perpetuo notandum in l.ſi extraneus.§.fi.de cond.cau.dat, cau.non ſecu.& in l.Gallus,§.inſtituens,col.6.verſi.ego.ad
21 do.ff.de lib.& poſth.Item videmus,† quod in vltimis uolũ. tatib.monaſteriũ loco filij habetur,c.in præſentia,de ꝓbat ſecus in contractib.ſecundum Spec.in tit.de loc.§.nunc ali qua,verſi.120.quem ſequitur Bald.in l.filium diffinimus,ff. de his qui ſunt ſui,vel alien.iur.Iaſ.d.l.ſi quis id quod, col. 5.ratio etenim eſt,quia imputandum eſt contrahenti,quare legem apertius non dixerit, quæ ratio ceſſat in vltima voluntate,quia dici poteſt vero legatario, qui petit legatum,tu debebas legem apertius dicere.ita Rom.in cõſ.35 in ſecundo dubio,& Zucard.in d.l.ſi.nu.75.

Secundo non obſtat tex.in dicto §.emphyteuſim,vbi ue-
22 niunt fœminæ,ſicut maſculi,quia aliud ibi eſt,quia filiæ ex preſſè vocatæ fuerunt,ut in verſi.filijs tamen maſculis,ant fœminuis,ſecus tamen eſt quando conceſſio facta fuiſſet ꝓ ſe,& filijs,ut in caſu præſenti.ita reſpondet Imol.in d.c.potuit,col.fi.Alex.in citato conſ.61.col.2.Iaſ.in dicta l.2.col. 74.verſi.ultra.Sali.& ſcribentes Guil.Bened. ubi ſupra.

Similiter non obſtat, quod in contractibus maſculinum
23 concipiat fœminiuũ,ut † in conceſſione in emphyteuſim facta pro ſe,& liberis,ubi ueniunt filiæ,ut & per alios in d.§. libros.Alex.in conſ.128.nu.22.uol.1.Dec.in conſ.223.col. 2.verſ.& quid ſi dicatur,in conſ.236.nu. 3.433.num.18.& 567.nu.4.&Rui.in conſ.35.nu.13.uol.1.quia reſpondetur
24 quod † ſi dicto caſu non continerẽtur fœminę, ſequeretur abſurdum, quia continerentur nepotes ex filia l.liberorũ, ff.de verb.ſign.l.1.C.de cond.inſe. & ſic dicti nepotes ex filia remotiores præferrentur filiæ, quod eſſet abſurdum l.ſi
25 viua matre,C.de bo.mater.Et † ubi abſurdum reſultare poteſt,uerba extenduntur,ut ceſſet abſurditas.Vnde videmus quod interdum appellatione filiorum, ut ceſſet abſurdum, continentur nepotes, qui alias non conmprehenderentur. l.vxorem.§.concubinæ.ff.de leg.3. ita Ale.in d.§ liberos, col.2.& in d.conſi.61.colu.fin.Deci.in conſi.433.nu.18.& Rui.in citato conſi.85.nu.13.& 178.num.6.uol.2. Loaz. in d.§.diui,num.69.

Vlterius nõ obſtat,quod in donatione,quæ eſt cõtractus Bar.in l.Ariſto.ff.de donatio.Pet.And. Gamb. in tract. de ꝑmut.benef.nu.15.maſculinum concipiat fœmininum, quia reſpondetur,quod concluſio,quæ habet,quod maſculinum
26 in contractibus non concipiat fœmininum procedit † in contractibus oneroſis,non autem in procedentibus ex liberalitate,ita Corn.in conſi.177.litera O.la 2.volu.4. vbi declarat dictum Arch.de quo in d.c.ſi quis ſuadente,procedere in oneroſis,hoc etiam voluit Iaſ.in d.l.ſi quis id quod,colum.6.uerſi.40.tu limitã,tum quia ceſſat ratio dictæ l.veteribus,tum in eis ſit latior interpretatio,quam in ultimis voluntatibus,c.cum dilecti,de don.idem uoiuit Imo. in d.le.ſi ita ſcriptum,col.fi.Dec.in conſi.32.col.fi.& in cõſ.223.col.
27 1.vbi limitatur dicta concluſio,locum non habere † in beneficijs,& donatione principis,in quib.latiſſima ſit interpretatio Alex.in conſ.160.colum. 2. vbi dicit, quod
28 † in beneficijs ſeu donationibus non hẽ locũ tex.in l.prima.ff.de iur.immu.ſed in priuilegijs,pro cuius ſententia facit,quod uoluit Bar.in dict.l.liberorum,col.3.uerſi. quęro quid in reſcriptis, vbi ait, quod in reſcriptis concernenti-
29 bus beneficium,vt † ſi Imperator concedit caſtrum alicui, & filijs ſuis, ueniunt & nepotes, quia illud largiſſimè interpretandum eſt,l.fi.de conſt.prin.qui alias in contractibus ſtricti iuris non uenirent,ut per Bar.ibi in verſi. quæro quid ſit appellatio filiorum,& ratio eſt,quia feudum eſt beneficium,c.1.§.pen.quib.mod.feud.amit.Bar.in l.1.col.fin. C.de iur.& fac.igno.Alex.in l.Gallus,§.inſtituens.ff.de lib. & poſth.per tex.in c.1.§.& ſic clientulus,ff.de alie.feu.ubi gl.& Bal.in 3.col.in conſi.124.col.3.uol. 4. quem ſequitur Iaſ.in d.l.ſi extraneus,col.fi.& in d.§.inſtituens,col.7. uer. ſecundo aduerte,& in l.dè quibus col.6.in prin.uerſ. quid in feudo. ff. de legi.
30 Non obſtat et dictum Sal.in d.l.2.quæſt.17.† quia cõiter reprobatur per Scriben.in locis ſupra citatis,quia,ut dicit Are.in citato cõſi.61.in ſi.Sal.ſine lege & ratione loquitur.

Penultimò non obſtat,quod dixit Dec.in d.l.3.de regul. iur.quia reſpondetur,quod res non eſt adeo clara,quin recipiat probationem in contrarium,Bal.in c.1.col.1.de alie nat.iud.mut.cau. fac. & ideo cum in caſu noſtro potuerit tantum eſſe ſenſum de maſculis,& non de fœminis,dicitur factum ambiguum,quamuis etiam filiæ de proprietate ſermonis comprehenderentur,l.nepos Proculo, ff. de uerborum ſigni.declarat ſingulariter Soc.in l.in ambiguo, colũna prima,ff.de reb.dub.ergo fiet interpretatio contra ſe fũdãtem,p æterea,quod appellatione filij in materia ſtricta veniant filiæ,id uerum non eſt regulariter in materia ſtricta,l.1.§.ſed & ſi in incertum,ibi quare &c. ff. de uentr.in poſ.mit.ſed pręſens cõtractus eſt ſtricti iuris,ergo corruit fundamentum Dec.ita Zuca.in dict.l.fin. numero 75.circa finem.

Vltimo nõ obſtat,quod in diſpoſitione legis etiam odioſa,& ſic reſtringenda,maſculinum concipit fęmininum, d.
31 l.ſi quis id quod,ergo & in contr. ctibus quia † reſpondetur ſecundum Zucard.ubi ſupra,num. 76. quod communis eſt in contrarium,niſi quando odium eſt rationabile,& ſic extendendum,vt dicit Iaſ.in d.l.ſi quis id,quod eſſe nõ põt in caſu præſenti.

Rolandus à Valle Iuriſconſultus.

## *SVMMARIVM.*

*1 Interdictum quorum bonorum vtile datur hæredi de iure ciuili.*
*2 Quod datur,& pro poſſeſſione rerum peculiarium.*
*3 Litis conteſtatio eſt lapis angularis iudicij.*
*4 Litis conteſtatio ſecundum communem requiritur in interdicto adipiſcendæ,retinendæ, recuperandæ, & ſimiliter in remedio ca.reintegrandæ,3.q.1.& nu.21.*
*5 Agens interdicto adipiſcendæ,poſſeſſionem defuncti probare tenetur.*
*6 Citatio vbi minus legitimè facta reperitur,proceſſus ſnĩa, & omnia,quæ ſequuntur ſunt nulla.*
*7 Vitium quando eſt in citatione, nunquam ualet proceſſus in abſentium præiudicium.*
*8 Citationis forma vbi eſt omiſſa,proceſſus redditur nullus.*
*9 Citare aliquem nuncius non poteſt ſine commiſſione iudicis.*
*10 Citatio tres habet partes cõmiſsionem iudicis de citãdo, executionem nuncij,& relationem citationis factæ.*
*11 Appellari non poteſt a nuncio citante.*
*12 Citatio eſt executio interlocutoriæ de citando.*
*13 Nuncio non creditur de commiſsione, ſecus de citatione.*
*14 Nuncio creditur de commiſsione ſecundum conſuetudinẽ quod declara ut in nu. 16.*
*15 Conſuetudinem allegans,illam probare tenetur.*
*17 Receſſus omnis a iure communi dicitur odioſus.*
*18 Conſuetudo ſi de aliquo non diſponit,nec nos diſponere debemus.*
*19 Conſuetudo limitata ad alium caſum extendi non debet.*
*20 Extenſio non fit de perſona ad perſonam.*
*22 Pronunciatio litis conteſtatæ facta extra maiorum locum non ualet.*
*23 Citatus in dubio quis præſumitur in loco maiorum.*
*24 Iuramentum teſtibus delatum alibi, quam in loco ma-*

*igrum non ualet .*
25 *Citatus contumax non eſt,ſi citatio facta fuit ad vnum a-*
*ctum,uel ad unum locum,& actus fiat in alio loco.*
26 *Ordinarius ſolitus ius reddere in duobus locis,ſi citat ali-*
*quem loco non expreſſo,citatio tanquam incerta non ua*
*let .*
27 *Citatus ad diuerſa loca copulatiuè comparere non tene-*
*tur .*
28 *Litis conteſtatio adeo eſt de ſubſtantia iudicij,quod partes*
*etiam ſi uellent,non poſſunt ei renunciare .*
29 *Nec iudex eam tollere.*
30 *Ignoratis principijs nihil boni fieri poteſt .*
31 *Paruus error in principio,maximus eſt in fine .*
32 *Libellus,& litis conteſtatio,ſi malè concipiantur , omnia*
*corruere faciunt.*
33 *Probatio ſemiplena ſufficit in remedio quorum bono-*
*rum.*
34 *Notario aſſerenti de commiſſione ſibi facta a iudice pro*
*examinandis teſtibus non ceditur .*
35 *Notarius non poteſt facere actum publicum niſi ſit roga-*
*tus a partibus .*
36 *Iuramentum ſuppletiuum non defertur unico teſti exami*
*nato a notario ſine commiſſione iudicis .*
37 *Notarius rogatus de commiſſione ſibi facta non probat eius*
*ſcripturam .*
38 *Notarius de conſenſu partium nulla præuia commiſſione*
*iudicis,teſtes examinare non poteſt .*
39 *T eſtium depoſitio nulla redditur,ſi tempore feriarum iu-*
*rauerunt .*
40 *Actus per litigantes facti tempore feriato, eis præiudicant*
*in geſtis,non in gerendis , ſi una ex partibus non compa-*
*ruit .*

## CONSILIVM XCIIII.

21 dicit † quòd licèt inter Doc. ſit controuerſia, an ex modicitate pretij cum pacto de retrouendendo contractus fœneraticius præſumatur, ita quòd fructus computentur in ſortem, tamen quando talis cōtractus eſt factus cum eccleſia, ſeu uiris eccleſiaſticis timoratæ conſcientiæ, certum & indubitatum eſt, non præſumi uſurarium. nam qualitas bonæ uitæ multum in terminis noſtris ponderatur à Iaſ. in dicto conſ. 153. col. 5. & Soc. iun. in conſ. citato 84. nu. 5. Nec mi-
22 rum, quia etiam in aliis caſibus uidemus, † quod teſtes deponentes de bonitate alicuius, præferuntur aliis. Innoc. & cæ-

& cæteri in c.auditis,de præſcript.Deci.in conſ.163.col.8.
Craue.in conſil.21.num.6.conſ.145.nu.15.& 151.num.20.
23 Item † quòd vbi laborant contra aliquem indicia in cauſa
criminali,illa debilitantur ex bona fama, & qualitate accu
24 ſati,vel inquiſiti.Bart.in l.1.§.pen.ff.de re mil.vbi † proba-
tio bonæ famæ facit ne quis torqueri poſſit ex indiciis.Dec.
in conſ.157.col.5.Crau.in citato conſ.151.nu.21.in conſi-
25 lio 99.in fi. & in conſ.145.in fi. plus quòd † bona fama re-
mouet indicium cauſatum ex inuentione rei furatæ apud
aliquem.Bal. & Imo.in l.fi.ff.de hær.inſti.Marſ.in conſ.72.
num.22.& ideo dixit Bal.in l.dominus horreorum. ff.loca.
q̃ ſi furtum eſt commiſſum in aliqua domo,licèt vicini poſ
ſint capi & torqueri pro furto inueniendo, tamen id non
procedere quando vicini ſunt bonæ vitæ,conditionis, & fa
mæ, quia tales non potuerunt torqueri .Iaſ.in l.in actioni-
bus.col.pen. ff.de in lit.iuran. Marſ.in ſing.52. num.41. 72.
nu.24.& in pract.crim. in §.diligenter,nu.97.
Secundò reſpondetur, quòd huiuſmodi ſententia locum
26 non habet † vbi tales contractus paſſim fieri conſueuerunt
in patria, ut in caſu noſtro, quia de uſura agi non poteſt.
Barto.in l.quis ſit,§.apud Labeonem.ff.de ædil.edic. vbi di-
cit quòd ſi quis fecit actum, qui æſtimatur communiter li-
citus,licèt in contrarium ſit veritas, quia ſapiat vſurariam
prauitatem,ex hoc non dicitur vſurarius.quod reputat Sal.
ibi notandum,propter leges imponentes pœnam vſurariis.
idē ibi tenet Alex.in add.ad Bar.ſequitur Dec.in conſ.170.
col.4.verſic.& dato.Pariſ.de Put.in trac. de ludo. num.36.
Roch.in tract.de conſue.nu.129.Ancha.in conſ.348.col.1.
Ana.in conſ.71.col.pen Goza.in conſ.63.num.18.Craue.in
conſi.8.nu.22.Abb.in conſ.15.col.1.uerſi.quid vltra,vol.1.
vbi ad excludendam præſumptionem uſurarum, conſuetu-
dinem allegat regionis.Iaſ.in d.conſ.153.col.4. in fi.verſic.
ſeptimò facit.Oldr.in conſ.207.Crau.in conſ.6.nu.103.48.
col.fi.& 145.uu.12.& 17.Cœp.de ſimula. contrac.in prin.
col.3.& iterum in hoc caſu principali.col.fi. & in conſ.13.
col.pen.verſ.& intellige.Beltr.iu conſ.62.col.1.vol.2.Rui.
27 in conſi.16.col.fi.in princ.volu.4.Nam † pacta contra, uel
præter formam contractus arguunt fraudem, quando ſunt
inſolita.gl.in l.ſub conditione,ff.de condi.inſtit.ſecus quan
do conſueuerunt apponi communiter in inſtrumentis,quia
tunc nulla ſuſpicio fraudis poteſt oriri, ut per Rui.ibi. pro
qua parte facit, quod conſuluit Alciat. in citato conſil.45.
28 ubi dicit,† quòd pactum luendi cum reditu annuo ſcutorū
decem pro centenario,non eſt fœneraticium, ſi tempore cō
tractus, annui reditus emebantur uulgò & cōiter ad illam
rationem.Confirmatur hæc ſententia ex no. per Bal.in l.1.
29 in 6.col.in 3.q. C.de his,quæ pœnæ nom. ubi inquit,† quòd
emēs à Titio pro mille reditum ſcutorum quinque pro cen
tenario annuatim,non dicitur uſuram committere,ſi in re
gione contractus prædictus frequentabatur,& inter bonos
ſeruatur. nā quia uериſimile,ideo permiſſum,l.3. §.fi. cū gl.
ff.de eo quod cer.loco. & Bal.ſequuntur Belt.in d.conſ.62.
num.2.Iaſo.in eitato conſ.153.col.5.in prin. & l.1.col.ante
pen.in 4.q.C.de ſum.Tri.& fi.cath.Cra.in conſ.6.num.103.
huic quoque ſententiæ adſtipulatur, quod ſcribit Pariſ.in
30 conſ.13.col.6.uolu.1.ubi † actus alienationis dici non pōt
fraudulentus, ſed licitus & permiſſus, quando auctoritate
cōſuetudinis factus fuit.l.Gracchus.C.de adult. & ita aliàs
dixi,ut in cōſ.75.nu.42.Vlterius comprobatur hæc opinio
per tex.in l.quid ergo.§.1.ibi,cum uſuris triētibus uel his,
quæ in regione obſeruantur.ff.de contr.& uti.act. tute.in l.
1.in fi.ibi,uſurarum modus ex more regionis.ff.de uſu.& in
l.tutor qui repertorium, §. ſed & ſi negauit, ibi, ſecundum
morem prouinciæ præſtabit uſuras. ff.de admi. tuto. immo
fortius dixit Soc.iu.in conſ.83.nu.22.uol.2.quòd dato mil-
lies ſine præiudicio veritatis quòd contractus,de quibus in
caſu ſuo iuris ſubtilitate dici poſſint uſurarij, tamen nō po
terit D.Lupus uelut uſurarius cōdemnari,niſi eſſet probatū
quòd contractus prædicti cōiter pro uſurarijs reputaren-
tur,quia faciliter poterant ab ipſo Lupo, & etiam ab omni-
bus aliis reputari liciti.per doctrinā Bar.in d.§. Item apud
labeonem. quod etenim per curiā probatū non fuit in caſu

præſenti, ſed totum oppoſitum, quòd dicti contractus lici-
ti reputantur, & in frequentiſſimo uſu ſunt, & quòd de eis
nunquam fuit aliquis inquiſitus.
Nec obſtat quòd talis conſuetudo ualere non debeat tā
31 quàm contra ius diuinum,quia reſpondetur † quòd licèt ea
non excuſet quò ad Deū, tamen excuſat in foro tempora-
li, ne quis puniatur in hoc mundo.Iaſ.in l.3.§.iurari.colu.
pen.de iureiur.quem ſequitur Cra.in conſ.6.col.22. verſi.
præterea in fi.& pro hac reſponſione facit gl.not.in ca.de-
nique.4.diſtin. ubi dicit quòd conſuetudo excuſat à pœna
tēporali, nō à ſpirituali, uel pœnitentiali.Hinc tradit Ro.
32 in conſ.566. quòd † conſuetudo de non obſeruando iura-
mentum,excuſat à pœna temporali,ſed non à pœna periu
rij quò ad Deum,ſequitur Iaſ.in l.de quibus.col.3.ff. de ll.
Dec.in c.concupiſcentia,in 1.lect.col.2.in princ.de conſti.
Tertiò data ipſa opinione pro vera quòd pactum de re-
trouendendo cum modicitate precij inducat præſumptio-
33 nem contractus uſurarij,† tamen ea locum habet probata
qualitate modicitatis precij,per not.per Barto.in l.denun-
ciaſſe.§.quid tamen,col.1.ff.de adult.Io.And.& alios in ca.
1.de homicid.in 6.& Soc.iun.in conſ.181.nu.15.uol.2.quæ
in caſu noſtro probata nō fuit, & quæ eſſe nō debet 4.pars,
ſed dimidia,ut per Anch.in conſ.9.col.penul.in fi.verſ.2.ex
paruitate precij,quia minus quam dimidia iuſti precij.Iaſ.
in conſ.151.colūm.tertia,in prin.ibi,puto tamē, ubi in pro
34 poſito noſtro inquit,† quòd modicitas precij intelligitur,
quando eſt minus dimidia iuſti precij.ut eſt tex.in c.ad no-
ſtrā,de emp.& uen.Iterum in citato cōſ.153.col.2. in prin.
uer.2. modicitate precij,& in 3.col. uer. modò in caſu no-
ſtro,& ita cōiter tenere Doc. in d.c.ad noſtram, tradit ibi
Barba.col.pen.uerſ.& licèt, ubi etiam ſubdit quòd quando
nō interuenit paruitas precij ita immoderata.quia fuit cir
ca dimidiā,& interuenit pactum de retrouendendo, & con
tractus fuit celebratus à non ſolito fœnerari,quòd contra-
ctus non præſumitur vſurarius, ſed potius deceptio in pre
cio,quia partes poſſunt ſe in ipſo precio decipere.l.itēm ſi
precio.§.fi.ff.de loca.tūc enim potius præſumitur quòd in-
teruenit deceptio in precio ueræ venditionis, quàm quòd
35 contractus fuerit ſimulatus, quia † quotiens nihil ſine ca-
ptione inueſtigari pōt,eligēdum eſt,quod minus habet ini-
quitatis.l.quotiēs.ff.de reg.iur.ſed in caſu noſtro eligere,
quòd deceptio cenſeatur in precio,& vēditio ſit uera, mi-
nus habet iniquitatis,cùm per hāc viā,cōtractus remaneat
validus,& euitetur infamia vſurariæ prauitatis.
Hoc idem dixit Roman. in conſ.304.colum.1. idem te-
nuit Cæpol.in tracta.de ſimula.contract.in 2.præſump. in
1.& 2.col.Corn.in conſ.23.col.3.vol.3.Gozad.iu d.l.2. nu.
155.uerſi.ſecunda concluſio,& ibi Cagn.nu.14.Rui.in cōſ.
16.nu.5.vol.4.& in conſ.66.nu.9.vol.eo.Abb. in d.c.ad no
ſtram,in ult.col. vbi dicit non ſufficere quamlibet iniuſti-
tiam pretij,ſed valde tenue eſſe debere reſpectu valoris rei
36 † quia in precio ſolent ſe coutrahentes decipere iure per
mittente vſque ad dimidiam iuſti precij.ca.pen.de empt.&
37 vend.l.2.C.de reſcin.vend.Nam † in contractibus decipere
non eſt peccatum.gl.in c.ſi cupis,16.q.1.gl.in c.in ciuitate
de uſur.Iaſ.in citato conſ.153.col.3.in fi.ſed vt dixi in ca-
ſu præſenti non datur huiuſmodi exceſſus precij.ergo &c.
38 & eo magis hoc dicēdum uenit,cum † res ipſa vendita cum
dicto pacto minus debeat æſtimari, quàm ſi vendita fuiſſet
ſimpliciter ſine illo onere retrouendendi,quia ut notabili-
ter inquit Abb.in c.in aliquibus,in 2.nota.de decim.ſi quis
emit prædium cum onere retrouendendi, & poſtmodum
allegetur paruitas precij ad inferendum contractum eſſe
vſurariū,nō debet æſtimari verus ualor rei,ſed debet habe
ri reſpectus ad onus retrouendēdi appoſitū venditioni, cū
propter hoc tāto minus ualeat prædiū.Et ſubdit quòd plu-
ries in facto ita reſpondit,& quòd multi in hoc errant.Rur
ſus Abb.& But.ac Bar.in d.c.ad noſtram,Iaſ.in citato conſ.
151.col.2.& 153.col.4.in prin.vol.4. Soc.in cōſ.248. in fi.
vol.2.& in cōſ.57.in fi.col.uol.4.Crau.in conſ.144.num.9.
Dec.in allegato conſ.167.col.2.& in conſ.308.col.1.Pariſ.
in conſ.83.nu.37.vol.2.Cor.in conſ.141.litera N.vol.1. &
in conſ.

*linquentis grauati tranſeunt in fiſcum, declara, vt in nume. 16. 19. & 27.*

*12 Legitima filij prohibiti alienare non conſtito de imbecillitate eius venit in confiſcatione bonorum, contra nu. 25. & 29.*

*13 Bona prohibita alienari propter delictum tranſeunt in fiſcum, licet à cohæredibus conueniri poſſit. contra nu 30.*

*15 Prohibita alienatione, licet non cenſeatur prohibita hæredis inſtitutio, tamen ſecus quãdo in prohibitione eſt clauſula, quòd bona totaliter perueniant ad hæredes.*

*17 Bona emphyteutica eccleſiaſtica non tranſitoria ad extraneos hæredes, non ueniunt in confiſcatione bonorum.*

*18 Quòd amplia etiam procedere in bonis emphyteuticis priuati.*

*20 Prohibitio tacita, & expreſſa de non alienando, plus operatur, quam ſimplex.*

*21 Res ſubiecta fideicommiſſo, ſi expreſsè alienari non poteſt, non ualebit alienatio facta ab ignorante ignoranti.*

*22 Feudatarius promittens rem feudalem non alienare, eam etiam alienare non poterit in caſibus ſpecialibus in quibus alias ualeret non obſtante prohibitione.*

*23 Cauſa poſſeſſorij, in qua eſt prohibita appellatio de iure communi, ſi committatur appellatione remota, non poterit etiam appellari in caſibus in quibus de iure ſpeciali interponi potuiſſet.*

*24 Statuti prohibitio, ubi concurrit cum prohibitione legis, ſub ſtatuto etiam continentur caſus ſpeciales.*

*26 Actus taciti non ſunt ita latè interpretandi, ſicut expreſſi.*

*28 Alienatio, quæ fit propter delictum, non eſt digna priuilegijs, quæ habet alienatio neceſſaria abſque delicto.*

## CONSILIVM XCVIII.

MAturè conſideratis, quæ in facto præſupponuntur,
primo congreſſu dicendum arbitror, bona Magnifici
D. Vincentij Rinolti, ad mortem damnati propter homici-
dium per eum uoluntariè commiſſum, in perſonam Ange-
li Valentis, ad fiſcum pertinere, quia ita à ſtatuto cauetur,
1 † ꝙ homicida ad mortem damnetur, ita ꝙ caput à ſpatulis
amputetur, & in confiſcatione bonorum. Secundo, ꝙ per D.
Prætorem lata fuit ſententia, quæ tranſitum fecit in rem iu-
2 dicatam † quæ pro ueritate habetur. l. res iudicata, ff. de
3 reg. iur. licet ſecus de iure communi, † ſecundum quod etiã
hodie pro homicidio bona non publicantur, authen. bona
4 damnatorum. C. de bon. damn. imò, † ſi iudex contra dictum
tex. confiſcaret bona, ſententia non valeret, & nõ noceret,
licet appellatum non fuiſſet. ita Deci. in conſi, 252. col. 4. in
princ. Marſ. in l fi. num. 189. ff. de iuriſd. om. iud. & Cagnol.
5 in l. ea ſola, col. 3. de regu. iur. Nec etiam † ex forma ſtatuti,
niſi expreſsè in eo ita caueatur, ut in caſu noſtro ſecundum
Bald. Alexan. & Iaſ. in l. 2. C. qui teſt. fac. poſſ. Deci. in citato
conſ. 252. col. 4. & in conſ. 442. col. 1. Mar. ubi ſupra. Alber.
de Roſa. in tract. ſtatu. in 3. par. q. 18. in fi. quem ſequitur Ve-
ronen. in conſ. 17. col. 8. in fi. ubi dicit quod bona non publi
cantur aliquo caſu, excepto crimine læſæ maieſtatis, niſi
hoc fiat à ſtatuto, uel conſuetudine, & quod totus mundus
ita obſeruat.

Nec fiſco obeſſe poteſt, quod obiicitur de prohibitione
alienationis expreſsè facta, per q. Magnificum Do. Alexan-
drum patrem dicti domini Vincentij in ſuo teſtamento, in
quo inſtitutis dominis Vincentio, Bartholomæo, & Balda-
ſare ſuis filiis, ac Iacobo, & Georgio eius nepotibus ex
quondam Domino Baptiſta, prohibuit eis, & vnicuique eo
6 rum alienationem bonorum ſuorum, vigore † cuius pro-
hibitionis non potuerunt dicta bona eiuſdẽ delinquentis
tranſire in filium, iuxta doctrinam Bart. in l. Imperator. ff.
de fideicommiſ. liber. & Doct. in l. filiusfa. §. diui. ff. de lega.
7 1. quia reſpondetur † parem eſſe uirtutẽ taciti & expreſſi,
8 l. cum quid. ff. ſi cer. peta. Et ideo videmus quòd † ſicut con
ditio expreſſa impedit ortum actionis & obligationis. l. ce
dere diem. ff. de verbo. ſigni. ita & tacita, glo. in l. item quia,
9 in verbo malè petitur. ff. de pactis, Item † quòd ſicut dies
expreſſa interpellat & conſtituit debitorem in mora. l. ma-
gnam. C. de contrahen. & commit. ſtipul. ita & tacita l. 2. in
fi. C. de iure emph. l. ſi mora. & ibi Docto. ff. ſolu. matr. Sed
10 † nos habemus quòd qui habet bona reſtitutioni fideicõ-
miſſi ſubiecta, quæ tacite à lege prohibentur alienari, l. ſi.
§. ſed quia. C. com. de lega. auth. res quæ, eo. tit. ſi committit
delictum, propter quod bona ueniant fiſco applicanda, ꝙ
durante uita grauati, bona ipſa tranſeunt in fiſcum cũ ſua
cauſa, & adueniente conditione fideicommiſſi fit reſtitutio
per fiſcum fideicommiſſario. l. Statius. §. Cornelio fiſci, ff.
de iure fiſ. l. cum pater. § hereditate. ff. de lega. 2. l. ex facto,
ff. ad Treb. Doct. communiter in d. §. diui. Capra. in conſil,
125. Boer. in deciſ. 268. num. 3. Berous. q. 41. col. 3. ergo idẽ
dicendum uenit in expreſſa prohibitione, ut per eam non
impediatur confiſcatio bonorum delinquentis durante ip
ſius uita, quod primo probari uidetur per tex. in d. §. diui,
ubi alienationis prohibitio nõ nocet fiſco. cum non liceat
teſtatori talem legem dicere, quæ uerba propriè referun-
tur, quando fiſcus occupat propriè talia bona propter de-
lictum, ſi enim occuparet ex cauſa tributorum, uel alia ſi-
mili, ſatis fuiſſet legiſlatori excipere creditores, & nihilo-
11 minus excipit fiſcum. Vnde ibi probari uidetur, † quod bo-
na uetita à teſtatore alienari propter delictum, poſſunt cõ
fiſcari. Ita illum textum ad hoc ponderat Alcia. in cõſ. 783.
qui ſubdit rationẽ eſſe, quia non eſt veriſimile ipſum teſta-
torẽ in dicta prohibitione voluiſſe intelligere de alienõne
neceſſaria l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. ſicuti nec de ea, quæ
fit per ſucceſſionem ab inteſtato. l. cum pater, §. cum inter.
ff. de leg. 2. quæ tamen non eſt ita neceſſaria, cum poſſit te-
ſtator arbitrio ſuo teſtari & alteri relinquere. Secundò ac-
cedit tex. in l. peto, in §. prædium. ff. de leg. 2. ubi prohibitio
alienationis expreſſa, facta hæredi non impedit, quin poſ-
ſit alienare bona prohibita alienari, pro ſatisfaciendo ſuis
creditoribus, donec vixerit, quæ demũ reuocatur, per quẽ
tex. inquit Pau. de Caſt. in d. §. diui, col. fi. uer. cætera, quòd
etiam bona expreſsè prohibita alienari per hæredem pro-
pter eius delictum tranſibunt in fiſcum vita delinquentis
durante.

Tertiò hanc partem tenuerunt ultra Caſt. vbi ſupra, Ro
ma. in l. ſi conſtante. §. fi. ff. ſol. mat. Ang. in l. Papinianus, §.
meminiſſe. ff. de inoff. teſt. & Alcia. in citato conſil. 783. ubi
inquit, hanc partem veriorem & magis communem, & eo
maximè hoc dicendum venit, reſpectu legitimæ debitæ iu-
re naturæ dicto damnato in bonis paternis, quæ in d. pro-
hibitione includi non põt, argu. l. ſcripto. ff. unde liberi. &
quæ abſque dilatione & onere aliquo debetur. imò, ſi quod
grauamen adiectum eſſet, deduci deberet, l. quoniã in prio
ribus, C. de inoff. teſta. Rui. in conſ. 127. num. 3. uol. 3. Pariſ.
in conſ. 100. nu. 20. volum. 1. Ang. & Mod. in l. in quartam.
12 ff. ad l. fal. Nec † obſtare videtur ꝙ teſtator filijs ſuis etiam
prohibuit alienationem legitimæ uſque ad 30. annos æta-
tis eorum, quia reputabat ipſos minus idoneos ad regen-
dum bona ſua, quæ prohibitio ualet, cum non contineat
grauamen, ſed fauorem, quia per eam prouidetur imbecil-
litati illius ætatis, & ideo non reiicienda de legitima, vt
voluit Pau. de Caſt. in conſ. 315. & Iaſ. in d §. diui, colum. 6.
quia reſpondetur, ſententiam Caſt. procedere, ubi poſſet
conſtare de imbecillitate hæredum minorum, quibus pa-
ter uoluit conſulere, aliàs ſecus ſecundum Alcia. in l. cum
proponas. C. de pac. & in conſ. 635.

Similiter non obſtat, quòd prohibitio iſta facta ſit non
tantum fauore prohibiti, ſed etiã cohæredũ, & deſcenden-
tium ſuorum, quo caſu Bart. uult in l. ſi quis in tantum, col.
2. C. unde vi. quòd iſto caſu ratione delicti bona prohibita
alienari, non ueniunt in confiſcatione bonorum, quia nega-
ri non poteſt, quòd dicta prohibitio ſaltem reſpectu alio-
rum de quibus ſupra, non contineat grauamen, quod de le-
gitima reiici debet d. l. quoniam, gl. in auth. nouiſſima. C. de
inoffi. teſt. Vlterius dicitur, quod etiam data ueritate prædi-
ctorum, de quibus diſceptatur, ſaltem negari non poteſt,
quin bona dicti damnati ipſo iure ad fiſcum pertineant, li-
13 cèt † deinde fiſcus conueniri poſſit à cohæredibus, qui nõ
alie

alienauerunt,per tex. in d.l.Imperator, ff.de fideicom.lib. ubi dicitur quòd ſerui prohibiti alienari, ne cuique alteri ſeruiant,publicatis bonis tranſeunt in fiſcum,licèt eos manumittere teneatur, ergo eodem modo videtur dicēdū in caſu noſtro, ut cohæredes bona ipſa petere debeāt à fiſco.

Verum præmiſſis non obſtantibus, alteram partem vti veriorem amplectendam fore arbitror.&pro fundamento ſubiicio concluſiones infraſcriptas ab omnibus receptas, ex quibus re ſoluta in parte remanebunt in contrarium al-
14 legata.Prima etenim eſt, quòd † bona expreſsè prohibita alienari à teſtatore non poſſunt in fiſcum tranſire durante etiam vita prohibiti alienare.Barto.& Ang.in l.Imperator, ff.de fideicom.liber.Io.And.in addit.ad Spec.in tit.de feud. §.quoniam,verſ.40.Alex.latè in conſ.23.vol.1.Iaſ.in §.diui.in 2.lect.col.4.uer.ſextò pondera.Ferd.Loaz.num.114. Opiz.nu.47.Cro.nu.32.& Ripa in nu.47.So. in conſ.121.n. 22.uol.4.Marſ.in l.fi.nu.191.ff.de iuriſd.om.iud.Dec.in cōſil.442.colu.3.Boer deciſ.268.nu.6.Ru. in conſ.23.nu.11. uol.5.conſ.24.nu.10.conſ.25.nu.10.uol.eo.cōſ.124.nu.5. & 129.nu.4.uol.2.Alci.in conſ.522.533.in princ.& in cōſ. 650.uerſ.citat hanc eſſe communem & certam ſententiam quam vidit obſeruari tempore,quo officium aduocationis exercebat,quæ ſecundum eum probatur in d.l.Imperator, in qua uerba directa non ſtabant prohibitiuè reſpectu alienationis,ſed ſimpliciter erat ſcriptum.quos tibi comendo, ne alicui ſeruiant & excluditur fiſcus,ergo multo magis in caſu noſtro,ubi uerba ſunt efficatiora, quia teſtator diſpoſuit quòd totaliter bona remaneant,& conſeruentur ad ſupra nominatos,quæ dictio totaliter, maxime eſt ponderā-
15 da, per ea, quæ dicit ipſe Alcia.in conſ.577. ubi dicit,† ꝙ licet prohibita alienatione,non cenſeatur prohibita hæredis inſtitutio, tamen ſecus eſt, quando in prohibitione eſt adiecta clauſula, volo quòd totaliter bona perueniant ad hæredes, quia talis clauſula ampliat diſpoſitionem, & inducit fideicommiſſum abſolutum, ut per Soc. in conſ.251. col.1.volu.2.& maximè propter dictionem totaliter, ut in ſimili dicit Aret.in l.Pantonius,in §.1.de acq.hæred.

16 Secunda eſt concluſio, † quòd bona quæ ex diſpoſitione teſtatoris tranſire nō poſſunt in extraneos hæredes nec etiam in fiſcum tranſire poſſunt quia fiſcus loco hæredis habetur.Bart. in l.Iura libertorum. ff.de iure patro. in l.1. C.de bon.liber.Alex. in citato conſ.23.dup. in conſ.88. in 3.uol.& ſecundum hanc regulam ita arguit Ro[illegible]a.in conſ. 63.col.2.Boer.deci.268.nu.6.Marſ.in ſing.314.Soc.in cōſ. 121.nu.22.uol.4.Dec.in conſ.442.nu.28.Ruin.in conſ.24. nu.12.vol.5.& in conſ.ſequenti nu.12.ac in conſ.124.nu.5. uol.2. ideo ex hac ratione concludunt communiter ſcri-
17 bentes, quòd† in confiſcatione bonorum non ueniunt bona emphyteutica eccleſiaſtica,quia non trāſeunt ad extraneos hęredes.l.etiam.ubi Doct. ff.ſolu.matr.Rui. in citato conſ.24.num.12.& ſequenti.nu.12.ac in conſ.117.colu.2. vol.1.ubi aſſerit hanc eſſe magis communem,& inquit Ale.
18 in allegato conſ.23.col.2.quòd† illud,quod dicitur de emphyteuſi eccleſiaſtica habet & locum in priuata, quando non tranſit ad extraneum hæredem,ſequitur Rui.in conſil. 117.col.2.ſed in præſenti caſu dicta bona ex diſpoſitione teſtatoris non poſſunt tranſire in extraneos hæredes, ſed tantum ad ſuos deſcendentes,ergo &c.

19 Tertia eſt concluſio, quod † ubi ultra fideicommiſſum factum à teſtatore concurrit expreſſa prohibitio hominis, ut in caſu,de quo agitur,tunc ſi propter delictū bona alias erant publicanda, atque in fiſcum transferenda, expreſsè prohibita alienari non tranſeunt in fiſcum, ratio etenim
20 eſt quia † concurrit duplex prohibitio de non alienando, uidelicet legis quę eſt,quia ſubiecta fideicommiſſo, & alia expreſſa de non alienando, quæ plus operatur quam ſimplex.Bartol.& alij communiter in d.§.diui. nam ſecundum Caſtren.ibi,legatum conditionale efficitur purum propter tacitam legis, & expreſſam hominis prohibitionem, quia fortior eſt duplex prohibitio,quam vnica & ſimplex. §.ſan
21 ctiſſimas,in auth.de nō alien.Et ideo† uidemus,ꝙ res ſubiecta fideicommiſſo, ſi prohibeatur alienari expreſsè, non valebit alienatio, ſi fiat ab ignorante ignoranti, quia dicto caſu concurrit duplex prohibitio, quæ alias prohibita non eſſet ex ſola prohibitione legis.l.fi.§.fi.ff.de leg.2.ita Alex. in l.quidam teſtamento.§.fin. ff.ad Treb. Ruin.in conſ.168. nu.22.vol.3.in conſ.82.nu.4.vol.5.Facit etiam,quod voluit Bald.in c.1.§.præterea de cap.Conrad. quem ſequitur Rui.
22 proximè, vbi dicit † quòd ſi feudatarius promiſit rem feudalem non alienare, quòd alienatio fieri non poterit in caſibus ſpecialibus, in quibus valebat non obſtante prohibitione legis, & hoc quia cum ea concurrit hominis prohibi-
23 tio.Hinc dixit Bal.in l.2.C.de appel.quòd † ſi committatur cauſa poſſeſſorij appellatione remota,à qua non licèt de iure appellari.l.vnica. C.ſi de momen.poſſ.fue. appell. ꝙ non poterit appellari in caſibus ſpecialibus, in quibus licita erat appellatio, quia illa auget effectum poſſeſſorij, & remouet obſtaculum.l.2.C.pro empto.Imo.& Alexan.in d.§.
24 diui.Ruin.in conſ.195.num.6. volum.1. vbi tradit, † quòd quando cum prohibitione legis cōcurrit etiam prohibitio ſtatuti propter duplicem prohibitionem ſimul concurrentem ſub ſtatuto,continentur etiam caſus ſpeciales.& in terminis ita dixerunt Ruin.in citato conſ.23.nu.13. Berous in q.41. & Alciat.in conſ.522. ſed in caſu præſenti concurrit duplex prohibitio legis,& hominis, vt dictū fuit, ergo dicta bona in fiſcum tranſire non poſſunt.

25 Quarta, & vltima eſt, † nam communi voto ſcribentium admittitur, quòd pater poteſt filiis ſuis prohibere alienationem legitimæ, uſque ad triginta annos, quando reputat eos minus induſtrioſos & idoneos ad regendum bona ſua, & ne dum in fauorem prohibiti, ſed aliorum vt in caſu noſtro.ita Pau.de Caſt.vbi ſupra,quem ſequuntur Iaſ.in l.filiis matrem.C.de inoffic.teſta.vbi inquit.hoc melius alibi non legiſſe.Alex.& Iaſ.in l.multi.ff.de lib.& poſthu.Ripa in d.§. diui.nu.24.Crot.nu.16. Obizo,nu.44. Alciat.nu.8.& Ferd. Loaz.nu.22.Picus in l.in quartam,nu.122.ff.ad l.falc. Boer. deciſ.37.col.2.Berous in q.87.Galiu.in l.Cēturio, nu.241. ff.de vulg.& pup. Gul.Bened.in c.Raynutius,lin verbo reliquit,nu.32.de teſta.vbi inquit hoc vtile in practica. Roder. Suar.in l.quoniam in prioribus, in prima limitatione. C.de inoffic.teſta. Ruin.in conſ.87.col.pen.vol.4.& in conſ.23. nu.15.vol.5.Abb.in conſ.7.nu 21.& in cōſ.57.nu.10.Rub. Alex.in conſ.27.34.& 97.Alciat.in lib.1.præſump.in 2.regula,& in conſ.645.Dec.in conſ.386.col.2. verſ.dico,& in conſi.442.col.antepe.in fi.ubi inquit hanc eſſe communem & ita alias conſultus reſpondi,ut in conſ.31.num.31.Si ergo ualet huiuſmodi prohibitio, tum fauore prohibiti, tum etiam aliorum,licet in cōſequentiam, certè ſequitur, quòd nec legitima in fiſcum tranſire debet, ut patet ex not. per Bart.in d.l.ſi quis in tantam,colum.2.ubi dicit, quòd quando prohibitio alienationis continet aliud, quam merum fauorem prohibiti,quia facta ne dum in fauorem alienantis, ſed etiam alterius, tunc etiam delinquendo quis non alienat,& durat prohibitio, & ideo Barto.ibi ponit exemplum de vxore delinquente conſtante matrimonio, cuius dos fiſco non applicatur.niſi in quinque caſibus, motus ea ratione,quia nedū prohibetur alienatio dotis fauore ipſius mulieris, ſed etiam uiri, licèt fauor mulieris ſit principaliter cauſa inducendę prohibitionis,per tex.in l.unica,§.& cùm lex.C.de rei ux.actio.ſequitur Soci.in allegato conſil.121. col.3.in fi.uol.4.ubi inquit regulam eſſe,quod ea, quæ ſunt prohibita alienari,non tranſeunt in fiſcum per confiſcationem bonorum, quando in fauorem alterius quam alienantis eſt prohibita.Rui.in conſ.23.nu.13.vol.5.Aegid.in propria materia in trac.ſuo crim.in tit.de pub.bon.per totum. & Alciat.in conſ.522.

Supereſt, ut remoueantur, quæ ex aduerſo adducta fuerunt.& deueniendo ad primum argumentum,dicitur,quòd licèt pro homicidio uoluntariè commiſſo per D.Vincentiū bona ſua ex ui dicti ſtatuti ueniant confiſcanda per deciſiones citatas,tamen quòd in caſu noſtro publicari non potuerunt, quia obſtat prohibitio alienationis legalis & hominis, de qua ſupra, quamuis ſola expreſſa ſuffeciſſet, ut per Marſ.in d.l.fi.nu.191.de iuriſd.om.iud.& per alias auctoritates,

tates,de quibus ſupra in 1.& 3.conclu.

Non obſtat ſecundum, quod par ſit uirtus tacitæ & ex-
preſſæ prohibitionis,quia hoc negatur in terminis noſtris,
cum potentior ſit expreſſa prohibitio hominis quam taci-
ta, quia ſtante prohibitione expreſſa, alienatio ſtatim re-
ſcinditur, nec expectatur mors prohibiti à quo facta fuit
alienatio,quod ſecus eſt in tacita. gl. eſt notabilis in l.cum
pater.§.libertis,de leg.2.Caſtren.in l.peto.§ fratre,per il-
lum tex.eo.titu.Doct.communiter in d.§.diui.Iaſ.in l.cum
quid.in 1.lect.col.2.ff.ſi cert.pet.Tiraq.in tract.de legib.cō
nub.gl.7.num.57.cum ſequenti. facit,ꝙ not. Caſtr.in con-
26 ſil.25.ubi inquit,† ꝙ actus,& uolūtas taciti,nō ſic late ſunt
interpretādi, ſicuti expreſſi. ſequitur Iaſ. in d.l.cum quid.
col.3.uerſ.ſexto limita,& in 2.lect.col.4.uerſ. quarta con-
cluſio.& ratio eſt,quia non debet fieri extenſio de minori
ad maius, & in terminis noſtris hoc pro claro admittunt
omnes in dicto §.diui.& in aliis locis citatis in prima con-
cluſione.Nec quicquam facit text.in d.§.diui, ponderatus
per Alcia.in d.conſ.783. quia reſpondetur. quòd tex. ipſe
intelligi debet,quando probaretur, ꝙ teſtator in fraudem
fiſci prohibitionem alienationis feciſſet, quia tunc bona
prohibita uenirent in cōfiſcatione propter fraudem,ſecus
quando nō conſtaret de fraude,ita Ripa in dicto §.diui,nu.
52.ſed in caſu, de quo agitur,non conſtat, ꝙ intentio pro-
hibentis fuerit ad hoc ordinata,ut requiritur.l.ſi uehenda.
§.1.ff.ad l.Rod.de Iac.ut in ſimili reſpōdet Ang.in diſp.No
bilis quidā genere,relatus per Rui.in conſ.25. colu.penul.
uerſ.Nec etiam obſtat ſecunda ratio,uol.5.Nec ualet ratio
allegata per Alcia.ꝙ nō comprehendatur in expreſſa pro-
hibitione alienationis neceſſaria alienatio, quæ ſit per de-
27 lictū,q̄a reſpondetur, † ꝙ alienatio, quę prouenit ex deli-
cto,non dicitur neceſſaria, cum principium voluntarium
habuerit,ut probatur ex nota.per Bald.in conſ.20. uol. ſe-
cundo,ubi declarando uerba teſtatoris,ut nō obſtante ſub
ſtitutione poſſit inſtitutus pro ſuis neceſſitatibus alienare,
diſtinguit, an ea neceſſitas uenerit ex caſu, ut quia incidit
in latrones,an data opera,ut quia ſpontè contraxit debita,
uel commiſit aliquod maleficum, ut ſcilicet ea neceſſitas
alienandi, quæ ex eo prouenit,quod ſponte fecit,non com
prehendatur in illis uerbis teſtatoris, tanquam neceſſaria
non dicatur,eo ꝙ habuerit principium voluntarium.ſequi
tur Tiraqnel in tract.de retract.gl.14.nu.15.& ideo non ſi-
ne cauſa dixit Alex.in conſ.23.col.fi.uerſ.præterea,uolu.1.
28 quòd † alienatio,quæ fit propter delictum nō eſt digna ha-
bere illos fauores,& priuilegia,quæ habet alienatio neceſ-
ſaria facta abſque delicto,l.etiam.§.1.ff.ſolu.matr.

Pariter non obſtat tex.in d.§.prædium,quia vltra reſpō
ſiones ad illum tex.datas per Ale.in cōſ. 23.col.3. reſpon-
detur,ꝙ in caſu illo durāte uita prohibiti,permittitur alie
natio fauore creditorum ipſius hæredis,qui tractant de dā
no euitando,quæ ratio ceſſat in fiſco,qui tractat de lucro,
vt per Bal.in l.parentes,col.2.C.de teſtib.& non eſt par ra-
tio lucri & dāni.l.fi.C.de codicil.ita Rui.in citato conſ.23.
nu.29.& in conſ.25.col.fi.in prin.vol.5.vbi inquit hanc eſ-
ſe claram reſponſionem ad dictum tex.ꝙ huic reſponſioni
quadrāt dicta per Iaſ.in d.§.diui.in 2.lect. in 2.nota. decla
rata per Rip. ibi num.52.quæ nō trāſcribo,cū legi poſſint.

Tertiò non obſtat, quod Roma. tenuerit contrarium in
d.l.ſi cōſtante.§.fi. quia in eius dicto fundamentum fieri nō
poteſt, cum cōtrarium dixerit in l.ſi finita.§.de vectigalib.
ff.de damn.infec. minusque in auctoritate Alci. atteſtantis
eius ſententiā magis communem,quia in tribus cōſilils te-
net contrariū,vt in conſ.522.533.& in conſ 650. vbi aſſe-
rit hāc eſſe cōem & certam ſententiam,quam ſemper vidit
ſeruari,& ſi aliter ubiq; ſenſiſſet,& in d.conſ.783. malè lo-
queretur,quia contra veram & approbatā Doc. concluſio
nem,ut patet in primo fundamento.

Similiter non obſtat, quòd huiuſmodi prohibitio quam
uis expreſsè facta,non debet fiſco nocere in legitima dam
nati,quia datur reſponſum,ꝙ ſentētia prædicta locum non
habet,ubi prohibitio alienationis expreſſa reſpicit etiam
legitimā durante ætate triginta annorū prohibiti,cui ætati
voluit conſulere pater, nedum ad commodum ipſius. verū
etiā & in fauorē aliorum,vt latè dictū fuit,quia ea nocet fi-
ſco,ut per Alciatum met. in d. conſ.522. Aegid.in dicto ti-
tulo de publica.bo.nu.41.& Bero.in q.87.nu.4.ubi fortius
dicit,ꝙ prohibitio alienationis facta minori per teſtatorē
uſque ad certum tempus, ſi reſpicit fauorem prohibiti &
aliorum, extenditur etiam ad legitimam, adeò, quòd pro-
hibito delinquente,legitima nō debetur fiſco.Nec eſt verū
quod ait Alcia.in d.l cum proponas,& in citato conſ.635.
quòd ad hoc,vt prohibitio alienationis legitimè facta per
teſtatorē,durāte ætate triginta annorū prohibiti valeat,re
quiritur ꝙ conſtet de imbecillitate minorū, quia † ſufficit
29 dictum patris ita affirmantis abſque alia probatione.ita Pi-
cus in l.in quartam,nu.123.ad l.Fal.vbi dicit hoc menti te-
nendum, quia fortè alibi non reperies, Ferdi. Loaz.in d.§.
diui.nu.22.& Alciat.ſibi contrarius in conſ.322.

Minus ob. ꝙ de legitima reiici debet omne grauamen,
quia reſpōdetur,quòd prohibitio,de qua agitur, nō conti-
net grauamē,ſed fauorē,ut in quarta,& ultima cōcluſione.

Vlterius dicitur, quòd data opinione Alciat. pro vera,
(quod tamen ab omni iure alienum eſt)quòd ea poſſet pro
cedere,ſi alius damnatus ita uellet, quod deduceretur, &
eam peteret, quia hoc introductum eſt in eius fauorem, &
eſt priuilegium perſonale,quod non tranſit ad alios,ut de-
clarat Caſtren.in d.l.quoniam in prioribus,in prin.uerſic.
ſed tertio quæritur,ſed ubi filius non petit, alius nō poteſt
petere.Bart.& Bal.in l.ſcimus,in princ.poſt gl.in verbo ip-
ſo iure C.eo.tit.quia hoc eſt ius liberorum,quod non tran-
ſit in fiſcum.l.eorū.ff.ad l.Iul.maieſt.l.iura liberorum. ff.de
iure patr.Caſtren. in l.1.verſ. ſed contra hoc.C.de bon.li-
ber.ergo non poteſt fiſcus dicere,quod iſtud grauamen de
duci debet de legitima. ita reſpondet Alcia.in conſil.622.
col.fi.ubi hoc confirmat ex nota.per Bald.in l.ſi qua pœna
de his,qui ſunt ſui,uel alie.iur.vbi dicit,quod fiſcus nō po-
teſt dicere ex perſona filij teſtamentum eſſe nullum. Et ex
dictis per Iaſ.in l.cum mota, verſ. ſed aud. C.de tranſa. ubi
voluit,quod licèt filius poſſit dicere teſtamentum nullum,
& iſtud ius tranſmittat ad deſcendentes, non tamen ad ex-
traneos hæredes.Sed vera eſt concluſio,de qua ſupra in 2.
q.quod ea,quæ non tranſeunt ad hæredes,non tranſeunt in
fiſcum, ergo iſtud ius, quòd grauàmen non potuit apponi
in legitima,non poteſt allegari per fiſcum,ex quo habetur
loco extranei hæredis, & ad quem non tranſit tale ius. Idē
voluit Bero.in d.q.87.col.pen.verſ.ſed tantum.

Non obſtat etiam quòd ſaltem reſpectu fauoris aliorum
quam ipſius prohibiti continet grauamen, quia hoc dictū
eſt contra notata per Alcia.in citato conſ.322. & Aegid.in
tit.de publica.bon.nu.41.vbi clariſſimè admittunt huiuſmo
di probationem validam,fiſcoque obeſſe.

Vltimò non obſtat, quòd † ſaltem per ipſos cohæredes
bona peti debebant à fiſco,quia reſpōdetur,quod ſicut co-
30 hæredes potuiſſent propria auctoritate bona alienata per
D.Vincentiū in tertiū cōtra expreſſam voluntatē teſtatoris
apprehendere,gl.in §.de cætero, in verbo licentiā damus.
in auth.vt de cætero com.non fiant,quā ſequitur,& cōmen
dat Rom.in l.qui abſenti,vbi etiā Ale.ff.de acqui.poſ.Ang.
in l.nemo poteſt.ff.de pac.Iaſ.in §.diui.in 1.lect.col.6.uerſ.
aduerte etiā,vbi dicit hoc bene notādum,ita & alienata fi-
ſco per delictū,cum in hoc fiſcus nō reperiatur habere ali-
quod ſpeciale priuilegiū.& licet Are.in d.l.qui abſenti,col.
2.illam impugnet,dicēs,ꝙ tex.in d.§.de cætero,dicat quòd
œconomus poſſit propria auctoritate apprehendere rem,
cū tamen in fine dicat quòd poteſt eam vendicare,non ob-
ſtante præſcriptione,clarè declaratur, quòd ſignificauerit
à principio per uerbū appræhendere, reſtitutionem debe-
re fieri intentata actione,& auctoritate iudicis, tamē iſtud
eſt falſum, quia nec ex fine illius textus illud probari po-
teſt, quia licet ibi illud dicatur, non tamen negatur, quin
text.voluerit dare licentiam, vt propria auctoritate rem
apprehendere poſſit,ita Ferd.Loaz.in d.§.diui,nu.119.

Rolandus a Valle *I*uriſconſultus

## *SVMMARIVM.*

*1 Statutum conditum à populo iuriſdictione carente non valet, contra, ſecundum communem, nu. 21.*

*2 Præſcribens iuriſdictionem in loco, videtur etiam præſcribere poteſtatem condendi ſtatutum.*

*3 Statutum licèt condi poſſit à populo circa ea, quæ reſpiciunt adminiſtrationem rerum ſuarum, non tamen pœnale, & nu. 14. fallit, vbi eſt conſuetus, vt in nu. 20.*

*4 Statutum non publicatum non valet, declara, vt in nu. 36. 37. & 38.*

*5 Statutum moribus vtentium non comprobatum, ſeruari non debet. intellige, vt in nu. 39.*

*6 Lex ſeu reformatio edita à Principe, ſi vſu recepta nõ fuit, qui legem non ſeruat, ſecundum magis cõmunem, ipſius non dicitur eſſe tranſgreſſor.*

*7 Iuramentum præſtitum de ſeruando ſtatuta eccleſiæ tam edita, quàm edenda, non extenditur ad ſtatuta moribus vtentium non recepta.*

*8 Confirmatio ſtatutorum non extenditur ad ſtatuta non recepta, vel alias abrogata.*

*9 Statutum moribus vtentium receptum, per vſum contrarium decem annorum extinguitur.*

*10 Quod procedere videtur nedum ad tollendum legem ciuilem, verum etiam canonicam.*

*11 Statutum condi nõ poteſt in odium certarum perſonarum, quia lex debet eſſe communis, & vniuerſalis, quod intellige, vt in nu. 40. 41. 42. & 44.*

*12 Statutum facere non poteſt ciuitas, quòd vnum liget quarterium tantum.*

*13 Appellari poteſt à ſtatuto generali, ſi legitimis coniecturis probari poteſt, quod factum ſit odio priuatæ perſonæ, vel contra illud opponi poteſt exceptio doli.*

*15 Moderator & arbiter legitimus vnuſquiſque eſt in rebus ſuis.*

*16 Progenies vna inter ſe ſtatutum condere poteſt.*

*17 Pactum inter aliquos de familia factum, quòd extantibus maſculis filiæ fœminæ hæredes inſtitui non poſſint, valet.*

*18 Quarterium ciuitatis, ſtatutum facere poteſt circa ea, quæ reſpiciunt bona eiuſdem.*

*19 Populus carens iuriſdictione in concernentibus adminiſtrationem rerum ſuarum, ſtatutum cõtra ius commune condere poteſt.*

*22 Inueſtitus de caſtro cum iuriſdictione, legem & ſi particularem condere poſſit, non tamen generalem.*

*23 Præſumptio licet non ſit pro actis, tamen fallit in ſententia antiqua, in qua omnia acta interueniſſe præſumuntur.*

*24 Antiquitis temporis operatur, vt omnia præſumantur interueniſſe, quæ ad validitatem laudi & compromiſſi erant neceſſaria.*

*25 Conſenſus domini ex antiquitate temporis præſumitur interueniſſe in alienatione rei emphyteuticæ.*

*26 Superioris auctoritas interueniſſe præſumitur ex diuturnitate temporis.*

*27 Conſenſus capituli, tractatus, & aliæ ſolemnitates requiſitæ in alienatione rerum eccleſiæ, ex diuturnitate temporis interueniſſe præſumuntur.*

*28 Licentia Papæ in teſtamento Cardinalis, ex antiquitate temporis interueniſſe præſumitur.*

*29 Confirmatio Papæ, ex diuturnitate temporis præſumitur.*

*30 Præſumptio licentiæ & conſenſus tollitur ex ſtatuto, in quo non apparet de ipſa licentia, & conſenſu, contra num. 33. & 35. vbi declaratur.*

*31 Præſumptio reſultans ex antiquitate temporis tollitur per euidentiam facti.*

*32 Negatiua probatur per inſpectionem ſcripturæ.*

*34 Inſtrumentum ſeparatum fieri debet de ſollemnitatibus in alienatione requiſitis,*

*43 Statutum editum à generali conſilio populi quòd coniuncti teneantur ad pœaas pecuniarias, quæ relegatis infliguntur ex tranſgreſſione mandatorum, valet.*

*45 Obſequia & commoda publica facilius expediuntur, ſi ab omnibus patrimoniorum onera agnoſcantur.*

*46 Statutum quamuis iniquum, ſi ab eo non fuerit intra debita tempora appellatum, nec reclamatum, obſeruari debet.*

*47 Lex quamuis dura, ſeruanda eſt.*

## CONSILIVM XCIX.

VIſo ſtatuto, de quo in actis, prima facie dicendum videtur, quòd Correnus Ceratus, ac alij venditores, & emptores bonorum immobilium, de quibus in inſtrumẽtis exhibitis, non inciderunt in pœnas impoſitas in ipſo ſtatuto, quoniam illud nullius valoris & momenti eſt, rationi-
1 bus infraſcriptis. Et † primo, quia conditum à populo carente iuriſdictione. Glo. Bal. & alij in l. 1. ff. de iuriſd. om. iu. Bald. in auth. quibuſcunque modis, in fi. C. de ſacroſ. eccl. in l. nulli. C. de ſent. & interlocuto. om. iud. Bartol. in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. quem ſequuntur Butr. & Imol. in c. cum omnes, de conſtit. Et ideo ſingulariter dixit Anch. in c.
2 canonum ſtatuta, de conſtitu. quòd † qui præſcripſit iuriſdictionem in loco, videtur præſcripſiſſe poteſtatem condendi ſtatutum in loco. Imò fortius dixit Ange. in l. Imperium, column. 3. verſ. ex prædictis etiam deciditur. ff. de iuriſd. om. iud. quòd infeudatus à rege de caſtro cum iuriſdictione, nõ poteſt ſtatuta condere, quia, vt quis ea facere poſſit, requiritur quòd habeat merum imperium, quod inquit notandum.
3 Secundò facit. nam † poſito, quòd à tali populo ſtatutum condi poſſit circa ea, quæ reſpiciunt adminiſtrationem rerum ſuarum, non tamen pęnale, cum impoſitio pęnæ ſpectet ad habentem iuriſdictionem. c. ſiue ſeculares, §. in hoc, 33. quęſt. 5. Innoc. in cap. cum omnes, de conſtitu. quem omnes ibi ſequuntur. Angel. & alij in l. prima, in princ. ff. ſi quis iuſd. non obtempe. Iaſ. in dicta l. omnes populi, colum. 9. verſic. limita, & ibi Crot. num. 21. Affli. in conſt. reg. in prin. q. 3. Dec. in cap. quæ in eccleſiarum, nu. 12. de conſti. vbi aſſerit hanc eſſe communem.
4 Tertiò, quòd non valeat probatur, † quia non publicatũ, vt voluit Deci. in c. 2. nu. 15. verſic. & adde, de conſti. in c. 1. num. 17. cum duobus ſequentibus, de poſtul. prælato. Cæpol. in conſil. 13. col. 2. in fi. Bald. in auth. omnes peregrini, C. com. de ſucceſ. vbi de naturalitate legis eſt, quòd ab habentibus auctoritatem, leges, ſiue ſtatuta ſint edita, & de virtute, & obligatione legis, quòd ſint diu vulgata. facit, quòd voluit Bald. in l. prima. §. fi. de cadu. toll. ubi per publicationem ſtatuti ipſius promulgatio comprobatur. quia iſta publicatio eſt quoddàm notorium, quo probato factũ præſumpt uè probatur.
5 Quartò, ſtatutum † hoc nunquam moribus vtentium fuit comprobatum, vnde ſuper eo tanquam vſu non recepto, nullum poteſt fieri fundamentum. §. leges. 4. diſt. Glo. Abb. & communiter alij in cap. 1. de tregu. & pace. Cepo. in dicto conſil. 13. colum. 2. Alexan. in conſil. 6. num. 4. vol. 1. &
6 conſil. 39. col. 2. volum. 3. vbi inquit, † quòd quotieſcunque aliqua lex, ſeu reformatio edita à principe non fuit recepta, nec moribus vtentium approbata, tunc qui legem illã non ſeruat, non dicitur ipſius tranſgreſſor. rurſus in conſil. 78. colum. 1. in fi. volum. 6. & in conſil. 132. colum. 1. volu. 1. vbi atteſtatur hanc eſſe magis communem. Cardin. in conconſil. 40. in princ. Deci. in conſil. 162. colum. fin. Gozad. in conſil. 23. num. 9. & in conſil. 96. num. 4. Marſil. in conſil. 49. colum. 24. uerſic. præterea. Socin. iun. in conſil. 32. num. 44. uolum. 3. conſi. 30. num. 14. uolum. eo. & in conſil. 126. num. 25. uolum. 3. Pariſ. in conſil. 105. num. 6. uolum. 4. & Ripa in
7 reſponſo 5. num. 3. in 3. par. ubi † ait, quòd iuramentum præſtitum de ſeruando ſtatuta eccleſiæ tàm edita, quam edenda, non extenditur ad ſtatuta moribus utentium non recepta, uel per contrariam conſuetudinem abrogata, ſecundum Baldum in prælud. feud. columna 5. uerſicu. Item nos dicimus. Accedit, quod uoluit Gloſſ. ſingularis, ubi Bartolus & cæteri in l. ſi quis priore, ff. ad Trebellianum.

vbi

8 ubi † confirmatio ſtatutorum non extenditur ad ſtatuta nõ recepta, uel alias abrogata; quia amplius non ſunt ſtatuta.

9 Plus dicitur, † quòd etiam ſi motibus utentium fuerit receptum, quòd per contrarium vſum decem annorum extinctum fuit. Alex. in conſ.6.nu.4.uolum.1.Gozad. in conſ.23.
10 nu.10.vbi † dicit hoc procedere, nedum ad tollendum legẽ ciuilem, uerum & canonicam. Iaſ. in l. rem non nouam, col. fi. C. de iud. rurſus. Gozad. in conſ.96.num.4.& Rui. in conſil.143.nu.24.vol.5.

11 Vltimò dicitur † quòd ſtatutum ipſum condi non potuit in odium franchorum & exemptorum, & ſi contra certas perſonas, quia lex communis eſſe debet, & vniuerſalis: l.fi. ff. ad l. Iul. de anno. & ideo dixit Ange. in l.1.ff. de ll. quem
12 ſequitur ibi Iaſ. quòd † ciuitas non poſſet facere ſtatutum, quòd ligaret vnum quarterium ciuitatis tantum, & ſi faceret, quòd ab ipſius iniquitate poſſet appellari. l. prima. §. ſolent. ff. quando appel. ſit, l. qui grauatos. C. de cenſi. li.11. & etiam poteſt opponi contra tale ſtatutũ exceptio. doli, l.1.
13 §. fi. vbi gl. ff. de exceptio. imò fortius dicitur, quod † ſi ſtatutum fieret verbis generalibus, ſi tamen poſſet probari legitimis coniecturis, quod factum eſſet odio priuatæ perſonæ poterit ab eo appellari, vel contra illud opponi exceptio doli. Iaſ. in d.l.j. ff. de ll. Fel. in c. cum omnes, colu.2. de conſti. vbi etiam Dec. nu.5. & in c. conſuluit lo ultimo, nu. 5. de appella. Ripa in reſponſo 9, nu.8. in 2. par. & in reſpõſo.22. nume.4. ea. par. Sed præmiſſis non obſtantibus, contraria ſententia eſt de iure verior. & pro fundamẽto huius partis in medium adduco infraſcriptas concluſiones. Pri-
14 ma etenim eſt, quod † vniuerſitas carens iuriſdictione poteſt ſtatuere circa ea, quæ pertinent ad adminiſtrationem
15 rerum ſuarũ, † cùm in rebus proprijs vnuſquiſque ſit legitimus moderator, & arbiter. l. in re mandata, C. manda. ita Inno. in cap. cùm acceſſiſſent, de conſtitu. arg. l. primæ, ff. q cuiuſque vniue. nom. Doct. communiter in l. omnes populi, ff. de de iuſt. & iur. Affl. in conſtit. regn. in prin. q.3. Boid.
16 in rubr. C. noua vectiga. nu.21. Hinc videmus, † quod vna progenies, quæ caret iuriſdictione poteſt inter ſe condere ſtatuta. Ioann. And. in addit. ad Spec. in titu. de in ſtrie dict. §. compendioſè, verſ. ſed nunc dicemus, quam deciſionem vti ſingularem referunt & ſequuntur Angel. Imol. & Cuma. in l.3. ff. de teſta. vbi dicunt, quod alibi non reperitur, Iaſ. in d.
17 l. omnes populi, col.9. & ibi Cro. nu.18. ubi etiam ad hoc allegat Bar. in conſ.72. ex facto, vbi † inquit, quod ſi ſit factũ pactum inter aliquos de familia quod filiæ fœminæ extantibus maſculis non poſſint hęredes inſtitui, tale pactum va-
18 let, ergo multo magis ſtatutum. ar. l. fi. C. de fidei. Item etiã videmus, quod † unum quarterium ciuitatis poteſt facere ſtatutum circa ea quæ incunbunt quarterio, & circa bona eiuſdem. Barto. & alij in d.l. omnes populi, in 3.q.1. quæſt. principalis. Rui. in conſ.109. in princ. volu.4. Et adeo vera
19 eſt huiuſmodi ſententia, vt ea † etiam locum habeat, ſi ſtatuta ſint contra ius commune. Crot. in d.l. omnes populi, n. 11. ſed in caſu de quo agitur vniuerſitas, dictæ cameræ diſpoſuit circa adminiſtrationem rerum ſuarũ pro bono, & vtilitate hominum, & ſingularium perſonarum ipſius loci, & pro eius euidenti vtilitate, vt cantant uerba dicti ſtatuti, ut infrà dicetur, ergo ſtatutum validum, quod obſeruari debet ad corticem iuxta eius tenorem. Bal. in l.1. poſt principium, C. vnde vir, & vxor.

20 Secunda eſt concluſio, quod † populus carens iuriſdictione ſtatuta condere poteſt, etiam pœnalia, vbi conſuetus eſt ita facere. Ioan. de Plat. in l.1. C. de fiſca. vſur. lib.10. Iaſ. in d.l. omnes populi, colum.9. verſicu. tertio limita, & Crot. nu.21. Alex. & alij in l.1. ff. ſi quis iuſd. non obtemp. Affl. ubi ſupra. Fel. in d. cap. cum omnes, & in cap. quæ in eccleſiarum, num.12. de conſtit. ſed populus dicti loci eſt cõſuetus ita facere, ut conſtat ex libro ſuorum ſtatutorum, in quo ſunt deſcripta plura ſtatuta pœnalia facta diuerſis temporibus, & per longa interualla inter vnum & aliud. Supereſt reſpondere allegatis in contrarium. Et ad primũ
21 reſpondetur, † communem eſſe in contrarium, ut per doc. in dicta l. omnes populi, & alios, de quibus ſuprà, & hoc ex generalitate d.l. omnes populi, quæ nõ diſtinguit inter habentem iuriſdictionẽ, vel nõ: ſed quæ loquitur ſimpliciter, quod etiã probatur in l. ità eorum, circa principiũ. ff. quod cuiuſque vniuer. nom. l. vt gradatim. §.1. ff. de num. & hono. quæ expreſsè dicunt leg m municipij, vel oppidi fore ſeruandam. Natta in conſ.12. in prin. vbi dicit opinionem Bar. in d.l. omnes populi, tenentis contrarium communiter improbari.

Non obſtat dictum Ang. in d.l. Imperium, † quia contra-
22 rium tenet Iaſ. in d.l. omnes populi, in prima, & ſecunda lectura, & Iacob. de Sanct. Georg. in inueſt. ſua feudali in verbo cum mero, & mixto imperio, vbi inquit, quòd ſi nobilis eſt inueſtitus de caſtro cum iuriſdictione tantum, poteſt ſtatuta condere. & reſpõdendo ad Ang. dicit eius dictum procedere, quando vellet condere legem generalem quoniam tunc non poſſet, quia id meri eſt imperij ſupremi; ſecus ſi legem particularem, quia tunc condere poteſt, cùm ſit magis iuriſdictionis, quàm meri imperij. Ad ſecundum reſpondetur, quòd præmiſſa concluſio locum habere non poteſt, vbi populus conſuetus eſt facere ſtatuta pęnalia, vt dictum fuit. Vel & ſecundò reſponderi poteſt, quòd dicta ſententia poſſet ſibi locum vendicare, vbi ſtatutum pœnale factum fuiſſet ſine licentia principis, uel ſine eius confirmatione, quæ ex antiquitate temporis præſumitur interueniſſe cum ſint pluſquàm centum anni, quòd cõdita reperiuntur, ut primò probatur ex notatis per Bald. in l. emancipatione, uerſi.
23 ulterius quæro. C. de fid. inſtru. ubi dicit, † quòd in ſententia antiqua præſumuntur omnia acta interueniſſe, licèt aliàs pro actis non præſumatur. c. quoniam contra. de proba. quẽ ſequitur Iaſ. in l. admonendi, num.200. ff. de iur. iur. Deci. in
24 conſil.375. colum.1. ubi etiam dicit, † quòd ex antiquitate temporis præſumuntur omnia interueniſſe, quæ neceſſaria erãt ad ualiditatem laudi & cõpromiſ. rurſus in conſ.558. col.3. & Gozad. in conſ.73. num.29.

Secundò facit, quod notat Alex. in conſ.113. col. fi. uol.4.
25 ubi inquit, † quòd ex diuturno tempore præſumitur dominus conſenſiſſe, quod emphyteuta ius ſuum alienet. Sequitur Gozad. in conſil.11. num.11. & Deci. in conſi.409. col.1.

Tertiò accedit, quod ſcribunt Card. & Moder. in c. requiſi-
26 ſti, de teſt. ubi † ex antiquitate temporis præſumitur auctoritas ſuperioris interueniſſe. Goza. conſi.11. nu.11. & quod
27 tradit Alex. in conſi.79. in 2. dubio, uol.1. ubi ait, quòd † ſolennitas conſenſus capituli, tractatus, & aliæ ſolennitates requiſitæ in alienatione rerum eccleſiæ propter diuturnitatem temporis præſumuntur interueniſſe. Deci. conſil.36. col. pen. in princ. conſi.409. col.1. Gozad. conſi.11. num.31. & in conſ.73. num.29. Confirmatur hæc ſententia ex dictis
28 per Aret. in conſ.36. col.1. ubi dicit, † quòd in teſtamento Cardinalis, in quo licentia Papæ requirebatur, ex diuturnitate temporis præſumitur interueniſſe, per not. per Butt. in capi. ea noſcitur, de his quæ fiunt à præla. & in ca. peruenit, poſt glo. de emp. & uend. Item & ex his, quæ tradit Deci. in
29 conſi.159. num.3. ubi dicit † præſumendam eſſe confirmationem Papæ propter antiquitatem temporis interueniſſe. Ripa in reſponſo.7. colum.5. par.2. reſponſo 22. uu.11. uerſ. & quòd Papæ. & in reſponſo 28. nu.22. ea. par. Barb. in cõſi. 35. col. antepen. uol.2. & Craue. de antiq. tẽp. par.3. nu.28.

30 Nec obſtat, quòd † iſta præſumptio licentiæ, uel confirmationis tollitur ex ſtatuto, in quo non apparet de dictis licentia, vel confirmatione, vt uoluit Pau. de Caſt. in conſ. 48. colum.5. qnia iſta præſumptio non eſt tantæ efficaciæ quin poſſit contrarium probari, vt notat Cyn. in l. ſi certis annis, in 10. quæſt. C. de pac. Abb. in conſ.61. colum. fi. verſi. Item antiquitas, uolum. primo. Alex. in conſil.113. volum. primo. Soci. in conſil.46. colum.8. volu.4. Dec. in conſ.445. colum. pen. in fi. & in conſil.564. colum.2. Cur. Iun. in conſ. 103. colum.2. ubi inquit, quòd ita limitatur communis opinio de qua ſupra. Iaſ. in conſ.156. colum. fi. vol.2. vbi dicit, quòd quãdo ex inſpectione inſtrumenti alienationis feudalis non apparet cõſenſum domini interueniſſe, tũc non ſtatur præſumptioni reſultanti ex antiquitate temporis, quia
31 tollitur per euidẽtiã facti, † qua nulla eſt melior probatio.

32 Inn.in c.propoſuiſti.de prob.Conſtat enim, † quòd nega-
tiua(ſcilicet aliquid factum non fuiſſe)probatur per inſpe
ctionem ſcripturæ.l.fi.ubi Bart.C.de reb.cred.Alex.in cõſ.
1.colum.penul.in fi.volu.4.Iaſ.in conſ.140. colu.2. & 148.
col.pen.vol.4.Gozad.conſil.73.col.4. in fin. Rui. conſ.49.
nu.8.in fi.volu.4.Craue.conſ.134. nume.44.& Soc.Iun.in
conſ.56.colum.3. in fi.vol.2. vbi aſſerit hanc eſſe commu-
nem:quia reſpondetur,†quòd contrarium tenuit Alex.ſibi
contrarius in conſ.219.nume.25.verſic.præterea, volu.6.
33 vbi inquit, quòd conſenſus capituli prçſumitur ex diutur
nitate temporis,eſto quòd in vnione de eo non appareret,
quia ille interuenire potuit poſt vnionem factam ab epiſco
po.Iterum in conſ.79.in 2.dubio,volum.1.Aret. in conſil.
36.colum. prima, vbi in teſtamento Cardinalis, de quo in
caſu ſuo non apparebat de licentia Papæ, quæ requireba-
tur,& tamen ibi concludit quòd ex d.uturnitate temporis
præſumitur.Dec.in conſ.341.nume.13.uerſicu.non obſtat,
vbi tradit dictum Paul.de Caſtro.falſum, quia contrarium
tenuit Anchar.in conſ.135.vbi in inſtrumento non appare
bat de ſollennitatibus requiſitis, & tamẽ determinat quòd
propter antiquitatem temporis præſumũtur interueniſſe.
& ſubdit Dec.ubi ſuprà,rationem eſſe,quia ſecundum cau-
34 telam Pau.de Caſtr.in conſ.81.debet † fieri inſtrnmentum
ſeparatum de ſollennitatibus requiſitis in contractu alie-
nationis,& ideo non ſequitur, de ſollennitatibus non dici-
tur in inſtrumento,ergo non interuenerunt, quia prius an-
te inſtrumentum conceſſionis interuenire potuerunt.Dec.
in conſ.409. colum.prima, & in conſ.558.colu.2. vbi ait,
quòd licèt deciſio Caſtren.faciat præſumptionem, tamen
non videtur tollere præſumptionem contrariam, quæ in-
ſurgit ex antiquitate temporis. Gozad. ſibi aduerſarius in
conſ.11.nume.11.Iaſ.etiam ſibi repugnans in l.ſciendum,
colum.7.verſicu.teneo primam opinionem. ff.de verb.obl.
Roma.in conſ.252.in 3.dubio vbi dicit, quod ſi diu conceſ
ſa immunitas alicui ab omnibus oneribus de quibus ibi,
præſumi ur, quòd interuenerit ſollennitas cõſenſus ciuiũ.
ſequitur Fel.in c.ſicut, in verſi. fallit tertiò, de re iud. & in
colum.18.verſic.dicta autem ſuprà.Affl.in deciſ.368.colu.
2.Craue.de antiquita.temp.in 3.par.num,31.& Rui.in cõſ.
66.nu.4.vol.5.

35 Secundò reſpondetur,quod † dicta opinio poſſet locum
habere, quando in actu enunciatur aliqua ſollennitas, ſed
minus legitima, quia tunc bene ceſſat præſumptio. ita Fel.
in d.c.ſicut,col.18.verſi.bene etiam fateor,& Craue.de an
tiquit.tempo.in 3.par.nu.17.Sed in caſu præſenti enuncia-
ta non fuit aliqua ſolennitas inepta,vel alia,ergo &c.

36 Tertiò non obſtat, quòd† ſtatutum prædictum non fuit
publicatum,quia dicitur,quòd publicatio ipſa præſumitur
ex dicta antiquitate temporis, quæ operatur, (vt proximè
dictum fuit) quòd omni ſolemnia ad validitatem ipſius ſta
37 tuti interueniſſe cenſeantur.Secundo reſpondetur, †quòd
loco publicationis ſufficit quòd ſtatutum editum fuerit in
publico conſilio ſapientum, & de eo facta ſcriptura, vt in
caſu noſtro,quia tunc non eſt neceſſaria alia publicatio, ſe
cundum Ang.in §.ſi.in auth.de non elig. ſecun. nub. quem
38 ſequitur Alex.in conſ.39.nume.5.volum.3.Item † dicitur,
quòd dictum ſtatutum quamuis non publicatum ligat, cũ
ſit in volumine ſtatutorum inſertum, & in archiuio publi-
co, vbi quotidie copia haberi poteſt, vt voluit Bald.in l.2.
ſuper verbo ſeruus autem.ff.de orig.iur.quẽ ſequitur Cor.
in conſ.156.colu.2.in princ.volu.3. ubi inquit quòd ſtatu-
ta, vel reformationes conſilij licèt bannitæ non fuerint, li-
gant,ex quo ſunt in archiuio publico,& quotidie copia ha
beri põt,vnde de eis ignorantia prætendi nõ põt Subdens,
hũc tex.ſæpiſſimè ad hoc allegari per aduocatos, quod di-
cit notandum ibi Cagnol.nu.45.Doct.in c. cognoſcentes,
de conſtit.ponentes de hac publicatione,de dicto Bal.non
meminere.

39 Similiter nõ obſtat quartum quia reſpondetur † ꝙ licèt
dicta opinio ſit vera,tamen procedit vbi à parte opponen-
te probatur ſtatutum nunquam moribus vtentium com-
probatum fuiſſe, cum in tali negatiua conſiſtat exceptio
partis allegantis illud vſu receptum non fuiſſe, alias ſecus.
Corn.in conſ.15.col.4.verſ.præterea,vol.3. & in conſ.248.
col.1.verſic.conſtat,vol.eo.Deci.in conſ.354.nu.9.& 649.
col.2.uerſ.non obſt.Curt.iun.in conſi.129.nu.12. Goz.con
ſil.16.nu.16.ſed in terminis noſtris probatio hæc facta non
fuit,ergo &c.

40 Vltimò etiam non obſtat,quia † illud procedit, vbi nulla
ſubſiſtit cauſa ita ſtatuẽdi,alias ſecus,vt in terminis noſtris,
vt infra dicetur.ita Bald.Ang.& Iaſ.in l.1. ff.de legib.per l.
demnato.C.de hæret.Ang.in l.Impetratam.C.ſent.reſcindi
41 non poſ.Curt.iun.in conſ.129.col fi.vbi inquit,ꝙ † ſtatutũ
in præiudicium particularium non dicitur iniquum,quan-
do ſtatuentes mouẽtur ex aliqua rationabili cauſa, & per-
ſuaſiua.Deci.in c.conſuluit, l'vltimo de appell. Fely.in d.c.
cum omnes,de conſti.Ferd.Loaz.in l.filiusf.§.diui, nu.246.
42 ff.de leg.1.Angel.in conſ.63.col.1. vbi tradit,ꝙ † licèt lex,
vel conſuetudo municipij non poſſit tollere iura ſingula-
rium perſonarum, nec in eorum præiudicium ſuo ſtatuto,
vel conſuetudine quicquam inducere, niſi priuati ipſi ex-
preſsè conſentiant,vel tacitè. l.venditor.§.ſi cõſtat.ff.cõm.
præd.tamen hoc fallit, niſi huiuſmodi conſuetudo, vel lex
hoc induceret ob bonum publicum, quia tunc etiam iuri
ſingularium perſonarum præiudicari poteſt & contra illas
43 diſponi.l.certa forma.C.de iure fiſc.lib.10.Et ideo†inquit
valere ſtatutum editum à generali cõſilio populi,quòd con
iuncti teneantur ad pœnas pecuniarias,quæ relegatis infli-
guntur ex tranſgreſſione mandatorum.

Accedit etiam,quod ſcribit Bal.in cõſ.410. col.fi. vol.5.
44 vbi inquit,† ꝙ & ſi ordinatio domini habẽtis molendinũ in
territorio ſuo,quòd quilibet ſubditus ire debeat ad molen
dinum ſuum,& non aliud,non valeat,ſi ordinatio ipſa reſpi
ciat vtilitatem priuatam domini, puta quia molendina ſint
de proprio patrimonio ipſius, & quæſtus, ſeu redditus in-
de proueniens ſit domini,tamen ſi ea reſpicit publicam vti
litatem,quia dictum molendinum ſit fiſcale, & redditus ſer
uiunt publicis neceſſitatibus valet. Et Bald.ſequitur Iac.de
S.Geor.in inueſt.ſua in verbo,& cum molendinis,colum.2.
Ratio etenim eſt, quia publica vtilitas præfertur priuatæ.
Doct.in l.1.ff.ſol.mat. Quod autem iuſta cum ratione factũ
fuerit,patet, quia illud conditum fuit, ne per tales aliena-
tiones, & contractus faciendo in franchos & emptos, du-
rior,grauior, & difficilior reddatur conditio aliorum non
exemptorũ,qui habent ſoluere onera,quæ occurrunt quo-
tidie in loco imponi, vt cantant uerba proœmij ipſius ſta-
tuti,quæ demonſtrant cauſam finalem dicti ſtatuti.l.fi.ff.de
hæred.inſtit. Item & in eo dicitur, hoc factum eſſe pro bo-
no & vtilitate hominum, & ſingularum perſonarum, quæ
cauſa cum ſit legitima,ut per Bal.in conſ.148.in fine,vol.2.
operatur,vt ſtatutum validum ſit,& obſeruari debeat.Nam
45 †facilius expediuntur publica obſequia & commoda,ſi ab
omnibus patrimoniorum onera agnoſcantur, cum leuius
portetur onus, quod in plures diuiditur, & à pluribus ſol-
uitur.Bal.in conſ.410.col.fi.vol.5.

46 Secundò reſpondetur, quòd † ex quo à tali ſtatuto infra
debita tempora non fuit appellatum,nec ab eo reclamatũ,
& ſi ſit iniquum,quòd obſeruari debet. Bart.in l.ambitioſa,
colum.pen.uerſic.quæro infra quantum tempus, ff.de decr.
ab ord.fac.Dec.in c.cum omnes,in 1.lect.in 5.nota.de con-
ſtitu.& in c.conſuluit,l'vltimo in fi.de appel. Nam lex quã-
47 uis dura,ſeruanda venit.l.proſpexit,ff.qui.& à quib.Bal.in
l.acceptam,circa fin. C.de vſur.licet enim ſtatutum non ha
beat æquitatem in his,quæ ſunt iuris poſitiui,tamen ſufficit
quòd habeat uoluntatem, & auctoritatem ſtatuentium, ut
inquit Bald. per illum text. in l.duodecim tabularum.C.de
legit.hæred. Corn.conſil.73.circa fi.uerſ.& ſufficit,volu.3.
Ferd.Loaz.in l.filiusfam.§.diui,num.145.de leg.1. Vnde ex
his concludendum arbitror, huiuſmodi alienationes fore
nullas, ipſoque contrahentes incediſſe in pœnam ſtatuti.

Rolandus a Valle Iuriſconſultus.

## SVMMARIVM.

1 Iam ferro aperit, qui per contraria ſcandit.

2 Veritas ſæpius examinata, magis in lucem explendeſcit.

3 Subſtitutio facta filio decedenti ſine filijs ex legitimo matrimonio procreatis, euaneſcit, per exiſtētiam filij legitimati per ſubſequens matrimonium, & nu. 18, ſed cōtra nu. 18. & 41. ſecundum communem, & nu. 48.

4 Appellatione filij legitime nati, in materia etiam ſtricta venit legitimatus per ſequens matrimonium, quod amplia procedere etiam in diſpoſitione hominis, & in num. 10. ſed contra nu. 43. & 45.

5 Statutum loquens de legitime natis comprehendit etiā legitimatum per ſubſequens matrimonium.

6 Legitimatio per ſubſequens matrimonium plenior eſt & efficatior quacunque alia legitimatione.

7 Statuto ſi caueatur, quod in collegium non admittantur niſi nati ex legitimo matrimonio, tamen etiam admittentur legitimati per ſubſequens matrimonium.

8 Eligendus in epiſcopum, & ſi natus eſſe debeat de legitimo matrimonio, tamen ſufficit quòd ſit legitimatus per ſubſequens matrimonium.

9 Donatio quæ reuocatur ſi donator ſuſceperit filios ex legitimo matrimonio, locum etiam habet, ſi filij fuerint legitimati per ſubſequens matrimonium.

11 Feudum conceſſum alicui pro ſe, & filijs ex legitimo matrimonio procreatis, æquipollet conceſſioni factæ pro ſe & filiis legitime natis, vel pro ſe, & legitime deſcendentib.

12 Feudi conceſſio facta tibi, & filiis ex legitimo matrimonio natis, comprahendit & legitimatum per ſubſequens matrimonium ſed contra, nu. 39. & 47.

13 Filii legitimati per ſubſequens matrimonium comprehenduntur in inueſtitura conceſſa tibi & deſcendentib. ex corpore tuo legitime deſcendentibus.

14 Legitimatio per ſubſequens matrimonium trahitur retro.

15 Legitimatio per ſubſequens matrimonium naturam imitatur.

15 Subſtitutio facta hæredi decedenti ſine filiis legitimis & naturalib. & ex legitimo matrimonio procreatis nō extinguitur per exiſtentiam legitimati per ſubſequens matrimonium.

17 Natus in figura matrimonii excludit ſubſtitutum uocatū ſub conditione, ſi hæres deceſſerit ſine filiis legitimè natis.

20 Legitimatus per ſubſequens matrimonium, nō dicitur natus ex legilimo matrimonio, & nu. 26. 29. 32.

21 Probare quis debet talem eſſe qualem aſſerit, alias obtinere non poteſt.

22 Conſanguineus, qui uigore ſtatuti uult cogere alium ad cōpromiſſum debet probare ſe legitimum.

23 Filius hæreditatem patris petens, debet probare ſe filium, & legitimum.

24 Legitimitas quando eſt fundamentū intentionis alicuius qui fundat ſe in ea, illam probare tenetur.

25 Excipiēs ita tenetur probare exceptionē ſuam, ſicrt actor ſuam probationem.

27 Qualitas adiecta uerbo debet intelligi ſecundum tempus uerbi.

18 Initium ſpectandum eſt, ut uerbum ſonat, quādo quærimus de natalibus.

30 Ordo naturæ eſt, ut cauſa præcedat effectum ſuum.

31 Teſtamenta omnia facientia mentionem de legitime natis, requirunt quod quis ſit legitimè conceptus, alias non poteſt dici legitime naſci.

33 Filius, ut naſcatur iuſtus, opus eſt quod naſcatur poſt matrimonium, ſecus ſi matrimonium ſequatur natiuitatem.

34 Conditio volūtaria adimpleri debet in forma ſpecifica, & non per æquipollens

35 Verba ſemper debent intelligi uerè, naturaliter, & non ciuiliter per fictionem.

36 Pœna, quæ imponitur maiori, iuranti, & venienti contra iuramentum, intelligitur in eo, qui ſit maior naturaliter, & vere, non autem in eo, qui virtute iuramenti maior reputatur.

37 Legitimatus per ſubſequens matrimonium, & ſi prout ex nunc ſi vere, & proprie legitimus, non tamen prout ex tunc & in præteritum inſpecta natiuitate.

38 Verba in potentiori ſignificatu ſunt accipienda.

40 Legitimatus per ſubſequens matrimonium poſt alium natum de legitimo patrimonio non præfertur ſecundo legitime nato, ſtante conſuetudine quod primogenitus ſuccedat in regno.

41 Legitimatio retro non trahitur, quando agitur de interpretanda uoluntate teſtatoris.

44 Statutum contra ius commune loquens de legitime natis, non comprehendit legitimatum per conſequens matrimonium.

46 Declaratio ad c. innotuit, de elec. & ad c. tanta, qui filij ſint legit.

49 Opinioni communi adhærere non debemus, quando altera fulcita eſt melioribus rationibus.

50 Doctores ſæpenumero mittantur aues, quæ quando una uolat, omnes aliæ ſequuntur.

51 Licitum eſt recedere a ſententia Imperatorum, dummodo non ſit redacta in corpore iuris.

52 Communis opinio non eſt ſequenda in iudicando, ubi euidenter reperitur falſa, uel poteſt conuinci probabilibus rationibus, & argumentis, quam rem bonus iudex accutiſſimi ingenij poterit exiſtimare.

## CONSILIVM C.

REuocatur in dubium an Camillus de Tonſis, & litis conſortes ſubſtituti ſub conditione, ſi hæres deceſ
ſerit ſine filiis ex legitimo matrimonio procreatis, exclu-
dantur a fideicommiſſo per exiſtentiam Corſini filij hære-
dis legitimati per ſubſequens matrimonium? Dubitatio i-
ſta eſt obſcura, & ſcabroſa propter conflictum ſcribentium
inuicem diſcrepantium, adeo quod cum difficultate deſcer-
ni poteſt, quænam ſit communis opinio, vt refert Soc. Iun.
in conſilio 39. num. 67. verſic. veruntamen dico, uolume. 3.
& in conſi. 63. num. 56. volum. eo. tamen, ut ueritas habea-
1 tur, & quia † viam ferro aperit, qui per contraria ſcandit, te
ſte Bald. in l. precibus, colum. 6. C. de impub. & alijs ſubſt.
quem citant Curt. ſen. in conſ. 78. in princ. & Soc. iun. in d.
2 conſil. 39. num. 19. † Et veritas ſæpius exagitata, magis ex-
plendeſcit in lucem, ut inquit Ale. in conſ. 51. num. 2. volu.
3 4. idcirco arguam ad partes, & dico, † quod euanuit dicta
ſubſtitutio per exiſtentiam dicti Corſini, quoniam in iure
4 clarum eſſe videtur, † quod appellatione legitime nati etiā
in materia ſtricta, uenit legitimatus per ſequens matrimo-
nium. Butr. in ca. innotuit, col. 2. verſi. 2. quæro an filius, &
Abb. in 5. colum. verſi. & prædictis, de elec. Dec. in ca. cum
in iunctis, num. 11. de elec. & in conſi. 255. col. pen. Iaſ. in
conſi. 168. colum. 4. uolum. 4. Boer. in deciſ. 159. num. 5. Pa-
riſ. in conſ. 13. num. 40. volum. 2. & in conſi. 15. colum. 2. vo-
lum. eod. Et ideo ex hac concluſione inferunt Docto. quod
5 † ſtatutum loquens de legitime natis, comprehendit etiam
legitimatum per ſequens matrimonium. But. in c. per vene-
rabile, colu. 19. verſ. quid ſi dixerit, qui filij ſint legit. Iterū
Butr. & Imo. in d. c. innotuit. Abb. c. in tāta in 3. notabili, q
filij ſint legit. Paul. de Caſt. in l. ſi ita quis. §. is cui. ff. de lega.
2. Crotus in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, nu. 169. ff. de lib.
6 & poſth. quia † huiuſmodi legitimatio eſt plenior, & effica
tior quacunque alia legitimatione. Pariſ. in conſ. 13. num.
40. & 15. colum. 2. volum. ſecundo. Hinc dixit Alcia. in titu.
7 de verb. ſign. in 3. lib. num. 13. verſ. & ideo, quod cum † ex le-
ge ordinis non niſi legitimo matrimonio nati admittantur
in collegium, reſponſum fuit, hos quoque filios ſubſequen-
tis nuptijs legitimorum iuri reſtitutos recipiendos eſſe,
quia in lege ipſa benignior fieri debet interpretatio, ſecun
dum Bal. in conſ. 193. in 2. volum.
9 Secundo facit, nam † eligendus in epiſcopum natus eſſe

debet

debet de legitimo matrimonio, d.ca in cunctis.ubi omnes,
& tamen legitimatus per ſequens matrimonium promoue
ri poteſt ad epiſcopatum.glo.in d.c.innotuit,in uerbo con
iugatam, quam dicit ſingularem Iaſ.in citato conſilio 168.
colum.4.verſ.immo fortius. Dec.in conſi.155.colum.pen.
& communiter approbatum Cephal. in conſ.82.num.5.er-
go idem dicendum videtur in terminis noſtris, vt dictus
Corſinus tanquam legitimatus ex ſubſecuto matrimonio,
excludere habeat prædictos d.Camillum, & litis cõſortes.
Tertio accedit, quod voluit Salice.in l.ſi totus.C.de in-
9 offi.dona.ubi inquit, † quod donatio,quæ reuocatur,ſi do-
nator ſuſceperit filios ex legitimo matrimonio,locum etiã
hẽt,ſi filij fuerint legitimati per ſubſequens matrimonium.
Bal.in l.1.in fine, C.eo.tit.arg.dicti cap. tanta, quia & ſi ab
initio non fuerint legitimi, qui per ſubſequens matrimo-
nium legitimantur, tamen tales legitimationes trahuntur
retro,ſecundum omnes poſt glo.in d.c.tanta.
Nec habet obſtare, quod dictæ deciſiones & iura proce
dunt in diſpoſitione legis,ſecus in diſpoſitione hominis, ſe
cundum But.in d.c.per venerabilem.col.9.verſ.qui ſi dixe-
10 rit, quia reſpondetur, † idem eſſe in diſpoſitione hominis,
11 vt patet † in conceſſione feudali facta alicui pro ſe,& filijs
ex legitimo matrimonio procreatis, uel legitimè natis, qđ
idem eſt,ut per Cur.iun.in conſ.64.colu.6.uerſ. tamen iſta
communis ait,quod iſta æquipollent.& Socin.iun.in conſi.
77.colum.2.uolu.3.ibi etiam idem ait,ſi dictum fuerit, pro
12 te & legitime deſcendentibus,in qua † veniunt etiam legi-
mati per ſubſequens matrimonium.Iſer.in c.j.§.naturales,
13 ſi de feud.fue.contro.inter dom.& agna.vbi tradit, † quod
ſi tenor inueſtituræ dicat Inueſtio te, & deſcendentes, ex
corpore tuo legitime deſcendentes,ueniunt legitimati per
ſequens matrimonium. idem etiam ibi tenuerunt Mar. &
14 Laude, & Affl. quia † talis legitimatus dicitur vere legiti-
mus, & matrimonium contractum poſt natiuitatem trahi-
tur retro, ut perinde habeatur, ac ſi eſſet natus legitimus,
ſubdens hanc fuiſſe pontificis intentionem in d.c.tanta,quo
15 niam † talis legitimatio naturam imitatur, ut eſt gloſ.in §.
filium, quibus mod.natu. effi. ſui. Hanc quoque partem te-
nuerunt Abb.in d,c.tanta, Fortun. Gar.in l.Gallus.in ꝟ.idẽ
credendum.nu.285.ff.de lib.& poſthum.& ibi in §.quidam
recte, Rub.Alexan.nu.162.qui loquitur in emphyteuſi.Iaſ.
in conſ.168.colu.2.volum. 4. Didac.in tract.de ſponſa.fol.
159.num.30. & hanc partem communem eſſe faſſi ſunt Præ
poſi.in d.c.naturales.col.4.verſi.quæro an filij. Ripa in l.ex
facto, ꝟ. ſi quis rogatus, num.47.ff.ad Treb.Alcia.de verb.
ſign.in 3.lib.nume.12.ubi inquit, plerique omnes,ita tene-
re,& Nicol. de Vbald. in tracta. ſucceſſio. ab inteſta. num.
65.in in fi.
Quarto facit,quod notat Paul.de Caſtro in l.ſi.C.de his,
qui ven.ætatis impet.vbi inquit,quod ſi legitimatus per re-
ſcriptum dicatur uere legitimus,non tamen ſecundum intẽ
tionem ſtatuti,uel teſtatoris,tamen ſecus, ſi ſit legitimatus
per ſubſequens matrimonium,quia talis legitimatus etiam
in verbis ſtatuti, uel teſtatoris comprehenditur. & cum eo
pertranſeunt Dec.in d.c.cum in cunctis,num.11.& in conſ.
155.col.pen.Pariſ.in conſ. 13.num.40.uolum.2.& in conſ.
15.col.2.& Boer.in d.deciſ.159.nume.5.ſi ergo huiuſmodi
legitimatus comprehenditur ſecundum intentionem teſta
toris, igitur habet excludere ſubſtitutos, de legibus in ca-
ſu præſenti.
Nec obſtat quod in terminis noſtris contrarium volue-
16 rit Bal.in conſ.367.uol 5.ubi inquit,† talem conditionem
non euaneſcere per exiſtentiam legitimati per ſubſequens
matrimonium,quia aduertendum eſt ſententiam Bald.locũ
habere,quando, teſtator vſus fuit uerbis geminatis,uideli-
cet, ſi hæres deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus,
& de legitimo matrimonio procreatis, quia tunc uirtute
dictæ geminationis, quæ plus operatur, quam ſi dicatur de
legitimo matrimonio,l.baliſta.ff.ad Treb.verum eſt dicere
ſubſtitutum excludere legitimatum per ſubſequens matri-
monium.ita in terminis dixerunt Butr.in d.c.per venerabi
lem,& in cap.tanta.Soc.in conſ.63.num.18.verſ.confirma-
tur.vol.3.Dec.in citato conſi.155.in fi.Rui.in conſ.92.nu.
14.vol.3.vbi inquit,in hoc caſu neminem contradicere.&
Bal.in ſpecie ita declarant Rub.Alex.in d.l.Gallus,§.quidã
recte,nu.169.verſ.ſecundus caſus, & Cephal.in conſ.82.
nu.29.& in conſi.111.nu.14.
Similiter non obſtat quod ſi natus in figura matrimonij
non habet excludere ſubſtitutum vocatum ſub tali condi-
tione,ſi hæres deceſſerit ſine filijs legitimè natis,vt ad ple-
num proſequitur Cur.iun.in conſ.64.minus debet excludi
ſubſtitutus per legitimatum ob ſequens matrimoniũ, quia
17 reſpondetur,†quod Dec.conſuluit contrarium,vt in conſ.
153.& quamuis Curt.impugnet Dec.tamen a morſib. ſuis
eũ defendit,& benè Soc.iun.in cõſ.39.63.& 77.in 3.vol.
18 Vltimò in terminis ſubſtitutionis noſtræ† ita concludũt
Dec.in l.generaliter §.cum autẽ,col.1.C.de inſtit.& ſubſt.
in d.c.cum in cunctis,col.2.in conſ.155.col.pen.& in cõſi.
624.col.2.iu fi.Ripa.in rub.ff.ſi cer.pet.col.2.in d. ꝟ.ſi quis
rogatus,nu.47.& in repe.l.ſi vnquã,q.32.C.de reuoc.don.
Petr.Duen.in regulis vtriuſque iur.fol.550.verſ.amplia.8.
Didac.in tract.de ſponſa.fo.159.col.1.Alcia.d.li. de verb.
ſign.verſ.vbi ſupra,quamuis eum reprobet Didac. vbi pro
ximè in quantum dicit hanc ſententiam non procedere in
teſtatore extraneo.Pari.conſ.13.nu.40.vol.2.& in conſ.15.
col.2.eo.vol.Molin.in add.ad Ale.in conſ.5.in 7.vol.Crot.
in d.l.Gallus,§.& quid ſi tantum,nu.166.& Mart.de Lau.in
tract.legit.nu.118.
19 Quibus † tamen non obſtantibus,contraria ſententia in
puncto iuris eſt verior,quoniam dictus Corſinus legitima
tus per ſequens matrimonium caret qualitate requiſita a
20 teſtatore,† quia non natus ex legitimo matrimonio, quo
21 caſu,† qui non probat ſe talem,qualem ſe aſſerit,obtinere
non poteſt,l.non ignorat, C. qui accuſa. non poſ. Alex. in
conſ.60.col.5.verſ.venio ad ſecundum,vol.2. vbi in ſpecie
22 loquitur de legitimatione, † quam quis debet probare,
ſi alium vult cogere ad compromiſſum virtute ſtatuti ar-
ctantis conſanguineos ad compromittẽdum.Facit ẽt, ꝙ dr̃
23 † de filio petente hæreditatẽ patris, qui dẽt probare ſe fi-
lium,& legitimũ.But.in c.peruenit,in 2.col verſ.aut filius
agit,qui filij ſint legit.Soc.in conſ.39.in prin.vol.1. vbi di-
24 cit, † ꝙ qñ legitimitas eſt fundamentum intentionis alicu
ius,qui fundat ſe in legitimitate,illam probare tenetur per
no.in c.lator,& in c.cauſam quæ,qui filij ſint le. Cũ igitur
D.Camillus,& alij litis conſortes intentionem ſuã habeãt
fundatam ex teſtamẽto q.D.Franciſci,vt clare patet, ex eo
ſequitur ꝙ cum dictus Corſinus,qui vult eos excludere ex
cipiendo ſe filium legitimè natum ab hærede inſtituto,
nõ probauerit hanc qualitatem,quam probare tenebatur,
25 quæ eſt fundamentũ exceptionis ſuæ,cũ † excipiens ita te
neatur probare exceptionem ſuam, l.in exceptionib. ff.de
prob.ſicut actor ſuam probationem,l. qui accuſare, C. de
eden. quia excipiendo cenſetur agere quo ad ipſam exce-
ptionẽ,l.1.ff.de excep.Corn.in conſ.22.col.3.verſ.nec ob-
ſtat,uol.2.ꝙ in exceptione ipſa ſuccumbere debet, Soc.iu.
in terminis in conſ.85.nu.4.vol.2.& Cepha.in conſ.82.nu.
35.Nec obſtat,ꝙ dicatur natus ex legitimo matrimonio rõ
ne matrimonij ſubſequentis,quia ad hoc,in quo cõſiſtit to
tus neruus preſentis dubitationis me cõuerto.& dico,mul
tis modis ipſũ nõ eſſe natũ ex legitimo matrimonio,ꝙ pro
26 batur primo,quia † dicto Corſino nõ cõueniũt verba teſta
toris loquentis de filiis natis ex legitimo matrimonio, ſed
ſolũ illis,ꝗ tpe quo nati ſunt,fuerunt legitimi, & nõ eis, ꝗ
ex poſt facto efficiuntur legitimi per ſequens matrimoniũ,
27 quia † qualitas adiecta verbo dẽt intelligi ſm tempus ver-
bi.l.in delictis,§.ſi extraneus,ff.de noxa.Doc.in l.ex facto,
in prin.ff.de vulg.& pupill.Pariſ.in materia in cõſ.9.nu.20.
vol.2.Rui.in conſ.92.nu.13.vol.3.& Ale.in conſ.5.colu.2.
uol.7.bñfacit,ꝙ no.Bal.in c.innotuit,col.pen.in prin.verſ.
28 item vbi,de elec.vbi dicit,† ꝙ vbi de natalib.quærimus,ini
tium ſpectandum eſt,ut verbum ſonat, per tex.quem dicit
ſolennẽ,& optimum in l.quid ergo,in prin.ff.de infam. rur
29 ſus, ibi in verſ. & not.vbi inquit,† quod qui moritur cum
filis legitimatis ex ſequenti matrimonio, non dicitur de-
cedere

cedere cum filijs legitime natis, quia legitimatio eſt ordo
præpoſterus, & macula eſt impreſſa origini:nam omnis le-
gitimatio eſt præpoſtera,quia facit quẽ legitimum ex poſt
facto. Sed legitima natio, eſt ordinata proceſſio ſecundum
uiam naturæ. Nam præcedit matrimonium,ut cauſa, dein-
30 de naſcuntur legitimi, ordo † enim naturæ eſt, ut cã præ.
cedat effectum ſuum.l.moribus.§.prius. ff. de vulga. & pu-
pii.ſequitur Cur. Sen.in conſi.73.colu. 26.verſ.idem And.
de Iſer.

Secundo facit,quod notat Bal.in l.Paulus.in prima lectu-
ra, in vlt. notabili per illum text.ff.de ſta.homin.vbi dicit,
31 † quod omnia teſtamenta facientia mentionem de legiti-
me natis, requiritur, quod quis legitime ſit conceptus, a-
lias non poteſt dici legitime naſci.Curt ſen.in conſ.73.col.
27.uerſi. & benefacit, iterum in l.filium in 2. lectura. ff. de
his, qui ſunt ſui,uel.alien.iur. ubi ait, quod † quantumcun.
32 que quis legitimatur,etiam per ſubſequens matrimonium,
non dicitur natus de legitimo matrimonio. ſequitur Ruin.
in conſi.92.num.13.uolum.3. ubi etiam per tex.in l.nuper,
C.de natur.lib.dicit,quod † vt filius naſcatur iuſtus, requi-
33 ritur quod naſcatur poſt matrimonium, ſecus ſi matrimo
nium ſequatur natiuitatem. Curt.ſen.ubi ſupra uerſiculo
idem Bal.in l.filium.

34 Tertio accedit.nam † cõditio uoluntaria debet adimple
ri in forma ſpecifica, & non per æquipollens.l.Meuius,l.q.
hæredi,ubi Docto. de cond.& dem. Scrib.in l.Gallus.§. &
quid ſi tantum.ff.de liber.& poſthum. quo ſtante dicitur,ꝙ
licet legitimatus per ſubſequens matrimonium, æquipol-
leat vero, & legitimo, tamen in eo non poteſt prædicta cõ
ditio impleri, cum ſpecifice non fuerit natus legitimus tẽ-
pore natiuitatis. ita Alexand. in conſilio 5. columna 2. in
princip.uolum.7.

35 Quarto pro hac parte facit.Verba † enim ſemper debẽt
intelligi vere,naturaliter, & non ciuiliter per fictionem.l.
fina.C.de his,qui ven.æta.impetra.ubi quãdo in diſpoſitio-
ne fit mentio legitimæ ætatis, debet intelligi de legitima
ætate naturaliter,& non ciuiliter,puta,ſi quis ueniam æta-
tis impetraſſet, & ad hoc benefacit, quod notat Barto.in l.
36 ſi quis maior.C.de tranſac.vbi † pœna, quæ imponitur ma-
iori iuranti,& venienti contra iuramentum,intelligitnr in
eo,qui ſit maior naturaliter,& vere,& non in eo,qui uirtu-
te iuramenti maior reputatur. cum ergo in teſtamento di-
cti Do.Franciſci fiat mentio de natis ex legitimo matrimo-
nio,ut nati ex eo admittantur,dicendum eſt,quod verba ip
ſa debeant intelligi de legitime natis naturaliter, ſcilicet
tempore natiuitatis, & non per ſubſequens matrimoniũ,
& ſic per fictionem,& ciuiliter.

37 Quinto confirmatur hæc ſententia,quia,† & ſi legitima-
tus per ſubſequens matrimonium,pro ut nunc vere,& pro
prie ſit legitimus,c.tanta,qui filij ſint legit.non tamen ꝓut
tunc, & in præteritum, inſpecto tempore natiuitatis, ita
Anto.Roſel.in tract.legit.de cauſa finali,ſeu induc.legit.qđ
ex eo probatur, quia ſi uolaumus,ut dicatur natus ex legiti
mo matrimonio, oportet, ut inducatur & præſupponatur
matrimonium, quod cum ſit facti conſiſtens ex vtriuſque
conſenſu.l.nuptias.ff.de reg.iu.per legem non poteſt indu
ci vere,ſed ficte.Bar.& alij in l.ſi is qui pro emptore.ubi lo
quitur de fictione inductiua, ff.de vſucapio.l.maritus.ff.de
adul.Sed Dom.Franciſcus nequaquam ſenſit de hoc, ſed de
vere legitimo,ex legitimo matrimonio procreato,quia le-
gitimatus illo modo uere, & proprie loquendo,non eſt na
tus ex legitimo matrimonio,ſed ſecundũ quid,prout nunc,
& poſt hac, non autem antea,igitur de eo non intelligitur,
ſed de nato ex matrimonio vere, proprie, ac ſimpliciter.l.
hoc legatum, de legat. 3. & maxime hoc dicendum venit
38 cõſiderando. quod † verba in potẽtiori ſignificatu accipen
da veniant.l.filiusfam.§.fi.ff.de dona.ita in materia legiti-
mationis argumentatur Dec.in conſ.267.num.6. & Ceph.
in citato conſ.28.nu.28. Item etiam ponderandum eſt illa
dictio,ex,quæ denotat cauſam proximam, & immediatam.
l.1.§.fin.ff.de incen.rui.nau.Mod.in l.non dubium,num.23.
C.de legib. & ſic tempus natiuitatis, & legitimi matrimo-
nij, ut per Zucar. in terminis noſtris in d.rub. ſi cer. pet.&
Cepha.in citato conſ.82.nu.16.in fi.

Sextò ſententia iſta comprobatur ex concluſione quæ
39 habet,ꝙ † legitimati per ſequens matrimonium, non ſuc-
cedunt in feudo conceſſo pro ſe,& filijs ex legitimo matri
monio procreatis,ut uoluit Bald.in d.c.naturales,quia di-
cta uerba reſpiciunt principium genituræ, & noſtrum non
eſt extendere ſcripturas.l.contractus.C.de fide inſtrumen.
quod principium intelligitur cõceptionis, uel natiuitatis,
prout expedit filijs.l.Imperator.C.de natu.liber.& Bal.ſe
quitur ibi Aluarot.quando filius fuit natus ante ſubſequẽs
matrimonium, ut in caſu noſtro, ſecus ſi poſt. Cur. iun.in
tracta.feud.in 3.parte. uerſicu.2.principalis regula.Barba.
in l. cũ acutiſſimi,nu. 40. C.de fideic.Luc.de Pen. in l.eos.
C.de his, qui mun. ſponte ſuſcepe. lib. 11. ubi inquit hanc
partem ueriorem.Præpoſ.in cap.venerabilem, §.quod au-
tem.num.60.verſic.vltimo dicas.qui filij ſint legit.Alexan.
in conſ.5.colum.2.uolum.7.Curt.ſen.in conſi.35. in ſecun
do dubio.Gozad.in conſi.25.colum.1.Ruin.in conſi.92.nu.
13.uolum.3.& Cephal.in conſi.111.nu.11.verſ.quæ conclu
ſio, ergo & idem in caſu noſtro.

Septimo facit,quod ſcribit Ioan. And.in reg.ſine culpa,
de reg.iur.in 6.& in c.ſi pro te.de reſcrip.in 6.ubi determi
40 nat, quod † natus primo, & demum legitimatus per ſub-
ſequens matrimonium,poſt alium natum ex legitimo, non
præfertur dicto ſecundo genito,ſtante conſuetudine, quod
primo genitus ſuccedat in regno,quia talis legitimatus,nõ
eſt vere natus legitime, & ad quod tempus natiuitatis ſe re
fert conſuetudo ſecundum eum. ſequitur But. in d. c.tanta,
colum.pen.Alex.qui alios citat in citato conſi.5.colu.2. &
Ruin.in allegato.conſi.92.nu.13.

41 Octauo additur, quod vbi † agit de teſtatoris uoluntate
interpretanda,legitimatio etiam per ſubſequens matrimo
nium retro non trahitur.Bal.in l.in teſtamento.q.6.in fi.C.
de mili.teſta.Alex.in l.Lucius.nu.17.poſt Ang.& Imol.ff.de
vulg.& pup.Ripa.in l.ex facto.§.ſi quis autem,ad Treb.nu.
4.Cum igitur teſtator vocauerit natos ex legimo matrimo
nio, non poteſt interpretari, ut de illis etiam ſenſerit, qui
nati cenſentur per modum fictionis & extenſionis,ut ibi ꝑ
Bald.quæ extenſio de caſu vero ad caſum fictum nunquam
fit,ubi teſtator reſpicit modum,ut per Bar.& alios,in l.Gal
lus.§.& quid ſi tantum.ff.de lib.& poſthum.

42 Vltimo in terminis queſtionis noſtræ, † ita concludunt
Butr.in d.c.per venerabilem,colu.19. verſ. quid ſi dixerit,
& ibi Præpoſ.in §.quod autem.num.104.Cur.iun.in conſi.
27.nume.6.& in conſil.64.colum.6.in princip.Cur.ſen.in
conſi.73.colum. 27.verſic. & idem Barb ubi etiam inquit.
ita tenuiſſe Bened.de Plumb.Imo.in d.c.innouit,colum.fin.
verſic.& ſimiliter dum ſe remittit ad Butr. vbi ſupra. Alex.
in conſi.5.vol.7. Zucard.in rub.ſi cer.pet.num. 2. Caphal.
in conſi.82.nu.16.vbi citat ita etiam tenere Roſel.in tract.
ſuo legi.de cauſa fina.nu.6.verſi.quæro an iſti,& Lud.Sard.
pariter in tract.legit.in illa parte, in qua loquitur de legiti
mationis effectu,2.& 3.q.Angel.in diſp.incip.Nobilis qui-
dam genere.idem Cæphal.in conſi.111.num.12.& hanc eſ-
ſe communem aſſerit Rui.in citato conſi.92.num. 16. verſi.
& vbi etiam.immo in fortioribus terminis conſuluit Alex.
in d.conſi.5.quod quando ſubſtitutio facta fuit,ſi hæres de
ceſſerit ſine liberis ex ſe deſcendentibus, & ſic quando
explicite non fit mentio de tempore natiuitatis, cum non
deceſſiſſe cum legitimis deſcendentibus, quia cum filia de
ceſſit ex ſubſequenti matrimonio legitimata, quia illa qua
litas,legitime, iungitur illi participio præſentis temporis,
ſcilicet deſcendentibus,quæ illo tempore requiritur.

Non obſtant quæ ex aduerſo allegata fuerunt, quoniam
43 ad primum reſpondetur, † quod etſi appellatione legiti-
me nati, vel procreati ex legitimo matrimonio,veniant le
gitimati per ſequens matrimonium : tamen id procedit in
diſpoſitione legis, non autem hominis,ut per Butr.in d.ca.
venerabilem, colum.19.verſ. quid ſi dixerit, & ibi Præpoſ.
in §.quod autem.nu.40.Alex.in cita.conſi.5.col.2. in prin.
& Rui in alleg. conſi.92.nu.14

Nec

Nec obſtat quod idem ſit in ſtatutis, quia duob. ad hoc modis reſpondetur, & primo quod ſumus in diſpoſitione legis,& ita in terminis ſtatuti reſpondet Rui.in cita. conſ. 92.num.14.

44 Secundo reſpondetur quod † etiam in ſtatutis cõtra ius commune, ſtatutum loquens de legitimè natis, non habet locum in legitimatis per ſequẽs matrimonium.ita Lud. de Sardis in tract.natur.li.legit.ac ſucceſ.de effectu legit. nu. 3.verſ.3.quæritur,vbi inquit,quod ſtatutum prædictũ non comprehendit legitimatum per ſequens matrimoniũ,quia vt quis dicatur natus ex legitimo matrimonio,requiritur, quod tempore natiuitatis fuerit legitimum matrimonium. & quamuis habeatur perinde,ac ſi eſſet legitimè natus, illud eſt impropriè,& fictè,& licèt matrimonium retrò fingat eum legitimum,non tamen fingit eum legitimè natum. & reſpondet ad gl.in d c.innotuit,& in c.tãta,quod loquũtur de conſtitutionibus iuris communis, quæ comprehendunt caſum fictum,ſecus de ſtatuto corrigente ius commune,quod reſtringitur ad verum, & proprium ſignificatum, Ant.de Roſel.in tract.de leg.verſ.ultimo eſt videndũ, nu. 4.Rui.in d.conſ.92.nu.14.Rom.in l.ſi is,qui pro emptore, col.14.ff.de vſuca.Io.le cirier in tract. de primogeni. in q. 13.1.libri.nu.26.Bru.in trac.excluſ.fæm.in 12. art. principali,in 4.q.in 1.& 3.limit.

45 Pariter non obſtat ſecundum,quia † illud procedit in diſpoſitione iuris communis,non autem in diſpoſitione hominis,vt eſt caſus noſter,Ita Ale.in allegato conſ.5.num.8. nam lex facilius moderatur, vel ampliat ſuam diſpoſitionem,quam diſpoſitionemhominis,ut eſt gl.magna in l.aſſiduis,C.qui pot.in pig.hab.item quia mitius agitur cum diſpoſitione legis,qnam hominis l.Celſus,in princ.ff. de arb. Doc.in l.inſulam,ff.de verb.obl.Butr.in d.c. per venerabilem.col.19.verſ.quid ſi dixerit.Rui.in citato conſ.92.num. 14.Cephal.in conſ.82.col.pe.in princ.& in conſ.111.col.5. verſ.non obſtat igitur primum.circa fi.

46 Secundo reſpondetur,quod † in caſibus c.innotuit,& c. tanta,non agebatur de præiudicio alicuius, & ſi legitimatus per ſubſequens matrimonium admitteretur ad dignitatem epiſcopalem,ad quam uocantur legitimè nati: at in caſu noſtro ſecus,quia fieret præiudicium D.Camillo,& litis conſortibus uocatis per fideicommiſſum in defectum filiorum natorum ex legitimo matrimonio, quibus etiam ante mortem inſtituti competebat ius ſaltem in ſpe probabili. quod patet,quia potuiſſet petere ſibi caueri de reſtituẽdo fideicommiſſum eueniente conditione, quam cautionem petere non potuiſſent,ſi eſſet ſpes improbabilis.Bar. in l.is poteſt.in 3.col.uerſ.ſed circa hoc quæro,an ſubſtitutus,de acq.hær.Dec.in conſ.425.col.2.in fi.ſequitur Rui.in iam ſępius citato conſ.82.nu.16.& Cæphal.in conſ.82.col.pe.& in conſ.111.col.5.uerſ.non obſtat igitur primum, in fin.& Curt.iun in conſ.64.col.pe.uerſ.poſtremò.

Ad notata per Sal.in d.l.ſi totas,reſpondet Rui. in d.cõſ. 92.nu.14.quod illud habet locum in diſpoſitione legis, & non hominis.

Quarto non obſtat, quod in feudo ſuſcepto pro ſe, & filiis ex legitimo matrimonio procreatis ueniũt legitima-
47 ti per ſequens matrimonium,quia reſpondetur,† ut dictũ fuit ſupra in ſexto argumento,quod iſta pars non eſt uera, & ſi enumerentur doctores clarè apparebit hanc partem eſſe communem,& non alteram.

Quinto non obſtat notata per Pau.de Caſtro in d.l.ſi.C. de his,qui uen.æta.impetra.quia reſpondetur,quod Caſtrẽſis loquitur in caſu,in quo ſubſtitutio erat facta alicui decedendi ſine filiis legitimis,& naturalibus,quia tunc eſt uerum, quod ſecundum intentionem teſtatoris legitimatus per ſubſequens matrimonium excluderet ſubſtitutum, nõ autem quando ſubſtitutio erat facta decedẽti ſine filijs ex legitimo matrimonio procreatis,immo iſto caſu aliter ſentit dum ſe remittit ad not.per Butr.in d. c. per uenerabilẽ, qui,ut ſupra dixi,tenet,ſubſtitutum non excludi a legitimato per ſubſequens matrimonium.

Vltimo non obſtat,quod multi Docto. in terminis quæ-
48 ſtionis noſtræ tenent contrarium,quia reſpondetur, † contra eos eſſe communem,ut dixit Rui.in d.cõſ.92.col. 2. ſed ulterius dicitur,quod poſito,(ſed non conceſſo) quod alia
49 reputaretur communis,quod † tamen ab hac recedendum nõ eſſet,tam in iudicando,quam in conſulendo, cum ſit fulcita melioribus rationibus,per notata per Io.And.in ca. 1. in fi.& ibi Abbas de cõſt.Iuſtius enim & æquius eſt illi ſententiæ inhærere,quæ meliorib. rationibus fulcitur.Ang.in conſ.170.col.6.quem ſequitur Dec.in conſ.376. num. 7.in conſ.456.nu.9.494.in fi.560.in fi.481.in fi.ubi inquit,recedendum eſſe a communi,quando opinio contra communẽ fundata ſit melioribus rationibus.Nam ſæpenumero cõtin
50 git,† quod Doctores imitantur aues, quæ quando una uolat,omnes aliæ ſequuntur,in conſ.479.col.pen.576.in fi.& in conſ.630.col.2.in fi.Cur.iun.in conſ.63.num.3.& conſ. 160.in fi.ubi inquit,quod etiam a communi poſſumus recedere,quando opinio paucorum Doct.uel unius fundaretur ſubtili,& meliori ratione.Immo fortius dixit Bart.in l.ne-
51 mo,C.de ſent.& interlo.omnium iudicum, quod † etiam licitum eſt recedere a ſententia imperatorum, dummodo non ſit redacta in corpus iuris.Cur.ſen.in conſ.56. colu.4.
52 ubi ait,† communem opin.non eſſe ſequendam in iudicando,quotieſcunque euidenter reperitur falſa,pel poteſt cõuinci probabilibus rationibus,& argumentis,quod bonus iudex acutiſſimi ingenij poterit exiſtimare.

Laus Deo.

Secundæ partis Conſil. Excellentiſs. D. Rolandi à Valle,

FINIS.

UNIVERSITARIA

VENETIIS,

Ex Officina Iacobi Ant. Somaſchi.

MDCVI.

Consiliorum
D Rolandi a
Valle

B
6
87